

Handwritten scribbles and markings, possibly including the number '2'.

Handwritten scribbles and markings, possibly including the number '4'.

del Colegio de la Comp. de Jesus de Granada. B.

COMMEN-

TARIUS BREVIS

RERVM IN ORBE GESTARVM,

ab anno salutis 1500. vsque in annum *R. 9587*

1568. ex optimis quibusq; scriptoribus

congestus, & nunc recens multis

locis non parum auctus & lo-


cupletatus per F. Lauren-

tium Surium Car-

thusianum.

Cum INDICE copiosissimo

*Apographa expuncta
quae delenda iubet
Expurgatorij anno
1505.*



COLONIAE,

Apud Geruinum Calenium, & hæredes Iohan-
nis Queatel, Anno M. D. LXVIII.

Cum Privilegio Imperiali in decennium.

ILLVSTRISSI-
 MO PRINCIPI AC
 DOMINO, D. ALBERTO,
 COMITI PALATINO RHENI, AC
 vtriusq; Bauariæ Duci, &c. Domi-
 no suo clementissimo,
 S. P. D.



V Man-
 te annos
 nō multos
 D. Nau-
 cleri chro-
 nica in
 Officina
 Quente-
 liana de-
 nuò eſſet

*excudenda, illuſtriſſ. Princeps, clemē-
 tiſſ. Domine, rogauit me D. Geruinius
 Calenius, Iuris Licētiatus, mihi ob ani-
 mi candorem & morū integritatē cha-
 rus, vt ad Nauclerum adycerem eius
 temporis hīſtoriā, quod ab illius Chro-*

EPISTOLA

nicis interim effluxisset. Maluisse ego alterius ea in re opera illum uti potius voluisse, quod illi argumēto parum esse idoneus: sed cum non occurreret alius, coactus est à me petere, quod permulti alij longè & felicius & absolutius atq; etiā accuratius præstare potuissent. Feci ergò quod rogatus erā, & ut non prorsus lectu indigna scriberē, multorū doctissimorū hominum libros historicos cursim perlegi, atque ex ijs non sine labore collegi, quæ possent Lectori aliā quam adferre utilitatem. Et nè planè sterilis esset narratio, si nihil præter nudam historiam cōtineret, admiscui interim pias quasdam admonitiones, nonnunquam etiā sanctiss. Patrum insignes sententias, ut vberior ad Lectorē fructus rediret. Deindè autē etiā separatim excudi placuit eam historiā, iam multis locis auctam & recognitā: quæ quidē breui tempore facile distra-

Etā

DEDICATORIA.

Etā est. Sed interim tamen ad me perfertur, nō deesse, qui dicant parum decessisse Carthusianū scribere historiam, alios etiā, qui me putent plusculum indulnisse affectibus, nonnullos verò, qui me etiā maledicum vocent. Quibus omnibus ut breuissimè satisfaciam, nōrint primi me nō facile hanc scribendi prouinciam suscepturum fuisse, si vel ipsi eam suscipere, vel alios doctiores ut susciperēt, adhortari voluissent. Porrò alij id certū habeant, me nihil aut odio cuiusquam aut amore scripsisse secus, quam haberet rei veritas, quantū equidem scire potui: nec debet mihi vitio verti, si laudavi præclarè de Rep. Christiana meritos, & acrius interim perstrinxi proditores & perditores inlytæ Germaniæ nostræ: quales sunt ij, qui sub prætextu Euangelij & puræ doctrinæ teterrimos errores & iam olim damnatas hæreses in orbē inuexerunt.

a 3 Postre-

EPISTOLA

Postremi autem, qui me maledicentiæ
 insimulant, desināt (oro) esse schismatici:
 desināt populum Christianum, Christi
 Iesu precioso sanguine redemptū, in
 errores inducere: desināt atrocissimè et
 impijssimè lacerare ac pscindere Chri-
 sti Catholicā Ecclesiam, Romanos Pō-
 tifices, sacramenta & instituta Eccle-
 siæ, & id genus alia: desināt dicere bo-
 num malum, & malum bonū, redeantq̄
 ad pacem & unitatem filiorum DEI:
 & tum sentient me, etsi non nunquā
 asperius scripsisse videar, tamen longè
 fuisse modestiorē, quā res ipsæ posce-
 re viderētur. Atque his ego in præsens
 responsum esse velim ijs, quos suprā di-
 xi. Nam prolixè contendere mihi sanè
 integrum non est. Quanquā quòd ad
 postremos attinet, qui me maledicum
 vocant, possē facile ostendere, si mea
 scripta cum eorum scriptis cōferantur,
 illos se potius q̄ me perstringere voluis-
 se.

DEDICATORIA

se. In ijs enim est Casparus Peucerus
 Melāchthonis gener, qui in suo illo 5.
 Carionis libro, dū eum illustr. Saxonici
 Electori Augusto dedicat, adeò furio-
 sus & rabidus in me incurrit, vt nō mo-
 dō scurrā, sed etiā blasphemū filij Dei
 hostem me vocet, nec dicere vereatur,
 quod tamen docere nunquā poterit, me
 impudenter res manifestè veras calu-
 mniari ac deprauare. Tum verò in ipsa
 historia tā impotēter incurrit in Sūmos
 pōtifices, quorū odio isti infelices et mi-
 seri deflagrāt, vt sanè belliss. et germa-
 nissimū Luteri discipulū se pbet. Dolet
 s. viro euāgelico, quòd fraudes, menda-
 cia, antilogiæ, mutuæ eadēq̄, acerbissi-
 mæ dissensioēs, cōtentiones, odia plūs q̄
 Vatiniā noui huius Euangelij bucci-
 natorū in mea historia annotantur, &
 identidē verissimè commemorantur:
 nec pudet eum iactare doctrinā Lute-
 ricæ irrefragabilem authoritatem &
 a 4 perspi-

EPISTOLA

perspicuitatem, cum certissimè constet
 & Lutherum ipsum sæpè pugnantiã do-
 cuisse, & Luteranos inter se odiosissi-
 mè & pertinacissimè disfidere: tum
 quoquè Philippum Melanchthonè Cõ-
 fessionem Augustanam non semèl mu-
 tãsse, atq; ab Illyrico discipulo suo falsi
 insimulatum esse, & in ipsos quoquè
 symmystas suos Luteranos acerbè sanè
 scripsisse, potiusq; in doctrina Eucha-
 ristie ad Zuinglij, quàm Luteri, par-
 tes accessisse. Hæc & eius generis alia
 cum nos citra ullũ mendacium ex ipso-
 rum editis libris proferimus, maledi-
 cos nos vocant, & blasphemos hostes
 filij DEI. Cum autem illi immaniter
 cõspuunt & calumniantur etiã opti-
 mos & sanctissimos Pontifices, sacra-
 mēta & instituta Ecclesiæ Catholicæ,
 aliãq; similia, non solũ non maledici,
 sed etiã egregiè Euãgelici videri vo-
 lunt. Sed tamen utcunquè sæniant &
 tumult-

DEDICATORIA.

tumultuentur viri optimi, veniet quan-
 doquè ille dies, ut intelligant homines,
 quàm luculenter sub Euangely emēti-
 ta specie ipsis impositum & illusum ad-
 huc sit ab ipsis. Atq; ut id facilius pos-
 sint, operam dedi, ut in meo hoc quali-
 cunque Commentario doctrinæ incons-
 tantiam, fœdissimas antilogias, atro-
 cissimas altercationes, & his consimi-
 lia multa, quæ in nostris Euangelicis
 dogmatistis & præconibus visuntur,
 diligenter Lectori ob oculos ponerem,
 & quædam etiã identidē inculca-
 rem, ut magis moueant, & tenaciũs
 animis affigantur. Nec ego vel tantilli
 facio, hoc nomine à Peucero me male-
 dicũ appellari. Ille enim nõ didicit ali-
 ud à suo Lutero & Melanchthone, q̃
 monachis maledicere, & monachos ca-
 lumnari, quemadmodũ etiã præ-
 clarè facit, dum in eadem sua Epistola
 dedicatoria monachos vocat deploratũ.

EPISTOLA

& profligatum genus hominum: quasi
 verò nesciat monachorum institutum
 semper omnibus seculis præcipuè apud
 Christianos, atque etià potentiſſimos
 reges & principes, fuisse venerationi,
 adeò vt etià magnus ille Constanti-
 nus, teste Athanasio, & eius liberi Cō-
 stans atque Constantius, crebrò ad S.
 Antonium quasi ad patrem scripserint,
 & tum illorum fauor, vt idem ait, tum
 omnis aula regalis illū celebràrit. The-
 odosius quoguè maior bellum aduersùs
 Eugenium tyrannū suscepturus, Iohan-
 nem monachū Aegyptium, misso ad illū
 fidissimo eunucho Eutropio, de belli
 euentu consuluerit. Porrò Carolus Ma-
 gnus in literis quibusdam, quarū exem-
 plum legi, affirmare non dubitàrit, se
 sanctorū monasteriorū loca sustentan-
 do & ditando, nō solūm Deum hoc ipso
 sibi placare, sed etià totius regni sui
 statum corroborare. Eat sanè Peucerus

In vita S.
Antonij.

Nicephor.
Hist. Ecclef.
lib. 12, ca. 39.

&

DEDICATORIA.

& maledicat monachis: nos interim
 eius maledictis nihil prorsùs absterri-
 ti, pergemus DEO propitio hominibus
 ostendere malas artes, portentosam va-
 nitatem, impias hæreses, turpissimas
 antilogias, immania aliorum in alios
 conuicia, & id genus alia pulcherrima
 emblemata fratrum euāgelicorum. Quòd
 si id Peucerus ferre non potest, separet
 se ab illorum hominum sodalitiis, redeatq;
 ad Ecclesiam, et eiusmodi nostro labo-
 re etià gratulabitur: porrò etià in
 pertexendo illo suo Carione desinat cri-
 minari Pontifices, & res gestas scribat
 bona fide: nō imitetur Sebastiani Frū-
 ci maledicentiam, non Sleidani va-
 nitatem, cuius posterioris Commenta-
 rij sanè eiusmodi sunt, vt grauissimi
 viri eos non immeritò sint detestati &
 execrati. Atq; ipse etià Romanorum
 inuictissimus & pientissimus Impe-
 rator Carolus V. cum eos interdum legi
 audi-

EPISTOLA

audiuisset, idētidē exclamauit, *Mentitur nebulo, mentitur nebulo.* Quod idem non semel auditum est ex ore doctissimi Numburgensis Episcopi Iulij Pflugij, cum illi ad mēsam praelegerentur. Et illi certē, quod res Imperij probè cognitās haberent, & plerūquē praesentes interfuissent ijs, quae à Sleidano narrantur, facile de hominis fide pronunciarē potuerunt: ut haud immeritò dolendum sit, apud plerosq; immò plurimos, tanti fieri illos putidos & nugaces Commentarios, quosdam etiā vix aequo ferre animo, si Catholici res ab illo mala fide relatas, bona fide commemorent, eiusq; mēdacia incauto Lectori prodant. Id quod non indiligenter à quibusdam praestitum est, sed accuratiùs & elaboratiùs etiā praestitum fuisset, si clarissimis & doctissimis viris Iohanni Groppero, & Euerhardo Billico, tum etiā Sleidano longior

vita

DEDICATORIA.

vita contigisset. Quin etiā is, quem dixi, potentissimus Imperator Carolus V. cuidam egregio viro Acta publica, literas & alia instrumenta, sua manu tradidit, ut ex ijs Sleidani mendacia detegerentur. Quae quidem eò faciunt, ut nemo mirari debeat, idētidē à me perstringi Sleidanum, & eius vanitatem non vno loco indicari. Expedit enim Lectori parū perito, hominis malam fidem aperiri, ut caueat sibi ab infido historico, qui in suis illis bellissimis Commentarijs sic historiam texit, ut non nisi execrabilium errorum, damnatarum haeresum, seditiosorum dogmatum & turbulentorum hominum, quales fuere Luterus, Zuinglius, Calvinus, & cæt. patronum agere velle videatur, idq; non sinē imperiti Lectoris multiplici pernicio, quando homo verus fatus religionis negocium cum historia ita permiscet, ut dum animum Lectoris

EPISTOLA

& rerum infida plerūquē narratione,
 & multa sermonis blandiloquentia
 & suauitate demulcet, vnā instillet im-
 pios errores & execranda dogmata.
 Erunt autem fortassis, qui quandoquē
 totam eius historiam exactē sibi confu-
 tandā sumant: quod difficile nō erit, si
 possint habere copiam eorum, quæ in
 Comitij acta sunt & quorundam alio-
 rum. Mihi id integrum non fuit, nec li-
 bet sanē cum istis portentosis homini-
 bus contendere. Prodesse autem certē
 hoc meo qualicumque labore volui Le-
 ctoribus præsertim parū doctis &
 imperitæ multitudini, quā isti suis men-
 dacijs & præstigijs miserē euertunt.
 Atq; tametsi nō desunt forsā, qui meā
 operam carpendam putent, tamen me
 plurimum consolatur, quod cum alijs
 multis bonis & doctis viris, tū in primis
 tuæ Illustriss. Celsitudini, Princeps ce-
 leberime, eam pbari intelligā: quæ ad-
 modum

DEDICATORIA.

modum etiā nupèr ad me datis huma-
 nissimè literis haud obscurè indicauit.
 Quæ etiā res, tum I. C. T. apud omnes
 peruulgata virtus, & in fide Catholica
 inuicta animi constantia, me permoue-
 runt, vt posteaq; diem suum obijt Re-
 uerēdis. Treuericus Elector, cui supe-
 riores editiones inscripseram, hanc po-
 stremam permultis locis non parū lo-
 cupletatā, eidem I. C. T. summa animi
 summissione & promptitudine nuncu-
 parem, vt habeat contra obtrectatores
 tam insignem & excimium patronum,
 quem iam longè lateque celeberrimum
 reddidit, magisque etiā in posterum
 redditura est. Principe Germano di-
 gnissima in auita religiōe fortis & im-
 mota constantia, præter alias multas
 easque egregias corporis & animi do-
 tes, quibus eam cumulauit rerū omniū
 præpotens DEVS. Oro autē, & qui-
 dem enixissimè, vt T. I. C. hanc meam
 exi-

EPISTOLA DEDICAT.
 exiguam opellam boni consulat, & eo
 quo solet, favore prosequatur. Christus
 Opt. Max. seruet nobis diu incolumem
 I. C. T. cum omnibus suis. Ex Car-
 thusia Colonienfi, 6. Calend. Septem-
 bres, Anno 1567.

T. I. C. obsequentissimus
 clientulus

F. Laurentius Surius
 Carthusianus.

COM

COMMENTA^r

RIVS BREVIS

RERVM IN ORBE GESTARVM
 ab anno Salutis millesimo quingentesimo, vsque in
 annum LXVIII. ex optimis quibusq; scripto-
 ribus congestus per F. Laurentium Su-
 rium Carthusianum.



Cripturus historiã
 breuem nostri secu-
 li, non incommodè
 neque incongruè
 ab illo mihi initiũ
 factur⁹ videor, qui
 fuit eius seculi sin-
 gulare quoddam &
 eximium decus ac
 ornamentũ, nempe
 CAROLO V. Roma-
 norum Imper. qui à
 multis (vt est à quodã viro graui & nobili annota-
 tum) amor & delicia generis Christiani dicebatur.
 Atque eius optimi & potentiss. Imperatoris crebra,
 eaq; honorifica, in hoc Commentario fiet mentio:
 qua in re nolim me quisquam putet aut confingere
 aliquid, aut dare affectibus: sed scribere bona fide,
 q̄ apud grauissimos scriptores inuencrim: & poterã
 ego his adferre multo plura atq; maiora, sed breui-
 tati aliquid donandum erat, & declinanda hominũ
 sinistra iudicia, qui ferè ex seipsis de alijs æstimant,
 quãq; se aut nolle, aut non posse præstare nõrunt,
 ea nec ab alijs fieri potuisse arbitrãtur. Quòd si ve-
 rò in illius prædicandis virtutibus copiosiores erim⁹,
 quàm aliorum, etiã laudatissimorum Regum
 & Principum, nemo id putet cuiusquam contem-

ptu fieri: neque enim operis breuitas permisit omnia omnium præclare gesta commemorare, & certe tanta huius principis in rempublicam Christianam merita extiterè, vt cum omnium non possimus, vel eius vnus encomia paulò vberius celebrare iure meritoque debeamus. Sed nunc rem ipsam aggrediamur.

*Carolus V.
nascitur
Gandau.*

Anno à virginis partu millesimo quingentesimo natus est Gandau ipsas ferijs D. Matthiæ Apostoli CAROLVS Austriacus, qui postea fuit eius nominis quintus Romanorum potentissimus, idemq; religiosissimus Imperator. Natus est autem anno Iubileo, qui est annus gratiæ, & tertia post mediam noctem hora, & quidem (vt dixi) Gandau, quod est maximè ferè totius Europæ oppidum, Aiunt enim incolæ, eam urbem cum suis fossis septè milliaria Belgica vel leucas in circuitu continere. Sunt ibi septem parocciæ, quarum ea, quæ est diui Michaëlis, fertur ad viginti octo hominum millia habere, quotannis sacram Eucharistiam sumentium. Flumen Scaldis rapidissimè septem in ipsa vrbe pontibus marmoreis magnificè centissimè constratum est. Olì septem principes toto septennio eam oppugnauerunt quidem, sed expugnare non potuerunt: hodieque septem templa in totidem castris à septem regibus ædificata visuntur. Is ergò Caroli natalis locus, visus est quasi præsignificare illius futuram amplitudinem & excellentiam. Obseruatum est etiàm à nonnullis, quòd ab Augusto Cæsare (qui fuit CHRISTI temporibus, quibus lux Christianæ fidei sedentibus in regione vmbrae mortis illata est) totidem ferè fluxère anni ad Carolum Magnum, primum Germanorum Imperatorem, (qui fuit longè potentissimus, & præter alios, etiàm Saxones, multis bellis annis triginta agrè tandem domitos, coëgit recipere fidem CHRISTI) quot ab ipso Carolo Magno

vique

vsque ad hunc Carolum Quintum, qui fidem Christiani in amplissimas ab ipso reperti & occupati noui orbis prouincias, piorum hominum opera mirabiliter inuexit ac propagauit. Vt autem in Germaniam & alios quosdam huius orbis populos CHRISTI fides tum illata est, cum Græci tumultuarentur, & in res nouas auidi viderentur, nec à prauis complectendis dogmatibus abhorrent, quod fuit ferè ætate Caroli Magni: ita quoque nostro quo, dum Germani & vicinæ nationes, Luteri & aliorum similibus hominum peregrinas amplectuntur doctrinas, & à catholica fide, quam ipsis Pasticam libuit appellare, atque à veterum Germanorum toto orbe celebrata constantia deficiunt, apud Antipodes & in nouo Carolino orbe, (Sic enim vocant quidam) atque etiàm illis in locis & regionibus amplissimis, quæ Lusitani partim adierunt, partim vel vi expugnatas, vel ditione acceptas, suis regibus subdiderunt, Catholica Christi fides & religio, quam Luterus cum suis impugnat, ab innumeris populis cupidissimè recepta est, hodieque recipitur. Sed hæc possent quidem fusiùs nõ absque summa horum temporum deploratione dici, at suum habebunt, DE O fauente, locum.

Sub id tempus, quo Gandau natus est Carolus, porticus insignis è palatio in ædem Diui Iohannis producta fuit opere mirabili, & magno sumptu, longa pedes tèm mille quingentos, septem lata, septem etiàm pedes in altum subleuata, vt infra commodè pateret transitus, triplici colore, flauo, rubro, candido, conspicua. Multa in ea porticu erant visu stupenda, sed quæ breuitatis studio præterimus. Ardebant in ea porticu ambulatoria bis mille & centum faces: visebantur quadraginta arcus triumphales, portarum magnarum instar, è quibus tres cæteris angustiores

Porticus insignis Gandau extructa.

*Vide hinc
libros Guilielmi Zeno
cari equitis
aurati de
vita Caroli
V. Gandau
excusos, &
in Hispania,
Italia &
Belgio ap-
probatos.*

erant, & vna quidem Sapientia, altera Iustitia, tertio Pacis & Concordia dicebatur. Fuit & alia mirabilis porticus aërea, ex funibus compacta è fastigio ædis D. Nicolai ad apicem turris Capitolinae, plena ardentibus facibus. Per priorem illam porticum die tertio decimo, postquam in hac lucem editus est, infans Carolus ductus est in templum D. Ioannis. Multi hoc sanè admiratione dignum duxere, quod puerulus saluari tingendus lauacro, ita ad baptisterium allatus est, ut terram non attingerent, à quibus adducebatur. Et certe quam ille princeps postea terrena omnia facile animo excefferit atque transcenderit, opportunis locis infra videre licebit: & quidem tum vel maxime patuit, cum filio serenissimo Philippo Hispaniarum principi regna & ditiones suas omnes, porro Ferdinando Romanorum piensissimo Regi Imperij fasces sua sponte ac vltro tradidit, ut infra dicetur. Ad sacrum fontem duo aurei velleris equites & dynastæ clarissimi, Carolus à Croia, & Bergensis Satrapa, itemque duæ regij stemmatis heroinæ, Margareta Britannica, Eduardi V. Anglorum regis soror, & Margareta Austriaca, Maximiliani Cæsaris filia, sponsores Caroli infantis fuere. Multa quoque hac die ipsi eidem infanti præclarissima tum à sponso-ribus, tum ab alijs quibusdam sunt dona oblata: & ea quidem eiusmodi erant, ut haud obscure magnifica & rara quædam de illo infante portendere viderentur. Porro verò si ad genus eius respicias, fuit illud perquam vetustum, illustre & nobile: quippe ex Archiducibus Austriae primò, deinde ex comitibus Habsburgensibus, denique ex antiquissimis Francorum regibus, (fuerunt autem, nè quem id lateat, Franci origine Germani, non Galli, ijque Galliam occuparunt, vnde hodieque à Francis Germanis, Francia regnum nomen habet) è quibus primus Pharamundus longè potētissimus Romanos Gallia

Genus Caroli V.

expulit,

expulit, Clodius rex Doringos compulsi vestigal pendere, Meroueus rex Saracenos ab Aurelia profligauit. Clodoueus primus Christianam est religionem complexus. Et Pharamundus quidem rex legem Salicam tulit, qua cautum est, nè foeminae sint regni haeredes. Quidam grauisissimus scriptor ait Clodium regem, huius, quem diximus, Clodouei patrem, anno regni sui 15. victoria ex Germanis reportasse, atque eo nomine Baptisum percepisse à Remigio sanctissimo praesule Rhemeni, vinctumque fuisse oleo caelitus allato, eique lilia tradita esse, templumque cum D. Genouefa virgini in colle Parisijs vouisse, denique vita functum anno Domini 514. Verum quando hæc plerique omnes Clodoueo tribuunt, nec vllam faciunt Clodij mentionem, incertum est quem in hac opinione secutus sit auctorem. Cum autem deinde regum liberi multiplicarentur, regna fuere distracta, & tum Austrasie regnum succreuit, quod quidem duas habuit curias regias, alteram apud Metensium urbem, alteram Coloniae Agrippinae: limites eius non iidem ab omnibus assignantur. Sunt enim qui putent ab Alpibus per Burgundiam inter Rhenum & Scaldim suos eam habuisse fines, quo spatio comprehendebantur, ut ipsi volunt, Ultraiectum, Colonia, Treuiris, Moguntia, Geldria, Cluiua, Iulia, Hollandia, Zelandia, Hannonia, Hasbania, Leodidium, Limburgum, Alsatia, Palatinatus Rhenensis, Sylua Arduenna, Barrium cum ea parte Campaniae Gallicae, vbi Mosa sumit initium. sed alij longè contrauctiores ponunt limites. Verum de his magno perè contendere nihil attinet. Satis est ostendisse, Carolum nostrum, de quo agimus, amplissimo & antiquissimo stemmate prognatum, sed ita tamen, ut ille suum genus eximie illustrarit. Patrem autem habuit Philippum Austriacum, Maximiliani sapientissimi & moderatissimi Cæsaris filium, regem Castellae

& Legionis, Brugis in Flandria natū, cuius vxor fuit Iohanna filia Ferdinandi & Elizabethæ Catholicorum regum Castellæ & Aragoniæ. Sed hoc loco tantum de Carolo principe dixisse sufficiat. locis opportunis plura dicentur. Potest quidem nostra ætas, tot agitata infandarum heresum & immanissimorum bellorum tempestatibus, uon immeritò sibi gratulari, quòd cuiusmodi Imperatorem habere meruit, cuius esset insignis & valdè rara pietas in *deum*: & tot accessione regnorum atque affinitatum, amplissima ditio & potentia. Nec quisquam certè dubitare potest, quin Carolus Cæsar vel cum potentissimis superiorum ætatum Imperatoribus comparari possit, cuius vires vel fortunam potius (sic enim dicere solebat) etiã potentissimus Turcarum rex Solimannus reformidãrit. Quantum autem ille pro Catholicæ Ecclesiæ defensione egerit, dicitur infatigabile, nec dubium, quin Turcarum vires valdè enervari ab illo potuerint, immò etiã enervatæ fuissent, nisi quidam Christiani principes eius sanctissimos conatus multis modis retardassent. Vndè etiã factum est, vt perpetuis forè distentus bellis, non potuerit seuerè animaduertere in hæreticos, sub prætextu Euangelij & verbi Dei fœdos & iam olim à tota ecclesia damnatos errores excitantes, & pronis in mala hominum animis carnis libertatem, quæ dirissima seruitus est, offerentes, qui sub eius imperio mirum in modum excreuere, sed ità tamen, vt etsi Martinus Luterus Augustinianus monachus, horum omnium primus parens non immeritò dici possit, ad eò tamè in multas sint distracti sectas, vt earum certum numerum inire penè impossibile sit, & Luterus ipse, prope modum hodiè còtemptus iaceat, paucissimis eius dogmata omnia sequentibus, sicut alibi videbimus.

Porrò verò cum præuideret Deus, fore vt in Europa breui existeret prodigiosa hereses & horreda

fchi-

schismata, cum non possit ille nisi in pace & animorum & religionis suauis concordia degere, animum Lusitani regis potentissimi excitauit ad inquirendas regiones ad Austrum sitas, iam antea Castellani nouum repererant orbem & terras hæcenus incognitas, nè qua autem inter Castellanos & Lusitanos dissensio perniciofa oriretur, Romanus Pontifex Alexander VI. sua interposita auctoritate id effecit, vt Castellani ad Occidentem, Lusitani ad Australè possum nauigarent. Ità factum est, vt Castellani continentem amplissimam, in insulas maximas & innumeras, auri & vnionum feracissimas inuenerint: Lusitani verò per Arabicum & Persicum sinus ac Indiæ littora, regnum Calecuticum, deniquè ad auream Chersonesum & ipsa Sinarum regna longissimis, & prope immensis itineribus perlati sint. Neq; tamen hi reges contenti fuere amplissimas opes & ingentis ditiones suis regnis adiecisse, verum etiã laudatissimo studio conati sunt eas barbaras gentes ad veram & vnicam Christi religionem traducere. Quæ res eos paulatim habuit processus, Deo Opt. Max. suam gratiam tam sanctis conatibus adspirante, vt innumerabiles idololatræ ad Christum conuersi, eã fidem auidè receperint, quam in Europa pleræque nationes ceu Papisticam, immò etiã Antichristianam, repudiãrunt, vt iam partim antè dictum est.

Fuit in aula regis Hispaniarum quidam Christophorus Columbus, patria Genuentis. Multo is tenebatur desiderio nouas orbis regiones inuestigandi: & cum à rege peteret eam in rem subsidium, non semel tum à rege tum à regina irrisus est, tanquam qui res ludicras meditaretur. Cum autem iam octo exactis annis non faceret precandi finem, rex attentior esse cœpit, tãdemque iussit liburnicam vnam & celoces duas egregiè commeatu & armis instructas illi tradi, itaque anno salutis 1492, soluens à Gadibus,

Alexander VI. inter Castellanos & Lusitanos pacem conciliat.

Christophorus Columbus.

Solimannus Turca Caroli V. fortunam exornauit.

Insula Fortunata, hodie Canaria

bus, primò ad insulas Fortunatas appulit, quas nunc ob canum copiam vocant Canarias: olim dicebantur Fortunatæ, ob æris miram temperiem & cæli clementiam. Num erantur, vt quidam aiunt, decem Insulæ Fortunatæ, è quibus tres incultæ, reliquæ cultæ sint. Ex ijs ea, quæ Teneriffa vocatur, cælo sereno longissimè conspicitur, id quæ miræ altitudinis petram adamantinam, instar pyramidis acuminatam, quæ præindè vt Aetna mons in Sicilia, perpetuos vomit ignes. Qui eam petram mētiti sunt, non dubitant affirmare, à terra ad summum vsque verticem ad octo vel nouem obtinere milliaria Germanica. Incolæ fruges metunt in Martio & Aprili. Multa alia de his feruntur insulis: sed quia necdum satis certò cōperta habeo, mālui ijs annotandis superfedere. Olim cum Columbus ad eas primùm deferretur, incolæ nudi incedebant, à veri Dei notitia alieni: sed paulatim pleræque ex his insulæ ad fidem Christi accessere. Teneriffa & Gran Canaria, id est, grandis Canaria, ceteras vincunt magnitudine. Eas incolebant hæc tempestate homines barbari, prorsus nudi degentes. Indè ad Occidentem cursum tenens, aliquot reperit insulas: è quibus duabus vastissimis nomina indidit, alteram Hispanam, alteram Iohannam vocans.

Insula Iohanna.

In Iohanna insula densissimæ viscebantur syluæ, & in ijs auium, præsertim philomenarum, etiã mense Nouembri cantus audiebantur innumeri: flumina quoque lymphidissima & ad potandum suauiora, itemque portus commodissimi cernebantur. Diu ad eius insulæ littora nauigans, cum nullum cōperiret finem, putaretque terram continentem esse, ad Hispanam iter inflexit. Cumque eum & socios eius incolæ vidissent, mox fugerunt. Putabant enim eos esse Canibales, qui sunt homines feri, carnibus humanis auidissimè vescentes, quorum regionem Columbus erat præteruocatus. Incedunt autem etiã hui-

Hispana.

Canibali anthropophagi.

huius Hispanæ insulæ homines nudi. Canibali è vicinis locis hominum prædas agunt: impuberes excitis testibus saginant perindè, vt nos gallos gallinacos: puberes mox perimunt, intestina & extremas corporis partes etiãnum recentes vorant: reliqua sale adpersa cōseruant in vsus diuturniores, vt apud nos solent farcimina omnis generis. Mulieres non comedunt, sed haud secus atque gallinas seruant ad prolè. Indè Columbus in Hispanias rursus nauigat, relictis tñ in ea insula triginta & octo viris. Rex & regina redeuntem eum honorificè admodum accipiunt, eique nouam paranti nauigationem attribuunt liburnicas 17, & celoces 12, in quibus præter comæatum & arma omnigena, homines erant mille ducenti. Multas in hoc itinere reperit insulas, quibus plerisque nomina imposuit. Quodam in loco, quem Archipelagum nominarunt, supra 47. insulas inuenerunt. Vbi autem ad Hispanam insulam venerunt, viros 38. quos illic reliquerant, regis eius perfidia enectos compererunt. In ea insula condidit Columbus urbem, & in ipsius visceribus eius arcem Diui Thomæ. Fuerunt hæc initia Christianæ amplificandæ religioni faustissima.

Noua classis Columbus attribuitur.

Archipelagus.

Hoc anno 1500. Lusitani, duce Petro Aluaro, tempestate delati sunt ad regionem illam longè lateque patentem, quam vulgò Brasiliam vocant, quod indè eius nominis lignum aduehatur, tingendis panis aptum. In ea prouincia iussit idem Aluarus crucem affigi in fastigio arboris admodum proceræ: atque ad eius arboris imam partem Missæ sacrificium, præsertim exercituum, peractum est, totaque ea regio sanctæ Crucis appellata est. Hodie Christiana religio mirabiliter illic propagata est: Videbat Christus futuros breui, qui ipsius lignum Turcica barbarie & Antichristiana impietate sub Euangelij & pictatis prætextu demolirentur. Itaque transtulit

Brasilia prouincia sanctæ Crucis.

illud signum ad idolorum cultores, & apud eos id fecit haberi in precio: adeoque certū est multis Iridiæ locis Cruces esse collocatas, & inde aufugisse dæmones, nec solita Indis responsa dedisse. Pudeat tandem similes esse dæmonum, qui illo signo infabiliter cruciantur, atque eo nomine illud odio persequuntur inexpiabili.

Alia quoque deinceps navigationes institutæ sunt in has incognitas orbis regiones, & multa illis comperta rara ac inaudita.

*Albericus
Vespucius.*

Albericus Vespucius, vir egregiè doctus, prius sub Castiliæ, deinde sub Lusitano rege longissima maris emensis sparia, mira se reperisse scribit, multasque inuenisse insulas: sed nimis longum est, ea omnia hic commemorare. Nos & possumus & debemus DEO gratias agere, quod nostro seculo innumeras gentes dæmonum cultui addictas, ad CHRISTI fidem traduxit opera pijsimorum Hispaniæ & Lusitanæ regum, in quorum ditionibus hodieque inuiolata perseverat Catholica religio.

*Lusitanorū
navigatio-
nes.*

De Lusitanis ita scriptum reliquit Paulus Iouius, nostræ ætatis doctissimus Historiographus, libro duodecimo Historiarum: Iubente Emanuèle rege Lusitanæ, Lusitani insana navigatione Atlanticum Fortunatasque insulas præteruecti, promontorijs Praxio & Bonæ Spei superatis, Aethiopicum littus adierunt, gentes subegerunt, Rubri maris ac Persici sinus angustias superarunt, in Carmania atque India bello victis regibus Cannoræ, Cucini & Calecuthæ, celeberrimis emporijs exercendæ mercaturæ sedes arcusque posuere. Deinde cum novorum ducum aduentu aucta esset classis, vitimos Indiciæ orbisque terminos sibi proposuerunt: atque ita felici ausu, eadem ducti perititia nauigandi, ab Calecutha præter Indum ac Gangem fluuios, ad

auream Cheronesum peruenierunt, vbi regem Malachæ armis defensionem parantem, tormentorum *Aurea Cheronesus ex-* nouitate absteritum ac prælio victum, tributarium *sonesus ex-* fecerunt. Ab alia quoque parte, Indorum classibus *pugnata à* sæpè deletis, custoditisque Erythræi faucibus, ac si- *Lusitanis.* nus Arabici navigatione Aegyptijs mercatoribus interclusa, Indici maris imperium tenuerunt. Hæc Iouius.

Vbi sanè prædicanda venit diuina clementia, quæ tot tamque potentes barbaras nationes Christianorum armis voluit edomari, & per eos venire ad cognitionem nominis sui. In illis certè regionibus iam feruet religio Christiana, dum interina nobis aufertur regnum Dei, & datur genti facienti fructus illius. Vtinam respiciant tandem à Lutero & eius infautis nuncijs malè fascinati homines, nè breui CHRISTVS totus à nobis demigret in novum orbem. Sed de his plura congruis dicentur locis.

Matth. 8.

Hac ferè tempestate Baiazetes Turcarum rex, *Baiazetes* cum centum quinquaginta armatorum millibus *Turca ex-* Metonem Peloponnesi urbem validissimè obsedit, *pugnata Me-* nostrisque hominibus, post varia certamina, vtrinque summa virium & animorum contentione edita, ad quinque Venetarum triremium aduentum è stationibus ad mare, vt illas exciperent, in consultò descendentibus, Turcæ urbem ingressi, magna caede perpetrata, Venetos pariter & Græcos milites trucidant, & ipsum Metonensem Episcopum, ita vt erat mitratus & sacra veste indutus, obruncant, nec vlli omninò vel armato vel incermi parcunt infestissimi barbari, nisi quem forte aut ætas, aut forma vel seruituti, vel libidini seruauit.

Erant eius loci supra mille captiui. Ij longis adstricti funibus, ad Baiazetis prætorium perducti, sæuissimi Tyranni iussu sub eius *Baiazetis* oculis *cruelitas.*

oculis immanitèr precepti sunt. Is Baiazetes postmodum à filio Zelimo regno exutus, & paulopost veneno sublatuſ est. Eius pater Mahometes hydruntinam Italiae urbem cepit, atq; tum de rebus Christianis propemodum actum fuisset, praesertim in Italia, ubi est romani Imperij augusta sedes & antiquum domicilium, nisi illam truculentam beluam propterea Deus subitaria morte abstulisset, qui quidem id temporis non tam irae suae laxare habenas, quam ut maturè respicerent Christiani, maximo allato terrore admonere voluit. Alijs deinde locis aliquot Christianorum expugnatis, Baiazetes Byzantium redijt.

Id temporis ferè ad Orientem tres potentissimi reges rerum potiebantur: Baiazetes Turca, Caitebius Aegypti & Syriae Sulthanus, & Iacupus Persarum rex. Baiazetis erat in primis formidanda potentia ob copias militares longè firmissimas, quas perpetuis more Maiorum pace belloque alebat stipendijs: sed mitiori ingenio praeditus, ac philosophiae studijs addictior, post fugatum Gemen fratrem suum, qui postea in Europa ad Caietam perijt, pacem cum vicinis omnibus colere maluit. Sunt qui hunc Gemen Baiazetis fratrem, Zizimum vocent, sed id imperitè, cum Gemes de nomine Parthorum inclyti regis appellaretur. Conatus ille fuit, licèt ætate minor, fratrem Baiazetè imperio excludere: sed victus, fugae se mandauit, & Rhodum veniens, à Busfonio Rhodiorum equitum magistro, praeter spem in carcerem coniectus est, ac postea Romam perductus, ubi Baiazetes quotannis eius alendi causa quadraginta aureorum nummum millia numeravit.

Soph⁹ Ismael Persarum Imperator fit.

Sub hoc fermè tempus Sophus Ismael Persarum imperium occupavit, & noua quaedam in Mahometis Pseudoprophetae rursissima superstitione opinio in cunctis Sophi huius ditionibus disseminata est.

Perdo-

Perdomuit ille breuè Persas, Medos, Armenos, pluresque alias gentes, & crebris victorijs celeberrimum toto orbe nomen obtinuit, adeo ut Iudaei, calamitosum hominum genus ob repudiatum filium Dei vnicum & verum Messiam, stultissima opinione hunc suum putarent Messiam, atque per omnem ferè Europam mirum in modum sibi gratularentur, festa celebrarent conuiuia, mutuis tum nuncijs tum muneribus sese hortarentur ad bene sperandum, quod iam tandem venisset à Deo promissus seruator. Sed illorum inanis spes breuè in irritum recidit, quoad Sophus ille nullam gentem perinde, atque Iudaicam, exorsam habere compertus est. Ut autem Lector Sophi huius aliquantò certiore habeat notitiam, paulò fustius hinc agendum est. Patrem habuit Aidarem Harduellem, qui inter Persas regulus fuit non ignobilis, ingenio verò ac moribus cum primis suspiciendus. Is spreis omnibus mundi huius oblectamentis, diuitijs & honoribus, tanquam veris ærumnis & fortunæ ludibrijs, quæ cæci mortales ceu vera bona & munera felicitatis humanæ impensius appetunt, colunt, sectantur: vitam egit austeram, quam plerique omnes admirarentur potius, quam se imitari posse confiderent. Itaque hac viuendi ratione eam excellentis virtutis opinionem adeptus est, ut eum Assimbeius Vfuncaffenes (qui quondam Armeniae procurator, Moloanchre legitimo Persarum rege interfecto, regnum eius occupauerat) sibi generum adsciuerit, collocata ei in matrimonium Martha filia, quæ ex despina Caloioannis Trapezutini & Põti regis filia nata, Christi fidem coluit. Quod verò Trapezutinus Christianus rex Vfuncaffeni Mahometano filiam suam despondit, licèt ea conditione, ut eam permitteret Christum colere, idè factu est, quod & Trapezuntinus rex & Persa Vfuncaffenes, sibi ab Ottomanno Mahomete meritò timerent, cu

Harduellis pater Sophi Ismaelis.

pe-

Mahometes Turca pffigat Persas & occupat Trapezuntinum Imperium.

perentque ex hac affinitate mutua sibi comparare præsidia: que tamen neutri quicquã cõtulere, quandoquidẽ Mahometes tormetis æncis fretus, quorũ vsum Persæ tum ignorabant, Vfuncasenem in campis Anserinis profligauit, ac deindẽ Trapezuntinũ regem Cõstantinopolim perductum in carcere necauit, tota eius ditone occupata. Harduellis autem Taurisij, quod est præclarissimum Armeniæ maioris oppidum, multo habitatore frequentissimum, nouam cõcepit vulgare religionem, vel potius superstitionem, Mahometanam quidem illam, sed longẽ diuersam ab ea, quam ceteri Mahometani in Asia & Aphrica sequerentur. Volebat enim ab omnibus eos legis Mahometanę ritus suscipi, quos Haly Mahometis interpres & focius tradidisset: neq; em̃ aliter eos saluos posse fieri, cum alij potius Homarim, alterũ Mahometis discipulũ & interpretẽ, præferendũ censerent. Atq; hoc solo ferẽ diuersã superstitionis prætextu mahometani alij alios odiofissimẽ psequuntur: quod iam pridẽ magno poterat adiumento esse Christianis principibus ad Turcarũ profligandas vires, eorumq; immanissimam tyrannidẽ à suis finibus procũl arcendam, nisi quibusdam magis liberet mutuis conflagrare odijs & bellis intestinis, in summam Christianæ Reip. perniciẽ: quod certẽ dolendum est, tametsi peccata hominum e religione Christianorum, longẽ etiã deteriora merentur. Intercã verò dum Harduellis nouam Taurisij religionẽ disseminat, sit inges ex omni Perside & Armenia ad eum visendum hominum cõcurfus, non admodũ gratis Iacuppo Vfuncasensis filio, qui patri à Mahomete Ottomanno cæso, in regno successerat, iam em̃ eius potetiam & existimationẽ vereri cõcepit, atq; ad eius religionem confluentium cœtus habere suspectos. Eam suspicionem auxit, quod sciret patrẽ suum vi occupãsse Persarum regnum,

Mahometani in duas distracti sectas & superstitiões.

Mahometani cur se metu persquantur.

gnum, metueretque nẽ Persæ ipsum regno nõdũm satis firmato exturbarent, Itaq; neq; sanguinis cõiunctione, neq; hominis innocentia per morus, regnandi libidine transuersim actus, misit qui Harduellem nihil minũs suspicantem percuterent, Eo extincto, sectatores eius aut tulit e medio, aut dispulit. Porrò Ismael filius Harduellis, qui postea Sophus cognominatus est, eo tempore puer adhuc, ab illa cæde seruatus est: fugiensque Iacuppum regẽ auunculum suum, in Hyrcaniam ad Pырchalem parentis amicum, supra Caspium mare paucis oppidis imperantem, se contulit.

Fuit prætercã quidam Harduellis discipulus Techellis, qui deindẽ Cuselbas, hoc est, rubri cõput appellatus est, magistro nõ inferior, Persa origine, religie stirpis cognatiõe clarus, doctrina ac religione valdẽ celebris. Is quoque Iacuppũ fugiẽs, in minorem Armeniã puenit, atq; illic in Antitauro môte, loco ob frequentiam, varietatemq; pomiferarũ arborũ & perennes aquarũ fontes admodũ salubri & amceno, ab hominum cõmercio separatus, aliquot annis asperrimã vitã egit, cõtentus ijs, q̃ spontẽ humus protulisset: tandemq; eam famẽ claritudinem adeptus est, vt diuinus vates appellaretur. Agnitus primò est à pastoribus: deindẽ agricolẽ miserati eius vitæ austeritatem, victũ & res necessarias suppeditabant. Porrò cum etiã futura prædiceret, summa omnium admiratione in pagos & vrbes pertractus, & tantũ nõ ceu deus quispiam adoratus est. Iam provinciam om̃em sui fama compleuerat, publicatisq; nouæ legis interpretationibus, facili cõtrepidulibis persuasit, nisi illas complecterentur, nullam ipsis salutis spẽm reliquam fore. multis ergò vanam superstitionem amplectẽtibus, sectatores suos oes, pro insigni nouę religionis, iussit turbinatura capitis tegumentum siue pileos lintea fascia, eãque ru-

Techellis Persa mores & disciplina.

*Cuselbasæ
qui dicti.*

bri coloris, circundare: vnde factum est, vt ij omnes qui nouum hoc doctrinæ genus sequuntur, Cuselbasæ à rubro pileorum colore, toto Oriente vocentur. Interim Ismael quoque paternos nouæ superstitionis complexus ritus, cum iam adulesceret, & sermone, vultus elegantia, e regiaq; tum sapientia tum animi magnitudine omnibus admirabilis videretur, maximum nomen & ingentes vires sibi conciliauit, non ex vulgo duntaxat, sed permultis etiã nobilibus ac opulentis: cumq; etiam pum impubes esset, diuitias, honores & imperium, sicet ea contemnere videretur, assecutus est: tanta in eo cernebatur morum integritas. Additum quoque illi est cognomentum Sophus, quod à veteri Magorũ memoria sumptum videtur, qui olim apud Persas ipsi etiam regibus imperasse feruntur. Deinde verò Iacuppo Persarum rege veneficæ vxoris fraude sublato, cogitauit repetere paternos agros & ditionẽ, q̃ ex matris dote ipsi obtigerat. Itaq; aliquot suæ sectæ hominibus, cum Pyrchalis reguli coniunctis auxilijs, Armeniam ingressus, non tam viribus q̃ præclara existimatione & beneuolentia breui paternam ditionẽ recuperauit. Mox auctis copijs eorum, qui nouũ dogma sequebantur, Sumachiam vrbem in finibus Mediæ sitã, vi cepit & hostiliter diripuit. Illud audax facinus ad priorẽ nominis eius existimationẽ permultum adiecit, factusq; ex eius vrbis præda locupletior, exercitum magna ex parte inermem egregie instruxit. Iam verò Persici regni captus desiderio, Taurisium sibi petendum statuit.

*Taurisium
Persarum
regia.*

Ea vrbis Persarum regia est, non solum Armeniæ superioris, in qua sita est, verum etiam totius Orientis numero hominum atque opibus celeberrima, olim Terua dicta, distans à Caspij maris litore expediti equitis itinere dierum quatuor, haud procul ab emporio Derbento, vbi portæ ferreæ

Scy-

Scythas ab angustijs, q̃ sunt inter montes & mare, excludunt. Itã ergo Sophus Ismael amplissimum Persarum Imperium inuasit, & simul noua Mahometanæ stultitiæ superstitio longè lateque diuulgata est anno salutis 1499. quo Italia Gallorum aduentu maximas adiit clades, & Veneti ad Prorum insulam cum Turcis infelicitè dimicauerunt. Vbi autem Ismael ad Taurisium properauit, erat illic Aluantes Iacuppi filius, qui fratrem suum Moratchamũ prælio victum, ex Persarũ finibus expulerat, & primores aliquot Moratchami studiosos trucidarat. Ea res & illi magnã inuidiam confluxit, & Ismaeli eius amplissimæ vrbis potiunde facilimam viam patefecit. Nam simul vt ad vrbem cum exercitu appulit, portas illi ciues vltro aperuerunt, Aluãte in fugam sese conijciente, quod longè imparẽ se sentiret Ismaelis copijs, nullo præsertim ciuium fultus præsidio, de quorum fide non immerito nihil sibi admodum polliceretur. Eos autem Ismael, propõsita omnibus incolumitate, in suam religionem & fidẽ facile adiecit. Vrbem autem ingressus, Iacuppi regis auunculi sui sepulcrum eximij operis euerit: ossibusque dissectis, omnem eius memoriam prorsus aboleuit, vt paternam eadẽm vlciferetur. Interim certus ad eum perfertur rumor, Aluãtem conciliato sibi fratre Moratchamo, cum maximo equitum & peditum exercitu aduentare. Eo nuncio nihil terribus Ismael, suos incredibili celeritate ducit hostibus obuiam, imparatumq; Aluãtem mira felicitate oppressit, ipso Aluãte, cum acrius pugnaret, obrucato. Eo casu, equites cataphracti & sagittarij ceterique postremi agminis milites, fuga dilapsi sunt.

Aliquot autẽ diebus eo in loco à labore recreatis militibus, deinde Scyras vrbem cum exercitu profectus est. Iam enim finitimi populi in illius se potestate fore distitabant. Ab ea ciuitate maximis hono-

*Aluantes
ab Ismaelẽ
cãditur.*

ribus affectus, sæpe ad populum concionabatur de noua religione suscipienda, additis etiã minis, si quis intra diem tricesimũ pristinos ritus neuti quã repudiãsses. Quamobrem omnes ferẽ in illius sententiam breuĩ concessãre. Est autem Scyras vrbs opulentissima atq; clarissima, ex cuius diuitijs militi perfoluit stipendium, omnesq; copias suas militari ter instruxit & egregie ornauit. Erant tum illic officinã frequenter, omnis generis armorum plenissima: que sanẽ mirabili ingenio artifices ex ferro chalybeq; recoctis, & ex herbarum succis addita insigni temperatura, longẽ elegantius, quã apud nos id fiat, fabricare conueuerunt: nec galeas tantũ, thoraces & ocreas, sed equorum etiã perpetua ex tenuissimis laminis tegumenta. Post Scyras vrbsẽ facillẽ quoc; Sapha, quẽ Susa olim fuisse putatur, & Sulthania, vbi admirabiles cernuntur ingentium edificiorum reliquie, in eius fidem concessit. Indẽ Mesopotamiam magno populorum studio in deditioem accepit, Moratchamo Iacõppi filio & Aluantis fratre, in Arabiam cum vxoribus ac liberis omniq; suppellectile aufugiente. Indẽ ab Assyria in Mediam transiit: regressusq; in Armeniam, Albanis, Iberis & Scythijs, qui vltiorem Caspij maris oram tenent, bellũ fecit, quod solita tributa iam quadriennio minimẽ perfoluissent.

Dum hæc Ismael Sophus prosperrimis rerum successibus in Persidis Imperio gerit, Techellis Cusfelbas, cuius paulõ supra meminimus, Armeniam & minoris Asiẽ partem non minimam noua religione compleuit, multisq; eius sectã hominibus arma capessere iussis, Turcarum ditioem audacter inuasit. Iam enim passim cernebantur homines nouẽ superstitionis cupidi, (vt est mortalium genus nõ sua natura, quã à Deo benẽ condita est, sed deprauato animi iudicio in res nouas, quanlibet alioqui pni-

*Scyras insi-
gnis vrbs
describitur.*

*Sapha, olim
Susa.*

*Techellis
prospere suc-
cessus.*

ciosas, auidũ) qui pro symbolo rubris pileis vterentur. Cum autem non omnino suppetere sumptus bello gerendo necessarij, eorum facultates suis diripiendas permisit, qui nollent nouum dogma comploti. Indẽ è Cappadociẽ finibus in Lycaoniã vberem regionem profecti sunt, vbi diũ sese aluerunt, freti eius loci copijs. Multi autem eius regionis accolã cum rebus suis Iconium perfugerunt. Propõnẽbat Techellis præmia omnibus, qui ad ipsius religionem accederent, & dira minabatur refractarijs: quo factum est, vt plurimi illi se adiungeret. Iam autem Turcã rei indignitate permoti, ad arma se parabant, & ecce opportunẽ ab Ismaelẽ equites missi superuenere, qui etiã Techellim iam antea per legatos hortatus erat, vt nouã propagandã doctrinã omnem nauaret operam, vi etiã adhibita, suamq; illi opem & auxilia pollicitus fuerat. Faciebat hæc Ismael odio in Turcam Baiazetem, cuius opus pugnandi iam animo cõsilium volutabat. Misit etiã legatos Venetias, perens ab illis inter alia artifices, qui ænea tormenta conflarent. Veneti eos legatos humanitẽ exceperunt, sed omnibus eius votis, qd cum Baiazete quinquennijs inducias pacti essent, satisfacere non potuerunt: quanquã præter hoc etiã bellis grauib; impliciti tenerentur. Legatos autem muneribus affectos, honorificẽ à se dimiserunt: sed vbi Baiazetes comperit, eos per Syriã in Persidem reuertisse, grauiter apud Aegypti Sulthanum ea de re questus est: vnde accidit, vt mercatores Veneti, qui Tripoli, Alepi, Beryti atque Alexandriẽ agebant, à Campsone in catenas cõiecti, vix post annũ, multas à seuissimis Mamaluchis perpesti contumelias, vitã & libertatẽ impetrãrunt. Techellis verõ auxilijs Ismaelĩs fretus, Orcanam & Mahometem Baiazetis nepotes cum exercitu ipsi occurrentes, egregie profligauit: nec ab Iconiã nobilissimã Iconitum.

*Ismael Sophus mittit
legatos Ve-
netias.*

*Veneti ab
Aegypti Sul-
thano male
accipiuntur.*

*Cutheia ca-
pitur à Te-
chelle.*

vrbis oppugnatione abstinuisset, si tormenta bellī-
ca fuissent ad manū. Multos verò ijs in locis in suā
traduxit sectam. Indè per Galatiam in Bithyniam
infesto agmine contendens, Bellerbechum, id est,
totius Asiatici equitatus magistrū, opportuna cir-
cumuentum celeritate fortissimè debellauit, multis
ex eius exercitu fuis, reliquis in fugam coniectis.
Mox Cutheiam vrbe summa vi & incredibili suo-
rum ardore ac impetu expugnauit, magna Turcarū
strage edita, & ipsa quoque cum vxoribus capto
Bellerbecho, qui ex fuga eò se contulerat, & diū
fortissimè propugnando vrbe defenderat. Ea vrbs
in Asia minori medium ferè locum obtinet, Anato-
liæque magistri equitum, quem Bellerbechum vo-
cant, sedes est, sicut in Europa alterius Bellerbechi
Sophia Mæsiæ vrbs. Eius oppidi spolijs ornato, &
instructo exercitu, iam Prusiā Bithyniæ caput op-
pugnare instituerat. verum Baiazetes ingètes ex Eu-
ropa copias, duce Halybassa Macedone, in Asiam
misit, quorum aduentum Techellis sibi minimè ex-
pectādum ratus, è Ponto excessit, collecta preciosi-
ore præda. Eū halybassa magnis itineribus insequi-
tur, & post dies aliquot in planis galatiæ locis è no-
uissimo agmine fessos aliquot cepit & interfecit.
Tum verò Techellis Bellerbechum, quem vincitum
trahebat, media in via palo infixit. Eius clarissimi
apud Turcas viri horrendo interitu licet Halybas-
sa permoueretur, non tamen destitit celerrimè ab-
euntes persequi. Cum aut nulla cōtentio e eos pos-
set assequi, relictis peditibus, octo millia equitū
intentissimo cursu vnā secum iubet fugiētium vesti-
gijs insistere. Tandem ad Olygam montē vbi ventū
est, nouissimum agmen acri prælio perturbare cœ-
pit. At Techellis non se deserit, licet suos multo iti-
neris labore penè exanimatos nō ignoraret: acieq;
egregiè instructa, Turcarum impetus fortiter susti-

net.

net. Verum à sclopetarijs equitibus per multi è Te-
chellis copijs fusi sunt, ac nihilo minùs Techellis
redintegrata acie ex optimè armatis, eaq; à nouis-
simo agmine in frontem ducta, suos in tutiora loca
fortiter pugnando sese iussit recipere. Id conspicat-
us Halybassa, cum semel atque iterum per medios
hostes cum globo equitum pererrare non dubi-
taret, interceptus à Techellinis interficit. Eius cæ-
de pterriti Turcæ, primò remissiùs agere, mox fu-
ga sibi consulere, Techellis cum suis primò ad Ta-
sciam se recipit, quò Iunusbassa quoque cum qua-
draginta Turcarum equitum & peditum millibus
peruenit, multisq; illic lenibus prælijs certatum est,
donèc Techellis se tantis copijs imparē cernens,
superatis clām montibus, in minorem Armeniam
descendit. Post eius inopinatum discessum Iunus-
bassa per omnē Asiam minorē diligentissimè per-
scrutatur Persicæ religionis cultores, inuentosq; e-
omnibus tormētis excruciatos interficit: qui verò
bello non interfuissent, ijs frontē inussit, omnesq;
in Europam secum traduxit. Techellis porrò ad
Ismaelcm in finibus Scytharum bellum gerentem
confugit. Itā in illa quoque imparissima & demen-
tissima Mahometis superstitiōe, maximo Christia-
næ Reip. cōmodo, hac tempestate exitiales exitē-
re dissensiones, & odia ac similitates inexpiables,
dum alij Homarim, alij Halyn mahometis interpre-
tes & discipulos sequi malūt. Et nisi ea rerum per-
turbatio apud Mahometanos incidisset, Baiazetes
Turcarum rex Venetis & Hungaris admodum sæ-
uus & atrox hostis incubuisset. Verum præpotens
Deus etsi hominum flagitijs iurè irascitur, non ta-
men iustas semper reposcit pœnas, sed iudicij auste-
ritatem ineffabilis misericordiæ clementia tem-
perat, vt sit locus veniæ omnibus volētibus redire ad
sanitatem. Dum ergò sic Mahometani nouæ religi-

*Halybassa
interficitur.*

*Turcæ sanis
unt in Per-
sicæ religi-
onis cultu-
res.*

onis pretextu atrocissimè inter se digladiatur, Baiazetes propèssori animo cum Venetis pacem fecit, atque ab Europa sœui pectoris immanitatem reuocans, in Asiam totus incubuit, vt à Persis illatas iniurias egregiè vlcisceretur.

Alberici Vespuccij nauigatio.

ANNO 1501. die 10. Maij, Albericus Vespuccius à potèntissimo Lusitanicæ regis missus est exploratù nouas regiones, Itaq; tribus Lusitani velti liburnicis, ad Aethiopiæ promontorium, quod iam Caput viridè vocant, appulerunt: inde soluètes, & versùs polum antarcticum longissima nauigatiõe cursum tenentes, venerunt ad insulam quandam, multis horrendis in itinere iactati tēpestatibus, vbi mense Junio hyems est, & paria diei noctisq; spatia. Tanquàm 17. Augusti ad terram quandam peruenerunt, cuius incolæ beluas immanitate vincerent. Regio ipsa amœnitatis & elegantie permultum habere videbatur, sitaque est extra lineam æquinoctialè versùs Austrum quinq; gradibus. Cernebantur autem in montis cuiusdã vertice homines nudi, sed qui ad Lusitanos, licèt multum amantèr inuitati, descendere non audent. Attamen paulò post altera luce, sumpta fidutia, fumos & ignes passim excitârunt, vt Lusitanos è nauibus ad se eliceret. Egressis verò Lusitanis non se volebât propius adiungere, sed vt longius in terrâ progredierentur, eos inuitârunt. Quod cum periculosum videretur, duo audaciores multis precibus à nauium præfecto tandèm copiã impetrârunt in insulã penitiùs intrandi, sed ea cõditione, vt post quintũ diem ad naues redirët. Interim octidua Lusitanis expectantibus, illi nusquam cõspiciebantur, sed in dies alij atq; alij ex ea insula ad littus frequentes accedebant, non tamen cù Lusitanis colloquia miscere voluerunt. Septima die Lusitani in terram egressi, vident viros secum vxores suas addu-

Hyems mense Junio.

xiste,

xiste, quas etiã Lusitanos colloquendi causa propius adire iusserunt. Verùm scœmitis trepidatibus, iuuenè validum Lusitani ad eas mittunt, & vt nihil mali suspicarentur, ipsi in naues se recipiunt. Vbi ad eas iuuenis venit, circumstantillũ admirabundè oēs, contredantq; curiosius: atq; ecce interim de mote seuisima descendit mulier, vallum prælongũ manu gestans. Quæ cum ad locum, vbi iuuenis erat, peruisset, valido ictu incautum prostermit & occidit, eumq; mox reliquæ scœminæ per pedes in montem pertrahunt. At viri barbari è monte decurrunt impetu ad littus, & iacula ex arcubus certatim in naues vibrant, Lusitani verò displosis quatuor tormentis, repentè eos in fugam nimio terrore correptos cõpellunt. Porrò crudelissimæ mulieres, inspectantibus Lusitanis, iuuenem cæsum in frustra fecant, ad ignem torrent, & assum immanitèr deuorant. Viri autem signis quibusdam ostendebant, cum in montem alios duos Lusitanos se quoq; deuorasse. Acris tẽr ea res stimulabat Lusitanorum animos, & libenter eam fuissent vlti iniuriam, sed præfectus nõ permisit, haud dubiè peiora veritus, si pauci cum multis congregarentur. Inde ergò abeuntes, longius nauigârunt, & multa admiratione digna longissimis illis itineribus conspexerunt: iamq; stellarũ, quæ circa polum antarcticũ sunt, conspectu fruebantur, quæ multo & plures & illustriores sunt, quàm poli arctici. Deniquè tam diũ nauigârunt, quod polum antarcticus iam ipsis supra horizontem illum quinquaginta duobus gradibus fuerit eleuatus, & neq; minoris neq; maioris vrsæ stellæ sub aspectum caderent. Et noctes quidem Aprilis septima die, sole circa arietis extrema versante, quindecim horarũ fuisse compertæ sunt, hyemsq; ea loca obtinuit. Longũ esset omnia narrandõ profequi, quæ multiplici nauigatione tum Vespuccij, tum aliorum in illis inco-

Barbari Lusitanum iuuenem torrent ad ignem & comedunt.

In Aprilis noctes septemdecim horarum.

gnitis nostro orbi regionibus explorata sunt: sed hoc nomine præcipue laudes & grates agendæ sunt præpotenti deo, vt iam antè dixi, q̄ innumere gentes dæmonum cultrices, opera Hispaniæ & Lusitaniæ regum, intra non multos annos ad Christi religionem traductæ, iam viuum & verum colunt deũ, relictis tẽr execrandis dæmonum simulacris, quibus miseri ab omni vera luce prorsus alieni, hætenus diuinis impenderant cultus & honores.

Medera insula.

Inter Hispaniam & Canarias insulas inuenta est à Lusitanis Medera insula, syluestris illa quidem & prorsus inculta, sed soli fertilissimi. Quod vbi Lusitani aduerterunt, vt apta esset sementi & habitatiõni, syluas densissimas multo igni concremârunt, quinterdum adeo grassatus est, vt pleriq; vix flammæ euadere potuerint. Habitat in frequens à Lusitanis, qui extructis ædibus cultissimã eam reddiderunt. Est fontibus irrigua, & amnis multis conspicua. Gignit & alit p̄dices, colubas syluestres, pauones, apros feros, & multa alia diuersorum generum animantia, quæ etiã prius quàm homines eam occuparent, ibi sua collocârunt domicilia. Sũt ibi arbores insignes, cedro vel cupressis nõ absimiles, quas scindũt molis ferratilibus ad flumina collocatis, vnde multa præclara fiunt operã in varios vsus. Arborum color ruber est & boni odoris. Iussu regis Lusitaniæ plantatæ sunt ibi cannæ saccharũ ferentes, non solum copia insigni, sed etiã mira p̄stantia. Est enim eius regionis ea ferè habitudo vel qualitas, q̄ Cypri & Siciliæ. Sunt etiã eo impertatæ vites ex Creta insula, quæ botros & magnos & multos, atque etiã vina præclara vbertim proferrunt. Visuntur illic botri atro colore.

Hoc anno cruces sanguinolentę virorum ac mulierum vestibus passim in Germania inciderunt. Videntur præsignificasse pestem seuissimam, quæ pro-

ximo

ximo anno secuta est. Solet plerunq; Deus pro sua bonitate eiusmodi terroribus admonere homines, vt se corrigant, & impendentem eius iram à se auertant.

Eodem anno facultas Theologica Academię Moguntinæ, imitata synodi Basileensis decretum, itemq; Parisienses & Colonienses Theologos, omninõ decreuit & statuit sentiendum, beatissimam Dei genitricem semperq; virginem Mariam, quam ex omni æternitate sibi matrem delegit filius Dei, sine labe originalis peccati conceptam, idq; singulari quodã priuilegio. Non hinc necesse est anxie perquirere, quid hinc scriptum reliquerint præsci illi Ecclesię doctores, qui certè de hac virgine singulari reuerentè & honorificè scripsere. Augustinus ipse, cuius summa est authoritas, capite xxxvj, libri de natura & gratia, ob vnigenitũ Dei filium ex ea natum, nullã prorsus de ipsa vult haberi quæstionẽ, cum de peccatis agitur. An non ille sensit singulare priuilegium illi virgini concessum, quã non est ausus vlli peccato fateri obnoxia? Contendat hinc alij quantum volent: certè qui deũ timent, non faciliã ausi erunt in diuersum pertinacem ferre sententiam. Alioquin si cõmunibus illa cæterorum mortalium legibus subiecta fuit, cur non etiã cũ dolore & virginitatis iniuria peperit? Dictum est Eux, & in ea scemini omnibus, In dolore paries filios. At virgo maria incredibili & prorsus inaudito miraculo virgo concepit, non ab homine, sed de Spiritu sancto, & virgo peperit, in conceptu expers concupiscentiæ, in partu, doloris. Qui ergo eam sic sibi voluit esse matrẽ, vt non ab homine, sed de Spiritu sancto conciperet: is proculdubio talem quoquẽ eam esse voluit, quæ ab omni peccato purissima, digna esset & concipere & parere ipsum filium Dei. Non enim habitabit sapietia, vt in Sapientię libro scriptũ legimus, in corpore subdito peccatis.

B 5 tis.

tis. Et tamen ipsa Dei aeterna sapientia nouem mensibus habitauit in huius sacratissimae virginis castissimis visceribus. His ergo atque alijs rationibus promota facultas Theologica Moguntina Vniuersitatis, grauitèr sancitè deinceps neminem in ea Academia promoueri debere in sacra Theologia, nisi iuramento interposito priùs fidem dederit, se diuersam opinionem neque animo retenturum, neque quouis modo approbaturum. Scio non deesse hodieque, qui difficultè adduci possint, vt huic piissimae sententiae subscribât, licet multi doctissimi viri grauissimis argumentis eam adstruxerint & confirmarint: verùm Concilium Tridentinum sub Paulo 3. Pontifice inchoatum, & tandè sub Pio 4. absolutum, (multis enim modis satanas eius Concilij tum inchoationem, tum prosecutionem saepe impedire conatus est) statuit obseruandas esse de matris Dei conceptione cõstitutiones Sixti 4. qui Pontifex admodum fauit opinioni de immaculata eiusdem sacratissimae virginis conceptione. In eo autem Tridentino Concilio fuere supra 280. Episcopi, & multi excellenti & incomparabili doctrina viri, adeo vt etiã secularij, quantumuis laxa proposita fide publica, non tamen ausi fuerint eò accedere, eo praesertim tempore, quo sub Pio 4. excellentissime doctrinae viros catholicos ibi fuisse constat, Qui ergo extra Christianae modestiae cancellos non vult temerè efferrì, & tum sibi, tum alijs malè consulere, acquiescat in Ecclesiae sententia, & matris DEI singulari priuilegio nihil deroget, nè, dum matri iniurius est, praepotentis filij eius iram intolerabilem in suas accersat ceruices.

*Mercurius
nostra atque
tis comment
titius.*

Et ipso anno Italus quidam in Gallias venit, qui immòdica captus animi arrogantia, Mercurium se diceret, cum alioqui proprio nomine Iohannes vocaretur: Tyanci quoque Apollonij, quem alij Philosopho-

sophum, alij magum vocant, se sectatorem iactaret, rerum omnium, praesertim arcanarum, se vnũ callentissimum gloriabundus assereret, adeoq; praese veteres philosophos atq; theologos penè omnes contemneret. Vxorem & liberos, vnaque seruos & ancillas circumduxit. Nudis pedibus cum tota familia ingrediebatur, tum ipse, tum sui omnes non nisi lincis induti, etiã catenam ferream ad collum gestabant, instar Tyanci Apollonij, cuius vitam scribit Philostratus, & ante hunc Damis, Apollonij ipsius peregrinationis comes. Lugdunialiquandiu moratus, & in precio habitus, Ludouico Galliarum regi se natũ ad res summas praedicabat. Porro rex hominem miratus, doctos viros praesertim medicae facultatis, de hominis quam iactabat, prodigiõsa scientia & inuitata rerum cognitione periculum facere iubet. Multas ergo illi quaestiones de rebus varijs mouent, & vsque ad stuporem prompta ab eo responsa referunt, praecipuè in rebus medicis, quantum scire non possent, vnde hæc illi suppetere, cum esset alioqui sine literis. Reuersi igitur ad regem, rem omnem ordine exponunt cum multa admiratione. Idem verò Mercurius regi ensẽm donauit, mira arte fabrefactum, & 180. gladiolis stipatum: itemque clypeum, in quo speculum inerat affabrè elaboratum, cui nescio quid latentis energiae ineffe dictitabat. Quò verò tandè euaserit, aut quomodo emerit vitam exitum, non satis compertum habetur. Eiusmodi fanè iactantia & ostentatio non admodum decent Christianum philosophum, quando ipse quoque ethnicus philosophus Cicero sapientissimè admonet, vt quãto maiores sumus, tanto summissius nos geramus, quod diuinæ literæ paulò alijs verbis, sed eadem omninò sententia, exprimunt in Ecclesiastico: Quatò magnus es, humilia te in omnibus. *Ecc̃ 3.*

Per idem tempus quidam Ioannes ab *Elg.* ali-
quot

*Boppardia
occupatur.*

*Boppardia
quando op-
pignorata
Episcopo
Treuirensi.*

quot equitum & peditum turma stipatus, clara luce nullo repugnante, Budobrigam (vulgo Boppardiam vocant) regale oppidum, Ecclesie Treuirensis iam pridem oppignoratum inuasit, exclusisq; omnibus, qui Episcopi Treuerici partes sequerentur, castrum, telonium & æs omne occupauit, turribus præsidio è suis imposto. Hæricus 7. Imperator, certa accepta pecunia ab Archiepiscopo Treuirensi, id oppidum pignoris loco illi tradiderat. Ab annis trecentis non raro leguntur Imperatores quidam vrbes ab Imperio alienasse, difficultè vero redemisse: vnde accidit, vt multa Imperij loca à principibus ciuilibus & Ecclesiasticis occupentur, vt quidam scriptum reliquere.

Hoc anno dira fames ob frumenti inopiam tota Sueuiam peruasit, sed eam Argentoratenses frumeto, quod in magna copia reconditum habebant, nõ auarè quidem, vt apud plerosq; hodiè in more positum videmus, sed commodo precio distracto leuauerunt. Ea hominum charitas, licet maximè sit secundum naturam, iuuare naturæ consortem, iam rara est in terris. Nec mirum est, Argentorati magnam fuisse frumenti copiam, quando quidem ea Alsatie regio præcellentis vini & multi frumeti perquam fertilis est, vt non indigenis duntaxat, sed multis etiã vicinis & exteris vinum & frumentum affatim suppeditet: nec facile in Rheno tractu vlla alia regio, quæ ad fertilitatem attinet, ei comparari possit, tamen in latum à Rheno vsque ad montana, non nisi triplis minis Germanica milliaria obtinet.

**Vosago*

Multi illic fluuij è monte * Vosago in Rhenum prouoluuntur. Sanè non desunt qui scribant, nec ij quidem cõtèmpnendi authores, tota Germania nullam extare regionem, quæ omnibus prouentibus Alsatie comparari queat. Sunt in ea 46. ciuitates & oppidula, omnia muris cincta, arces quinquaginta, &

& villæ propè innumeræ. Verùm hæc fortassis non satis ad institutum.

Hac tempestate Basilea à Maximiliani Cæsaris & Imperij obedientia se subduxit, percusso fœdere cù Heluetijs, qui nullius parent Imperio. Basileensium defectio emimitati Schaffhusiani, Heluetijs itidem fœderati sunt. Literæ huius fœderis apud Lucernenses feruntur confectæ, & vtrinque datæ & acceptæ. Est Basilea vrbs inclyta Germanicæ, quam Ammianus Marcellinus Gratiani & Valèriniani Imperatorum temporibus iam fuisse scribit. Alluitur Rheno amplissimo flumine, qui mediam fermè interfluit, sed ponte constratus vtrinque habet iter peruium. Est ager vini frumentique ferax & intra & extra vrbs mœnia. Pius Pontifex eius nominis secundus, Gymnasium amplissimis ornatum & auctum priuilegijs illic condidit. Habet autem citra & vltra Rhenum geminam ciuitatem, alteram maiorem, alteram minorem Basileam: estq; ea vrbs in primis insignis & egregia, nisi quod hæc ætate colunt eius loci incolæ dogma Zuinglianum, quod Catholica Christi Ecclesia iam olim in Berengario damnauit. Dolendum est, in fortissima gente tantum potuisse noua dogmata, quæ Germaniam magna ex parte perdidērunt, vt suis dicemus locis. Schaffhusia quoque ad Rhenum sita, locum occupat & amœnum & comodum atque fœcundum. Non longè ab hac vrbe Rhenus fluuius altitudine quadraginta aut quinquaginta cubitorum ruit præceps in imum, ita vt aqua omnis in spumam & nebulam resoluatur. Est id sanè ad spectu horrendum. Schaffhusiani quidem initio ad certum tempus cum Heluetijs fœdus percusserunt, at postea id abiit in fœdus sempiternum. In eo oppido Eberhardus comes è Sueuia opulentum construxit monasterium, quod Germanicè à nauium traiectu didicum est *Schiffhusen*, tanquam nauium domus,

Basilea deficit ab imperio.

Basilearvrbs describitur.

Schaffhusia vrbs.

Schiffhusen monasteriũ.

vt

vt quidā vetustus codex probat. Maximis illud cœnobitum impendij exœdificatum fuit, multis eò al-
latis ingētibz columnis lapideis, è quibus etiam nū-
12. in templo vifuntur, fingula altæ pedes feptende-
cim, in complexu obtinentes pedes nouem. Confe-
crauit autem hoc monafterium Leo Pontifex Ro-
manus, eius nominis IX. cognatus antedicti comitis
Eberhardi, anno falutis 1052. cuius quidem Pontifi-
cis fuit fancta & inculpata vita, & eruditio haud
vulgaris, vt eius fcripta teftantur.

Huius anni mēfe nouembri Philippus archidux
Austriæ, Maximiliani Cæsaris filius, cum Iohanna
coniuge fua, Ferdinadi regis Hispaniarum filia, ami-
cicia cum Gallis conciliata, per Franciam in Hispa-
niam proficifcitur, & vbiq; præfertim verò Pari-
fij, honorificentiffime accipitur.

Hoc etiã anno Alexander Pontifex, eius nomi-
nis fextus, cum percepiffet Ruthenos & alios quof-
dam in Lituania Græcorum ritum complexos, cu-
pere ad Romanæ Ecclefiæ confuetudinem & reli-
gionem fe adiungere, fed interim non deeffe qui di-
gerent eos neceffariò rebaptizari oportere, propterea
eã quòd more Græcorum in tertia persona baptiza-
ti effent, fcriptis ad illos ex decreto concilij Floren-
tini, fub Eugenio 4. celebrati, in quo Græci atque
Armeni cum Romana Ecclefiã in concordiam rediò-
re, reuerã baptismum conferri, etiã cum in perso-
na tertia fic dicitur, Baptizetur talis feru⁹ Iefu Chri-
fti in nomine Patris & Filij & Spiritu fancti: quan-
quã in Latina ecclefiã non debet mutari vetus ver-
borum forma, quæ eft, Ego te baptizo in nomine pa-
tris & Filij & Spiritu fancti, Amen.

Rutheni vel Et quia hoc loco in Ruthenorum mentionē inci-
Mefcouitæ. dimus, operæ precij fuerit de ea gente paulò copio-
fius agere, vt Lector eius aliquam habeat notionē.
Obtinet ea gens ampliffimas regiones, & plerūquē
hodiē

hodiē vel Mofcouitæ vel Rutheni aut Ruffi appel-
lantur. Vrutur autem lingua Sclauonica, qua ho-
diē nulla eft ferè latior & diffusior, quippe qua Dal-
matæ, Bœnenfes, Croatæ, Iftrij, Carni, Carniolani,
Carinthij, Stirij, Mœfij, Seruij, Bulgari, aliq; Con-
ftantinopolim vsque, Bœmi, Lufatij, Silefij, Mora-
ui, Poloni, Rutheni, Circafi, Quinquemontani ad
Pontum, & Vandalorum reliquæ vltra Albim per
Germaniam in Septentrionem fparsim habitantes
vtuntur. Incertum eft, quis initio apud illos rerum
potitus fit, quòd characteres non habuerint, qui-
bus res fuas fcripto confignatas ad posterorum no-
ticiam transmitterent. Cœperunt autem Annales
conferibere tum primùm, cùm Michael rex Con-
ftantinopolitanus literas Sclauonicas in Bulgariam
mifit. Inter alios Igor quidam apud illos Imperio
potitus, Olham ex Plescouia duxit vxorem. Is cum
Igor Mofco-
exercitu fuo Heracleam & Nicomediam vsque pro-
uitarū prim-
gressus, fed iu fugam actus, à Malditto Dreuulliano-
ceps!
rum principe cæsus est, relicto infante filio Suua-
toflao, cuius mater Olha viri fui necem grauiffimè
vltã, multis Dreuullianorum millibus interemptis,
atque omnibus eorum castris occupatis, in Græciã
profecta est, & illic sacrũ baptismum percepit fub re-
ge Ioanne Conftantinopolitano, anno mundi 6463.
(Sic enim Annales eorum habent: solèta autem Ruf-
fi non à Christo nato, fed ab orbe condito numera-
re) Porrò nomen Olhæ, in Helonæ mutatum est.

Atque hæc in ea gente Ruthenica fidem CHRISTI Apud Mofco-
complexa est iuxta Annales iam dictos. Eam, post-
uitas quãdã
quam inter viuos esse destitit, nepos ei⁹ ex filio Vuo
caperit reli-
lodimerus iam baptizatus, in diuorũ numerum re-
gio Christi-
tulit, & Iulij dies vndecimus ei sacer dicitur. Atqui
ana.
ea filium suum Suuatoflaum ad baptismum induce-
re non potuit, qui post matrem Imperio potitus,
deuicit Bulgaros, ad Danubium vsq; progressus. In-
tulit

tulit etiã bellum Basilio & Constantino regibus Constantinopolitanis, eosq; profligauit. Cùm autẽ Graciam vastanti, reliqui Graciã principes aurum obtulissent, contempfit, & vestes atque arma potius accepit. Eum anno mundi 6480. Cures Princeps Piezenigorum ex insidijs interfecit, atq; ex cranio eius poculum fecit, cui auro circumdato inscripsit, *Dum aliena sectatur, perdit sua.* Habebat autem tres filios, inter quos ditionem suam diuiserat adhuc uiuens: nempe, Ieropolchum, Olegam, & Vuolodimerum. Ex ijs Ieropolchus Olegam fratrem suum occidit, sed nõ diũ post ipse quoquẽ fraude cuiusdam intimi consiliarij sui in manus fratris sui Vuolodimeri traditus, interfectus est: atque itã totius Russiã imperium ad Vuolodimerũ peruenit, qui tum multa colebat idola, multas quoquẽ habuit vxores, & ocingentas concubinas. Cùm autem ex omnibus sectis Christiana religio illi præcipuẽ arrideret, misit ad Basiliũ & Constantinũ reges Constantinopolitanos, petens Annam sororem eorum coniugem sibi dari: quod si facerent, pollicetur se cum tota gente sua Christianum futurum, & ablata in Græcia restitutum. Contrahitur matrimonium, Vuolodimerus in Corson baptizatur, & dicitur Basilius, nuptiãquẽ celebrantur. Acta sunt hæc anno mundi 6469. à quo tempore Russia permanfit in fide Christi. Hunc Vuolodimerum, à quo Vuolodimeria inter Vuollam & Occam fluuios vrbs condita est, inter diuos tanquã Apostolum 15. Iunij die Russi colunt. Eius successores vsque ad Georgium & Basiliũ nihil ferẽ memorabile gesserunt. Porrò Georgium & Basiliũ Bati rex Tartarorum, qui Christianorum ditiones horrẽdum in modum populatus est, bello superatos neci dedit, & bonã Russiã partem, abacta præda, ferro & igni vastauit. Ex eo tempore, anno scilicet mundi 6745. vsque ad Basili-

Vuolodimerus princeps Moscouitarum.

Russia fide Christiana.

Bati rex Tartarorum.

filium, qui ante paucos annos Ruthenis imperauit, omnes fere Russi principes tributum Tartaris persoluerunt. Cùm autem Bati rex Tartarorum, euastatis Christianorum ditionibus, magno tota Europa terrore relicto, cum suis in Scythiam reuertisset, Innocentius eius nominis 4. Romanus pontifex, ex concilio Lugdunensi aliquam multos religiosos viros anno salutis 1246, longissimo itinere misit ad Tartarorum Imperatorem, qui eum hortarentur vnum viuũ & verum Deum, & eius vnicũ filium mundi seruatore Iesum Christũ colere, & à Christianorum fundendo sanguine animum reuocare. Vbi Tartarus Pontificis preces audiuit, pollicitus est se quinennij spatio Christianorum ditiones minimẽ vexaturum. Verũm vbi pontificis legati discesserant, Saracenorum legati adsunt: hortantur Tartaros, vt Mahometis sectam, tanquã plausiblem & voluntariam, potius complectantur, quã Christianorũ religionem ociosam. Placuit verò eorũ oratio Tartaris, & inprimis ipsi Bati Imperatori, & itã illi tunc purissimam Mahometis superstitionem receperunt, quam hodiãq; retinent. Sed vt ad Ruthenos reuertamur, postquã Bati Tartarus Russiã sibi fecit tributariam, multis annis magna apud Ruthenos Tartarorum fuit autoritas, qua etiãm freti Rutheni principes plerunq; obtinebant principatus, aut alios etiãm cõsanguineos profligabãt, & multa fuit rerum apud Ruthenos confusio, dum alij alios superare contendunt, donẽc ventum est ad Iohannem Basiliũ, qui fuit Basilius cæci (orbatus enim luminibus fuit iussu Demetrii cuiusdã principis Moscouitarum) filius. Is autem Iohannes Basilius fortunatissimus fuit. Nam & magnum ducatum Tuuereni occupauit, & Nouogardiam magnam (quẽ est vrbs amplissima, in circuitu obtinens, vt quidam scribũt, septẽ milliaria Germanica) cepit, vndẽ supra trecetos

Innocentius Pontifex 4. misit legatos ad Tartaros.

Tartari sũt Mahometani.

Russia tributaria pendit Tartaris.

Novogardia

curus auro, argento & vnionibus onustos, Moscouiam absportauit anno Domini plus minus 1478. Feruntur in ea vrbe esse septem monasteria ordinis D. Basilij Magni, in quibus ingens est copia monachorum: innumera quoque sacramentalia aedium multitudo illic esse legitur. In solstitio aestiuo habet vrbem eadem longissimum diem plusquam octodecim horarum. Dicitur Iohannes Basilius, septem perpetuos annos graui eam obsidione pressit, ac tandem in potestatem ac miserissimam seruitutem redacta, Archiepiscopus & ditiores ac potentiores quosq; Moscouiam transfudit, atq; è suis subditis in illorū possessiones eum nouas colonias remisit. Exijs autē possessionibus præter cōmunes redditus, maximū quotannis vestigal in eius fiscum infertur. Porrò in Archiepiscopi locum quendam instituit episcopum, cui exiguam eius Archiepiscopatus prouentuum portionem attribuit. Postquam autē Moscouitæ eò translati sunt, vnâ etiã suos errores eò inuexerūt. Habuit verò iste Iohannes Basilius ex Sophia Imanuelis regis Constantinopolitani filia Helenam filiam, quæ nupsit Alexandro Lituaniæ magno Duci, eidemq; postea regi Poloniæ declarato. Sperabantur hæ nuptiæ vtriusq; partis dissensionibus & acerbitates omnes è medio sublaturæ: sed cum Polonus negligentiùs præstaret quiddam, quod se facturum receperat, Iohannes Basilius bellum ei facit, & prælio commisso victor euadit, capto Constantino regis Poloniæ duce egregio cum plerisque nobilibus, multisq; occupatis arcibus & prouincijs ditionis Lituaniæ. Porrò Constantinus oblata occasione è Moscouia ad Alexandrum profugit, licet à Moscouita libertate donatus esset ea conditione, vt relicto Alexandro, ipsi seruiret. Idem autē Constantinus postea magnâ dedit Moscouitarū stragē, vt suo loco dicit. Quauis autē huius Iohannis Basilij magna fuerit potentia, magnæq;

opci

opes, in Tartaris parere cogebatur, adeò vt legatis Tartarorū extra urbem obuiam procederet, eosque sedentes ipse stans audiret. Tandem illo mortuo, successore habuit Basilius Iohannis, qui intra paucos adhuc annos Moscouitico fructus est imperio. Is apud se captiuum tenuit Demetriū, fratris sui Iohannis filium, quem auus Ioannes Basilius, mortuo ipsius Demetrii patre Iohâne, totius Russiæ monarcham designarat. Mortuo deinde hoc quoque Demetrio, Basilius imperat, & non modò quæ à patre illi relicta erant, cōseruauit, verum etiã multas prouincias nō tam bello quam industria quadã suo imperio adiecit. Namq; & Plefcouiam & insignè principatum Smoleczko, qui centum ampliùs annis Lituaniis paruera, sibi subdidit, sicut infra dicitur. At tamē in bello plerunq; infelix fuit, ac nihilominus à suis felicissimè prædicabatur. Imperio in suos vtebatur duro & vix tolerabili, adeò vt ne fratribus quidem suis germanis, nec vlli principi castra vel munitiones permitteret: Omnes illi suis sumptibus, siue in aula, siue in bello, siue in legationibus eorū vellet opera vti, seruire cogebantur: Quibusdam tamen grauiora munia obeuntibus præfecturas aut villas, aut prædia attribuit plerunq; in sesquiannum, de quibus tamen certos census ipsi principi persoluerent: eo spatio elapso, totum sexenium gratis seruire cōpellebantur. Voluit quandoque ad Maximilianum Cæsarem legatum mittere quendam ex intimis secretarijs suis: sed cum is viaticum sibi deesse diceret, in perpetuos carceres coniectus, tandem perijt miserimè, omniaque eius bona princeps sibi vindicauit, fratribus ac hæredibus eius ne teruncio quidem relicto. Quicquid legati ipsis donatum reportasset, quod alicuius esset precij, id ferè sibi dari volebat. Miserat quandoque legatos ad Carolum V. Imper. qui illis graues torques aureos, & Hispanicam aure-

*Moscouita
parente Tar-
tari.*

*Basilius Io-
hannis dux
quàm duro
preberet in-
go Moscoui-
tas.*

am monctam donec dedit: quin & Ferdinandus Caroli frater, argenteis poculis, aureis & argenteis panis, itemq; Germanica aurea moneta eos donauit. At vbi domũ rediẽre, mox princeps Basilius & torques & pocula & maiorem Hispanicorum aureorũ partem ad se rapuit. Autoritate in clericos & laicos tam immo dica abutebatur, vt liberrimẽ de omniũ vita & facultatibus statuerit, nec quisquam ei ausus fuerit resistere: immo persuasum habebant, eius voluntatem non aliam esse, quã ipsius Dei: vocabantq; eum Clauigerum & Cubicularium Dei. Ea immanitate gens ipsa effera & crudelis efficiebatur, quanquã incertũ est, vtrum ipsius gentis immanitas & duritia eiusmodi tyrãnidem mereatur, an hac tyrãnide tam immanis & crudelis fiat. Regium titulum iste Basilius primus vsurpauit, cum alij ante eum magni duces dicti sint, tamen si pater eius Dominum totius Russiã se scripsit. Quin etiã ab omnibus Imperator appellatus est, quod errore factũ, dubiũ non est. Cum autem scriberet regi Poloniã, omissis regis titulo, magnum Ducem se vocauit. Nam neuter horum, alterius literas nouo titulo auctas, recipere dignabatur. Duxit idem Basilius primõ vxorem Salomeam, cuiusdam nobilis sui filiam: sed cum viginti & eo amplius annis ea proles non suscepisset, eam anno Christi 1526. valde quidem repugnantem, in monasterium intrusit, & cuiusdam ducis filiam Helenam sibi copulauit, ex qua suscepit filium Iohannem anno 1528. qui rerũ apud Moscovitã uitas potitus est, patre mortuo, & matre veneno sublata nescio cuius vel iussu vel opera. Quod ad religionem attinet, colunt Moscovitã siue Rutheni Christum, sed more Græcorum. Græci verõ sæpẽ Romanã ecclesiã obedientia recenterunt, & identidem ad pacem & concordia se receperunt, Episcopi Constantinopolitani, quod in amplissima vrbe &

*Durissima
seruitus Mo
scouitarum.*

*Rex apud
Moscovitas
quis primus
ictus.*

*Moscovita
ritus Græ
corum se
quuntur.*

*Episcoporu
Constanti-*

quæ noua Roma diceretur, sedem obtinerent, magnoperẽ in eam curam incubuerunt, vt proximam à Romano pontificibus vel etiã parem obtinerent authoritatem. In prima illa Constantinopolitana synodo, quæ est vna ex quatuor primarijs, videmus Canonem, quo tribuitur proximus à Romano pontifice locus Constantinopolitano episcopo: Sed quod ille Canon non sit receptus, vel vnus Leonis primi Pontificis Romani, quem longẽ ante mille centum annos præcellenti doctrina & eximia vitæ sanctimonia præditum fuisse negare nemo potest, scripta factis declarant. Nam cum in Chalcedonensi amplissima synodo Anatolius Constantinopolis Antistes à Patribus callidẽ impetrasset, vt proximam à Romano præfule Constantinopolitanus dignitatem obtineret, vbi id Leo Pontifex rescivit, modis omnibus se opposuit, effecitq; vt Anatolij callida consilia prorsus irrita fierent, neq; ratũ haberetur, quod ille non rectẽ atq; ordine impetrasset. Et certẽ Leo Pontifex affirmare videtur, primã synodi Constantinopolitanę Canonem antẽ dictũ, nunquã ad Romanę sedis notitiam venisse. Sic enim scribit ad Anatolium Epistola 53. Persuasioni tuæ in nullo penitus suffragatur quorundam Episcoporum ante sexaginta, vt iactas, annos (nam non multo plus temporis inter Constantinopolitanam & Chalcedonensem Synodos fluxit) facta subscriptio, nunquamq; à prædecessoribus tuis ad Apostolicã sedis transmissa notitiam, cui ab initio sui caducẽ dudumq; collapsẽ, sera nunc & inutilia subijcere fomenta voluisti, eliciendo à fratribus speciem consensionis, quam tibi in suam inuiriã verecundia fatigata præberet. Cur autem sanctissimus pontifex vique ad eodẽ se opposuerit Anatolio illicita appetenti, ipse eadem Epistola indicat his verbis: Potes euidentẽ agnoscere me dilectioni tuę beneuolo animo contraire, vt faniore consilio ab

*nopolis ar
rogantia.*

vniuersalis te Ecclesie perturbatione cōtineas. No-
lebat enim optimus pontifex quicquā derogari pri-
uilegijs Alexandrinæ & Antiochenę Ecclesie, in Ni-
cena synodo illi attributis. Fuit deinde temporibus
illius longē sanctissimi pontificis Gregorij primi,
Iohannes quidam Constantinopolitanus Episcopus,
qui se nō dubitauit cœcumenicum siue vniuersalem
patriarcham vocare, quem titulum eius vrbis Epi-
scopi magno Ecclesie scandalo post eum sibi vendi-
cârunt, Sed eorum superbia & contumacia tandem
Turcico iugo egregiē compressa est. Eius Iohannis
episcopi intolerandam arrogantiam acriter scriptis
castigauit Gregorius I. Romanus pontif. integerrimus:
at parū ea res profuit, Græcis in sua sententiā
permanentibus. Itaq; Græci in quibusdam à Roma-
na Ecclesia disenserunt, sed non impunē. Eorum ri-
tum Moscouitæ secuti, cum Romana Ecclesia non
vbique cōsentiant: quanquā fertur patriarcha Cō-
stantinopolitanus ab huius principis, qui iam Mo-
scouitis imperat, (si tamen nō fallor) patre rogatus
misisse monachum quendam, qui omnes libros, Ca-
nones & singula statuta ad fidem pertinentia, in or-
dinem recto iudicio redigeret. Cumque multos ille
aduertisset errores, aiunt dixisse principi, cum planē
schismaticum esse, qui Romanum aut Græcum non
sequatur ritum: sed paulopōst, licet alioqui principi
charus esset, sublatum ē medio. Idem quoque alten-
cuidam Græco mercatori, similiter dicenti, accidisse.
Sanē iactant illi se solos probē Christianos esse, nos
sibi tribuūt verō damnant tanquā desertores primitiue Ecclē-
sie & veterum sanctorum cōstitutionum: Lutheranos
autē & reliquos horum temporum sectarios, pro-
sūs execrantur. In annalibus eorum scriptum habe-
tur, D. Andream apostolum ex Græcia ad Borysthe-
nem fluiuium perlarum, ad montes vbi nunc Chio-
nia est, nauigasse, & terræ Rusiæ benē precatū esse
homi-

*Moscouitæ
sibi tribuūt
veram reli-
gionem.*

*De Andrea
Apostolo
quid habe-*

hominesq; baptizasse: Indē rursus ad mare vsq; Ger-
manicum processisse, atq; per illud Romā nauigasse:
ad extremum in Poloponneso ab Age Antipatro
crucifixum fuisse. Sed hæc quā sint vera, ipsi vide-
rint. Certē Andreas apostolus non eos docuit erra-
re. Archiepiscopi & Episcopi omnes totius Rusiæ,
carnibus perpetuō abstinēt, Præfetti monasteriorū,
quos Priores vocant, in Moscouia plurimi sunt, sed
omnes arbitrio principis eliguntur: Sacerdotes se-
culares habent vxores: ijs mortuis, nō licet eis sacra
obire vel sacrificare, nisi fortē monasterium ingres-
si, iuxta regulam viuant. Si quis etiā laicus vxore
mortua velit aliam ducere, permittunt id quidem,
sed vix legitimum matrimonium esse putant: tertias
nuptias sinē graui causa nō permittūt: quartas omni-
nō damnant. Admittunt diuortium, & dant libellū
repudij: verū id maximē celāt, eū id religioni &
statutis aduersum esse sciant. Si sacerdos ad secundas
sefe nuptias transferat, nihil habet cum clero com-
mercij. Obseruandum hoc loco est, apud Moscoui-
tas, sacerdotes nō accedere ad secundas nuptias. Hoc
idem vsq; in præsens etiā Græci seruant. Vnde ap-
pāret improbitas & impudentia hereticorum nostri
temporis, qui asserere non verētur, apud Græcos li-
cere sacerdotibus vel decies aliā post aliā vxorē du-
cere. Sic enim scribit Philippus Melanchthon in li-
bello quodam, in quo inter cætera etiā sacerdotū
cōiugium defendit: Sed manet, inquit, adhuc hodiē
mos ille in Græciana ecclesia, vt sacerdotes nubāt:
& non solum mariti eligantur ad sacerdotiū, nec vt
nubant semel tantum, sed quotiēs voluerint, etiā
decies, si itā tulerit res. Hoc quidē, sicut & alia mul-
ta, impudentissimē ille Melanchthon mentitur, sicut
potest grauissimis testimonijs doceri. Et certē quos
taliū facinorum non pudet, eos nemo absq; sum-
mo periculo vlla in re duces sequi possit. Verūm ad

*Sacerdos bī-
gamus à cle-
ro exclusit-
tur apud
Moscouitas.*

rem. Sacerdotum sunt tenues prouentus & oblationes. Vestitum propè eundem cum laicis habêt, dempto capitis tegmine. Et cur differant habitu, quinò differunt matrimonio? Ut populus, sic sacerdos. Monasteria habent leges seuerissimas, sed quæ paulatim enervata, multùm relaxerint. Carne perpetuò abstinent. Vestes quotidianæ episcoporum eadem ferè sunt, quæ aliorum monachorum. Persuasum habent, post septimam synodum generalem, nulli vniquam neque licuisse, neque licere Concilium œcumenicum indicere aut accedere sub pœna anathematis, quod etiàm seuerissimè obseruant. Tempore Florentini Concilij sub Eugenio 4. Romano Pontifice, quidam Russiæ metropolita idem Concilium adiit, vbi etiàm Græci & Armeni Latinis coniuncti & cõciliati fuèrat vbi domum redijt, rebus omnibus spoliatus, in carcerem coniectus est, vndè tamen postea euasit. Pueri cum baptisma percipiunt, tèn aquam, quam ad singulos nouam consecrant, totò immerguntur: nam alioqui putant non ritè baptizatos: mox etiàm chrisimate in sacra hebdomada consecrato inunguntur. Circa Paschatis festum confitentur peccata sua cum magna cordis contritione. Confessarius & confitens in medio tẽplo stant erecti, seruant que facta confessione cæremõnias singulares. Communicant sub vtraque specie, sed ità, vt corpus sanguini misceant in calice, vndè sacerdos cum cochleari portiunculam accipit, & porrigit communicanti. Communicant etiàm pueros septuages tanquàm iam rationis competes: qui si præ egritudine corpus domini fumere nequeant, guttam ex calice eis instillant, vna specie contenti. Non conficiunt Sacramentum, nisi dum sacrificant. Pro ægrotis consecrant Eucharistiam in die Cœnæ Domini, seruant que toto anno. Vndè constat, ægrotis illos non nisi vnam speciem præbere. In hoc

autem

autem plurimùm repræhendendi videntur, quòd panè nondùm consecratũ, per Ecclesiam circumferunt, & conceptis verbis adorant. Festos dies solenniores colunt: alijs minùs solennibus ciues & mechanici diuinis interfunt: quibus præactis, redeunt ad laborem: sed qui præstantiores sunt, compotationibus & cultu corporis festa venerantur. Festum trinitatis die secunda Pentecostes, festum omnium Sanctorũ die octaua Pentecostes celebrant, Purgatoriu non credunt, sed putant bonos & malos vsq; ad diem iudicij vltimam expectare sententiam, nec ante illud tempus malos torqueri. At nihilominus pro defunctis funebre sacrum faciunt, quòd arbitrentur tolerabiliorem posse locum ijs impetrari, vbi iudicium extremum expectent. Adspurguntur aqua benedicta, sed non nisi à sacerdote. Colunt sanctos, & imprimis D. Nicolaum, cuius etiàm recetia apud illos miracula referuntur. In Quadragesima totas septem ieiunant hebdomadas: in prima tamen vtuntur lactarijs, reliquis sex etiàm à piscibus abstinent. Sunt qui dominicis & sabbati diebus tantùm edant, alijs nullum penitus cibum capiant. Seruant etiàm ieiuniũ Petri ab octaua Pẽtecostes vsq; ad ferias Petri & Pauli. Item ieiuniũ beatissime Mariæ virginis à prima eius Augusti vsque ad Assumptionem. Ieiunant præterea sex septimanis in Aduentu Domini, idque vocant ieiunium Philippi, quòd iuxta illorum Calẽdarium, initium eius contingat festum Philippi. Nullius sancti vigiliam ieiunio venerantur, præter decollationem S. Iohannis Baptistæ, quæ est 29. Augusti. Monachi potu acido & aqua fermento mixta in ieiunijs contenti esse coguntur. Sacerdotes aqua mulsã & ceruisia tum vti nõ possunt: quãquàm nunc leges omnes & statuta distulant ac viciuntur. Extra tempus ieiunij Sabbato carnes edunt, die Mercurij carnibus abstinet. Est apud

C 5 illos

Baptismus
Moscouitarum
qualis.

Confessio
apud Moscouitas
vt fiat

Eucharistia
apud Moscouitas.

Eucharistia
toto anno
abseruant
Moscouita.

De Purgatorio
quid Moscouita
sentiant.

Quadragesima
apud Moscouitas

Ieiuniũ 5.
Petri.

Ieiunium
diuæ Vir-
ginis.
Ieiunium
festum
Aduentus.

Monasteriū illos præcipuum S. Trinitatis monasterium, vbi S. S. Trinitatis. Sergius conditus, multis fertur clarere miraculis, cæque admirabilis sit gentium & populorum concursus, qui monasterij liberalitate aluntur. Habent Moscouitæ mulieres iam effectas, quas profcurnicas vocant, quæ panem ad sacrificandum coquunt,

Mulieres

Moscouitarum miserima.

Missam quoq; celebrant, sed lingua vernacula. Mulieres apud illos miserimæ sunt, quippe perpetuò ferè domi conclusæ, vbi nent duntaxat & fila trahunt, sed nihil ferè præterea iuris aut negocij habent, demptis tamen pauperioribus, quæ domesticos labores obeunt & coquunt. Rarissimus in templa, rarior etiã ad amicorum colloquia, nisi senes admodum sint, illis permittitur accessus. Quidam Alemanus illic uxorem Ruthenam duxerat. Ea que rebatur marito scab illo non amari, propterea qd eam nunquam verberaret. Vbi hoc ille audiuit, testatus est se illam impensè amare, nec putasse verbera esse amoris argumenta. Itaq; durissimè eam verberauit, sensitq; eus erga se amorem ex ipsis verberibus longè auctiorem euasisse. Sæpius ergo eam verberauit, sed tandem etiã cervicem & crura illi homo crudelis præcidit. Omnes Moscouitæ se Principis seruos fatentur, & est genus hominum seruituti magis deditum, quàm libertati. Cuncti tunicis oblongis sine plicis, manicis strictioribus vtuntur: Miris vtuntur cæremonijs, cum alterius domū ingrediuntur, sæpius sese inclinando, & alia quædam faciendo. Habet Princeps diuersis in locis veredarios, & certum equorum numerum, quibus equis intra triduum nonnunquam 120. millitaria Germanica conficiunt, licet idem equi parui admodum sint, & negligentè curentur.

Sunt in Moscouia diuersorum generum pelles nobilissimæ, zebellinæ, madauricæ, hermelinæ, aspreolorum, & aliz nò pauca. Ditio tota principis Mo-

scouitæ

scouitæ amplissima est, ita vt quidam affirmant tam in latum quàm in longū obtinere eam quingenta miliaria Germanica. Vrbs Moscouia, Russiæ caput & metropolis est. Eiusdem nominis Prouincia, in qua vrbs hæc sita est, hyemes & frigora habet asperissima, ita vt aqua in aère effusa, priùs cõgeletur, quàm terram contingat, & interdum arborum rami, pecora & homines frigore pereant. Nonnunquam verò etiã nimio æstatis ardore non mediocriter affliguntur. Quauis autem omnes Moscouitæ vocentur, attamen Moscouia prouincia neq; lata est, neq; sola paret Moscouitæ principi, sed multæ præterea aliz: ipsa verò in extremis circa Asiam Europæ finibus sita est. Vrbs Moscouia amplissima est, & in ipsa Principis castrum Italicæ structure munitissimū, & quod vrbs cuiusdã amplitudinè præ se ferat: quippe in quo præter alia, multæ sint ædes sacræ. Domus vrbs plerq; omnes lignæ sunt, sed cæstri propugnacula & principis palatiū ex lateribus constructa iunt. Regio salubris est, adeo vt vix vnq; pestis ibi grassetur: quanq; interdum aliud genus morbi, pesti non dissimile, patiuntur. Longissimus illic dies est horarum 17. & quartalis vnus. Reliquas Moscouitæ Principis ditiones & Prouincias enarrare longum foret, sufficiat Lectori pro comperto haberi, eum Principem esse potentissimū, & qui Germaniæ iam immineat, cuius non contemnendam partem in Liouonia sibi vendicauit: qua de re infra suo loco dicetur. Nò dubitū est, quin ille oblata occasione maiora sit attentaturus, nec id difficile admodum, quò apud nos, id est, in Germania, tam fœda religionis varietas animos quoq; discordes facit. His ferè titulis in literis suis vti solebat pater eius, qui nūc rerū apud Moscos potitur: Magnus Dñs Basilius, dei gratia rex & nñs totius Russiæ, & magnus Dux Vuolodimeriæ, Moscouiæ, Nouogardiæ, Plescouiæ, Smolechizæ,

Moscouia amplitudo.

Vrbs Moscouia amplissima.

Castrū longè maximū.

lenchia, Tuueria, Iugaria, Permia, Viackia, Bulgaria, &c. Dominus & magnus dux Nouogardie terrarum inferiorum, & Czernigouia, Rezaniam, Vuolotkia, Rischouia, Beloia, Rofouia, Iaroflauia, Bielozoria, Vdoria, Obdoria, Condinia, &c. Postquam vero hodie multa quoque in Liuania, non sine magna Romani imperij ignominia, occupant, non dubium quin inde quoque titulos sibi auxerint. In tota Russia multi sunt fluuij, multaque paludes. Veteres scriptores opinati sunt, Tanaim fluuium celeberrimum, qui Asiam ab Europa determinat, ex Riphæis montibus oriri, sed ij motes nusquam extant: porro Tanais octo ferè miliaribus Germanicis à Tulla, quæ vrbs à Moscouie oppido triginta sex miliaribus Germanicis distat, ex lacu ingenti, qui in longum & latum circiter 1500. *Wersf* (*Wersf*, Italicum ferè milliare est) patet, in sylua quadam ortum habet: atque ex eodem lacu aliud grande flumen *Schat* emergit, quod in Occidentem tendit, sicut Tanais primò rectè pergit in Orientem ad aliquot miliaria: deindè reflexo in meridiè cursu, paludes Mæotidis efficit. Et Tanaim quidem, quem *Don* vocat, ab optimorum piscium copia singulari, & quòd vtraque ripam diuersa herba, radices suauissimæ, multijugæ arbores ad multam amœnitatem occupent, tantaque ijs locis ferarum sit copia, quæ facile sagittis conficiantur, vt qui illac proficiscuntur, non nisi sale & igni opus habeant, mirificè prædicant. Moscouie proxima est Lituania, quæ hodie Polonie regi patet. Vititur proprio idiomate, & ritu Romano, tametsi eius incolæ bona ex parte Rutheni sunt. Vilna est eius regionis caput. Ea verò ciuitas ampla est, sita intra colles. Sunt ibi tèpla multa, & aliquot monasteria, in quibus excellit eximium Franciscanorum de Observantia cœnobium, maximis sumptibus extructum. Hodie in ea gente Arriana & Ne-

Tanais vbi
oriatur.

Tanais præ
conia.

Lituania
regis.

Vilna ciui-
sas.

storianæ hæresis perniciosissime grassatur, & multas Ecclesias occupat. Sunt ibi heretici, qui sacrosanctam & omnibus modis colendam & honorandam Trinitatem, incredibili impietate vocent Cerberum tripitem. Atque hæc & id genus alia nefanda dogmata, quæ sub prætextu & specioso titulo verbi Dei, quod solum voluit Luterus, omnium horum malorum fons & origo, valere oportere, passim impetratæ multitudini obtruduntur, eò certissime intendunt, vt religio Christiana in impurissimam Mahometanæ superstitionis abominationem tandem transformetur. Nec dubium quin Turcæ & barbaræ nationes mirum in modum his rerum Christianarum perturbationibus & exagitationibus lætentur quippe quæ illis quandoque optatissimam sint Germaniæ & vicinorum regnorum nullo negotio in durissimam seruitutem redigendorum præbituræ occasione. Porro licet Vilnæ, vt diximus, multæ sint ædes sacræ, & ipse quoque Vilnenfis Episcopatus Romanum agnoscat Pontificem, tamen multo plura in eadem vrbe sunt Ruthenorum, quam Romanæ obedientiæ, templa. Sunt autem in Lituaniæ principatu tres Romanæ obedientiæ Episcopatus, Vilnenfis, Samogithiæ & Chiouienfis. Lituani mel, ceram, cinerem, picem, asseres fabricandis nauibus aptos, etiam ad externos transmittunt. Sale aliundè importato vtuntur. Est Lituania syluis frequens, paludibus & fluuijs abundans. Celi inclementia fit, vt frumētum rarò maturescat. Gens misera est, & duram seruitutem. Sunt qui scribant, etiam viri graues, à Vuitoldi principis tempore, apud eos huc feruari morem, vt qui capite damnatus est, iubete domino, seipsum suspendere cogatur. Quod est fanè perquam horrendum: & tamen ni faciat, dirè verberatur & excarnificatur, ac tandem suspenditur: quæ res plerosque miseros metu verberum cogit

Supplicij
tuum rarò maturescat. Gens misera est, & duram seruitutem. Sunt qui scribant, etiam viri graues, à Vuitoldi principis tempore, apud eos huc feruari morem, vt qui capite damnatus est, iubete domino, seipsum suspendere cogatur. Quod est fanè perquam horrendum: & tamen ni faciat, dirè verberatur & excarnificatur, ac tandem suspenditur: quæ res plerosque miseros metu verberum cogit

Vri & Bi-
fontes vt
differant.

sibi ipsi laqueum iniicere. Habet Lituania bifon-
tes, vros & alces. Errant quidam, dum vros vocant
bifontes, cum tamen bifontes multum ab vris bo-
uinam formam habent: bus differant: quando bi-
fontes iubati sunt, & villosi circa collum & arnos,
barba à mento propendente, pilis moschum redo-
lētibus, capite breui, oculis grandioribus & toruis,
quasi ardentibus, fronte lata: cornibus plerunquē
adeo diductis & porrectis, vt in ijs tres benè corpus
lenti homines insidere queant In tergo extat gib-
bus elatior, priore & posteriore corporis parte hu-
miliore. Vros sola Mazouia Lituaniæ contermina
habet, qui sunt boues syluestres, nec à domesticis
differunt, nisi quod omnes nigri sunt, albicāte cō-
mixtūm linea dorsum obtinente. Alces verò animal
est ceruo procerius, auribus & naribus prominulis,
cornibus à ceruo non nihil diuersis, colore item
magis ad albedinem tendente, currit mira pernici-
tate, non tamen vt cætera animantia, sed gradarij
instār. Verum hætenus de rebus Moscouiticis vel
Ruthenicis egisse satis sit. Nobis quidem rogan-
dus est Deus, vt nos ab hæresibus & improbis mo-
ribus repurgatos non patiat vel Tartaris, vel Tur-
cis, vel etiā Moscouitis dirè castigandos obijci:
quanquam verendum est, nē qui hodiè in Germa-
nia & vicinis prouincijs tantoperè Romani ponti-
ficis obedientiam detestamur, iusto DEI iudicio
sub eorum quandoquē iugum mittamur, qui nos
vsquē adeo intoleranda premant seruitute, vt nos
ipsius quoquē vitæ nostræ pertaxeat. Certè Philip-
pus Melanchthon non longè ante obitum suum,
cum à quibusdam nedum symmytis, sed etiā di-
scipulis Lutheranæ sectæ addictissimis, parum com-
modè tractaretur, his verbis scripsit de illis: Co-

Melanchthon
nis de Lute-

gunt, inquit, concilia, quando & vbi ipsis placet,
atque vendicant sibi maiorem, magis intolerabi-
lem,

lem, & minus excusabilem auctoritatem ac pote-
statem, quam Papa Romanus vnquam. Quæ quò-
tandem euasura videantur, cogitetur, inquit ille Lu-
taranorum Coryphæus Melanchthon. Verum de
his alibi.

ANNO 1502. sæuissima pestis omnem
Germaniam longè lateque populata
est. Multorum opinione ij tum extin-
cti sunt, quorum vestibus suprā dixi-
mus & cruces sanguineas incidisse: &
quod dictu mirum est, etiā illis in vestibus lineis
cruces inuentæ sunt, quæ cistis incluse tenebantur,
atque etiā in ipsis hominum corporibus. Isti-
huc verò in tertium vsque durauit annum.

Pestis sena
in Germa-
nia.

Hoc anno in diocesi Spirensi à duobus rusticis
primū orta est conspiratio & rebellio aduersus
episcopum & Canonicos contra iusiurandum & si-
dem illis datam tanquam dominis suis. Creuit pau-
latim seditioforum hominum numerus, quos ij ru-
stici callidis persuasionibus in suas partes pertraxe-
runt: & nisi Numinis prouidentia id malum breui
detectum fuisset, illa hominum fex postea præ mul-
titudine opprimi vix potuisset. Submittebantur
clām ex his fœderatis homines versuti in pagos &
oppide, qui quoscunque possent, in clerum, in
Principes & omnem magistratum cōcitarent ipso-
rumque factioni adiungerent. Iam duos sibi duces
delegerant, penes quos rerū esset summa potestas,
quibusq; vniuersi sine vlla contradictione parerēt.

Rusticorum
Spirens. con-
spiratio.

Cum diem certam designassent, ad quam in locū
vnum omnes conuenirēt, ecce capti sunt duo huius
perfidie authores, qui questionibus & tormentis
subiecti, omnia sua nefanda consilia enunciarunt,
quæ

que eò ferè spectabant, vt omni iugo excusso, pernicioſa gauderent libertate, liceretq̃e cuique ſuo viuere arbitratur: magiſtratum omnem & principatum proſſigarent, & ſi qui ipſorum conatus retardare aut ipſis obſiſtere inſtituiſſent, eos immanitèr trucidarent, tanquàm iuſtitie diuinę hoſtes & aduerſarios. Inprimis quidem ſtatuerant inuadere Marchionem Badenſem, indè Spirenſem Epiſcopum, poſtea Monachos & clericos &c. deniquè in omnimodam ſe vendicare libertatem. Qui conatus tametsi erant ſeditioſi, impij, & omni ſupplicio digni, tamen videbantur ſibi homines deploratè cęcitatſ & ſtultitię equam & bonam fouere cauſam: atq; vt res tam nefaria proſperos haberet ſucceſſus, certas eo nomine preces quotidie à ſingulis dici volebant, ſcilicet vt DEVS tantę nequitie ſe patronum & fauorem præberet. Preces erant quinque orationes Dominicę & totidem Angelicę Salutationes, flexis genibus dicendę. Nec hoc contenti, etiàm ſymbolum ſibi ſtatuerè virginem Matrem & Iohannem Euangelifſtam, quaſi Sancti hominũ ſceleribus fauceant. Verùm Maximiliano Cęſare grauiter in eos animaduertente, publicè ſuę temeritatis iuſtas dedere pœnas, plurimis eorum captis, & ultimo ſupplicio affectis. Eos exitus plerunquè habere ſolent turbulenta & ſeditioſa, præſertim aduerſus Magiſtratus, quibus diuinę literę nos iubent eſſe morigeros, conſilia & machinamenta, ſuisque authoribus vt plurimum exitio eſſe conſueuerunt, rerum humanarum peruigilem curam gerente Diuina prouidentia, que etſi interdùm occulta ſua iuſtitia permittit homines peſſima queque moliri, nõ tamen patitur ſempèr eos voto potiri ſuo. Habebant coniurati iſti teſſeram quandam murę cognitionis, nè ab alijs deprehenderentur, eaque erat eiufmodi, vt ſi quis fœderis eſſet, percontatus

ab alio, Was iſt nun für ein weſen? id eſt, Quis modo rerum ſtatus eſt? interrogatus reſponderet, Wir mögen für den pſaffen nit gehen; hoc eſt, Nos præ clero ſalui eſſe non poſſumus. Atque hũc in modum videbantur illi quidem cum ſolo clero negocium habituri, ſed ſub hoc prætextu iugum omne cuiuſcunq; Magiſtratus, à ſuis ciuicibus deijcere moliebantur. Non erant illi agricolę ſorte ſua contenti, cum tamen rectè à Poeta dictũ ſit, O fortunatos nimium, ſua ſi bona nõrint, Agricolas. Et certè priſci illi Ethnici quem ampliffimè & inſigniter prædicare voluiſſent, eum bonum agricolam, bonumque colonum dicebant. Et Cicero ipſe, Nihil eſt, inquit, agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius.

Huius anni menſe Septembri Vualtherus à Plettenberg Magiſter Liunionenſis, ab Alexandro rege Polonię, eodemque magno Lituanię Duce perſuaſus, bellum mouit Moſcouię principi. Promiſerat Alexander, ſe cum magnis copijs ipſi ſub ſidio venturum. At vbi Moſci Plettenbergij aduentum ſenſere, cum ingenti multitudine ei occurrũt, porro Alexander non venit. Cernens ergo Plettenbergius ſe ſinè ſumma turpitudine & periculo nõ poſſe retrocedere, ſuos hortatur ad pugnam, & diſpoſiſis tormētis, acriq; facta impreſſione, hoſtes in ſurgam vertit. Sed cum fugientes præ ſuorum paucitate & graui armatura perſequi non poſſet, moſcouitę re, vt erat, animaduerſa, quod pauci eſſent cũ Plettenbergio, rursũs ſeſc colligunt, coguntque in ordines: aggreſſi que peditatum Plettenbergij, multos ex ijs cędunt, & in ijs aliquot viros fortes & primarios. Fuit tum inter Liunionenſes quidam Lucas Hamerſteter, q̃ ad Ruthenos deſecit, cuius deſectione factum eſt, vt quadringenti ferè pedites, à Moſcouitis crudeliter perimerentur, reliqua tur-

Preces ſunt
in fauorem
ſclerum.

Vualtherus
à Pletten-
berg.

*Liouonia
quando ad
fidem con-
uersa.*

ba cum equitatu ad suos seruatis ordinibus, inco-
lumi euadente. Pauci erant cum Magistro Liuoni-
ensi, alioqui non tam facile semel in sugam com-
puli Moscouitæ, rursus prælium instaurassent. Hæc
Liouonia non ita pridem, nempe Anno salutis 1190,
aut circiter, per Meinardum quendam virum reli-
giosum, qui ex Lubeco cum mercatoribus eò nauig-
gavit, ad fidem conuersa, quam tamen Teutonico-
rum militum ordo multum illic & auxit, & tutatus
est in nostram vsque etatem, qua ille insignis Or-
do illis in locis, dum ab auita discedit Religione,
Moscouitis diripiendum se præbuit, vt dicemus
suo loco. Olim cum essent præpotentes, etiã prima-
rij eius ordinis viri, fratres se scribebāt & vocabāt,
hodiè in Liouonia etiã habitum ordinis candidū ab-
iecerūt. Legi ego priuilegiū quoddam ab illo ordi-
ne in Liouonia datum Lubecensibus, quorum erga se
fidem & beniuolentiam re ipsa erant experti. Eius
priuilegij tale est initium: Frater Gotfridus Magi-
ster, cōmendatores, & vniuersi fratres domūs Teu-
tonicę in Liouonia, &c. Datæ erant hæc literæ anno
Christi 1299. Oportet autem Liouonię gentem cer-
tè barbarā & ab omni ferè humanitate olim fuisse
alienam, quippe apud quam hodièq; tanta est idio-
matum varietas: aliter enim loquuntur Liouones, ali-
ter Estones, Letti quoque secus atque Curoni. Hęc
enim idioma quatuor Liuonię pagos occupant,
cùm alioqui arces & oppida sint Saxonica. Sunt in
Liouonia tres præcipuæ vrbes, Riga, Torpatum, Reu-
ualia, è quibus Reualia, quod mirum videri possit,
Episcopum habet, qui subit Archiepiscopo Lun-
denſi in Dania. Sed huius ratio est, quod olim Vual-
demarus rex Daniæ eius nominis secundus, Reu-
aliam extruxit, & repertum illic populum iussit ba-
ptizari, translatis eò ex sua prouincia sacerdotibus,
qui populū docerēt, & Sacramenta administrarent,

Hoc

Hoc etiã anno Gallorum rex classem in Græ-
ciam misit contra Turcas, duce Philippo Raucte:
no: qui cùm ad Lesbum insulam peruenisset, & Mi-
tylenas tormētis oppugnaret, ea se strenuitate Tur-
cę defenderunt, vt re infecta abscedere compulſus
sit, cuius deinde classem sæua tempeſtas adeo disci-
cit, vt post multa pericula dirasq; maris iactatio-
nes & naufragia, Tarentum vix ipse attigerit. Galli
eam improſperam oppugnationem Venetis impu-
tant, qui sanè circa id tempus, iuncto sibi Conſal-
uo, cui ob singularem fortitudinem & multa præ-
clara facinora, Magni cognomen attributum est,
Cephaleniam maris Ionij insulam merito tandem
labore expugnârunt, Turcis ferè omnibus interfe-
ctis: itemque sanctę Maurę oppidum ad Leucadem
in Nerito insula.

Per id ferè tempus Gallię atque Hispanię reges
ex composito Fredericum Aragonium toto regno
Neapolitano, quod iam quinquennium obtine-
rat, exuunt, ipsiq; eius ditionem inter se partiuntur.
Fredericus cum cōiuge ad Ludouicum Gallię
regem nauigauit, & ab illo liberaliter atque hono-
rificè susceptus est, neque id tum solùm, cùm Nea-
polim Gallus obtineret, sed etiã cùm ab Hispanis
indè rursus exturbatus esset. Ità tum sine vulnere
Consaluuſ Brutius & Apulos in ditionem Ferdin-
nendi Hispani regis redegit, & Alphonsum Frede-
rici filium Tarēti obsedit, ac deinde captum in Hi-
spaniam misit. Huius Neapolitani regni causa
quàm multus, idemque Christianus, fufus sit san-
guis, sine horrore neque dici, neque scribi possit.
Sed dum Christiani inter se eiusmodi atrocia bella
gerunt, mutuisque se vulneribus conficiunt, in-
terea Turcę passim amplissima Christianę Rei-
publicę regna & imperia inuadunt: & quod ma-
gis dolendum est, tanto interdum odio inter se

*Galli infeli-
citer oppu-
gnant Tur-
cas.*

*Turca cre-
scit infesti-
nis bellis
Christianis.*

D 2 Chri-

Christiani deflagrant, vt in certissimam Reipublicæ perniciem, Turcarum opem & auxilia implorent, ipsque Christianos oppugnent & prodant, Eiusmodi intestinis & mutuis Christianorū odij superioris seculo Constantinopolitanum & Trapezuntinum Imperia, miserandum in modū Christianis erepta, in Turcicam sunt redacta seruitutē. Quid plerisque Europæ regnis ex hac incredibili animorum in religionis negocijs dissensione, quæ iam longè lateq; grassatur, quandoquē certo certius expectandum sit, nisi piissimus Deus pro sua bonitate exulceratos animos in vnius Catholica fidei & Christianæ charitatis concordiam redigar, nihil attinet scribere, cum id faciliè apud se perspicere queat, quisquis non omninò mentis & iudicij expers est.

ANno 1503, asperissima eaque diuturna fuit hyems, quam insecta est æstas immodicè æstuans & arida, ita vt ob pluuie inopiam & nimium solis ardorem cuncta penè humi nascencia exaruerint, scænum inprimis: parùm quoquē auenæ creuerit, & frumenti magna extiterit caritas. Fuit præterea hic annus porcis admodum funestus & exitiosus.

*Philippus
Austriacus
uò sine periculo
it in Gallias.*

Hoc anno Philippus Austriacus, Maximilianii Cæsaris filius, ex Hispania reuersus est in Gallias: cumque Lugduni esset, pax ibi confecta est inter Cæsarem, Gallos, & Hispanos, sed non diù duratura, sicut ipse rei euētus paulò post declarauit. Sunt qui scribant, Philippum non sine periculo hac tempestate fuisse in Gallia, quòd Gallorū regi vbiq; omnia exploranti ex Germania significatum esset, conscribi Germanos milites, qui regi Ferdinando in Neapolitano regno suam nauarent operam.

Verùm

Verùm Philippus apud regem testatus est, se quidē iustum esse pacem conficere: si quid verò interim Ferdinādus rex clam moliatur paci aduersum, id se latere. Atque eam excusationem Ludouicus rex accepisse non malo animo videtur. O quàm felices sunt, qui nihil huius mundi appetunt, cum videamus potētissimos reges, quantūuis amplas & opulentas ditiones occupent, tamen semper ferè pluribus inhiare: quòd quidem Christus Deus à primo ortu vsque ad extremum vitæ huius diem, in summa paupertate apud nos degens, suo exemplo nequàm nos docuit. Philippus deinde ad Margaretā sororem, quam Philibertus Allobrogum princeps in matrimonio habuit, inuisendam profectus est.

Huius anni mense Augusto obiit Alexander nominis VI. Romanus pontifex, incautè à ministris illi oblato veneno, quòd in quodam conuiuio alijs paratum erat. Sumpserat idem venenum etiam alius quidam vir magni nominis, sed ille mulæ recens occisæ utro inclusus, alijsque pharmacis adhibitis, seruatus est. Alexandro successit Pius tertius Cardinalis Senensis, nepos Pij secundii: sed dies tantum sexdecim aut septendecim ea potius dignitate, excessit è viuis, humanarum rerum vanitatem & inconstantiam suo præpropere decessu mortalibus ob oculos reuocans, vt nè quis huius mundi fluxus, in certis ac momentaneis rebus sese addicat. Eo quoque defuncto, in eius locum successit Iulius secundus, cuius pontificatus anno primo Hispanis & Gallis de finium diuisione in regno Neapolitano inter se contendentibus, Galli eadè regno Neapolitano cum multa suorum cæde depulsi sunt, Consaluo Hispano Duce fortissimo, pro Ferdinando rege suo mirificè depugnante. Obsederunt illum aliquandiu Galli apud Barolum, sed nouis tum Hispanorum tum Germanorum auxi.

*Alexander
VI. moritur
veneno alteri parato.*

Pius 3. Pontifex sit.

Inlius 2. sit Pontifex.

Galli ab Hispanis è regno Neapolitano profligati.

lijis fretus, Gallos, caeso illorum Duce Namursio, profligauit. Cumque rursùm nouus Gallorum exercitus, Tramulio & Francisco Gonzaga Mantuano principe ducibus, in regnum bipartitò esset ingressus, Consalvus eorum castra aggressus, in scædâ fugam per Formianum littus, non paucis eorû caesis, illos cõiecit. Ea re fracti Duces Galli, etiã Galetam dederunt ea conditione, vt sua classe vestigi inermes in Galliam redirent. Itã breui interuallo crebrò suos mutauit Dominos ditio Neapolitana, & egregiè Christianorum arma exercuit, quæ sicut Turcas & Christiani nominis hostes conuersa potius fuissent, non dubium quin faciliè illi iam pridem cõiunctis Christianorum viribus opprimi potuissent, sed nostris castigandis peccatis Turcicæ immanitatis immitia flagella parantur: neque quonquam mouet tot gentium Christiana religione iniuriarum plusquàm Babylonica captiuitas, qua sub Turcis immanissimè premuntur, donèc tandem etiã nos inuoluat. Circa hoc tempus ad Galliæ & Hispaniæ confinia itidè in genti prælio Galli ab Hispanis victi sunt.

Eodem anno obiit Iohannes è Marchionum Bacondisium familia Archiepiscopus Treuirensis. Fuit huius perquam diuturnus episcopatus, quippe cui annis septem & quinquaginta præfuit. Vixit annis 79. Succesorem habuit Iacobû ex eadem Marchionum stirpe, virum ingenio, facundia, prudentia & eruditione itã conspicuum, vt vix ea ætas parem habuisse feratur. Sunt eius tum naturæ tum gratiæ doctes etiã Itali admirati. Scripsit de antiquitatibus, quarum fuit diligens inuestigator, libros duos. Fuit in Episcopatu annis plus minùs octo.

Hoc anno Picardus quidam Parisijs in sacello, quod sanctum dicitur, ex manibus sacrifici ad aram stantis & rem diuinam peragētis, vi abstulit sacram hostiam,

hostiam, & multis adspectantibus viris nobilibus, eam comminuit & iactauit in terram. Coniectus itaque in carcerem, cum nollet, licet à iudice admo Picardorum nitus, tãti sceleris veniam petere, mox, vt par erat, error de Eucharistia. os damnatos errores etiã illum tuentur, & Christus non sit personaliter, corporaliter & substantialiter, sed tantùm sacramentaliter in Eucharistia: atque propterea in ea adorari non debeat, &c. Hûc errorem hodieq; Zuingliani & Calviniani sequuntur tanquàm veram Euangelij lucem. Verùm cõtra hunc abominandum errorem & iam olim, cum Berregarius insaniret, & hoc nostro seculo tam multa scripta sunt à grauissimis atque doctissimis viris, vt nemini obscurum esse queat, eos qui ab illo discedere nolunt, non iam imprudètes, sed de industria & malitiosè errare: quod quidem de doctis accipi velim: nam imperita concio ab istis infaustis Antichristi nuncijs miserandum in modum seducitur & fascinat, vt iam multis locis prorsùs ignorent, quidnam credere debeant. Lutherani enim acerrimè defendunt Christi veram & corporalem in Eucharistia præsentiam, non tamen sinè admixtis quibusdam crassis erroribus: porrò Zuingliani non minor cõtentione negant Christum in Eucharistia corporaliter haberi & accipi. Interim verò miserum vulgus miserabiliter distrahitur in diuersas factiones, nec videt tamen se sub Euangelij & verbi Dei prætextu, in certissimum idemque summum & sempiternum salutis suæ discrimen adduci. Verùm de his aliàs.

Fuit hoc anno post sequissimam pestem, quæ alibi tertiam, alibi dimidiam hominum partem consumpsit, diuersorum morborum horrenda lues, quæ multa hominum millia extinxit. Erãt in hominibus

Neapolis
crebrò mutat
dominos.

Impium facinus
Picardi
de curusulã.

Antichristi
nuncijs.

febres pestiferae, intestini calores, capitis dolores vix tolerabiles, catarrhus, foetor anhelitus formidabilis, denique nihil hic annus praeter clades & calamitates attulisse visus est. Id genus flagella Dei, ad monent malos ut respiscant, bonos exercent ad patientiam. Verum plerique omnes casu putant euenisse talia: ita fit ut maneant sui similes, & parum aut nihil corrigantur.

Iohannes Dalburgius Episcopus moritur.

Eiusdem anni mense Iulio diem clausit extremum Heidelbergae Iohannes Dalburgius Vangionum antistes, pontificatus sui anno duo decimo. Fuit is graece, Latine, & Hebraice doctissimus, & quotiens a functionibus publicis dabatur otium, libenter lectio operam dabat. Eius insignis eruditio non Germanis tantum, sed etiam Gallis & Italis admirationi fuit, praceptorum habuit, in Graecis praesertim literis, Rudolphum Agricolaem Frisium, cuius viri & rara eruditio, & insignis in Deum pietas fuit. Ea vero praecleara & rara laus est, doctrina pariter & pietate excelluisse. multos doctos viros nostra aetas habuit, doctos simul & pios non perinde multos.

Conuentus Electorum Francophordiae.

Fuit hoc anno Conuentus principum Electorum Francophordiae causa Conuentus paucis comperit fuit. Aderant etiam Maximiliani Caesaris legati, & Raimundus Cardinalis Gurcensis, sedis Apostolicae legatus a latere, qui a Colonia per Rhenum & Morganum eo nauigio profectus est. Is deinde per Vangiones & Nemetes Basileam usque progressus, certior factus est de miraculis minime contemnendis, quae creberrima fierent ad sacras reliquias trium sanctarum virginum, Kunegundis, Viberadis, & mechtildis. Itaque misit ad pagum *Eichsel* in cuius parochiali Ecclesia eae virginis conditae seruabantur, (Est autem is pagus Constantiensis diocesis) Iacobum *Merkholt* Bambergensis diocesis clericum, ut rei veritatem inquireret. Vbi is eo peruenit, tria insignia miracula

racula, ipso in spectate, diuinitus edita sunt. Nam & femina vno orbata lumine, sanitati restituta est, & paralytica quaedam curata est, & mutus linguae usum recuperauit. Haec ubi Cardinalis resciauit, iussit sacras virgines, licet necdum solenni caeremonia & ritu in diuorum numerum relatas, haberi in honore: quippe quarum sanctitatem tot miracula testarentur. Erant tum meliora adhuc tempora, quam sint hodie, quibus noui Evangelici mundum suis erroribus inficiunt, cum tamen tot annis ne vnum quidem edere miraculum potuerint, quo sua dogmata confirmarent.

Obijt hoc anno Georgius Bavariae dux, heredes omnium instituens Rupertum filium comitis Palatini, cui iam ante filiam suam collocauerat. Verum ubi id profecit Albertus propinquior haeres, testamento Georgij tamquam inualido & nullius roboris contradixit. Cum autem hac ratione nihil proficeret, ad Maximilianum regem, cuius sororem habebat in matrimonio, prouocauit. Et Maximilianus quidem summopere in eam curam incubuit, ut lis omnis sopiretur, & in concordiam principes redigerentur: at Rupertus, qui alienis etiam nummum consilijs regebat, Maximiliani decretum & conditiones non iniquas, admittere noluit. Ea res Maximam cladem & immaturam mortem Ruperto principi conciuit. Nam

Georgius Bavariae dux moritur.

ANNO 1504. Maximilianus Romanorum electus imperator, ubi se multa clementia singularique humanitate nihil proficere vidit apud Rupertum, quorumdam consilio transuersim actum, tum illi, tum omnibus, qui eius partes sequerentur, aqua & igni interdixit, patrique eius Philippo Comiti Palatino mandauit, ne filio profcripto ferret supplicia. Tum vero Philippus animo fluctuare coepit, sanguine

Bellum in Rupertum Palatinum suscipitur.

*Maximilianus
Caesar
placatur.*

ho: tante nē filio deessēt; porrō Imperatoris mandato deterrente, nē quid attentaret. Vicit tamē paternus affectus, & Imperatoris iussione posthabita, quāta maximē potuit armata manu filio opē tulit. Quamobrem Maximilianus illi æquē ac filio bellū denūciauit, eorumq; res & ditiones omnibus vastandas & diripiendas permisit. Multi igitur principes Maximiliani regis iussa capeſſunt, (Erat tunc temporis maior quān nunc sit, in imperio obedientia) & multis locis tam patrem quān filium oppugnant, grauissimaq; vtrique damna inferunt, igni & ferro pleraque loca vastant. Multa quoque Maximilianus Cæsar sine sanguinis effusione recuperauit, quæ Palatinatui erāt ex Imperio oppignorata. Non pauca neque parua hoc bello damnata. rogata sunt pagis, monasterijs, ecclesijs & rebus ecclesiasticis, quæ sub proſcriptorum principum ditio-
ne erāt. Porrō verō nē Maximiliani Cæsaris ira in Philippū ampliū inflammaretur, Christophorus Badnensis Marchio multis precibus cum flexit ad eō, vt & Principi vehementer afflicto veniam dederit, & etiā alios principes ab vltiori eius infestatione reuocārit, Nolebat prudētissimus imperator principem penitus conteri, præsertim cūm videret eum iam nō mediocriter humiliatum: nec consultū putauit, ius electiōis à Palatinatu auferri. Fuit verō hoc laude dignum in Principibus, quōd promptē morem gessere Imperatori, cūm eos iussisset receptui canere. Eiusmodi obedientia si in Imperio permansisset, vel solis Germanorum hæcenus semper inuictis viribus Turcica tyrānis opprimi & p-
cul à cunctis Romani Imperij finibus arceri potuisset. Sed cum noua noui Euangelij doctrina, multa in Imperio mutata videmus, in ipsius quidem Imperij certissimā perniciē. Interim dum sic bella feruent in Bauaria & Palatinatu, Rupertus princeps

graui

grauī confectus animi ægritudine, in ipso adoleſcentis ætatis flore anno ætatis suæ 23. vitam cum morte commutauit. Quem eius quoque coniunx non longo intervallo secuta est.

Per idem ferē tempus moritur etiā Ludouicus de Heimsſtat Episcopus Spirensis, anno pontificatus sui vigesimo septimo. Succesit illi Philippus Rosenbergius, qui non vno morbo nouem illis annis, quibus gessit episcopum, confictus est.

*Ludouicus
Episcopus
Spirensis.*

Hoc anno à Basilio Moscouitarum principe defecerunt Cazanenses Tartari. Est Cazan regnum septuaginta ferē miliaribus Germanicis distans à Nouogardia inferiori, Sunt in eo sagittarij peritissimi. Sunt hi Tartari cæteris cultiores. nanque & agros colunt, & habitant in ædibus, & multiplices exercent mercaturas. Subiecerat illos sibi Basilius Moscouiæ princeps, ad eō vt ex eius sententia reges acciperent. Verūm hoc anno, vt dixi, iugum illud Moscouiticū à suis ceruicibus excusserūt. Eam defectionem multa secuta sunt bella, de quibus hoc loco iam pauca dicemus, nē sit opus res peregrinas particulatim subindē repetere & commemorare. Basilius Moscouita vbi de Cazanensium defectione certior est factus, ingentem exercitum vnā cum tormentis contra illos misit. Cazanē cūm se viribus impares cernerent, ad astuta consilia cōuertuntur. Opponunt castra castris tanq̄ iusta acie dimicaturi, sed fortissimis quibusque è suis in insidijs collocatis, ipsi fugā ceu territi capeſſunt. Mox aduolāt solutis ordinibus Moscouitæ, & dum castrorum diripiendis spolijs securi inbiant & incūbunt, ecce tibi derepētē Tartari sagittarij tāto in eos impetu ferūtur ex insidiarū locis, vt nō solum fugam arripe, sed etiā tormēta & machinas bellicas relinquere cogent. mortuo deindē rege illo, sub q̄ Cazanē à moscis defecerāt, alius qdam, Scheale dicto,

*Cazan re-
gnum.*

*Astutia Ca-
zanensium.*

*Cazanenses
fugant Mos-
couitas.*

vno.

vxorem eius viduā duxit, & auxilio principis Moscuiæ & fratris coniugis suæ, Cazanum regnum obtinuit, Verum is inuisus admodum fuit Cazanensibus, tum ob alias causas, tum quod Moscorum principi addictior esse videretur. Itaque illi vni ex Tauricæ regibus regnum deferunt. Illi aduentanti necessarium cessit Scheale, sequæ cum vxoribus, concubinis & omni supellestili contulit in Moscouiã vendè venerat. Accidit hoc anno Dñi 1521 Rex Tauricæ fratrem suum in Cazanense regnum cum magno exercitu postquam introduxit, traiecto rauai, Moscuiam rectã contendit. Basilius Moscuiæ princeps nihil tale suspicatus, misit repente coactum militem contra Tartaros: sed illi iam Volgam fluuium transierant, & Tauricæ atque Cazanensis reges, qui fratres erant, iunctis copijs, Mosco grauius incumbunt. Cernens autem Basilius se illis imparẽ, relictis quibusdam in Moscouiæ castro viris primarijs, adiuncto illis presidio, inde aufugit, ad eum quidem immodico correptus timore, vt fama sit, cum aliquandiu sub fœni aceruo delituisse. Tartari ultra progressi, summum terrorem Moscouitis attulerunt, ita vt certatim omnes in amplissimum Moscuiæ castrum cum rebus suis confugerent: vnde necessè erat certissimam oriri pestem ex tanta hominum colluue & intolerabili fœtore, si hostes vel paucos dies ad castrum substitissent. Erant tum in castro aliquot Germani tormentorum futores & magistri: eorum opera Moscouitæ seruati sunt. Iam enim Præfectus arcis & qui cum eo erant in presidio, Tartaros muneribus placandos statuerat, & id gratum habere Tartari, sed ea conditione, vt Basilius scriptis literis testaretur, se perpetuum regi Tartaro tributum persoluturum, quemadmodum eius Maiores fecissent. Scripsit eas literas Basilius, & Tartarus à Moscouia recessit. Erat autem in eius exercitu Pol-

*Princeps
Moscouitæ
pater Latinus.*

*Germani
seruant Moscouitas.*

lonus quidam, qui mira astutia conabatur castrum Moscouiticum occupare: nec res à periculo aberat, sub pretextu quodam reuertentibus subinde Tartarorum aliquot turmis. Moscouitæ quidem iam planè animum desponderant, sed machinarum siue bombardarum magister Iohannes Iordanus, ex valle Oeni oriundus in Germania, ex suo arbitrio tormentis ordine collocatis, & in Tartaros ac Lituanos displois, eos omnes ingenti terrore correptos in fugam coniecit, Tartarus rex de iniuria apud præfectum arcis conqueritur, sed ille suo iniussu tormenta exonerata respondet. Itaque ille sibi tormentorum artificem dari postulat, & certè parum absuit, quin pro tanto beneficio Tartaris deditus fuisset bombardarius, nisi vnus præfecti autoritate & humanitate seruatus esset. Porro Tartarus confestim abscessit, ad eum vt literas pendendi tributum annui in arce reliquerit. Fertur autem octingenta hominum millia, quanquam id incredibile videatur, ex Moscouia in captiuitatem abduxisse: quos partim Turcis in Capha vendiderit, partim interfecerit. Nam Tartari infirmos & senes ita solent iuuenibus, quouis genere mortis perimendos obijcere, quò primæ militiæ tyrocinia inde addiscant, vt apud nos lepores canibus. Qui autem venduntur, perpetuos sex annos seruiunt, haud dubiè duram seruitutem: inde quidem liberi fiunt, sed è provincia discedere non audent. Postquam Tartari in Tauricã abièrunt, Basilius Moscouiam redijt, atque sequenti anno cum maximis copijs, atque etiã multis tormentis, quibus antea nunquam Moscouitæ in bellis vsi fuerant, Tartaros debellatum abijt. Sed cum ea vice parum profecisset, alio anno maiorè etiã exercitum in Tartaros duce Michaele Georgij, vno ex præcipuis consiliarijs suis misit, qui regem Cazanensem oppugnet. Verum ea oppugnatio huc

Captiui Moscouitæ.

Tartarorum crudelitas.

finem

finem habuit, vt Moscouitæ multa pressi commea-
tûs inopia, Tartaris cum miris modis nõ semel in-
tercipientibus, tandem soluta Cazanensis castris ob-
sidione, non sine dedecore in Moscouiam reuersi
sint, ea conditiõ, q̃ Tartari missa legatiõ, à prin-
cipe Basilio, pacem peterent. Ferunt in eo exercitu
Moscouitarum fuisse ad centum & octoginta mil-
lia. Præfectum auro Tartarico corruptum, quidam
putant ab occupada arce Cazanensibus abstinuisse, cum
non deesset opportunitas. Non longè ab his Caza-
nensibus Tartaris in quadã insula à grauissimis vi-
ris narratur semen quoddam inueniri, non ab simi-
le melonum semini, paulò tamen maius & rotun-
dus, ex eoq̃ in terram condito quiddam agno si-
milimũ enasci, quinque palmarum altitudinẽ. Nam
& caput, oculos, aures, cæteraq̃ omnia in formã
agni recens editi, pellem etiã subtilissimã habere,
qua permulti ijs in locis ad subducenda capitum te-
gmina vtantur. Tum quoq̃ plantam illam, si tamen
sic dicenda sit, carnem quidem nullam, at tamẽ san-
guinem habere, sed carnis loco materiam quandam
canerorum carni persimilem: vngulas verò non vt
agni corneas, sed pilis quibusdam ad cornu simili-
tudinem vestitas: radicem illi ad vmbilicum ven-
tris medium esse: viuere autem tantisper, doncẽ
depassis circum se herbis, radix ipsa pabuli inopia
arescat. Deniquè miram eius esse suauitatem, q̃ hu-
pos & cætera rapacia animantia ad eam deuorandã
inuitet. Hoc quidem propemodũ cõmentitium
esse videtur, nisi à multis minimè cõtemnendis ho-
minibus confirmaretur. Sed quid præpotenti Deo
difficile est? quem admirari & laudare debemus in
operibus eius.

Bertoldus
Episcopus
Maguntinus.

ANNO 1505. excessit è viuis Bertoldus, ex co-
mitibus Hennenbergenfis Archiepiscopus
Maguntinus, anno pontificatus sui 21.

Multa

Multæ huius Pontificis commemorantur egregiæ
dotes, singularis prudentia & auctoritas, ingenij
acumen, præclara facundia, in rebus agendis multa
circumspectio, consilij maturitas, insignis experien-
tia, laborum inuicta tolerantia. Fertur etiã Eccle-
siam Moguntinã, tũ tẽporis nõ mediocri ærealie-
no p̃grauatã, magna ex parte restituisse. Successit ei
Iacobus de **Liebenstein** Sueuus, summæ ædis Mo-
guntinæ decanus, vita & moribus inculpatis, sed
calculi morbo vehemẽter afflictus. Solèt plerunq̃;
homines illos miseros iudicare, qui duris confi-
ctentur morbis, & aduersis fortunæ fluctibus iacten-
tur: contrã beatos, qui prospera semper fruuntur
fortuna & valetudine. Sed scriptura diuina pijs
omnibus non ferè nisi aduersa & aspera in hac vita
euertura p̃dicat, impijs verò iucunda & p̃spera. Dio-
nysius Arcopagita vetustissimus, idemq̃; sanctissi-
mus scriptor, libro de Diuinis Nominibus cap. 8.
Hoc verè, inquit, dici potest, potius esse diuinæ iu-
stitiæ proprium, nõ demulcere & dissoluere virilem
optimi cuiusq̃; animũ terrenorũ bonorũ largitio-
nibus. Immò & Dñs ipse in Apocalypsi, Ego quos
amo, ait, arguo & castigo. Porrò de impijs alio lo-
co, Dimisi eos, inquit, secundũ desideria cordis eo-
rum: ibunt in adinventionibus suis. Hoc obiter di-
ctum sit propter multorum cæca iudicia, qui rebus
ad voluntatem fluentibus, putant propiciam se ha-
bere Deũ, licet malè uiuant: contrã verò iratum, si
secus accidat, etiam si studeant benè viuere.

Eodem anno sub mensis Iulij initium Maximili-
anus Cæsar Comitiam habuit Coloniz Agrippinæ,
multis eò principibus, comitibus ac nobilibus con-
fluentibus. Ibi pax cõciliata est inter Albertum Ba-
uarum & Philippum Palatinum principes. Condi-
tiones pacis in mediũ propositas, Cæsar sub gra-
uissima læsè Maiestatis p̃cena seruari iussit. Interim
verò

Iacobus de
Liebenstein

Apoc. 3.

Psal. 80.

Comitia co-
lonia Agrip-
pina.

Maximilianus domat Geldres.

verò dum Conuocatus hic Colonię agitur, Maximilianus de Geldriensium rebellionē fit certior. Itaque conuocatis principibus, comitibus & nobilibus omnibus, qui tum Colonię aderant, nauigio in Geldriam proficiscitur, opem laturus Brabantis, qui Arnhemium Geldrię oppidum obsidebant. Dux ubi sensit non contemnendas Cęsaris vires, saniori vsus consilio, sub certis conditionibus urbem dedit, quam illę civibus Cęsar accepit, & Ducem quoquę quibusdam interpositis pactis in gratiam recepit. Inde Coloniām multo principum ac nobilium frequentia stipatus rediit, magna eius amplissimę urbis ciuium gratulatione exceptus, cunctis tota vrbe campanis alacriter crepantibus.

Vifus est hoc anno seuus cometes in Palatini ditione inter Occidentem & Septētrionem, qui suo formidabili aspectu non paucos terruit.

Mulhussum deficit ad Heluetios.

ANno 1506. Mulhusenses ab Austriacę domus dominatione deficiūt ad Heluetios, pactumquę cum eis scędus, literis sigillo munitis confirmant. Per id tēpus rebellabant Hungari, qua re cognita, Maximilianus Cęsar multo conscripto milite Presburgum oppidum obsidere instituit. Verum Hungari cum animaduertissent Cęsaris magnum animum, copiosumquę exercitum, pacem postularunt, eamquę interuentu quorundam antistitum & procerum regni, sub certis quibusdam conditionibus impetrarunt. Post obitum Marthię Hunyadi clarissimi Hungarię regis, Maximilianus eius relictam viduam Beatricem, filiā Ferdinadi regis Sicilię, sibi matrimonio iungere voluit: sed cum id cunctantius ageret, preuentus est ab Vladislao Casimiri Polonię regis filio, qui tum Boemię regnū obtinebat.

nebat, Percepto igitur regni Hungarici diademate, Vladislauus rex appellatus est. Verum cum Maximilianus pactus est, vt si absq; legitima prole decedisset, Hungarię Bohemięquę regna ad eum eiusquę successores deuoluerentur. Vladislao autem successit filius eius Ludouicus, cuius soror Anna nupsit Ferdinando optimo & Christianissimo principi, qui non solum Hungarię, sed etiā Romanorum rex, ac tandem Imperator factus est.

Fuit hoc anno per Sueuiam & Rheni orā sciuissima porcorum lues, ita vt nemo ferę plerisq; locis porcinas carnes vel vendere, vel emere auderet.

Hac tempestate Ludouicus Gallorum rex cum Mediolani Principatū à Maximiliano Cęsare tanq; Imperij beneficiarius accepisset, pacę & scędus cum illo ictum rupit. Itā nunquā diu licuit orbi Christiano pace & ocio frui, nouis subindē bellis & belorum causis, quibus paulatim Christiana Respub. miserabiliter attrita est, emergentibus.

Hoc anno Ioachimus Brandenburgicus Elector, multis egregijs corporis atque animi dotibus insignis princeps, Academiam pulcherrimam instituit Francophordię ad Oderam, approbante Iulio II. Pontifice, & certis priuilegijs eam cohonestate. Est situs oppidi amcēnissimus: præterlabitur Viadrus fluius piscosus, quem alij Oderam vocāt, multiq; colles vinearij præcipuam adferūt spectātibus voluptatē, & quod studiosos facilię allicere solet, paruo illic viuatur, & commodissima habentur studiosorum habitacula. Sequuntur autem Luteri doctri nam, à qua toto vitę suę spatio Ioachimus Princeps vehementer abhorruit, nec in sua eam ditione disseminari passus est. Fuit autē idem Princeps etiā Latinę doctus, & studiorum atq; studiosorū præcipuus fautor & Meccenas.

Eiusdem anni mense Aprili Vlysbone in Lusitania

E nia

Ioachimus elector Bręndenburgicus instituit Academiam Francofordiensem.

Tumultus

in Vlybona nia ingens ciuium in Iudeos recens baptizatos tu-
 multus concitatus est, quod ij simulatè tantum sa-
 lutaribus vndis tingi se permisissent, cum interim
 nihilo minus Iudæico ritu clam Pascha celebrarent.
 Tulit id molestissimè populus Christianus, & apud
 regem deijs questus est. Rex sedecim ex illis capi
 quidem iussit, sed postea impunè dimitti. Cernenti
 hoc populus, misitrat contra regem & præfectum,
 tanquam muneribus corruptos: factaque conspira-
 tione, vno animo omnes viri & feminae tumultu-
 antur contra Iudeos pseudochristianos. Aderant
 illis adhortatores tres monastica vitæ cultores, &
 per urbem vociferabatur, Misericordia Misericor-
 dia: sequantur nos quotquot Christi fidem & cru-
 cem diligunt: cedantur omnes sacrilegi Iudæi, qui
 baptismum prophanarunt &c.

*Trucidatur
Iudæi.*

*Rex cæ necè
vndicat.*

Fit igitur magnus armorum hominum, femi-
 narum quoque & iuuenum concursus, vt solet in
 eiusmodi tumultibus, perque vrbis plateas volita-
 res, Iudeos omnes recenter baptizatos, quotquot
 inuenire poterant, ad sexcentos vsque trucidant, &
 in sancti Dominici planitie ignibus iniectos com-
 burunt. Denique intra paucos dies, quibus hic fer-
 uebat tumultus, Vlysonæ & in propinquis villis
 mille nongenti Iudæi perempti feruntur.
 Aberat per id tempus rex Lusitanus ab Vlysona
 aliquot milliaribus. Vbi autem de hac cæde certior
 est factus, indignè tulit, iussitque in Iudeos excitate
 persecutionis auctores comprehendere. Capti sunt
 igitur & in vincula coniecti amplius ducenti, è qui-
 bus aliquot sunt stamis cõsumpti, alij capite plexi,
 nonnulli in crucem a sti: pleriq; facultatibus omni-
 bus nudati, è patria in exilium pulsi sunt. Fuit qui-
 dem zelus ille non reprehendendus, quo detesta-
 bantur Iudeorum perfidiam: sed non videtur lau-
 data temeritas, qua priuata autoritate de illis sup-
 plicia

placitum sumere voluerunt. Vetus lex in omni sacri-
 ficio iubet sal offerri, hoc est, vt etiã rectè facta
 nostra, ex rectè rationis prescripto prudenter &
 moderatè, nihil temerè & inconsultò, geramus.
 Nam alioquò sinè hac prudentia & moderatione,
 siue (vt habet vulgaris loquedi vsus) sinè hac discre-
 tione, etiã virtutes abeunt in vitia: quò pertinet
 etiã illud, Summum ius, summa iniuria.

Leuit. 2.

Apparuit hoc anno cometes mense Augusto
 paucis admodum diebus inter Septentrionem &
 Orientem sub vrsa minore, & vtrunque tam leonis
 quam virginis signum occupans. Vitus est prenun-
 ciare mortem illustrissimi Principis Philippi, regis
 Hispaniæ, Archiducis Austriæ &c. Mortua em Eli-
 zabeth regina Castellæ, Ferdinandi regis Hispaniæ
 vxore, sinè virilis sexus liberis, regni Castellæ hæ-
 reditas ad Iohannam eius filiam natà maiorè per-
 uenit, quæ Philippo nupserrat. Is igitur dotis nomi-
 ne id regnum consecutus, magna parata classe, ex
 Fladria soluit, Hispaniam petiturus, multis stipatus
 nobilibus ac illustribus viris. Sed inter nauigandū
 seua tempestas deimprovisò orta est, & classis ali-
 quandiū iactata fluctibus, tandem dissipatur, ac na-
 ues aliæ aliò circa Angliæ littus propelluntur. Nauis
 prætorica cum duabus alijs in * Vynmuthū portum
 plata est, vbi rex Philippus & animo & corpore ob-
 maris insolentiam defatigatus, scapha conscensa, in
 terrâ se eiecit. Vbi rumor increbuit, peregrinas ap-
 pulisse naues, fit repentè concursus accolarū, præ-
 fertim nobilium ad eam oram degentiū, vt vi depel-
 lant, si hostiles sint. At postq; didicere amicas esse,
 Thomas Trencherdius eques Philippū adit, & ob-
 nixè precatur, vt ad ipsius vicinū domicilium velit
 diuertere. Superuenit & alius eques Iohannes Ca-
 rous magna armorū manu stipat⁹. is vuà cū Tho-
 ma orat Philippū, nè in salutato Angliæ rege disce-

*Cometes
preuincius
mortis vbra
lupp. Austri-
aci.*

*Tempestas
dissipat clas-
sem.*

** Vynmuthū
thum.*

dat, præfertim intra biduum, aut ad summum tri-
duum ad futuro. Philippus quidem primò negat ob
temporis angustiam, deinde assentitur. Henricus

*Philippus
ab Angliæ
rege hono-
rificè acci-
pitur.*

rex eius nominis VII. cognito Philippi aduentu,
ob veterem amicitiam incredibili gaudio afficitur,
mittitq; heroum cateruas obuiam, qui Philippum
ad ipsum deducât. Verùm Philippus nihil iam mo-
ratus, ad regem in castrum Vuidesorium proficiscitur,
nec multò post etiã Iohanna cõiunx eius se-
cuta est. Rex autè post multa amica colloquia Phi-
lippum duxit Londinum regni caput. Ad extremum
renouato cum Henrico rege fœdere, Philippus in
Hispaniam proficiscitur. Iam enim reddita dudum
tranquillitate, classis disiecta, ad Angliæ littus con-
uenerat. Vbi in Hispaniam ventum est, receptus
est Philippus tanto Hispaniæ procerum studio, ut
Ferdinandum regem socerum desererent, cui tan-
quàm ætate iam affecta, nec admodum liberali, ut
fertur, faciliè omnes nouum regem, annos natum
28. & vitæ splendore florentem, anteferebât. Ferdi-
nandus verò eam suorum leuitatem detestatus, Ne-
apolim nauigauit. At Philippus paulò post ab ca-
noua intèperie febre correptus, in Burgen oppidi
castro vita functus est, magno sui plerisq; omnibus
desiderio felicto. Genuit ex Iohanna liberos sex,
mares duos, Carolum & Ferdinandum, ambos Ro-
manorum Imperatores: fœminas quatuor, Eleo-
noram, *Elizabeth, Mariam & Catharinã. Fuit autè
statura iusta, facie venusta, corpore crasso, ingenio
bono, animo forti & liberali, Est hoc quoq; exem-
plum memorabile humanæ fragilitatis & miseri-
quandò tantus princeps in eo vitæ ac fortunæ mi-
rificè arridentis splendore, in eo ætatis flore & ro-
bore, præter omnem expectationem rebus humanis
eximitur, alijsq; suo exemplo luculenter ostèdit,
nihil sit sub sole diuturnũ, quàm meritò contènen-

*Philippus
ab Hispanis
propensissi-
mis auribus
suscipitur.*

*Philippus
moritur.*

Isabelam,

da sint omnia, quæ possit offerre hic mundus. Filij
hominum, vsquequò graui corde? ut quid diligitis
vanitatem, & quæritis mendacium? *psal 4.*

Eodem anno Iulius Pontifex Iohannem Bentiuolum virum præpotentem, Gallorum viribus adiutus Bononia eiecit. Iam Galli portis exercitum admouerant, cum Bentiuolus senex septuagenarius, malè sibi à Pontifice metuens, ad Gallos confugit, & tandem Mediolani exul interijt. Domus eius magnificentissimæ structuræ, medium vrbs locum occupans, ut abominandi dominatûs memoria penitus aboleretur, cõcurrentis populi impetu à fundamentis euerfa est. Est Bononia insignis & ampla & vel maximè populosa Italiæ vrbs, olim quidem subiecta Exarehatui, sed à Pipino & Carolo Magno tradita Romanis pòtificibus, quibus hodiequè paret. Abundat mirificè rebus omnibus vitæ degendæ necessarijs & accommodis, atque erga exteros singulari quadam vitur ciuilitate & humilitate. Fuit in ea Bentiuolorum familia cum primis potens, & quæ sibi non semèl dominii vendicârît: sed Pontificum ope vrbs liberata, eis, ut diximus, paret. Habet Academiam celeberrimam, ut non immeritò studiorum parens dici posse videatur.

ANNO 1507. Genuenses, pulsa nobilitate, statum popularè induxerunt, Paulo Nouio viro plebeio ad summũ honorem immodico populi fauore eucto. Sed eos Gallorum rex Ludouicus armis subegit, & Gallico cõegit parère imperio. Porrò Paulum Nouium è fuga retractum, capite plecti iussit. Hæc vrbs sæpè mutauit dominos. Inter Liguriæ oppida longè clarissima est, potens quondam in mari, ità ut vsque ad Peram Con-

*Genuenses
pellunt ex
vrbe nobilitatem.*

stantinopoli vicinam imperiū protulerit suū, multarūq; infulis dominata sit. Pulcherrimis abūdat edificijs, multisq; opibus, portuq; fruitur commodo.

Bellū inter Maximilianum & Venetos. Ortum est etiā bellum inter Maximilianū Cæsarem & Venetos, partim à Carnicis alpibus, partim ad Tridentinas fauces: & primò quidem Liuianus Veneti exercitūs dux, multam Germanorū stragem edidit, aliquot etiā Germanicę ditionis oppidū vi expugnatis, & Veneto imperio adiectis: at vero Cęsar ea affectus iniuria, cum Pontifice & Galliarū rege Ludouico aduersūs Venetos Cameraci cōiurauit, idq; tanto silentio, vt cum fœdus illud, quod Italię supremam propemodū cladem attulit, obsecuris indicijs in publicum emanaret, Veneti vix tādē istum credere potuerint. Maximilianus quoque apud Constantiam habuerat Comitā, vbi multa de Venetis questus fuit, quod cum Gallo aduersūs ipsum conspirāssent. Itaque tum eius belli suscepta sunt consilia & initia, quod in annum vsque 1517, perdurauit, maximo Venetę Reipublicę detrimento. Veneti enim immoderata affecti cupiditate, ex maximorum Principum cladibus ditiones suas multis occupatis vrbibus, summa cum inuidia protulerant. Gallus ante omnes cum amplissimo exercitu in Italiam transfreditur, & valida quoq; manu Venetorum duce Liuiano ipsi occurrēte, ad pugnam ventum est, in qua permulti ex Venetis ceciderunt, capto Liuiano. Secundū eam victoriam intra paucissimos dies sine vulnere Bergomū, Cremonam, Cremā & Brixiam Gallię rex recepit. Veronam, Vincentiam atq; Patauium Cęsar cepit, filius Pontifex Ariminum, Fauentiam, Ceruiam & Rauennam recuperauit. Porro Hispano regi Semtus Venetus Apulię vrbes, Sipontum, Traniū, Neapolim, Brundisium & Hydruntum spontē restituit. In hac Venetę Reipublicę penē suprema calamitas

mitate Turcicus Imperator non modò fidem seruauit, sed etiā copias auxiliares Venetis studiosè obtulit. At illi, quod certè præclaram in eis meretur laudem, gratias quidem egerunt Turcę, quod fidem egregiē coleret, sed tamen eius auxilijs sibi minimè vtendum putarunt, puto, detestati barbari regis in Christianam religionem odium inexpugnabile, licet Christianos quosdam subindè non puduerit cum illis impijs Christi DEI hostibus, contra Christianos fœdus percutere, & ad Christianorum inuadendas ditiones eos prouocare atque extimulare: quasi verò nescirent, eiusmodi ferè occasione Gręcorum imperium ab illis spurcissimis porcis superioris seculi occupatum.

Hoc anno magna damna vinctis & frugibus intulit squissima grandinis tempesta, præsertim in diuitissima, Vuirtembergica, Rotenburgi ad Neccarum fluium tanta fuit grandinis rabies, vt & fenestras & tecta ædium comminuerit, Tertio quoque Calend. Iulij, intempestæ noctis silentio, turbo vehemens tantam excitauit tempestatem, vt & arbores radicibus euulsæ atque procū disiectę, & ædificiorū tecta ac tegulę abreptę, domus & horrea conuulsa, plurimāq; arboribus damna data sint. Eodē anno Carolus Geldrix Dux rupto fœdere, quod illi erat cum Maximiliano, Gallico auro & milite fretus, Brabantos vehemēter afflixit, & prædas ex illis egit egregiē. Anno sequente idem à populatoribus illis actitatū est, sed non pari rerum successu. Nam dum onusti præda ad suos se recipere volūt, à Namurcenē cęsi atque prostrati sunt.

A

Nō 1508. æstas perpetuis fuit pluuijs madida, quę res locis non paucis porcos & boues rabida quadā lue & peste intercutanea afflixit & perdidit.

Hoc anno, 3. Calendar. Martij obiit

*Philippus
Palatinus
moritur.*

Philippus Palatinus princeps post diurnos poda-
græ, chiragræ & calcali toleratos acerbos cruciatûs,
Hi morbi inter acutos numerant à medicis, quæ mira-
biliter affligunt & excruciant corpus humanum, ita
vt nonnunquam furore & amentia corripiantur, qui
ijs immodicè laborant. Reliquit is Princeps septem
filios & tres filias, quarum postremò genita, Diui
Benedicti complexa institutum, sanctè & piè vixit,
multò felicior, contempto mûdo, quàm aliæ for-
res, quæ principibus viris matrimonio iunctæ fuê-
re. Obijt non longè post etiàm Albertus Bauaria
dux, relictis tribus filijs, Guilhelmo, qui ei in prin-
cipatu successit, Ludouico & Ernesto, item quæ fili-
abus quatuor. Còiugem habuit sororem Maximili-
ani Cæsaris, quæ ab eius obitu facultatibus omni-
bus nuncium remittens, vt Christo immortalis spò-
so totam se liberius tradere posset, Monaci, quòd
est pulcherrimum Bauariæ oppidum, monasticum
est viuendi complexa genus, cgregiû de se præbens
eximij in Deum amoris & virilis constantiæ exem-
plum, rarum in principibus sceminis, vt posthabitis
pompis & vanitatibus seculi, cupiat vni vacare Deo;
sed quanto rarius, eo præstantius. Omnia enim præ-
clara rara, laudabilia & pulchra, vt rectè in Ethicis
ait Aristoteles. Fecit olim idem Constantia Con-
stantini Magni filia, quâdò, vt testis est D. Ambro-
sius, ad sepulcrum beatissimæ Agnetis orâs, à lepra
mirabiliter curata est: quam etiàm multæ aliæ illu-
stres virgines imitæ sunt. Fecerunt idem multæ
aliæ regum & principû filię, alięqu; nobilissimæ ma-
trone, deditissimo erga Deum animo cantâtes, Re-
gnum mundi & omnem ornatum seculi contempni
propter amorem Domini mei I E S V C H R I S T I. At
longè secus affecti sunt, qui habent spiritum huius
mûdi, quibus huiusmodi vitæ instituta aut horro-
sunt, aut contemptui, de quibus dicit Apostolus:

I. Cor. 2.

Ani.

Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritûs
Dei.

Fuerunt hoc anno magni per Germaniam & Ita-
liam terræ motus: aërisque intemperies arbores &
arbutifculas, nè frondere possent, diù retardauit, do-
nec quasi ab insperatò Dei benignitate comodus
aër eam tarditatem compensauit. Propter id genus
verni tēporis clades & pericula auertēda, iam olim
institutæ sunt, hodięquæ apud Catholicos fiunt Li-
taniæ & publicæ supplicationes ad Deû & sanctos
eius, sed eæ hodiè apud Euangelicos prorsus iacēt,
apud Catholicos pleròsq; admodum incuriosè &
frigidè seruantur, & idè tam propicio nunc vti-
mur Deo, tantaque est rerum vitæ degendæ neces-
sariarum atque annonæ copia & vilitas.

Obijt huius anni mense Septembri Iacobus de *Iacobus de
Liebenstain* Archiepiscopus Moguntinus, non to-
ros quatuor annos eo functus pontificatu. In eius
locum suffectus est Vriel de *Gemingen*, summæ
ædis Moguntinæ Decanus.

Non diù post secutus est eum mense Octobri
Hermannus Hassiæ Langrauius & Archiepiscopus
Colonienfis, cum illi Sedi præfuisset annis 28. Eius
pricipis præter alias virtutes, insignis fuit benigni-
tas & liberalitas in pauperes, adeo vt nullum mendic-
um à se vacuum discedere pateretur. Ea virtus
maximè decet principes, præsertim Ecclesiasticos,
qui suis, immò Ecclesiæ facultatibus, quarum sunt
dispensatores, non ad luxum, sed ad benignitatem
vti debent, quemadmodum multi olim sancti Pon-
tifices fecerunt, & nostra quoque ætate nonnulli
faciunt. Hermannò Pontifici successit Philippus
comes Oberstenius, qui sua prudentia & industria
plurimum contulit Ecclesiæ Colonienfi.

Hoc etiàm anno sub mensis Augusti initiû im-
manissima exstitit apud Stutzgardiam imbrium tem-
pestas,

horrenda.

peſtas, quæ muros, domos, horrea funditus abripere, homines & iumenta demereret, vinetis, eraſa & abſportata humo, maxima detrimenta adferret. Eſt autem Sturgardia haud procul à Neccaro ſita in ditione Vuirtembergenti, vbi duces Vuirtembergici habent elegans & regium caſtrum. Ager eius vrbis, innumeris conſtitus vineis, vini egregij tam eſt ferax, vt dici vix poſſit, quantam in ſingulos annos vini copiam proferat.

Tumultus Erphordiensis.

ANNO 1509. magnus fuit tumultus Erphordiæ ob exactiones inſolitas, quas populus nimium graues querebatur, præſertim quòd quotannis fierent. Tandem eò perducta, vt populus non dubitaret Senatum omnem mouere loco, & alium ſubrogare, qui excuſſis libris accepti & expenſi, codicibusque rationarijs ſiue regeſtis, inuenirent oppidum grauiffimo preſſum ære alieno, ad ſummam uſque ſexcentorum millium aureorum, vnde quot annis reditum triginta millium aureorum pendere cogebatur. Porro compertum eſt, aliquot millibus excedere eam ſummam, quam in annos ſingulos reciperent, hunc quem diximus reditum. Eres ingentes conciuuit turbas, adeò vt populus oâe Senatu motos in carcerem coniecturus fuerit, ni illi fuga ſibi mature conſuluiſſent. Quosdam tamen carceri manciparunt, & ex ijs vnum iam ætate grauem, in crucem agere non dubitarunt. Tumultus huius occasione inter moguntinum Pontificem & Fridericum Saxonie principem lis orta eſt, & propemodum ad arma ventum eſſet, ni ſe ſequiſtrum interpoſuiſſet Herbipolenſis Epiſcopus Laurentius Biberanus, vir magnæ dexteritatis, cuius induſtria effectum eſt, vt partes, armis poſitis, Caſarum ſententiam expectarent. Erphordienſes interim

cine;

cine conſilium capiunt in annos ſingulos noui creandi Senatûs, à quo dati & accepti rationem reponſcant.

Hoc anno in Britannijs à vita diſceſſit Henricus *Memicus* eius nominis ſeptimus Angliæ rex, vndecimo *VII. Angliæ* Calendas Maij in ſua Richemundia villa, vbi Franci *rex mori-* ſcanorum Obſeruantum cœnobium conſiderat. *tur.* Regnavit annos tres & viginti, vixit 52. Suſcepit ex Elizabeth vxore liberos octo, mares quatuor, & totidem ſcœminas: reliquit ſuperſtites tres, Henricum principem Vuallix, qui illi in regno ſucceſſit, Margaritam & Mariam. Corpore fuit gracili, ſed bene ſermo ac valido, ſtatura quæ parum iuſtam excederet, forma eximia, ingenio perſpicaci, animo excellenti & forti in ſummis quoque periculis. Placidum & humanum ſe præſtabat, ſuperbiam verò & arrogantiam adeò deteſtabatur, vt quos illis vitijſ labore comperiſſet, ijs aſperum ſe præberet. Regnum multis opibus auctum poſt ſe reliquit: qua in re ſolebat quadam vti in diuſtria ſingulari, mercatoribus non raro pecunia ad tempus data gratuito, vt mercatura in ipſius regno eſſet frequentior & copioſior. Atque hac ratione effectum eſt, vt quotannis à mercatoribus vltro citroque, commeantibus maxima auri & argenti vis in regnum importaretur. Religionem alacriter obſeruauit & coluit, libenterque rebus diuinis interfuit, nec facile vllò vel negotio vel tempore ab eis excludi ſe paſſus eſt. Attentè audiebat quotidie bina ternaque Miſſæ ſacra, & sæpè conciones ſacras: pauperibus aſſiduè eleemoſynam præſtabat per ſuum eleemoſynarium. Sacerdotio honorem habebat, illudque piè colebat, libens iuabat, largè augebat. Orabat multum, & feſtis præſertim diebus preces dicebat horarias, quas vulgò horas Canonicas vocant. Nè tamen ſolis ſuis precibus cõtentus eſſe videretur, ſolebat clam pijs & religio-

Mores optimi principis.

ligiosis sacerdotibus largitiones facere, vt pro ipso orarent, atq; etiã post obitum toto regno certis in templis pro se preces & sacrificia fieri voluit. Fecit testamentum, & primũ omĩum iussit restitui, si qua in fiscũ regĩũ iniuste illata essent, domũq; hospitem, qua inopes reciperentur, in suburbij Londinẽsibus ab se inch oatam perfici. Sub eiusmodi principibus solẽt florere regna. Nam certum est, quo principes in Deum religiosiores sunt, eo quoque illis omnia felicĩus succedere, Deo Opt. Max. illos mirabiliter protegente & amplificante.

Hicce temporibus cum in Italia bellicis tumultibus omnia arderent, politiores literæ tum Græcæ, tum Latine, in Germaniam, Galliam, Angliam, Scotiam sese diffuderunt, ita vt illæ nationes, quas Itali barbaras dicere consuẽssent, iam multos tales viros certatim proferrent, qui Italiam non modo non cedere, sed etiã illos aut æquare, aut etiã superare viderentur. Olim scriptores exteri, Iulius Cæsar, Cornelius Tacitus, Seneca, Lilius & alij de Germania sic scripserunt, vt eam planè contempnissẽ videantur. Fuit Germaniæ terra, ait Cornelius Tacitus, ab initio in vniuersum aut syluis horrida, aut paludibus infœcunda, aspera cælo, tristis cultu conspectuq; humidior qua Gallias, ventosior qua Noricum ac Pannoniam adspicit, frugiferarum arborum & omnis culturę impatiens, pecorum fœcunda, sed plerunquẽ improcera. Ne armentis quidem suis honos aut gloria frontis: Numero gaudent, ex quæ solæ & gratissimæ sunt opes. Argentum & aurum propitij an irati diij negauerint, dubito. Nec tamen affirmauerim, nullam Germaniæ venam argentum aurũve gignere. quis enim scrutatus est? Seneca quoq; libro de gubernatione mundi, Germani, inquit, errant in certis sedibus: sunt apud eos perpetuę hycmes, solum infœcundũ, nullęq; edes: vni nationi.

Literæ politiores veniunt in Germaniam, etc.

Corn. Tacitus de Germania.

Seneca de Germanis.

nationibus viuunt, vbicunquẽ nox fessos laboribus depræhẽdit, cubant sub frondibus, aut in speluncis foueas ve. Non habet domos, sed casus folijs & culmis contectas. Incolæ circumaguntur chorizantiũ more in congelato mari, vicitates carne ferina, gēs nuda & pellibus solũ ferarum vestita, & propterea vilis despectaq; ab omĩbus. Sic nimirũ de Germania nostra sensere prisca illi scriptores: quæ tamẽ si cum presenti rerum, Germaniæ statu cõferantur, longẽ falsissima cõperientur. Itidẽ ergo etiã in literarum cognitioẽ accidit, quæ hactẽpstate paulatim in Germania, Angliã & citã florere cõperũt, vt iam Itali citra ruborẽ transalpinas nationes barbaras appellare non possint. His enim temporibus præcellentes viri & scemina illustres vbiquẽ gentiũ cõperũt promouere bonarũ artium studia, & apud Anglos quidem (vt de reliquis interim taceã) Margarita Henrici regis mater sanctissima, hortatu IOHANNIS FISCHERII Roffensis epif. viri summa doctrina, summa gratia, summa integritate, (q post eã sub Hærico VIII. cum illius secũdas nuptias, priori viuentẽ cõiuge, approbare nollet, capite plexus est) Cantabrigię bina extruxit studiosorũ collegia, quib; etiã ad victũ necessaria liberaliter impartita est. Item quæ aliquot Anglię insignes episcopi diuersis locis collegia exædificarunt, vbi bonis literis studiosi imbuerentur. Et certẽ gratulandũ est hicce regionibus, quas Barbaras Itali vocant, quod ad solas terras relegata barbarie, in literis humanioribus mirificẽ profecerint: verũ id tũ moderatẽ, quando quidem videmus cum literarũ exultationi peritiam tot paulò pòt errores inuectos, vt nemo id pro dignitate deplorare queat. Solent horum temporum noui Evangelici, qui plerunquẽ sola linguarum peritia imperitiã multitudini sese venditant, acerbissimi. Hæretici mẽ in Catholicę Ecclesię abusus inuchi, ita vt pro-

Iohannis Roffensis Episcopi in conium

res bonas.

pter

propter ab-
usus tolli
volunt.

pter abusus etiã res ipsas è medio tolli velint,
immò & è medio locis non paucis sustulerint. Sed
cur illi non eodem zelo è tota Europa literas poli-
tiores & linguarum cognitionem proscribunt? An
verò obscurum est, permultos hodiè literarum pe-
raria petulantissimè abuti? Cùm ergò propter lite-
rarum & artium abusum eas damnari nolint, quid
ità impotenter Ecclesiæ abusus vnã cum rebus ipsis
tollendos vociferantur? Multi hodiè insigniter
eruditi, turpissimè errant, nec erroris alia ferè cau-
sa esse videtur, quàm ipsa eruditio: quanquàm non
est in causa eruditio, sed eruditiois abusus. Cùm eni-
qui verè eruditi sunt, tanto debeant esse summissi-
ores & modestiores, quanto sunt insigniori erudi-
tione præditi, isti cõtrà sua eruditione efferuntur:
& cùm linguas vtcunquè calleant, putãt se iam eti-
ã in rebus Theologicis plus videre, quàm vel re-
ta videat schola Parisiësis, immò Ecclesia vniuersa:
& fit in illis verù quod Apostolus ait, Scientia in-
flata: rem verò inflationè sequitur iusto D E I iudi-
cio illa terribilis pœna, quam alibi his verbis cõme-
morat idem Apostolus, Dicentes se esse sapientes,
stulti facti sunt, & obscuratù est inspiens cor eorù.
An nõ verò hoc in permultis hodiè videmus, non
vulgari alioqui doctrina præditis? Quos non illi
prosumt absurdos & abominandos errores pro illu-
stri veritate & ipsissima Euangelij luce miserrime
plebeculæ obtrudunt? Num hoc eruditioni & lite-
ris imputandum est? Non est id quidem, sed illorù
deprauatis & elatis ingenijs, qui reb⁹ bonis pessimè
abutuntur. Sicut ergò propter eiusmodi corruptio-
rum hominum abusum non sunt tollendæ neque
damnandæ bonæ literæ, ità etiã propter abusus
quosdam nulla ratiõ reijcienda & damnanda sunt
Catholicæ Ecclesiæ instituta, ritus & cæremonia,
quod tamè nemo ferè hodiè ppenius facit, quàm
illi

1. Cor. 3.

Rom. 1.

illi ipsi, qui bonis literis in suam & aliorum perni-
ciem sceleratissimè abutuntur. Verùm hoc forsassis
extra cancellos, non tamè sinè ratione commemo-
ratum volui.

Hoc tempore Henricus eius nominis VIII. An-
glicus, postquàm patri defuncto iusta persoluit, Henricus
VIII. An-
in matrimoniu duxit Catharinam Arthuri iam an-
tè defuncti fratris sui coniugem, qui admodum te-
mera etate eam duxerat, sed per etatis imbecillita-
tem nullas ex ea proles susceperat, immò & virginè
eam reliquerat, quemadmodum non solum ipsa
sanctè affirmabat, sed etiã cum ea testabatur ma-
trone probatissimè. Vt autem nullus relinqueretur
conscientiæ scrupulus, voluit Henricus rex au-
thoritate summi pontificis eas sibi nuptias permit-
ti. Agebat Henricus annum ætatis xvij. Porro Mar-
garita auia eius, mulier prudentissima, cùm videret
illi per ætatem necdum licere suum præstare officii-
um, consultissimè id effecit, vt optimorum & sapi-
entissimorum procerù cõsilijs dirigeretur, in qui-
bus erant Guillelmus Varanus Cantuariæ Archiepi-
scopus regni Cancellarius, & plerique alij egre-
gij viri: qui cùm non ignorarent tantam illi in nu-
merato & rebus mobilibus hæreditatè venisse, quã-
tam nulli ante ipsum Angliæ regi, nè ea rerum opu-
lencia animù eius corrumperet, ceperunt eù nego-
ciji gerèdis studiosè assuefacere, à quibus tũ adhuc
abhorreere videbatur. Deindè 8. Calèdas Iulias cum
Catharina vxore, quæ fuit Caroli V. Cæsaris mater,
à Cantuariensi Archiepiscopo coronatur, pu-
blico totius regni plausu & gaudio, quod tamè nõ
mediocriter perturbauit mors Margaritæ auic Hen-
rici, non parùm illi regno detrimetosa.

Hoc ipso anno desijt esse in humanis Guillelmus
Lantgrauius Hassiæ, sacro igni alijsque medicinam
omnem respuentibus morbis cõsumptus. Reliquit
Philippum

Henricus
VIII. An-
glia rex du-
cit vxorè.

Guillelmus
Lantgrauius
Philippum

Haſtia mo- Philippum filium, natū anno ſalutis 1504. qui poſt.
ritur. eā rerum potitus eſt.

Eodem anno apud Bernates in Heluetijs quidam inſtituti Dominicanī, in conſultō admodū ac temerē oppugnantes immaculatam Virginis matris conceptionem, cōperunt etiā commentitijs quibusdam miraculis & viſionibus ſuam apud vulgū opinionem tueri. Abuſi ad hoc erant quodam ſimplici fratre laico, qui tamen rem omnem produxit in lucem, nonnullāque alia egerant, quæ viros graues & religioſos minimē deceret. Sed quia prepotens deus matris ſuæ iniurias haud facile ſinit inuitas abire, Bernates zelo permoti, (quippe qui id laedis eximie iurē tum referebant, quod eſſent vitioſi egregij iniuriarum matris dei) Lauſanēſem episcopum, vt in eos inquireret, hortati ſunt. Facta eſt in quaſiſitio, & rei veritate comperta, quatuor primarij fratres Dominicanī degradati ſunt, & in dē flammis exuſti. Iſthuc verō inprimis cauendum eſt hominibus è religione Chriſtianis, vt nē in defendēda ſententia ſua & aliena oppugnanda, nimum ſint perſtinaces, ijs preſertim in rebus, quas certum eſt nihil officere veræ pietati: qualis eſt opinio de immaculata ſanctiſſimæ Virginis conceptione, quam videmus ab Eccleſia receptam, & à multis grauiffimis atque doctiſſimis viris fortiffimē propugnata, atque etiā aliquot Conciliorum generalium approbatione firmatam. Videant refractarij, nē, dum matris honori & priuilegio cum multorum graui ſcandalō & offenſione derogāt, filij eius ſeuere in ſe iudicium prouocent.

Vuormatię inter clerū & ciues orta diſſenſio, iam decēnio extra urbem clerū detinuerat. Verūm hoc demū anno opera Frederici Saxōis, Vdalrici Vuirtembergici & aliorū Imperij principum, qui apud Vuormatiā conuenerāt, ea lis cōpoſita eſt, & clerū

in oppidum ſe recepit: quanquā in eam cōcordiam Episcopos Vuormatię conſentire noluit, niſi in integrum reſtitueretur, quod ciues renuebant.

Fuit hoc anno ſæuiſſima grandinis procella, quę *Grandinis*
non vno loco Sueuiæ fruges deuſtauit. Ferunt ea *tempeſtas.*
tempeſtate cecidiſſe ex aëre lapides ouigallinacemagnitudine.

Hoc anno menſis Septembris die 14. ac deinceps diebus 18. continenter urbem Conſtantinopolitam, qua parte ſpectat mare, horrendum in modū cōcuſſit terribilis tremor otus, domoſq; ſubruit, & ruderibus foſſam cōplens ſolo æquauit. Arcem, vbi regis Turcici immenſi theſauri in quinq; turribus munitiſſimis aſſeruabātur, domūq; egregiam, in qua leones alebantur, euertit. Cuniculos, per quos longis itineribus etiā per montes è Danubio in urbem aquæ adducuntur, ſummis & ſudoribus effectos, adeo quaſſauit, vt maximis opibus inſtaurari nequiuerint: ipſum quoque mare inter Conſtantinopolim & Peram vſque adeo intumuit, vt vtriuſq; vrbs muros ſuis fluctibus excederet, & vndas in vtranq; inferret. Multa quoque alia damna eo ipſo die Turcis illata ſunt. Feruntur tum Conſtantinopoli ad 13. hominum millia interiſſe. Nimirum iuſto dei iudicio illi crucis Chriſti atrociffimi hoſtes eam cladem illo die paſſi ſunt, quo S. Crucis Exaltationem religioſe colit Eccleſia Chriſti: neque *Crucis Exal-*
id heri aut nudiuſtertius demū cōcepit, ſed ante *tatio iam*
mille ducentos & eo ampliū annos legimus apud *olim cele-*
probatos authores Crucis Exaltationē quotannis *brata in Eco-*
ſolenniter celebratam eſſe. Videat, qui voler, Nicephori *cleſia.*
hitoriam Eccleſiaſticam lib. 8. cap. 29. & 50. vt merito pudeſcieri debeant noſtrorum temporum ſectarij, qui vt pleraſque alias, ita etiā hęc Catholice Eccleſiæ antiquiſſimam ſolennitatem abrogarunt: quanquā ſcio in Nicephoro eundem diem

Bernates
olim Virgi-
ni matri
deuotiſſimi.

Terramotus
Conſtantino-
polim con-
ſtitit.

& Inuentioni & Exaltationi sanctę Crucis attribuit; sed hoc parum refert, cum sectarij neq; Inuentionem, neque Exaltationem celebrari velint.

ANno 1710. Comititia habita sunt Augustę, frequētissimo Principum cōuentu: quōd multā etiam exterorū regū legati aduolāsrūt. Decreta est ibi belli continuatio in Venetos, quorum tum quędā functę machinatiōes ferūtur in lucem perductę, q̄ belli proferēdi causa nō minima futere. Proditū em̄ est, submissos fuisse à Venetis nō minus 50. nefarios homines, qui vrbes & pagos Cęsaręanę ditionis in flammāret. Porrō Veneti cum se tot potentissimis hostibus impares cernerent, Iuliu Pontificem, suppliciter venia petita, sibi conciliandum statutu: missaq; legatione magnanimum Pontificę, qui afflictis Italiae rebus non mediocriter doleret, facillē placarunt: sed ea pax noua bella peperit.

*Veneti sibi
conciant
Pontificem.*

*Pauli cuiusdā
negarij
facinus.*

Huius anni mense Februario quidam vir sacrilęsus Paulus **Sorm**, in Marchię Brandeburgęsis villa **Anobloch**, in tempesta nocte ē templo furatus est arculam inauratam, qua sacrosancta Eucharistia vetustissimo Catholice Ecclesię more asseruabatur. Erant autē in ea hostię duę, altera maior, minor altera, multa iam luce adiit sceleratus ille Iudęū arculam venditurus. Iudęus facillē animaduertēs, cuiusmodi vsum ea habuisset, ait maius precii se fuisse daturū, si rem contentam attulisset. Tum ille furcifer, qui iam alterā instar Iudę satanica impietate deglutierat, reliquam ē sinu depromptam obtulit Iudęo æstimandam, a quo tamen non nisi pauculos exigui precij nummos accipit. At miser ille tanto iam obstrictus scelere, seue conscientię furijs quibusdam exagitat, fugit inde ad Vandalos: (Extant enim hodieq; Vandalorum reliquię, & ipse quoque Brandeburgicus Princeps se Vandalorum dominū scribit) sed cum res minimē lateret, domum redijt, captusq; & tortus

tortus, quid egisset, confessus est. Interim verō sceleratissimus Iudęus hostiam sacram crebris pugionis ictibus identidem confodere nititur: at nihil se proficere cernens, hostia integra permanente, quōdā furoris cęstro percitus, Si tu es, inq̄, Deus Christianorum, redde te manifestum in mille demoniorum nomine. Atq; ecce subito hostia in tres diducta partes, sanguineo per oras humore madet. Territus Iudęus, particulas panno inuolutas mensam unum apud se retinet, ac deinde duobus alijs Brandeburgi & Stendelij morantibus singulas particulas mittit, tertia sibi reseruata, quam rursū mensę impostam pugione cōficit, vnde sanguinis guttulae dimanarunt. Consternatus ille, & veritus se perditum iri, particulam absumere nititur, sed non valet: dein mittit in aquam, at illa enatat: tertio in ignem projicit, sed nihil id hostię nocet. Ad extremum sub Paschatis solennitatem azymos coxit panes, particulasq; massulae azymi panis immixtam in furnum iactauit, moxq; furnus alioqui obscurus resplenduit, & massula illa in Iudęi faciem insiliuit.

Nouo ille terrore correptus, massulam illam cum particula, alteri cuidā Iudęo trāsmisit. Jam res erat prolata in publicū, & Marchio Iudęos oēs in ipsius ditione morātes Berlinū acciri, & in vinculis teneri iussit. Habita autem ex illis quęstione, præter alia flagitia non parum multa, fassi sunt se intra paucos admodum annos septē Christianorū infantes acubus & punctiōibus peremisse. Igitur lara in illos sententia, 40. flammis traditi sunt. Tres alij Iudęi baptisina perceperūt quidē, sed postera die duo capite plexi sunt: tertius, pluribus pro eo rogantibus, vita donatus, D. Frācisçi institutū Berlini cōplexus est. Porrō ter execrandus ille sacre hostię proditor Paulus **Sorm**, cadentibus discerptus ferris, in cinerem tandem voracibus flammis redactus est. Denique

*Iudęus qui-
dam sacram
hostiam im-
pie trahat.*

*Insigne mi-
raculum.*

*Alia stupē-
da miracula*

*Iudęi Chris-
tianorū in-
fantes va-
perimant.*

quę iudgī omnes ē tota Marchionis ditione itā p. scripti sunt & extrusi, vt sub pœna capitis omni citū reditu pariter interdīctum sit.

*Saxa ingē-
tia pluit.*

Eodem anno in Insuabrijs pluit saxa grandia, ē quibus vnum, pondus habuit librarum 120. Erant autem silicibus duriora, odore sulfureo.

*Selymus fit
Turcarū Im-
perator.*

A NNO 1511. Selymus Turcarum fit Imperator studio quorundam Basilarum (sic enim illi vocāt p̄cipuos quosdā principes) & militum p̄torianorum, qui ab illis Ianizari dicuntur. Is patrem

suum Baiazetem exiuit Imperio, moxq̄ue Byzantio excedentem, & Dimothecam Thraciæ urbem petentem cum familiaribus suis, cū iam annos haberet 76. Hamonis Iudæi medici opera veneno sustulit: quanquā alij dicant, senio & curis confectum interijisse. Sed Antonius Vtrius Ligur, qui fuit Baiazetis cubicularius, testatus est se in expirantis corpore non dubia veneni indicia deprehendisse. Vt hoc immane parricidium perpetraret homo crudelis, multa eum mouere poterant. Imensos enim thesauros & gemmas preciosissimas secum absportarāt Baiazetes, quos ille thesauros postea donatiui nomine largissimē profudit in milites, quorum erat studio euectus ad imperium. Nec tamen paterna ille cæde contentus, etiā ambos fratres suos, & 5. egregiæ indolis adolefcentes, fratrum filios, & ipsum Mustapham Bassam, qui vel maximē eum ad imperium promouerat, per summam crudelitatem necari postea iussit. Ea immanitas & sēuitia in propinquos, etiā complures milites eius ad cōconsternauit, vt per aliquot dies conspectum eius exhorruerint. Verū de hoc tyranno paulō infra plura dicemus.

Vir prodigiōse vasti-

Hoc anno Maximilianus Cæsar comitia indixit apud Augustam, vbi illi oblatu est vir quidam prodigiōse

digiose vastitatis & crassitudinis, atque incredibilis ingluuici, itā vt integrum vitulum crudū, vel ouem in coctam vna vice deuoreret, & tamen necdūm famem expletam diceret. Ferunt hominē Borealius regionibus ortum fuisse, vbi ob locorū frigora solent esse homines edaciores: quanquā huius edacitas propemodūm incredibilis videri possit.

Eo ipso anno Senatus Constantiē, adiunctis sibi aliquot popularibus, cum Heluetijs sese cōiungere & cōdō inire, urbemq; illis dēdere volebat. Sed eorum conatus obuiam itū est ab illis, quibus turpe videbat ab Imperio desciscere. In ijs facilē primas sibi vendicauit piscatorum societas. Itaq; literis ad Cæsarem Maximilianum datis, eum de Senatūs machinationibus certiore reddiderunt. Nec ille sibi & imperio defuit, sed properē eō aduolās, piscatorum studio & viribus urbem ingressus, quos comprehendere potuit ē cōspirationis eius authoribus, capite damnauit: nam plerique fugā dilapsi erant.

Hoc anno Bernardinus Hispanus, Cardinalis S. Crucis, Sedis Apostolicę in Germaniā legatus, cum aliquot paucis in suā sententiā pertractis Cardinalibus mirabili audacia conciliū generale apud Pisas indixit, eoque ipsum, p̄ter alios, Iuliū Pontificē maximum citare nō dubitauit. Conuenerunt aliquot Episcopi ex Gallijs & Insuabrijs: Primō Pisis, vbi cū parūm tuti sibi viderent, indē abiēre Mediolanū: verū nec ibi satis suis rebus fidentes, Lugdunū sese trāstulerūt, vbi etiā aliquot sessiōes habite sunt, rege Gallorū haud obscurē illis fauēte, quippe q̄ in pontificē alieno esset animo. Porro cū ea temeritas ad horrendū schisma spectare videret, Iulius pontifex datis ad eos literis, monuit per benignē, vt ad pacē & vnitātē Ecclesię se reciperēt: alioqui fore, vt vel inuitus in ipsos animaduerteter. Ea admonitio tres Cardinales permouit, vt cum Pontifice in gratiā

*Constantiēs
meditantur
& cōdō inire,
Sed eorum
frustrā dese-
ctionem ab
Imperio.*

*Conciliū Pis-
sanum pro-
phanum.*

redire maturarent, quos Pontifex liberaliter & clementer accepit in alios, cum nolent ad sanitatē redire, grauem sanē tulit sententiam, qua illorū audacia non nihil cōtusa est. Sed tamen cum regis Gallorum frueretur patrocinio, in sententia permanserunt. Monitus Gallus à Pōtifice, vt nē eos foueret diutiùs, non magno perē curauit. Itaq; à Pontifice excommunicatus est. Non longē aberat ab hac factione Maximilianus Cēsar, grauius commotus in pontifice, quod nō bona fide à se recessisset, & cum Venetis tōdus percussisset: sed vir grauis & prudēs, admonitus à bonis viris, sese collegit, & celeriter ab hac temeritate discessit. Non erat quidem Pontifex ab omni culpa alienus, sed tamen minimē decebat Cardinales paucos talem excitare turbam, & ecclesie pacem cum maximo omnium scandalo perturbare. Et tamen non desunt fortassis, apud quos etiā hoc conciliabulum habeat non vulgare auctoritatem, maximē quod ad Pontificis contumeliam pertineat, qua pleriq; admodum delectatur, perinde vt Cham olim nuditate Noë patris sui. Sed qualiscunq; demum sit Pōtifex, modō nē sit hereticus, propter eum, cuius gerit vices, reuerenter in primis ac multo in honore habēdus est. Atqui verō Iulius Pontifex, vt Pisānum cōciliabulum destrueret, Romæ Concilium indixit generale, quod sub Leone X. demum absolutum est.

Iacobus Episcopus Treuericus. Eodē anno mortuus est Iacobus Episcopus Treuericus, ex marchionibus Baden: cuius cathedram obtinuit Richardus Griffentlou, vir prudēs & reuerens, admodum peritus.

Seditio Spirensis. Anno 1512. seditio fuit Spire propter exactiores, q̄, cum importunē & immoderatē sunt, vulgus exasperare solent. Multa egit insolenter aduersum senatū plebs cōcitata: sed tādē Maximiliani Cēsaris fracta minis, modestiùs agere cepit,

pit, restituito Senatu in pristinam dignitatem, quem paulō antē loco mouerat. Eos verō qui fugerant, ordinis senatorij viros proscripsit.

Hoc anno Maximilianus Cēsar, cui fide nihil sanctius, intelligens Gallorum regem non bona fide secum agere, pretereaq; Geldrię principem aduersus Brabantos concitasse, compulsus discessit à Gallico fœdere, & ad Pontificem se adiunxit, nouo fœdere percussio. Porro omnibus, qui Imperij essent, seuerissimē interdixit, capitali in transgressores cōstituto supplicio, nē Gallo militarent, vel suppetias ferrent. Eam legem floccipendens Emicho comes Lyningen sis, in Gallias abiit, & Gallo se militaturū obtulit. Quod cum Maximilianus rescuisset, eum maiestatis reū cum omnibus suis proscripsit. Itaq; omnia quę comitis erant, principes Imperij diriperūt. Comes reuersus vt animus Cēsaris placaret, & per seipsum & per amicos re tentata, diū nihil perficere potuit, O si ea in imperio obedientia principum, & in refractarios seueritas permanisset, aliud hodiē Imperiū haberemus. Sed dum principes contemnunt summum Magistratum, ipsi quoque plerunquē à suis subditis contemnuntur; & sic omnia pefsum ire necessē est.

Hac ferē tempestate monstrum Rauennæ visum ferebatur vtrunq; habens sexum, cornu vno extante in capite, alatum, & sinē brachijs, vno duntaxat crure & pede instar auis rapacis, & in genu oculo vno, in pectore figura apparēte literæ Y. vel V. cum signo crucis. Interpretationem quidam eiusmodi esse voluerūt, Superbiam, Leuitatem, Virtutum inopiam, Sodomiticam labem, Amorem rerum habētium, Dei obliuionem, in explebilem auaritiā, Gallico flagello castigatum iri. Quod & factum est. Eodem enim anno Gallorum rex Ludouicus rupto cū Pontifice & Maximiliano fœdere, Rauennam obsedit.

Maximilianus discedit à Galliā citta.

Monstrū Rauennæ visum

monstri significationo.

Gallus eadem anno Gallorum rex Ludouicus rupto cū Pontifice & Maximiliano fœdere, Rauennam obsedit.

dit, & tandèm deditiõne receptam vrbe, contra fidem datam diripuit, & magna classe affecit. Postea verò Pontifex, Cæsareis & Helueticorum adiutus copijs, Rauennam recuperauit, & Gallos tota Italia expulit. Antè autem quàm Gallus Rauennam obtineret, superueniente pontificis exercitu, cruentissimum commissum est prælium, in quo ad 16. millia ceciderunt,

Seditio Coloniæ.

A NNO 1513. apud Coloniã Agrippinã, Germaniæ clarissimã & in Catholica religione constantissimã vrbe, perniciofa admodum seditio orta est, vulgo contra Senatũ tumultuſciente. querebatur plebs se nimis exhauriri exactiõnibus. Fit concursus seditiosi populi ad prætorij vel domũ senatoriam, vbi erat Senatus congregatus. Magna contentione postulant sibi tradi eos, qui insolentis exactiõnibus ipso emungere non dubitarent. Territus Senatus repentino periculo, populum seuientem blandis sermonibus delinire cœpit, atque vix tandèm impetrata dilatione, de omnibus exactam se rationem redditurum spondit. Et quia populares erant & grati populo, qui hæc senatus nomine dicebant, plebs commota eo die nihil vltra attentauit. Porro die altera, qui erat Epiphaniæ Domini, populo nouos excitante concursus, quidam è senatu rapiuntur in carceres, æquibus vnus postri die capite truncatur. Idem supplicij genus pertulere duo consules xj. Ianuarij. Inde xij. eiusdem mensis tres senatores eodem modo plecti sunt. Ex alijs plerique proscripti sunt. Itã demum vrbi restituta est tranquillitas, sed certè exemplo prorsus fero ac barbaro. Non enim debet contra Dei præceptum hoc sibi in magistratus suos plebs temeraria vsurpare.

Eodem

Eodem anno etiã Vuormatiensiu ciues in senatũ seditiõnem mouerunt, & reiectis ordinis Senatorij viris, ex seipsis nouos creãrunt. Erat ea res pessimi exempli, quæ plerisq; alias Germaniæ vrbes ad idè attentandum, non absq; ingenti dedecore, incitauit. Primùm prouocatum est à Senatu exauctorato ad iudiciũ Cameræ, sed ciues Vuormatiensiu Impatorem appellãrunt, qui cum minas intenta ret seditiosis hominibus, pax simulata interim cõfecta est, nõ diurnas habitura vires. Iam antè Vuormatiensiu cum Clero acerbis aluerant dissensiones, quæ tandèm iusto Dei iudicio in ipsos versæ sunt.

Nouariam frustra oppugnant Galli.

Hoc anno Maximilianus Sforcia dux Mediolanensiu, Helueticorum insigni virtute Mediolanũ, pulsis Gallis, recuperauit. Obsidebat Gallorum fortissimus exercitus Nouariam, vbi tum Maximilianus Sforcia non absq; ingenti periculo & formidine cum aliquot Helueticorum copijs erat. Iam muros prostrauerant Galli, & cum summa esset ciuium in vrbe trepidatio, Heluetij incredibili audacia mirè insultabant Gallis, prouocabantq; vt per patentes murum irrumperent: interim in Gallorũ cõtempum, contra hiatus disiecti muri lectorum tantum lintea transversis suspensa perticis prætendentes. Et certè Galli, licet aditus pateret, nõ fuere ausi subire murum, sed motis castris à Nouaria discesserunt, & ad Riottam vicum, ab ea vrbe viginti stadijs distantem, castrametati sunt. Interim aliquot Helueticorum millia auxilio venere illis, qui Nouariæ erant. Accidit tum quiddam sanè memorabile. Canes Gallorũ, relictis castris, magno agmine Nouariam ingressi, Helueticorum excubias agentium crura lambere, caudis blãditer adulari, submissisq; auribus singulis applaudere cœperunt, tanquàm Heluetij iam ipsoꝝ essent domini. Ea res Heluetijs certam videbatur de Gallis victoriam pollice-

Heluetij mirè cõtemnũt Gallos.

ri. Non multò pòst Heluetij (erant autem peditum ad nouem millia) vrbe egressi, ad Gallorum fortissima castra profecti sunt, vnà cum illis proficiscēte Maximiliano, quem tamen ad urbem redire vel inuitum compulerunt, nè ab hostibus interimeretur. Vbi ad Gallos diuersis itineribus ventum est, tãto impetu Heluetij vndiq; eos oppugnârūt, vt (quod dictu propè incredibile videatur) cæsis fugatisq; omnibus, sesquioræ spatio & memorabile præliu, & grauissimum bellum cōfecerint. Ceciderunt eo prælio ad octo millia Gallorum omnis generis, ex Heluetijs mille trecenti. Itã tum Maximilianus Mediolanum obtinuit. Sanè quandiu apud Heluetios Catholica fides inconcussa & inuiolata permansit, & erga Sedem Apostolicam, cuius ea gens obseruatissima fuit, studium & amor singularis, apud omnes virtutis opinio em obtinuere, q̄ cum muta postea religione, nõ parum apud illos pagos, qui Zuinglij dogma sequuntur, est labefactata. Turpis enim omninò est & propemodum inexpiabilis macula deserta religionis: quod vtinam plerique hoc quo attendent, qui leuitate plusquam puerili ab auita fide in res nouas se abduci sinunt. At tamen etiã hodiè maxima Heluetiorum pars Catholicam fidem constantissimè retinet, & pristina quoque virtutis bellicæ laudem.

Eodem anno bellum atrox extitit inter Gallum & Anglum. Henricus enim VIII. Angliæ rex Romanum pontificem, cuius tum erat obseruantissimus, atq; etiã religionis causam tueri æquum atq; magnificum arbitratus, grandem conscripsit è suis & Germanis exercitum. Neque interim se Galliæ rex deserebat, magno vndique coacto exercitu. Britanni verò è Calchia (quæ portus Iccius olim fuit) Tarroannam munitissimam Morinorum urbem oppugnatum profecti sunt, quibus paulò pòst cum no-

Bellum inter Gallos & Anglos

uis copijs se cõiunxit Henricus rex. Atque tum demum vrbs ea totis virib; oppugnata est. Paulò pòst Maximilianus Cæsar cū suis illi copijs accessit. Vbi verò fama increbuit, Gallorum regem obfessis cōmeatum aduchere instituisse, Maximilianus Cæsar cum 4000. equitum, subsequente Anglo cum peditibus, ad Gallos contendit, eosque omnes in fugam coniecit. Atque tum Tarroanna deditioe capta est, vrbsq; templis seruatiss, incensa 9. Calēdas Septembris. Ludouicus Gallorum rex hac accepta clade grauiter commotus, Scotorum regem Iacobum, vt Angliæ bellu inferret, Gallica arte permouit. Multa Scotorum retrahebant, nè id faceret, præsertim nihil tale verente Anglo, cuius quoque sororem habebat in matrimonio, & cum quo fœdus grauissimum percusserrat. Tandem tamen inausulto cõsilio trãsuersim actus, infesta arma Britanis pter opinionem intulit, licet admonitus esset ab Herico, vt si eius facti eū nõ puderet, saltè vereret iudicium præpotentis Dei, qui turbate pacis & ruptorū fœderum vltor esse solet. Illud verò bellum contra fidem & fœdus susceptum, eum habuit euertum, vt primus Scoti exercitus in Angliã missus, cum post ingētia data damna, præda onustus intra suos fines se recipere maturaret, penè ad interneciõem à Britannis cæsus sit: ac deindè cum Scotos bellu redintegrasset, & totis viribus Britanos oppugnaret, atq; in loco arte & natura munitissimo castra posuisset, tamen ab Anglis victus, p̄fligatus, & insigni ac memorabili clade affectus sit. Ipse rex Iacobus in prælio cecidit, & cum eo Archiepiscopus vnus, episcopi duo, abbates quatuor, proceres & equestri dignitate honoribusq; militiæ illustres 34. præter hos verò ad octo millia Scotorum cæsa, totidè firmè capti sunt: omnia signa militaria, & tormenta maiora vigintiduo Anglo victori celsere. Commissa

Tarroanna capitur.

Scotiæ rex temerè facit bellum Anglo.

Scotiæ rex cadit in bello.

est hæc pugna ad Tylum quarto Idus Septembr. ad internecionem ferè Scoticz nobilitatis. porro Hæricus rex ea victoria suorum celerrimis nuncijs cognita, mox ad Tornacum exercitum mouit, vrbe Neruiorum celeberrimam, quam non longè ante Galli in fidem ditionemq; acceperant. Primò ciues fortiter se defendere, sed tormentorum vim nimia non ferentes, Anglo deditioem fecerunt. Sunt q scribant, hunc Iacobum Scotorum regem, virum alioqui opimum fuisse, & licèt à Gallis esset ad bellum Anglis inferendum incitatus, tamen recussasse diu, donèc malis euerfus consilij, in suum exitium Angliam debellandam statuerit. Sed debebat rex tum necessitudinis, vrpotè Angliæ regis sororius, tum percussifœderis rationem habuisse: quod quia non fecit, omnibus regibus & principibus suo casu longè acerbissimo hoc restatum reliquit, vt sint memores datæ fidei, & certû habeant esse Deû p̄potentem in cælis, qui vlcisci & possit & velit fœderû & iustitiæ violatores. Huius rei multa passim exempla extant apud scriptores, atq; etiã in literis diuinis.

Hoc ipso anno quidam Cardinales, qui Conciliabulum Pisanum secuti fuerant, veniam à Leone Pontifice & petierunt, & impetrârunt. Rex quoq; Galliz veritus tot grauissima incommoda eò sep̄tulisse, quòd idem ipsum adulterinum Concilium in sua ditione fouisset, illud abrogauit atque dânuuit, & cum suis Concilio Lateranensi adhæsit.

Eodem anno Venetorum exercitus à Cæsareanis adeò attritus est, vt ex illo vna die, quæ fuit No- nis Octobris, supra 5000. ceciderint, & in ijs, quod nullo antè prælio acciderat, 400. equites cataphra- stis: tormenta currulia viginti quatuor cum omnibus signis militaribus capta, cum tamen è victoribus pauci desiderarentur.

*Gallia rex
damnat cõ-
ciliũ pisanũ*

*Venetorum
elades,*

Hoc anno arx Mediolanensis tandem deditioe cessit Maximiliano Sporciæ duci Mediolanensi, cum eam Gallus iam quatuordecim annos occupasset: & paulopost etiã Cremonens arx dedita est. Multo sanguine, neque id vno tempore, Mediolanense imperium cõstitit, & eius nomine Christiana Respublica sep̄ grauitè affecta & exhausta est. Turcæ & barbari gaudent Christianorum eiusmodi mutuis dissidijs, & ex ijs augent rem suam. Verisimè autem dixit Salustius: Concordia res paruz crescut, discordia maximæ dilabuntur.

Anno eodè mortuus est Philippus à Rosenbergo Spiensis antistes, succedente Georgio Comite Palatino, præposito Moguntino.

Obijit etiã Romæ Iulius 2. Pontifex, iam septuagenarius, cui à quibusdam tribuitur titulus liberatè à Gallis Italæ, proptereã quòd opera Heluctiorum Gallos è tota Italia expulit. Videri possit nõnullis plùs æquo bellicis rebus intentus fuisse, immò & hoc nomine à quibusdã perstringitur, ac insimulatur. Nos id Deo iudici relinquere malum, quàm mordaciter insectari. Successorè habuit Iohannem Medicem Florentinum, qui Leonis X. nomẽ accepit, quem Galli pauloantè captiuum detinebant, è quorum tamen manibus magno quodã casu elapsus, ad tantum honoris fastigium eua sit.

Hoc anno comites Palatini Ludouicus & Fridericus fratres, fœdus percussere perpetuum & hereditarium cum Vdalrico Vuirtembergensi principe, accedente eò consensu Cæsaris Maximiliani. Non dubium quin iusta fœdera magnam habeat opportunitatem, si tamè in ijs ea lex amicitie seruetur, vt à fœderatis amicis honesta petantur, quemadmodum in suo Lelio ait Cicero, amicorũ causa honesta suscipiantur & fiant, neque quicquam vnquam, nisi honestum & rectum, alteri ab alteris postulet.

Arx Mediolanensis cedit Maximil. Sphorciæ.

*Iulius 2.
mortuus.*

Fœdus Palatinorum cum Vuirtembergico

Eodem anno Cæsar Maximilianus multa pecunia Helueticos conduxit alioqui sua sponte Gallo infensos, qui Burgundiam e Gallorū manibus eriperet. Aderat illis Vdalricus Vuirtembergensis regulus, Cæsaris partes secutus, qui exercitum comitum liberaliter suppeditabat. Obsederunt Heluetij urbem Diuionem, & iam muri pars non exigua dissecta, aditum præbebat hostibus, vt facile adhibita possent irrupere: cum ecce Galli obsessam Gallica vni arte, Helueticos magnis promissis muneribus corruerunt, eoq; adduxerunt, vt in summis gentis suæ ignominiam, ab vrbe discederent, ijs tamen conditionibus præscriptis Gallo, quas etsi Trauanus Gallici exercitus dux necessitate adactus accepit, Ludouicus tamē Gallorum rex postea omnino respuerit: quæ res vt merito accidit Heluetijs, inconstanter & leuiter egissent, ita eos vehementer commouit in Gallorum regem. In ea apud Diuionem defectione primi fuere Berneses, magnæ apud Helueticos autoritatis. Multum ea Helueticorū inconstantia offendit Maximilianum Cæsarem, Henricum Anglum, & quosdam alios, & res ipsa docuit, non esse spem reponendam in hominibus, qui oblata occasione facillè sua mutant consilia, maxime cum pleriq; priuatis suis potius quàm publicis sciant commodis & utilitatibus inseruire.

Fuit hoc anno frigus hyemis acerrimum, adeo vt apud Coloniam Agrippinam aliquandiu totum Rhenum glacies durissima obtinuerit, quæ non homines tantum, sed currus etiã egregiè onustos transmitteret. Ea glacies soluta est anno sequenti ipsis ferijs D. Antonij.

ANno 1514. circa ipsa eius anni initia, cum alioqui Veneti multis modis essent vehementer afflicti, & multis acerbis rerum casibus ex-

gitati, repente atrocissimum media Venetiarū vrbe incendium erupit, quod ædes innumeras & quædam etiã templa absumpsit, haustis etiã numulariorum officinis. Mansit autem intactum D. Iacobita cellum, quo nihil Venetijs antiquius habetur, in ipso nascentis vrbs primordio constructū, licet iam latera essent circumambusta. Interim etiã mare flantibus ventis mirè exagitabatur, vt certè non paruo in discrimine versarium res Veneta videretur. Sedatum tamen altero die est incendium, & multiplex per id tempus fuit Venetiarū clarissimæ vrbis calamitas. Itã nihil est rebus in humanis omni ex parte beatum, nihil diuturnum. Fuere quidam Venetijs, qui hoc incendium Germanis imputarent, quasi illi suas vlturi iniurias id excitasset, propterea quod fama esset, Venetorū fraude duas Germaniæ vrbes anno superiori arsisse. Sed reuerà potius videtur fuisse flagellum Dei, vel Venetorum peccata castigantis, vel eos fortassis à fastu & alijs vitijs reuocantis. De Venetiarum vrbe eximia multa dici possent, si locus pateretur. Amplissima certè est & munificentissima. Fertur in circuitu habere miliaria octo Italica. Sita est in æstuario maritimo: at vbi mare scruit, ibi vel ab ipsa natura habet littus illi obiectum, quod quinque locis nauibus peruium est. Sunt in ea parocciæ 62. monasteria 41. Pontes publici, vt de priuatis nihil dicamus, 400. Nauigia in varios vsus plus minus 8000. Habet magistratum singularem grauitate & prudentia insignem. Dux eligi solet, vt aiunt, & nihil potest ea in re ambitio, pessima humani generis pestis. Dux quoque viuere, præsertim Reipub. nec tamen vel ille quicquam absq; senatu, vel sine illo Senatus agit. Certos habet sibi præfixos limites in rebus gerendis, intra quos se continere oportet. Habitus illi non multum regio dissimilis est. Vni purpurea aut auro cõtexta veste, In capite ge-

Incendium vastat Venetias.

Venetia describitur.

Obsidio Diuionis auro Gallico corruerunt.

Frigus acerrimum.

stat mitram regiam ex lino, quam pileus ambit purpureus cinctus corolla aurea. Cum se confert in senatum, vitur folio regio, & tum senatores, tum ciues omnes aperto capite illi loquuntur, stantque coram illo tanquam principe. Eius nomine Senatorũ diplomata scribuntur, & eius obſignantur sigillo. Eius item nomine leges publicantur. Et quãuis non admodum à rege distare videatur, non tamen nimium illi habentæ laxantur. Nam nihil agit sine consilio ſex procerum, qui ex ſex tribunitijs collegijs illi immediati conſiliarij adhibentur. Sed hæc alibi fortassis copioſius.

*Occidens
habet partem.*

Hic annus 1514. Italiam & Occidentem ferè pacatiſſimũ habuit, cum iam aliquot annis bellis atrociffimis arſiſſet: quorum flamma deinde in Orientem & Septentrionem peruagata, ampliffimas gentes & imperia horrendum in modum vaſtauit. In Occidente cum iam attritæ omnium vires, haud facile inſtaurari poſſent, veluti conſenſu quodam ab armis interim diſceſſum eſt, vt poſteà in ſeſtionibus animis repeterentur. Et quod ſine magno animi dolore dici vix poteſt, tanto odio & contentione in mutuam perniciem Chriſtiani principes & populi ferebantur, vt nullum cædibus, rapinis & incendijs ſinem daturi viderentur, donec vel alterutris nihil manſiſſet reliquum, vel vtrique per mutuas clades ad internecionem bellando conciderent. O inſaniam & feritatem plusquam belluinam. Interim creuere barbaris nationibus vires & animi, & non ſemel eod res redacta fuit, vt parum abſuerit, quin totus Occidens Turcicis ſubactus armis, amantia ſue pœnas egregias lueret, niſi prepotens Deus pro ſua bonitate eam calamitatem auertiſſet.

Hoc verò anno bellum ortum eſt in Pannonia, quod Vladislaus Sigifmundi Poloni frater, qui Matthias Coruino ſucceſſerat, non eam adferret curam & di-

& diligentiam rebus gerendis quam oporteret. Plerique enim proceres regni, cum eum viderent non admodum rebus inuigilatem, quod iam eſſet ſenio & corporis graui pondere oppreſſus, regnum ampliffimũ præde habere cœperunt, & ſinguli ſuis ſtudere commodis ac vtilitatibus, premere intolerandis exactiõibus ſubditos, atque id genus alijs ſtudijs nõ bonis operam nauare. vnde factum eſt, vt regni opibus diſſipatis, nerui bellorum pecuniæ regi deſicerent. Per id tempus factus eſt ingens concurſus hoim, præſertim agreſtium, propterea quod miſerariis aduerſus Turcas in Illyrica Croatia à legato Apoſtolico largiffimæ eſſent condonationes oblatæ. Verum iſta hoim ſex, licet plerique eſſent iuſti diſcedere ab armis ob nimiam multitudinem, iam conſiliũ ceperunt de excutiendo à ceruicibus ſuis nobiliũ iugo. Itaque duce ſibi conſtituunt Georgiũ Sichelum, hoimẽ audaciſſimum: cuius auſpicijs nõ paucas edũt nobiliũ cædes, matronis & virginibus ingenuis vim adferunt, Cinadiũ vrbẽ ex cratibus materiaque conſtructã inſtamant, cõcrematis oibus eius vrbis incolis, ijs depreſis quos ſummo vel rela cõſumpſerunt: Episcopũ vrbis Georgiũ crudeliſſimè interfecerunt, & alios quoſque genere & opibus clariffimos, aut ſacerdotio inſignes, exquiſitiſſimis tormetis dilaniauerunt. Itã demũ cõpulſi nobiles, ſui defentionem quanta maxima poſſunt vi & celeritate parant, duceque Bornemiſſa, multos ſeditioſæ multitudinis fundunt, nec multo poſt pluribus locis penè ad internecionem eos delent. Nec tamẽ Georgius ſe deſerit, ſed nouis auctus copijs bellũ inſtaurat, Verum eius nefarij hominis hic fuit exitus, quod paulo poſt à Iohanne Vaiuoda captus, cæſo ferè omni eius exercitu, nudus & catenis vinculus, in equuleo conſtitutus, & corona candenti ex vomere conſlata, vt regum mos eſt, coronatus, multisque alijs immaniffimis

*Concurſus
hominum
agreſtium in
Hungaria.*

*Georgius
Sichelus.*

*Ceduntur
ſeditioſi.*

*Horrendum
ſupplicium.*

simis & horribilibus est supplicij excruciatu, ita ut non desint, qui putent, nimia & inaudita crudelitate in eum & eius exercitum defecit. Atque hoc pacto illud scævum & nefarium perditæ multitudinis bellum extinctu est, quod nisi citò repressum fuisset, extremam Hungariæ calamitatē haud dubiè allaturum videbatur.

Bellum Polonorum cum Moscovitis.

Moscovitarum amplissima ditio.

Eodem tempore bellum cum Moscovitis gessit Sigismundus Poloniæ rex, vir in Catholica fide, præter alias virtutes, constantissimus. Moscovitarum est ditio amplissima, in longum ac latum obtinent ad 500. miliaria Germanica, ut quidam ait, possunt ad centum & quinquaginta equitum millia conferre. Erat tum in finibus Moscovitarum Smolenscum oppidum, quod non Ruboni amni, ut præterea collocatu est ab illis, qui Ptolemæi libris novas incogniti orbis tabulas inferuere, sed vltiore Borysthenis ripæ adiacet. Est in hoc oppido castrum in vltiore fluminis ripa situm, ex roboribus constructum, in quo cernere licet per multas domos, civitatis præ se speciem ferat. Ab altera parte Borysthenæ alluitur, ab altera fossis & acutis palis aduersus hostiles incurfus munitur. Vrbs ipsa in valle sita, omni ex parte colles habet fertiles, & sylvas densissimas, vnde pellium diuersarum ingens prouentus. Aedificia pleraque omnia sunt lignea. Est quoque suburbium, vbi monasterioru è lapide edificatorum complures ruinæ visuntur. Id oppidum vel potius oppidi castrum, summa vi à Basilio magno duce Moscovitarum oppugnatu anno superioris, sed fortissimè à præsidio Polonico defensum est, adeo ut Moscovita, re infecta, multis relictis tormentis, & impedimentorum multo maxima parte amissa, abscedere coactus fuerit. At vere proximo

Smolenscum oppugnatum.

Capitur.

proditiōne.

coactis quadraginta equitum millibus, quorum præsidianorum fraude oppidum per proditiōnem

cepit. Inde tum in Lituaniam factis excursionibus irrupit. Contrà verò Polonus rex conflato exercitu trigintaquinque millium, Constantinum ducem egregium misit contra Moscovitas, quorum licet multo maiores essent copiae, ita tamen à Polonis tormenta in Moscos præter eorum expectationem dispendentibus, fusi fugatique sunt, ut Basilius ipse fuga sibi salutem quaerere coactus sit, & in fluminis cuiusdam dubijs & altis ripis tot in fuga Mosci submersione perierint, ut ipse quoque fluminis cursus retardatus sit. Habebat Polonus in exercitu suo aliquot millia peditum, quoru in hoc prælio præcipua virtus enituit. Capti sunt in hoc conflictu oēs Moscoviticæ militiæ præfecti & consiliarij, quibus aliquot præcipui postea Vilnæ ferreis sunt coëdibus constructi, reliqui per castra Lituaniæ distributi.

Hoc anno Selymus Turcarum Imperator cum valido exercitu ingressus fines Armeniæ maioris, aliquandiu ob itinerum imperitiam ad summam rerum omnium penuriam adactus, tandem non longè à Taurisio clarissima Persarum regia, Ismaëlem Sophu obuiam habuit cum exercitu triginta millium equitum. Erat is exercitus numero longè impar Turcarum copijs, quæ supra centum & quinquaginta millibus equitum & peditum constabant, & tormentis non paucis munitæ erant, quibus Persæ carebant: at tamen tanta vi Persarum exercitus Turcas adortus est, ut pluribus prostratis, iam victoria omnino à Persis stare videretur, quæ tamen eorum manibus elapsa est, simul atque Sophus Persarum rex leuiter tormento vulneratus, è prælio excessit. Atqui verò tamen Selymus victor euasisset, vbi tamen audiuit Ismaëlem Sophum nouis contractis copijs superuenire, ex Armenia, vbi hys

Selymus oppugnat Sophum Persarum regem.

Selymus ex Armenia decedit.

dolo Tauri montis principe, & demum à Persis

summa cōtentōe eum p̄sequētib; p̄p̄elū, atq; Perlarum regis ditionibus prorsus eiccius. Potuisset tunc facile ad internecionem deleri Turcarum exercitus, si Persarū rex victōria iam ferē parta vti nouisset. Sed fortassis voluit p̄p̄otes Deus Christianis nō deesse flagellum, quo eorum peccata castigarentur. Ceciderunt in hoc p̄l̄io Turcarū supra triginta millia, & in ijs quidam egregij & principes viri.

Pauca hīc dicemus in gratiam l̄ctoris de potentissimis duob; regibus, Selymo & Ismaele, vt cordatus quisque videat, non nisi omnipotentis Dei prouidētia & dispensatione actum esse, vt tam potentes principes mutuis exarserint odijs, nē illis vires & copias suas coniungentibus, omne Christianorum genus penitus extirparetur. Erat horū Imperatorum par gloria & regnorum ac ditionū amplitudo, sed mores & disciplina militaris longē diuersa. Vterque Mahometanus, sed tamen in caip̄sa scēta non eiusdem sententiā fuit. Alius Homarim, alius Halyn sequebatur, quorum supra meminim;. In Ismaele singularis quēdam pietas, in Selymo inhumana crudelitas cernebatur. Ismael ex prima nobilitate & liberis hominibus militiāe roborā conseripsit: Selymus pro Ottomanicā familiāe instituto seruorū genus māluit. Fuit Ismael decora facie, roseo vultu, radiātib; oculis, flaua barba, & quod antiquum apud Persas regiā stirpis iusigne est, ad unco nāso, illustriq; facundia. At Selymus tristū supercilio, p̄grandibus & toruis oculis, Scythico pallore suffusa facie, rigentibus fetis à superiori labro ad ceruicem retortis, barba nigricante, quā adsp̄stantibus terrorem incuriāt. Ismael & aditu pariter & alloquio benignus & facilis, suo cōuiuio magnū procerum adhibet frequētiā: vxores, si fecundā sint, Persarum more tenerē diligit: Selymus con-

*Conferuntur
inter se Selymus &
Ismael Sophus.*

*Persae vxores
amant.*

trā in arcano gerit omnia: puerorum imberbium & eunuchorum ministerio contentus, sine conuiua dicābit. vxores à regiāe limine procūlaracet, in mare propensiori libidine quām fēminas: contentus vno filio hāerede Solimanno, quem ex Tartari cuiusdam regis filia suscepit. Quod ad militiā attinet, Persas equites (gaudent enim miracē equitatu) squamosi thoraces, loricae ferreae, bucculae castides, cono insignes galeae, clypei que auratis vmbonibus rotundi vndique protegunt, cum Turcae ferē inermes pugnare non dubitent. Utuntur Persae lancea fraxinea accipiti: Turcae hasta è fragili abiete, gladio incuruo, & claua ferrea. Persarum equi frontalibus ferreis, & tegumentis recocto è corio vestiuntur, quae cōsertis laminis, aut in sacro bombycis & gossipij tomento itā muniunt, vt quantibet telorum contumeliam p̄ferant. Ismael Persarum imperio potitus, tributa remisit, vectigalia sustulit, minusque aëratio studuit, eoq; pecunia signata semper caruit, interim tamen tot regnis necessaria omnia largissimē suppeditantibus: sed hac in parte longē impar fuit Selymo, cui ingentes perditum & equitum copiē perpetuō militantes, certa stipendia à quaestoribus accipiebant. Nec vnquam deerāt sumptus, ex tot tributis & vectigalibus imensa conflata pecunia aureae & argenteae monetae, quae Byzantij septem in turribus aëruata, impētas omnes quarta parte superabant. Apud Persas tria sunt genera militum, p̄torianorum, euocatorū, & auxiliarium. P̄toriani certa stipendia merent, & eorum ornatissimo comitatu, firmissimoque p̄sidio rex ipse in sua aula vitur. Vbi verō bellū imminet, ex omnibus regis ditionibus antiquae nobilitatis beneficiarij, quorum ingēs est numerus, euocantur: in ijs illi reliquos antecellunt, qui ex Perside & vrbe regia, nomine Scyras, accersuntur. Est ea

*Militia ratio
dispar.*

Equi Persarum vt muniuntur.

Turcarum opes.

*Persae tria
habent mi-
litum gene-
ra.*

Scyras vrbs clarissima. vrbs elegantium armorum officinis toto Oriente clarissima, incomparabili chalybis temperatura in acinaces & lancearum mucrones celebrata, quæ vel immenso precio à Turcis cupidissime cõemuntur: quod eius ferri ea vis sit, vt vno ictu nostrorum galeæ discendantur, nihil retusa omninò acie, & lancearum mucrones solidum pectorale transfodiunt. Auxiliares deniquè copix ab Hiberis & Albanis mittuntur.

Porrò Selymus Ottomanicæ domûs instituto, cum tam multas occupat alienas ditiones, non alijs ferè quàm seruorum viribus & consilijs tam augmentum continuit ac tuebatur Imperium, magnis propositis præmijs, ijs quorum egregiam erga se voluntatem ac studium perpexisset. Turcas autè ob antiquam nobilitatem non æquo tulit animo, pseritim eius gentis familias quatuor, vetustate originis Ottomannorum domui pares, putà Michaloglos, Ebrenes, Turacanos, atq; Malcocios, quos licèt insigni virtute præditos non sinunt Ottomanni vel ad purpuratorum Bassarum, vel magistrorum equitum ordinem vnquam euadere, nè ad imperiû adspirent; habent tamè interim hæ familiæ amplissimas functiones. Michalogli voluntarijs equitibus præfunt, qui centum millium numerum plerunquè implent, dicunturque ab illis Acæzes, hoc est, antecursores. Porrò, ex præfecturis, quæ sunt valde multæ, nobiliores commédantur reliquis tribus familijs, Peloponnesiaca Turacanis, Bosnensis Malcocijs, Ebrenebus Samandrica in Triballis. Ex omnibus præfecturis, quæ sunt supra quadraginta & octo, nulla est tam tenuis, quæ non habeat ad duo millia equitum, cum ampliores sena vel septena continent: & hi omnes singulis mēsis certa habent stipendia. Atque in hoc equitatu præcipuum Ottomannorum robur consistit, cum ad repentinû editam

Equites voluntarij
100000.

Præfecturæ
supra 48.

Aut intra paucos admodum dies septuaginta amplius egregiorum equitum millia in vnum locum à præfectis facillè possint adduci. Vniuersis autè duo Magistri equitum præfunt, quos Bellerbechos, id est, dominos dominorum vocant, quorum alter in Asia ad Cutheiam Galatiæ vrbem, alter in Europa ad Sophiam Mœsiæ inferioris residet. Ceterum neque Turcæ vlli, neque Christiani illorum pressis iugo, vel oppida, vel arces, vel pagos more Persarum possident, aut domos paulò munitiores ædificant, cum id apud illos lege cautum sit. Itaq; miserrima est Christianorum Turcis seruentium conditio, cum neque opibus polleat, nec vllam seruitutis excutiendæ rationem inueniat, etiam si Christiani aliundè auxilium laturi videantur, quod Turcæ ubique paratum habeant equitatum, & grauissimû impendat supplicium deprehensis. Porrò lectissimus apud Turcas equitatus constat ex alis prætorianis. Hæ nobilitate & cultu eximio cæteris pstant. Qui huius generis sunt, ex omnibus prouincijs deliguntur, & à pueritia abiurata Christiana religione, per Eunuchos literis & armis liberaliter instituti, ad summos honores prouehuntur. In ijs sunt, qui vocantur Murpharacæ, qui toto orbe conquisiti, virtute admirabili præstantes, ea conditioe militant, vt quam velint religionem impunè colant: quò fit, vt non modò ex alijs nationibus etiàm planè ethnicis, sed etiàm nobilitate illustres Christiani, ad Turcam perfugiant, scilicèt momentaneos honores veræ virtuti & vitæ æternæ anteponentos. Hi autè singuli habet subservos non paucos, quorû est cultus lautissimus & splendidissimus, vt non multum à dñis differre videantur: Differunt tamen inter singulos. Atqui apud Selymum nihil neq; præstantius, neq; validius cesebat duabus legiõibus ex Ianizarum delectis, quarû fuit semp inuicta virtus etiàm apud

Robur Ottomanorum.

Bellerbechi duo.

Alie prætorianæ.

Murpharæ, sacæ.

Ianizarum dua legiões.

Bassa.

superiores Ottomannos. Sunt verò apud Turcas quatuor purpurati Bassæ, qui rerum grauissimarum consilij præsumt, & per singulas hebdomadas quatuor continuis diebus in regia cœunt, supplicibus libelii respondent, lites dirimunt, Imperatore interim per fenestellam velo proteclam cuncta attentissimè auscultante. Huius ordinis antiquior, Imperatoris scrinio gemmaq; potitur, appellaturque Vesir, & scribis atq; notarijs decreta dictat. His rebus confectis, Bassæ prandent, vniuersoq; populo, qui in curiam cœerit, publicè epulum datur ex oriza, veruecina carne, paneq; & aqua limpida paratum. Sunt apud Turcas Ianizari milites pratoriani, qui peculiari prærogatiua Exarcolam, id est, pileum album, aurea anteriore fascia & cristis insignem, acinaci penetrabilem, pro galca gessât, lunatosq; calceos alijs vetitos induunt, Arma eorum sunt, sclopettus & arcus, quibus multò maxima eorum pars utitur, tum quoq; hastæ Germanicis breuiore, itemq; gladius incuruus & parua securis. Hi terra mariq; omnium audacissimè & constantissimè pugnant. Sed de his hæc tenens dixisse sufficiat, vt videant Christiani, cuius hostis vires & arma interstis suis disensionibus & discordijs in se cœcitant & exacuunt. Nòrunt Turcæ exactissimè, quæ apud nos gerantur, & vbi ariserit occasio, nostro sanguine suas hastas & acinaces egregiè cruetabunt & sola demùm vexatio dabit intellectum auditui.

Esa. 28.

Hoc eodem anno 1514. obiit Anna Franciæ regina, Claudiæ & Renatæ parens, quarum natu maiorem Claudiã in matrimonio postea habuit Franciscus Valefius dux Engolismensis, iuuenis egregius. Tum verò Ludouicus rex rebus Gallicis consulturus, Henrici Angli hostis infestissimi sororem Mariam, missa ad Britannos insigni legatione, coniugè sibi petijt, & accepit summa totius Galliæ gratulatione,

tionæ. Multa mouerunt Henricum, vt cum eo hoste pacem faceret, & in eas nuptias consentiret, alioquin non admodum addictus Gallico nomini. Porrò Ludouicus iam etate grauis, cum nuptias celebrasset Parisijs regio apparatu VII. Idus Octobr. ad proximas Ianuarij Calend. mortuus est, nulla felicitate prolem mascula. Is Ludouicus ducè mediolani Ludouicū Sforciam in Gallijs captiuū detinuit in cauca ferrata, crepto omni scribendi & quæ cuperet legèdi solatio, vbi etiã ille princeps diem suum obit. Idem rex florentem regni sui statū maximis obiecit periculis, dum profugis ad ipsum Cardinalibus, Pisani conciliabuli authoribus, fauere non dubitauit.

*Ludouicus
Franciæ rex
moritur.*

Et anno grauis orta fuit lis inter Bauariæ principes Vuilhelmum & Ludouicum, Vuilhelmo ex patris suprema volūate totum sibi Bauariæ ducatum vendicante, cum ad populum lōgè gratiosior esset Ludouicus, nec se iusta portione principatūs fraudari pateretur. Eam litem sapientissimus Cæsar Maximilianus mira dexteritate composuit, vnicuique sua attributa parte, vnde pax inter illos egregios principes reformata est.

*Lis inter
Bauaria duc
ces.*

Circa hæc ferè tempora, vel non longè antè, Emanucl potentissimus Lusitanæ rex, Alphonsum præcipuum ducem suum cum insigni classe misit ad Malacham, quæ est aurea Chersonesus, sic dicta ab auri, gemmarum & variorū aromatum insigni copia. Est autem Malacha vrbs miræ magnitudinis, & id temporis Mauro regi Mahometanæ superstitionis parebat. Vrbs à Lusitano obsidetur, fit atrox pillium, victor Lusitanus urbem militi prædæ datã ingreditur, magna hostiū cæde edita, exiguo Lusitanorum damno. Rex ipse cum superstibus Mauris fugit, Christiani opima reportât spolia: in ijs septè elephantēs, & tormentorum æneorum ad duo milia. Mox illic arx munitissima constructa, & foedere

*Ea compo
nitur.**Aurea Cher
sonefus ex
pugnatur à
Lusitanis.*

percutso cum diuersarum nationum mercatoribus, celebrius quàm antea emporium est institutum, unde hodiè in nostrum orbem magna vis aromatum inuehitur. Multa deinde alia præclare gesta sunt à Lusitanis in ijs regionibus, admiratione digna, non tam humanis viribus, quàm superni Numinis fauore: de quibus partim extat epistola lectu digna regis huius Emmanuelis ad Leonem X. Romanum Pontificem.

Tres soles.

Eodem 1514. anno visi sunt Vuittembergæ tres soles, quibus singulis cruentus inesset gladius. In *Nottwail* etiàm sol ad spectu sanè quàm horrendo apparuit, varijs diuersorum colorum septus orbibus: bis quoque tres lunæ conspiciendas se præbuerunt.

Tres luna.

*Franciscus
Valesius fuit
Gallia rex.*

ANno 1515. Ludouico regi Galliarum vita functo successit Franciscus Valesius, procerum & regni totius suffragijs rex creatus, quod licet iuuenis esset, tamen iam ante bellicæ virtutis & magnæ liberalitatis haud obscura indicia dedisset. Is, vt erat magno & elato animo, mox cogitationem omnem ad Mediolanensè bellum adiecit, nouo etiàm & antea inusitato per inaccessas prius alpes itinere vsus, exercitu maximas difficultates fortiter superante, Potuissent facillè eius conatus omnes retardari, nisi tum plerique Heluetij non semel admodum importunos & refractarios se præbuisent. Qui tamen arte quadam ad pugnam prouocati, incredibili & effera primùm in Gallos audacia irrupentes, magnam non absque suorum clade stragem ediderunt, sed altera luce victi à Gallis, Mediolanum se receperunt: unde tamen paulo post excedentes, Maximilianum Sforciam ducem magno eius dolore hostibus obiecerunt, qui penè metis inops, arcem in expugnabilem seque sub certis conditionibus Gallo dedit, cui

*Mediolani
arx deditur
Gallos.*

victoria multo sanguine stetit.

Hoc anno Lusitaniæ rex Emmanuel Vlysonæ pugna Elephanti insignè spectaculum Elephanti cum Rhinoceros certantis. Est vtrunq; animal immani corpore vastitate, sed lógiora crura sunt Elephanto. Nature autem illis inest odium alterius in alterum, atque propter meliora pascula, vt quidam scribunt, que sibi inuicem præripere nituntur. Rhinoceros, teste Pausania, duo habet cornua, alterum insigni magnitudine de naribus extans, alterum quod superne erumpit, exiguum quidè, sed validissimū. Fuit eiusmodi bestia viuua allata regi Portugalliæ Emmanueli anno 1513. ex India, colore buxco siue vermicalato, testis clypeatis tecta, omniq; ex parte armata. Cum autem certamen initurus est Rhinoceros cum Elephanto, cui genitus est hostis, vt inquit Plinius, cornu ad saxa limato, aluum maximè petit, quæ scit suis ictibus peruiam esse. Porro Elephatus dentibus maximis & fortissimis cutem Rhinocerotis, quantumlibet duram & vix iaculo peruiam, validissimo ictu lacerat, dentibusq; dilaniat. In eo certamine, quod hoc anno, vt diximus, Vlysonæ fuit, Elephas succubuit. Est hoc in Elephante admirabile, quod est illi patrij sermonis intellectus, officiorumque memoria, nec vllum aliud animal humanis sensibus propius accedit. Et quantum sit immani corporis mole, & inter terrestres bestias facillè maximus, tamen vsque adeo ab homine domari se patitur, vt in India, vbi frequentes admodum sunt, aratrum trahere, & necessaria quæque ex iure domum vehere non recuset. Laudetur deus in creaturis suis, & eius erga homines immensus amor, quem nobis tam varia diuersissimarum creaturarum in hominum vsu conditarum ministeria aperitissimè loquuntur, prouocet nos ad illū redamandum. Eodem anno mortè appetit Philippus ab Oberstein

Rhinoceros

*Elephas
proximè accedit ad sensum hois.*

Oberstein

*Philippus
Oberstentus
mortuus.*

statim Archiepiscopus Coloniensis, vir sanè longiori
vita dignus, in cuius locū suffectus est Hermannus
à Vueda, qui tandem versutissimorum quorundam
hereticorum astu & fraude, à Catholica fide in ex-
rores traductus, loco motus est, vt alibi dicemus.

*Inundationes
aquarum.*

Fuerunt hoc anno tota ferè Europa magne aqua-
rum inundationes, q̄ etiã arbores & domos euer-
terint. In Heluetijs quoddam flumen, quod anno
1513. ex monte quodã eruperat, hoc anno cum iam
instar maris excreuisset, tantum errorè attulit eius
loci incolis, vt ad montium cacumina confugerint:
& paulò post summa vi & maximo impetu illa vn-
darum cõgeries fractis rupibus, & obujs quibusq;
obrutis, in vastum mare sese euoluit.

Hac tempestate Selymus Turcarum Imperator,
cũ iam mira celeritate & diligentia copias in Ar-
menia superiori æstate nõ parũ attritas & accitas,
reparasset, ad Ismaëlè Persarũ regẽ cõtendit. Prius
tamen, q̄ in Armeniam interiorẽ se reciperet, expu-
gnandũ sibi p̄misit Aladolum, Tauri & Antitauri

*Mõtes Tauri
& Anti-
tauri.*

regem, à quo se meminerat è Persiis discedentem,
paulò antè per summã fraudẽ insignes clades acce-
pisse. Gètes, quibus imperat Aladolus, bellicose in-
primis & numero amplissimè feruntur, sed agrestes
sunt atq; effere, & magna parte venationibus ac la-
trocinijs deditè. Ortè dicunt ex Galatis, Cappado-
cibus, Armenijs, veteribusq; minoris Asiẽ colonis,
q̄ propter assiduas bellorũ iniurias superioribus sa-
culis, & maximè cum Tamerlanes Scytha horrendũ
in modum Orientem populabundus peruasit, ad
hæc montosa tanquã pacata sese loca contulere,
aliquot primò ligneis pagis, mox quibusdam illu-
stribus oppidulis constructis. Itaque Selymus totis
viribus adortus Aladolum, non absque magna suo-
rum strage cum in fugam compulit, sed nequedũ
parta hac ratione victoria, eius p̄fectum Saxona-

*Selymus
prostrat
Aladolum.*

regem nomine, magnis pollicitationibus corru-
pit, qui, cum alioqui in festo in Aladolum esset ani-
mo, cum magna equitatus parte ad Selymum per-
fugit, & non multo post captum Aladolum ad Se-
lymum perduxit, qui cum necari iussit, omnemq̄ue
eius ditionem in prouinciã formam redactam, sibi
subiugauit. Indè perlata ad eum fama, quòd Pan-
nonij in eius ditionem quandam irrupissent, Byzã-
tium cum paucis redijt, & magno cõflato exercitu
Pannonios duplici incurfione citò repressit. Itã ille
immanis Tyrannus tam facilè & in Asia & in Euro-
pa diuersissimis locis presentem se exhibuit, vtro-
biquè ex hostibus victor. Habèt Christiani in Tur-
ca Nabuchodonosor suum, qui illorum ceruicibus
plurquam ferreum iugum imponat.

Per id tempus conuentus aliquot insignium regũ
habitus est Viennæ, putã Maximiliani Cæsaris, Vla-
dislai Hungariẽ ac Boemiẽ, & Sigismundi Poloniã
regum, qui terruit quidem nonnihil Selymũ, quòd
rumor esset contra ipsum illos reges arma sumptu-
ros: sed vbi cõperit alia illic tractata esse, eo metu
solutus, ad Orientem animum adiecit, relictis nihi-
lominus in Europa firmissimis p̄sidijs cum Soli-
manno filio suo. Causa huius conuentus hæc fuit:
Maximilianus Cæsar vnicam Vladislai Pãnoniẽ regis
filij Philippi Hispaniarum regis desponderi: porro
ad eiusdem Annæ nuptias nõ minùs adspirabat Io-
hannes Zapolitanus, filius Stephani Scepusiẽsis co-
mitis, cui ea in re maximas ferebat suppetias mater
eius vidua, cõciliato sibi procerũ fauore. Vladislus
rex propèsus videbatur in Maximilianum: sed cum
nihil effici posset ob studia eorum, qui Iohanni fa-
uebãt, Maximilianus Hungariam armis tentandam
putauit. Sub ipso armorum strepitu nascitur Vla-
dislao Ludouicus: itaque venitur ad inducias, atq;
indè

*Conuentus
regũ Viennæ.*

indè ad certiozem pacem, quæ mirè firmata est & aucta, dum Maximilianus rogatu Vladislavus cum filio iam coronato, & filia, atque Sigismundo Poloniae rege Viennam se contulerunt, vbi cum Anna facta sunt sponsalia, & similitates ac suspiciones omni extinctæ, & principes isti perpetuo foedere sunt coniuncti, atque arctissima inter Maximilianum & Sigismundum amicitia conflata, Annam postea duxit Ferdinandus Maximilianus ex Philippo nepos, Christianissimus Imperator.

*Selymus op
pugnat Aegypti Sulthanium.*

A

ANNO 1516. cum ingenti exercitu Selymus Persarum regem inuasurus, in ipso belli apparatu intellexit Campsonem Aegypti Sulthanium magnis contrariis copijs stare ab Ismaele Persarum rege, & nulla ratione passurum, vt Persas bello appetat. Id quidem consternauit non nihil Selymum, & conatus est Sulthanium muneribus in suas partes trahere, sed frustra. Itaque hunc sibi modis omnibus oppugnandum statuit. Atque hac rem mirificè illi fortuna arrisit, ita vt admodum breui spatio Syriam, Aegyptum, Iudeam suo imperio adiecerit. Habebat Campson Mamaluchorum fortissimum exercitum, sed eorum superbum ac potentem dominatum iam pridem pertesi erat Aegyptij. Mamaluchi, Christianæ religionis desertores sunt omnes, à captiuitate Mahometana superstitio ne, eiurato Christi cultu & religione, imbuti. Sunt etiam qui pueros ab vberibus matris raptos, vel alio casu exceptos, vendant mercatoribus: ijque, rursus corporis & viriù indole, vel animi vigore praestantes, Alexandriam, atque indè ad Sulthanium Aegyptium, perducuntur. Is emptos curat mox accuratè à lanistis & præceptoribus institui. Vbi iam per ætatem nõrunt egregiè tractare arma, & militionum

exercere

exercere, tunc stipendia facere incipiunt, & in prætorianos equites alleguntur: indociles verò & ignaui, fortibus perpetuò seruiunt Atque ij omnes Christiani sunt religione initiati, quam abiurare coguntur. Nemo enim Mahometano vel Iudæo patre genitus, potest in equitum numerum adscribi, idque adeo, vt nec ad Mamaluchorum filios dignitatis equestris iura transeant, immò nec Sulthanus ipse ad filios imperium transmittat. Multi perditæ vitæ & iudicijs damnati, è Christianorum prouincijs eò confugiunt, qui mox decisus præputijs & CHRISTO abiurato, si bello idonei sunt, ad amplissimos honores prouehuntur. Sed eorum in Syros & Aegyptios intoleranda fuit crudelitas, & iniuria quotidiana eos omnibus summè inuisos reddiderunt: quod Selymo commodissimè cecidit. Aegyptij trecentis serè annis eam vilissimorum mancipiorum tyrannidem pertulerant. Itaque Selymus incredibili celeritate præter expectationem omnem ad Campsonem delatus, Caierbeium Campsonis præfectum iam proditoris animos induisse, & à Campsane ad se cum magna exercitûs parte deficere paratum inuenit. Vbi ad pugnam ventum est, mirabili & præferoci audacia Mamaluchi Turcas inuasurunt, ita vt summo in discrimine versaretur, donè dispolis in Mamaluchos tormentis, & recenti equitum multitudine superueniente, victoria illis erepta est, ad quod plurimum contulit Caierbeij perfidia & defectio. Campson ipse à suis è prælio fugientibus in arena prostritus occubuit, vir septem & septuaginta ætatis habens annos. Hac victoria potitus est Selymus, quod mirum videri possit, eodem ipso die, quo biennio antè Persas superarat. Mamaluchi in Campsonis locû Tomumbeium strenuum virum delegerunt. Interim Selymus occupata Syria, totus Aegypti opibus immincebat, ma-

xima

*Christiani
qui ad Mahometanos
confugiant.*

*Aegyptus
quor seculis
pressa à Mamaluchis.*

*Campson
Sulthanium
occumbit.*

*Mamaluchi
qui sint.*

xima in coitinereab Arabibus damna perpessus, qui eius exercitum miris modis exagitabant.

*Selymus rex
nit Hieroso
lymam.* Porro Selymus antequam Aegyptū peteret, Hierosolymam adiit, veterumq; prophetarum sepulcra suppliciter veneratus, Christianis sacerdotibus domini sepulcrum obtinentibus, pecuniam in alimentata sex mensium largitus est. Inde expugnata Gaza,

Capit Gazā Aegyptū petijt, neciam longè aberat à summo periculo, ipsi ab Aegypti rege structo, cum ecce quatuor equites ex Tomūbeij exercitu profugi, omnia Tomumbeij consilia ei exposuerunt, quae res illi & eius copijs salutem attulit. Mox rursūm manus cōfertæ tanto vtrinque odio, vt magnam suorum pariter atq; hostium stragem per mutuum errorē ediderint. Tandem Tomumbeius receptui canere iubens, quod se Turcis imparem cerneret, Memphim profugit. Hęc pugna incidit in 9. Calend. Februar. anno 1517. Postera luce in ipsa vrbe rursus toto biduo continenter pugnatum est, tanta Mamaluchorum p̄tinacia & virtute, vt Selymus victoria desperata iussit vr̄bem maximā & longè populosissimā in flammam, quod tamen in cēdium paulō pōst, cum suos euasisse superiores didicisset, restingui iussit. Itā capta est ea vr̄bs longè amplissima, & Tomumbeius fuga sibi consuluit. Ad extremum cum totius victus, etiā oblata à Selymo pace, bellum redintegrasset, captus & gula fracta in ipsa Memphitica vr̄be extinctus est, summa prius ignominia à Turcis affectus. Accidit hoc Idib. April. anno 1517. Itā mirum me habet rerū humanarum cōditio, vt nemo sic quantunuis potens & rebus omnibus affluens, quō facile possit è summo infimus, & ex fortunatissimo calamitosissimus effici, quod propterea sic est diuinę p̄uidentię cōsilio ordinatū, vt facilius hoies fortunę ludibria possint despiciere, & summo bono p̄potenti Deo cōstātius inherere. Paulo ante Sul-

*Memphis
capitur.*

thano.

thanorum Aegypti fuerat sanè formidanda potestas, quę necopinatō itā repentē omnis protrita est, vt vsque ad regis Aethiopum longē potentissimi fines omnia cesserint victoris Selymi imperio: cuius certē hominis fuit effera crudelitas, indigna tot rerum prosperrimis successibus, nisi quod tergis Christianorum hac Turcicarum victoriarum perpetuitate asperrima flagella parabantur. Aegypto Selymus praefecit Caierbecium proditorem Campsonis, & Syrię Gazellem, multisque è Memphiblatitum publicis tum priuatis non sinē magna inuidia ornamentis, Byzantium redijt, prius tamen hyeme subsequente in Syria exacta. Interea dum hęc in Syria & Aegypto geruntur, Christiani principes non solum nihil mouent contra Turcas, sed more suo intestinis bellis, praesertim in Italia, sese conficiunt.

*Caierbeius
proditor, fit
Aegypti
praefectus et
Syriae Ga-
zelles.*

ANNO 1517, Selymus Turca, vt iam diximus, cepit Memphim, siue Alcairū, & mox Aegyptum omnem in suam redegit potestatem. Tomumbeius Sulthanus fugam arripens, cum se in p̄lude quadam inter iuncos & arundines occulasset, immerfus aquis vsque ad summum pectus, captus & ad Selymum perductus est. Qui iussit primum tradi eum tortoribus, vt de Campsonis thesauris quærerēt: sed ille nihil praeter suspiria & horribiles gemitus in summis cruciatibus protulit. Postero die vili camelo impositum, ac detrita indutum velle, reuinctis à tergo manibus, per omnia vr̄bis Memphiticę fora & celeberrimas regiones circumductum, laqueo ei gulam frangi, atque vt transfuantibus ludibrio foret, vnco ferreo suspensum supra fornicem relinqui iussit. Multis ea res lachry-

*Tomūbeius
capitur.*

*Laqueo gula
frangitur.*

ra à tam feris & barbaris tyrannis accidere. Quam-
tùm autem creuerit Turcarum potentia tot amplissi-
simarum ditiorum & inprimis Aegypti accessione,
dici vix queat. Sulthanis enim Aegyptijs non modo
Aegyptus, sed etiã Syria, Palestina, Phœnicia,
Iudæa & plures aliæ provincie parebant, quæ illis
extinctis, in ius victoris Turcæ concessere. Quis ve-
rò vel solius Aegypti opulentiam pro dignitate ex-
plicet? Pomponius Mela lib. 1. cap. 9. dicit esse terrã
expertere quidem imbrum, sed tamen mirè fertilẽ
& hominum aliorumq; animalium perfoecundam
generatricem: idque Nilum efficere, amnium in no-
strum mare permeantium maximum. Viginti millia
vrbium ait, Amasi regnante, in ea fuisse. Recentiores
quidam ob soli præcipuam fecunditatem & homi-
num frequentiam adeo eam excultã fuisse scribunt,
vt decem & octo millia insigniorum vrbium in ea
extracta numerentur. Ipsa vrbs Memphitica incre-
dibili fertur hominum multitudine abundare, &
nihilo minùs res necessarias omnes affatim ibi sup-
petere, deptis lignis, q̄ ad pondus vendantur. Mem-
phis em̄ & Alcayrum (olim Babylon Aegypti) pro
vno oppido censentur, tametsi Nilus interstuit, nec
aliquo pontẽ coniunguntur. Auget oppidi ampli-
tudinẽ suburbanus ager, qui vicos propè innume-
ros obtinet. Pomponius Mela loco supra memora-
to inter alia etiã Aegypti Labyrinthum describit
his verbis: Pflammetichi opus Labyrinthus domos
mille & regias 12. perpetuo parietis ambitu cõple-
sum, marmore extructus ac testus, vnũ in se descen-
sum habet, intus penè innumerabiles vias, multi-
ambagibus huc & illuc remeantibus: sed continuo
anfractu, & sæpè reuocatis porticibus ancipites: q̄-
bus subin de aliũ super alios orbẽ agentibus, & sub-
indẽ tantum redeunte flexu, quantum processerat,
magno & inexplicabili tamẽ errore perplexus est, et

paulò

paulò infrã, Thebæ vtique, inquit, (vt Homero di-
ctum est) centũ portas, siue (vt alij aiunt) centũ au-
las habent, totidẽm olim principũ domos, solitasq;
singulas, vbi negocium exegerat, dena armatorum
millia effunderet. Sic ille. Sunt qui Thebas putet esse
Heliopolim, quæ secundũ Strabonẽ olim fuit sa-
cerdotũ habitatio, hominũ Philosophiæ & Astro-
nomiæ deditorum, quos præclaris affectos olim fu-
isse priuilegijs, etiã diuinæ literę testatur. De Py-
ramidum admiranda structura multa quoque com-
memorari possent, nisi ea res intolerãdam haberet
adiunctam stulticiam & vanitatem. De ijs itã scribit
Solinus: Quæ in Aegypto fuere erectæ turres, fue-
runt fastigiatae vltra excelsum omnem, quæ ma-
nu fieri possit. Pyramides in Aegypto, inquit Plini-
us, regum pecuniæ ociosa & stulta ostentatio. &c.
Trecenta sexaginta hominum millia annis viginti
amplissimam Pyramidem construxisse produntur.
Ridicula quidem & stulta est hæc structura, sed ta-
men colligi indẽ possunt regum Aegyptiorum im-
mensæ opes. Habet præterea sola Aegyptus balsa-
mi nobilissimum & odoratissimum liquorem, qui
ad nos ferè non nisi vitiatas adfertur. Hęc omnia
iam possident Turcæ, & quod maximè dolendum
est, etiã Iudæa, quam Christus Deus sua præsentia
mirabiliter illustrẽ reddidit, ab illis occupatur, nec
Christiani quicquã curant minùs, quàm vt eam ex
illorũ manibus extrahant, Immo quidã hoc potius
spectare videntur, vt quod superest Christianarum
ditiorum, Turcis prodant. Certè si Christiani inter
se animis essent coniuncti, facilè recuperarent quæ
sunt ablata à barbaris: sed ò tẽpora, ò mores. Iuuat
scilicet esse miseros. ennumerò nẽ quid ad summam
calamitatẽ reliq̄ sit, quotidie noui fingunt errores,
& religio Christiana sub prætextu verbi dei & puri
Euãgelij, ab infaustis hoibus indiẽs magis ac magis

H 2 obscu-

Thebarum
vrbs.Pyramides
Aegypti.20000. vr
bes in Aegy-
ptio.Memphis
amplissima
vrbs.Labyrinthus
Aegypti.

obscuratur. Apud Catholicos quoq; parua aut nulla est morum correctio: atq; ita mali Catholicorum mores produnt Christianam Remp. hereticis. Haeretici porro eam produnt Turcis & barbaris.

*Martinus
Lutherus noua
spargit
dogmata.*

Hoc anno Martinus Lutherus, Augustiniani instituti monachus, cepit in Germania noua spargere dogmata, & res nouas moliri, quae tandem toti orbi Christiano exitiū adferrent. De hoc homine accuratius aliquatō agendū est, vt posteritas oīs de illo & eius audacissimis facinorib; certius estimare queat: praesertim cum pter alios eius hominis fautores,

*Commentarij
Sleidani
perniciosissimi.*

Iohānes Sleidanus Commentarios cōscripserit de Statu religiōis & Reip. Carolo V. Cesare, in quibus ita tuetur Luteri & discipulorum eius causam, vt blanda & mellita oratione, religionis negociū cum alijs plerisq; rebus gestis cōmiscat, ita vt miro artificicio dum lectorem detinet historiarū varietate, simul incautis & imperitis animis, identidem etiā insigniter mentiēdo, damnatorū iam olim dogmatum virus exitiale instillet. Atque vt dicit suis, quae ipse non fuit nescius, quā in multis à verō abhorreant, fidem maiorem conciliet, Paulum Iouium & Iohannē Cochleū, tacito vtriusq; nomine, in epistola nuncupatoria per calumniā impudenter perstringit, cum illis viris longē certē charior fuerit fides, quā Sleidano & plerisq; alijs sectarijs, qui cū Catholica fide omnem etiā pudorē & dictorū factorūq; constantiā & fidem abieciisse cernuntur. Mentiri autē, praesertim in fidei ac religionis negotio, tam est perniciosum & execrabile, vt quisquis vel semel de industria quod falsum sciret, p vero asseruisse deprehensus fuerit, illi omnis deinceps fides iure optimo detrahenda videatur. Miram certē est, plerosq; etiā Catholicos vsque adeo Sleidani lectione delectari: sed quia volumus passim omnia etiā suspensae fidei hominū scripta legere, & videmur

nobis

nobis ea esse iudicij acrimonia & maturitate, vt facile de quibuslibet statuere possimus, falsaq; à veris internoscere, ideō tam multi a deo leuiter & pueriliter in scēdos errores prolabimur, quorum merito pudere possit nō modō graues viros, sed etiā decrepitas anus & deliros senes: & tamē interim viderint Maiores nostri, à quorū nos grauitate, integritate, prudētia, cōstantia lōgissimē distamus: & plerunq; temulentę mulierculę & ex infima plebis saepe stolidissimi ac stupidissimi blatrones scripturas diuinas egregiē crepitāt, eas se quouis Theologo rectius intelligere procaciter iactāt: & est certē deniquē eō iam redacta res, vt dū vel maximē euangelium & purā doctrinam pleriq; omēs Catholicae Ecclesie desertores sibi vendicant, & magna vocis animorumq; cōtentione buccinare & crepare non desinunt, in quēdam horrendū atheismum, & certissimum ethnicismum prolapsi cōspiciantur, a deo vt nō nullis locis vulgus miserabile iam in varias pugnantēsq; diltractum sectas, non videat quid sequi & amplecti debeat, & non multum à suprema salutis omnis desperatione abesse videatur. Sed hęc in ipso processu opportunis locis fortasē commodius demonstrabimus. Iam ad Lutherum veniamus. Is natus est Illebij, in celebri Comitatu Mansfeldēsi, anno salutis 1483. pridie D. Martini, cuius nomen accepit in baptismo. Puerulus scholas adijt Illebij, inde Magdeburgum, post anno absoluto Ifennacū Duringiæ oppidum profectus, exactis illic annis quatuor, Erphordiam insignem Duringiæ vrbe[m], Academia celebrem, se contulit, vbi anno etatis 20. artium magister creatus est. Indē cum Iurisprudentiæ animum appulisset, ambulās cum socio in agro, repentē fulminis icūtu socium perdidit: qua re territus & consternatus, multis stupentibus, relicto mū-

*Luter⁹ quā
dō ex vbi
natus.*

*Mendacia in
negotio religio
sitas quā
detestanda.*

Fit monachus Augustinus.

do & spreto omnibus, D. Augustini institutū Eremiticū complexus est. Quod quidem si solo, vt apparet, seruili ad actus timore fecit, debili sanè fundamento nixus est, quippe cum eiusmodi timor etiā à Cicerone ethnico, rectè vocetur nō diurni magister officij. Quāquā non est culpandus, qui vel metu solo ad vitam corrigendam adducitur: sed tamen oportet niri ad magis magisq; obtinendam charitatem, quæ foras mittit timorē illum. Verūm quocunquē demū animo Luterus cœnobium petierit, certè in eo in tegrum annū ante solennē professionem, vt moris est, nouitius cōstanter perseuerauit, & deindē palām professus est monachū, atq; annis quatuor non infrenuum se præbuit in exercitijs spiritualibus, licet quedam in eo apparerent, quæ de mali dæmonis commercio suspectum cum redderent, illud in primis, quod cum aliquandō in missa diceretur Euangelium de expulso furdo & muto dæmonio, subito corruens exclamaret, Non sum, Non sum. Immo verò ipse nō semel in suis scriptis testatus est, se probè cognitum habere diabolum, & plus quàm frustū vnum salis cum eo comedisse: quæ quidem dicta sunt horrenda. Cū autem Saxonie princeps Fridericus Vuittenbergē nouam cōstituisset Academiā, ad eam quoquē Luterus anno 1508. missus, publicè prælegit Logicē & Physicē Aristotelis. Trieniō post Romam ire cōpulsus cuiusdā litis componendæ causū, ca transacta, redijt Vuittenbergam, & Doctor Theologiæ factus, cū esset disputator vehemens, primū quidem Vuittenbergæ, mox etiā Heidelbergē ingenij & eruditionis fama disputādo captare cœpit, nouis ppositis thematis.

Sleidanus à Leone x. præclarā suā orditur historiam, & in ipso eius limine egregiè mentit: sed irā tū, vt hæc mendacia ei cū toto grege cōmunia sint: nec ideo tñ minù turpia, cū etiā religionē attingant, de

Facit professionem.

Marc. 9.

Habet comitum mecciu cum dæmone.

Academia noua Vuittenbergæ.

Fit Doctor Theologia.

de cuius receptis approbatisq; sententijs nemo nisi perniciosè mentitur. Verba Sleidani sunt hæc: Leo x. Pontifex Romanus, ex familia Medicca, Florentinus, pro sua, quam in omnes Christiani nominis ecclesias habere se putabat, quadam vsurpatione Maiorum, potestate, &c. primò quidem, nō putabat Leo pontifex (quem Sleidanus Romanum vocat, maximum pro suo candore non vult dicere) ad se pertinere curam omnium ecclesiarum, sed ex euangelio certus erat, dictū esse Petro ab ipso Christo, Pascite oues meas: nec ignorabat Romanum pontificem esse Petri successorem. Fortè non legerat Sleidanus illud Ambrosij in prioris Epistolæ ad Timotheum caput 3. Cū totus mundus dei sit Ecclesia, tamē domus eius dicitur, cuius hodiè rector est Damasus. Deindē non sibi eam vsurpauerunt Pontifices auctoritatem, vt Sleidanus aculeatè scribit nō sine insigni tot sancti simōrum Pontificum iniuria, sed à Christo sibi demandatam in totum orbem Christianum, vbicunquē res postulauit, exercuerūt, mox addit ille Sleidanus, pontificem missis per omnia regna literis atq; diplomatis, omnium delictorum expiationem ac salutē æternam esse pollicitum interuentu pecuniæ, quam quisque daret. Multa hæc fraudulenter silet ille hostis Pontificum. Itā enim non solent promulgari indulgentiæ vel cōdonationes. Petijt autem pontifex, subsidium pecuniarium pro structura templi S. Petri apostolorum principis, & eam pia animi deuotione largientibus dedit indulgentias, quæ tamen non dantur nisi verè penitentibus & contritis, atque sua peccata confitentibus, sic enim solent habere diplomata cōdonationum. Nec putandus est pontifex liberaliter eruditus aliter scripsisse in suis diplomatis, licet fortassis quidā importuni earū indulgentiarū prædicatores, turpis questūs causa, pro cōcione temerè multa

Sleidanus arguitur.

Ioan. 21.

Sleidani comitum mecciu.

dixerint: quæ culpa non debuit à Sleidano conferri in pontificem. Ità ille bonus vir sicut in lepidam historiam orditur ab iniurijs & calumnijs in romanis pontificibus, & in rebus grauissimis impudenter mentitur: qui si volebat reprehendere abusum, qui nunquam etiã in predicandis indulgentijs inciabat, debebat abstinere ab insecratione Pontificis, de quo paulò post idem ipse scribit, quòd Luterus illius arbitrio atque potestati omnia sua scripta, vitam quoquè & salutem permiserit, scripseritq; quicquid à Pontifice profectum fuerit, eo loco futurum apud se, ac si dimanasset à Christo. Quæ Luteri verba tum Luteri ipsi, tum Sleidanum quoquè egregiè pudefaciunt. Sed ad narrationem reuertamur.

Interea Romæ Leo Pontifex largissimas promulgat condonationes siue indulgentias, eiq; negotio in Germania præficit Moguntinum Archiepiscopum Albertum, principem celeberrimum. Is ad predicandas eas Indulgentias delegit Iohannem Tetzellium Dominicanum. Ea res pessimè, habuit quosdam Ordinis Augustiniani, in primis Iohannem Staupitium, eius Ordinis Generalem per Germaniam Vicarium, virum nobilem, facundum, & Friderico principi charum, itemque Martinum Luterum Lectorem Ordinarium Vuittenberge. Et quia interdum non parui abusus eiusmodi euulgandis Indulgentijs sese immiscuerant, inde sumpta occasione, Luterus primùm in indulgentiarum immodicos quosdam & sordidos, suo duntaxat gustui seruientes buccinatores acriter inuectus est, datis à Moguntinum antistitem literis, in quibus longè aliter scripsit de salutis certitudine, quàm paulò post in sua Captiuitate Babylonica & scriptis alijs. Ait enim inter cætera, ubique Dominum difficultatem salutis denunciare, & Apostolum iubere semper in timore & tremore nos operari salutem nostram, & id genus multa

multa alia, quæ Sleidanus fraudulenter tacet, quia videt ea è diametro cum posteriori Luteri doctrina pugnare. Mox verò Luterus etiã 95 propositiones palàm edidit, quibus indulgentias oppugnauit: Contra verò Tetzellius 106. propositiones euulgauit, Luteranis planè cõtrarias. Ex hac lite ortum est illud immane & horrendum Luteranæ herefeseos incendium, quo tota penè Europa postmodum conflagrauit. In ipsis huius Tragediæ initijs visus est Luterus etiã plerisque viris grauibus & eruditissimis non pessimo zelo moueri, planeque nihil spectare aliud, quàm Ecclesiæ reformationem, cuius quidam deformes abusus non parùm malè habebant bonos omnes. Sed ubi Luterus totum suum pectus nõ diu post aperire cœpit, facilè patuit, quàm ille nihil spectaret minus, quàm Ecclesiæ pacem & repurgationem. Verùm multis imposuit eius simulata humilitas & erga Pontificem reuerentia, qua illi necessario vtendum erat, donèc sibi parasset vires, quibus fretus omnem iam vndeunque occurrentium aduersariorum impetum sustinere posset. Scripsit Leoni Pontifici literas, in quibus etiã hæc eius verba legebantur: Quare beatissime Pater, prostratum me pedibus T. B. offero, cum omnibus quæ sum & habeo. Vinifica, occide: voca, reuoca: approba, reproba, vt placuerit. Vocem tuam, vocem Christi in te presidentis & loquentis agnoscam. Habebant hæc speciem quandam pietatis, sed longè alium re ipsa paulò post se declarauit. Multi fuere olim in signes heretici, & ingenio quidè ac eruditione Lutero longè superiores: sed qui tam impotenti & effera animi audacia ac importunitate fuerint, haud facilè vllos inuenias. Fruebatur amplissimi principis Saxonie Friderici patrocinio, cuius tunc erat inter cæteros Germaniæ præcres præcipua ferè authoritas, potentia, liberalitas: & ideo facilè contemnebat minas & pi-

Origo turbarum in religione Germaniæ.

Oppugnat Lut. indulgentiarum præcones.

Luterus omnium importuniss.

cula omnia, atq; indiscriminatim in quoslibet tum Ecclesiasticos tum ciuiles magistrat^o petulācissime incurrebat, probraque & conuicia proacissimē iactabat, vbi quē ferē in id vnum p̄cipuē intentus, populo vt placerēt quas fecisset fabulas, populiq; gratiam & applausum captaret. Et quia multa erant in Clero vitia, quem ille apud laicos in odium & inuidiam adducere modis omnibus conabatur, ea summa animi acerbitate omnibus propalare, mirē exaggerare, & impudenter multa fingendo in vulgus spargere studuit. Et certē breuē ille multis id effecit locis, vt Clerus omnis non alio q̄ luporū loco apud laicos passim habitus sit: adeo vt passim in suis domibus pontifices, sacerdotes, monachos luporum forma & specie depingi curārint, & incredibili odio atque contemptu persecuti sint. Et fuit id quod verissimum, Clerum multis abominandis scelerē vitijs, q̄ cum nulla Prælatorum seueritate castigaretur, permisit præpotens Deus huius importuni & improbi apostatæ conatus non inanes habere successus, Clerumque in summum venire contemptum, vt vel sic tandem resipiscerent. Atq; vti nām vel sola vexatio dedisset intellectū auditui. Dolēda certē res, plerosque adeo in Clero occępatos, vt p̄pemodum stupidi & ab omni sensu alieni, ipsas suas supremas calamitates nec animaduertere quidē videantur, & in summis animæ & corporis periculis haud aliter atque in certissima securitate versentur. Atq; hæc vna ferē & præcipua ratio est, cur Lutheri & eius discipulorum nefanda dogmata & impij conatus vsque adeo felices habuerint p̄gressus multis annis, quod nulla apud Catholicos, etiā in ipso Clero, secuta est vitæ in melius commutatio, vt iam meritō pudere nos debeat scordix & impudentiæ nostræ, qui videmus nos vndique Dei iusto iudicio propter peccata nostra tot malis ob-

rui,

ri, nec tamen operam damus, vt moribus rectius componendis & corrigendis iram præpotentis Dei à nostris ceruicibus auertamus. Nihil prorsus viriū est in istis impijs & blasphemis hæresum fabricatoribus, nisi quantum vitæ nostræ corruptione illis subministratur atq; fouetur. Sed de his satis.

Eodem hoc aano, qui fuit 1517. insignis quidam pirata Petrus Lōgus natione Frisius, cum 500. perditis nebulonibus mare infestum habuit, & vrbes maritimas aquilonares egregiē diuexauit. Voluit is vastator Danorū, vindex Bremensium, interceptor Hamburgensium, crux Batauorum prædicari. Insignia eius & vestium ornāmēta, patibula & rotæ pictæ, dignū tali patella operculū. In Italia hoc ipso anno armatæ acies in aere visæ sunt infestis inter se signis concurrere & præliari.

Eodem anno Christiernus rex Daniæ & Noruegiæ Suediam occupare cupiēs, cum viribus nō posset, ad callidas artes conuersus, cœpit ad defectionē quosdā è primoribus regni sollicitare. Fertur Episcopus Vpsalensis Gostauus in eius partes cum nō nullis alijs concessisse. Sed illo à Stenone Suediæ gubernatore represso, Christiernus rē ad armā cōtulit, & Stocholmiam regni metropolim obsedit, sed frustra. Itaque per dolum inducijs postulatis & acceptis, vbi à Stenone exercitus eius, qui summa rerum omnium inopia iam diū premebatur, recreatus est, datis obsidibus, Stenonem in castra ad colloquium euocauit: sed Senatus Stocholmiensis sentiens dolum, non permisit Stenonem eō se cōferre. Rursus ad alias se transferens machinas, vrbem se ingressurum ait, modō prius dentur obsides salutis sue. Mittunt ad eum aliquot nobilissimi iuuenes, in ijs Gostauus Erichson, postea Suediæ rex, quos ille mōx vbi ad naues peruenissent, conciecit in vincula, & in Daniā abiit. Interim annis quatuor quie-

Frisius pirata.

Christiernus Danus Suediæ fallacia occurrere nititur.

Vendit se vulgo.

☞

Esaï, 28.

*Deditur Sto-
cholmia
Dano.*

uit. Postea cōscripto milite obsidet rurs⁹ Stochol-
miam: Senatus iam occiso in pugna Stenone, sub
certis cōditionibus Dano urbem dedit. Is donē
militem & arcem confirmaret, fidem datam mini-
mē fellit. Sed iam satis munitus, conuocat suos,
aperit consilium perdendi ciues: modum quo id fi-
eri possit, tanquā ipso insciente & inuito, per-
quiri. Illi dant consilium, quod rex amplectitur.
Fit apparatus magni conuiuij, ad quod Suediæ p-
ceres & quidam alij inuitantur. Danus se iucundū
præbet, idem Suedi faciūt, ignari periculi sui. Postq̃
triduo epulatum est, cōuiuij rapiuntur in carceres.
Altera lucē portæ vrbis clauduntur, milites armati
ingenti terrore edito, per regiones disponuntur, è
regia duo Episcopi Scarcensis & Strengenenensis ad
arcem, quæ est ante prætorij, producuntur à car-
nificibus, & mox prostrati capitibus truncantur.
Idem patiuntur alij proceres, & post illos Senatus
vrbis: indē in plebem sequitur: multisq; se oculi-
tantibus, impūnitas edito proposita fuit omnib;.
Prodeunt miseri ciues, & ad vnum omnes erudicā-
tur à barbaro milite. Durauit ea cædes aliquot dies
continuos, & immani quadam planeq; barbara ty-
rannide id temporis vltus est rex ille Christiernus,
qui nō multo post, Deo iustā ab illo repetente vin-
dictam, ditioibus suis omnibus eiectus, vagus &
in ops in solo alieno exlauit. Tandē cū regnū,
comparatis copijs rursū obtinere vellet, captus &
custodiæ mancipatus est, & captiuus ad supremum
vsq; spiritum permansit. Fertur præsentissimo ve-
neno quorundam opera extinctus, diem suum mi-
serē obijisse. Sub hoc etiā rege multa perpessus est
vir insignis Georgi⁹ à Schotborch Lundē Archi-
episcopus, q̃ ei nollet tradere insulā Bornholmē.
sem. Is episcopus tandē propter iustitiæ defensi-
onem exul à sede & patria sua, Colonię Agrippingē

mor.

*Cruelitas
Christierni.*

*Ofenitiam
plūs quā
barbaricā.*

mortuus est post multas huius vitæ ærumnas & ca-
lamitates, quas constanti animo non paucis annis
perferre māluit, quā dicecesim suam, non vt pa-
stor, sed vt vilis mercenarius, proderet tyrannis.
Habitu ego aliquandiū in ædibus eius, cū Co-
loniæ literis operam darem, multa q̃ vidi in illo
virtutum exempla. Vtebatur sapissimē aspero ci-
licio ad nudum corpus, atque in precibus erat as-
siduus. Rara quædam in illo prudentia cerneba-
tur, & morum grauitas. Quandō exul venit Co-
loniam, hospitio receptus est à D. Iohanne Rin-
kio, patritio Coloniensī, viro celeberrimo atque in-
tegrissimo, ab eodem q̃ & eius hōnēstissima con-
iuge tractatus est humanitate incredibili. Solebat
is Rinckius postea de illo dicere: Fuit exemplo
mihi & meis. Plura de eo episcopo dici possent
laude digna, quæ tamen breuitatis studio præteri-
mus.

ANno 1518. Maximilianus Cæsar, con-
uentus egit Augustæ Vindelicorū, vbi
principes electores omnes adfuerunt.
Missus quoq; eō fuit Cardinalis Tho-
mas Caietanus vir excellenti doctri-
na, qui thesauros ecclesię Pontificis nomine in hel-
lum Turcicum polliceretur. Eodem anno Maxi-
milianus scripsit Pontifici de turbis per Luterum
excitatis, oratq̃ vt maturē rebus affectis opem fe-
rat: quicquid decreuerit, se curaturum vt executi-
oni mandetur.

Per id tempus scripsit Luterus Latinē librū hoc
titulo, Resolutiones disputationum de indulgen-
tiarum virtute, &c. in cuius Præfatione mirabiliter
se submittit Romano Pontifici: sed vt sibi gratiam
apud omnes, aduersarijs odium cōflaret. Itaq; hac
simulatione nō paucis etiā grauib; viris ille pri-
mū

*Comitia
Augustiana.*

*Luterus se
submittit
Rom. Pon-
tifici.*

mum imposuit. Porro aliquot ex eis, qui carmine & prosa valebant, sibi Luterum defendendū susceperunt, multis coniectis in Prelatos & Theologos conuicijs. Itā sensim Luterus creuit apud vulgus, & aduersarij in contemptum venēre. Interea Luterus ciratur Romā, sed excusat se. Negociū mādatur Cardinali Caietano, ad quē licet inuitus, venit Luterus Augustā. Erat negociū illud Romæ certis iudicibus mandatū, qui Luterū audirent, sed ille causabatur in insidias, tum iudices suspectos, tum rei pecuniariæ inopiam, tum malam valetudinem: impetrauit autē per Saxonie principem, vt intra Germaniam iudices darent. Erat tum, vt dictum est, Augustæ Cardinalis Caietanus. Is sanē multum egit, vt hominem ad sanitatem reduceret, sed id frustra fuit. Id temporis nō erat illi à Maximiliano Cæsare data fides publica, sed habebat literas commendatias Friderici Saxonie principis. Nec erat homo mulē sibi conscius, sine trepidatione. Tria illi à Cardinale Pontificis nomine proponebantur: Vt resipisceret, & caneret errorum suorum palinodiam: Vt in posterum fidem daret, se ad illos minimē rediturū: Vt missa faceret ea omnia, q̄ ad Ecclesie perturbationē spectare viderent. Ille verō se errasse fatetur, noluit, ad extremū tñ petijt & obtinuit spatium deliberadi. Postero die reuersus ad Cardinalem, inuenit apud eum quatuor proceres, q̄ essent Cæsari à consilijs. Ibi versurus homo vt omnem à se hæreseos suspicionem apud illos amoliretur, corā Cardinale hanc ex scheda protestationem recitauit: Ego frater Martinus Luter Augustinianus, protestor me colere & sequi sanctā Romanam Ecclesiam in oibus meis dictis & factis, p̄sentibus, p̄teritis & futuris. Quōd si quid cōtrā vel aliter dictū fuit vel fuerit, p̄ nō dicto haberi & habere volo. Hoc vitā nām ab illo syncerē dictū fuisset. Nō possum, quin

Luterus venit ad Caietanum.

Luteri protestatio.

hoc

hoc loco impudentissimū Sleidani mendaciū paucis commemorē, vt ex illo de eius tota historia lector capiat coniecturam. Scribit Cardinalē virum doctissimū hoc tempore itā p̄dicasse pontificis dignitatem, vt cum omnibus scripturis atq; concilijs anteponeret Quis verō vnquam credat illum virū, in catholica religione tam insigniter eruditum, aut sum asfirmare, Pontificem etiā scripturis diuinis esse anteponendum, cum certum sit, ea quę diuinis in sacris literis vel iussa vel verita sunt, etiā Pontificem tum facere, tum cauere debere? Nimis molestum esset, id genus mendacia semper annotare, quibus ille historicus libenter suam adspersit historiā, vt catholicis inuidiā & odium, Lutero & seculis gratiam & auctoritatem concilieret. Porro Cardinalis hac Luteri protestatione accepta, quōd sciret illum multa & dixisse & scripsisse, quę cum Romana Ecclesia non bellē concordarent, vrgere perrexit, vt præstaret tria illa, quę suprā dicta sunt. At ille rursus protestatur non se meminisse quicquam à se dictum esse, quod cum diuinis literis, cum Patribus, cum Pontificum epistolis decretalibus, aut cum reuera ratione pugnet. Scilicet ignorabat ille bonus vir se non modō in suis Resolutionibus, sed etiā in proximo colloquio dixisse multa de Indulgētijs & Pontificis auctoritate secūs quā habeat fides Romanæ Ecclesie. Perspicua igitur hic illius fraus apparet. Nam aut fictē & simulatē protestatus est se in omnibus sequi sanctam Romanam Ecclesiam, aut turpiter mentitur se nihil dixisse cōtra Pontificum decretales epistolas. Pulchrē ergō quadrat in illum, quod verissimē dictum est à Iacobo Apostolo: Vir duplex animo, inconstans est in omnibus vijs suis. Addebat autem coram Cardinale, quādoquidem homo sit qui errare possit, libenter se velle submittere iudicio Ecclesie, itemq; vniuersitarum

Calumniæ Sleidani.

Luteri protestatio.

Iac. 1.

Ba.

Basileenſis, Friburgenſis, Louanienſis, Pariſienſis, quæ poſtremam ſtudioſorum parentem & iam antiquiſſimam ſemper Chriſtianiſſimam vocabat. Non fuit de nihilo, q̄ tantum ille tribuebat Theologis Pariſienſi, de quibus tamen paulò poſt longè aliter ſuo more ſcripſit. Nam ab illis multi eius articuli damnati ſuere, quod nullò pacto cõcoquere potuit vir ſupra modum arrogans & ſuperbus. Ergò etiã iſtud fraudulenter dixit. Cardinale autem ſuum porro vrgente propoſitum, de quo ſemèl atq; iterum dictũ eſt, ille rogauit copiam ſibi fieri in ſcripto reſpondendi. Facta illi copia, fatiſ animi ſui duplicitatẽ declarauit. Nam multa congeſſit cõtra Extrauagantẽ Clementis VI. de indulgentijs, contra authoritatẽ decretalium Rom. Pont. cõtra merita ſanctorum, cõtra Indulgentias, contra merita oprum bonorum. Et hoc erat ſequi in omnibus Romanã Eccleſiam. Minabatur illi Cardinalis, nĩ reſpiſceret, excommunicationis ſententiam. Timebat verò Luterus, nè à Cardinali in cuſtodiam traderetur. Itaq; multum anxius, à Cæſareanis per amicos impetrauit ſidem publicam. Non diũ poſt clam Auguſta diſceſſit: ſed priùs veteratoriẽ à Cardinali Legato ad Põntificem puocauit, & eam appellationẽ palãm iuſſit affigi. Scilicet id ſtudio erat Lutero, vt Põntificis audiret ſententiam, qui neminem magis cum toto cõmilitionum ſuorũ grege, quàm Pontificem inſectatus eſt per omnem deinceps vitam ſuam. Sed tamen his artibus efficiebat, vt cauſam non malam fouere videretur, ac plurimos in ſuas partes pertraheret. Et Cardinali quidem deinde ſcripſit aliquoties literas blandiſſimas, quibus eius clementiam & humanitatem mirè pdicauit: alijs verò de eodem Cardinali lógè aliter & dixit & ſcripſit etiã publicè, accuſans eum tyrannidis, & c. Eiuſmodi ergò, vt dixi, artibus ille non parua accepit incrementa, Deo

Luterus
prouocat ad
Põntificem.

id permittente in caſtigationem Eccleſiæ ſuæ. Pauci id tum aduertebant, nec quiſquã erat, qui ex ea ſcintilla tantum incendium breui emerſurũ ſuſpicaretur. Scripſerunt id temporis contra Luterum aliquot præclari Theologi, ſed quos ille duceret pro nihilo, multorum iam ſciolorũ fretus fauore, qui Theologis orationis elegantiam neglectui habentibus, eo ipſo nomine eruditionem quoquẽ detrudere non dubitarent, quaſi rerum cognitio in diſtinctionis phaleris poſita ſit.

Eodem anno Carolus Hiſpaniarum rex magnas eduxit copias aduerſus Marrhanos, & expugnato ex munitiſſimis eorum oppidis vno, plũs minũs quadraginta barbarorum millia proſtrauit, ex præda huius victorię duo precioliſſima vexilla Cæſari Maximiliano, auo ſuo paterno tranſmittens.

Carolus de-
bellat Mar-
rhanos.

ANNO 1519. Maximilianus Cæſar 12. Ianuarij anno ætatis ſuæ 63. mortuus eſt, cum in tempeſtiuẽ pharmacum incertę efficacię contra morbum, quem ſibi imminere putarat, hauſiſſet: vir ſane præſtantiſſimus, corporis atque animi dotibus inclytus. Annum 63. dicunt climactericũ. Apud Gellium lib. 15. cap. 7. legimus, obſeruatuẽ in multa hominũ memoria eſſe, in ſenioribus pleriq; omnibus ſexageſimum tertium vitæ annum cum periculo & clade aliqua venire aut corporis, morbiq; grauioris, aut vitę interitũs, aut animi ægri tudinis. Sic hoc ita obſeruatum à cæca gentilitate: nobis Chriſtianiſmus omnis annus, immo omne tempus ſuſpectũ eſſe debet, cum Chriſtus dicat: Vigilate, quia neſcitis diem, neq; horam. Maximiliano mortuo, Luterus factus eſt inſolentior.

Per id tempus D. Iohannes Eckius Theologus celeberrim⁹ quibuſdã annotationib⁹, quas Obelicos inſcripſit, Luteri primas de Indulgentijs, ppo-

Mat. 25.

Iohannes
Eckius ta-
xat Luterũ,
ſitio.

sitiones taxauit. Id malè habuit tum Luterum, tum
 Andream Carlstadium Archidiaconum Vuittenber-
 gen. Sleidanus scribit Luterum respondisse Eckio,
 quòd nihil sacræ scripturæ, nihil è scriptis Patrum,
 sed sua quædam modò adferret somnia, iam olim
 praua consuetudine nimium in scholis recepta. Sed
 hoc aut de Lutero fingit Sleidanus, aut Luterus bi-
 linguis fuit, cum constet eum Lectori scripsisse, Ec-
 kium scripturæ Patrumq; verbis uti, sed imperitè.
 Certè autem tanta fuit Eckij eruditio, vt Luterus
 planè indignus sit, qui vlla ex parte cum eo com-
 ponatur. Non est tamen mirum, à Lutero illum esse
 contemptum, cum ille & Patres omnes & concilia
 omnia postea reiecerit, sicut in frà audiemus. Noue-
 rat Luterus, ex crebra disputatione celebre sibi no-
 men in plerisq; Academijs Eckium comparasse. Hæc
 ei laudem præripere voluit. Itaq; res in disputatione
 nem deducta est, & disputationi locus designatus
 Lipsiæ. Venit eo intrepidus Eckius, venerunt eti-
 am Luterus & Carlstadio. Cum Carlstadio primò
 disputatum est: eo delassato, Luterus successit: por-
 rò monitus à consiliarijs optimi Principis Geor-
 gij, vt comiter & sedatè se gereret, (viderant enim
 hominis vultum iracundum) ille respondit, Neque
 propter Deum hæc res cœpta est, neq; propter De-
 um finitur. Quæ erat certè vox inprimis barbara
 & immanis. At tamen in ipsa disputatione de qui-
 busdam rebus longè aliter, magisq; Catholicè di-
 cere visus est, q̄ paulopost scripserit. Nihil deroga-
 tum voluit neq; Romanæ Ecclesiæ primatui & au-
 thoritati, neq; Põtifici. Aiebat non Latine modò,
 sed etiã Germanicè, se non impugnare, nec Chris-
 tianè à quoquã impugnari posse primatum & ob-
 edientiam Romanæ Ecclesiæ. Sleidanus de tota hæc
 disputatione scribit fraudulentè pleraq; aitq; Lu-
 terum negasse Ecclesiæ Romanæ primatum, Vidit
 Sleidanus

*Disputatio
Lipsica.*

*Barbara Lu-
teri vox.*

Sleidanus in Lutero ignominiam cedere, si diuersa
 sensisse scriberetur, quòd tamè ille fecit sæpissimè.
 Præterea damnauit Boëmos tanquàm schismatici-
 cos: non solum credere, sed etiã scire se dixit esse
 Purgatorium. Verùm longè secus postea scripsit, &
 Eckium passim apud omnes, atq; apud ipsum, ad eò
 Romanum Pontificem acerbè traduxit. Scripsit
 etiã in Hieronymum Emserum petulantissimè:
 atque hoc sanè ille pro more habuit, vt quos ve-
 ritate non posset, eos conuicijs, lædorijs, calumni-
 js, mendacijs obrueret: qua in re strenuè eum imi-
 tantur, quotquot ex eius schola prodierunt, noui
 euangelij buccinatores.

Hoc anno Francophurti conuenerunt Electo Caroli V.
 res Principes, & in Maximiliani Cæsaris locum ele-
 gerunt Carolum Austriacum principem potentis-
 simum. Multum laborauit Gallorum rex Franci-
 scus, vt is honos ipsi deferretur: nec deerant, qui il-
 li fauere viderentur: sed Carolus ei antelatus est.
 Fertur ea res exitiali illi bello causam dedisse, quod
 breuè postea inter illos exarsit. Missus est ad Caro-
 lum tunc in Hispanijs degentem Fridericus Pala-
 tinus, qui cum & oblatum honorem suscipere, &
 in Germaniam iter maturare hortaretur. Accepit
 eum Carolus liberaliter, & honorificè donatum à
 sedimisit. Habebat id temporis Carolus annos vn-
 deaginti, de cuius progenie pauca hoc loco non
 incommodè dicturi videmur. Galliæ regi Carolo
 5. cui Prudentis cognomen fuit, Burgundiæ prin-
 cipatus cum delatus esset, is eum fratri suo Philip-
 po dedit. Philippus in matrimonium accepit Lu-
 douici Fladriæ comitis filiam vnicam Margaritam,
 ex qua illi natus est Iohannes filius, qui pater fuit
 Philippi eius, qui duces illum longè potentissimū
 Carolum, apud Nanceiū tandem cefum, generauit.
 Eius verò Caroli filiam Mariam, amplissimarū di-

*Genealogia
Caroli V.*

tionum heredem duxit Maximilianus, Friderici eius nominis 3. Romanorū Imperatoris filius, qui Philippum procreauit huius Caroli V. parentē. Habuit enim Philippus iste in matrimonio Iohannā, Ferdinandi Hispaniæ regis filiā, vt iam suprā quoquē dictū est, ex qua suscepit Carolū & Ferdinandum, ambos postea Romanorū Imperatores lōgè optimos atq; integerrimos, quorū insigni virtute & pietate sic hætenus defensum est Romanum Imperium, vt Turcarū licet potentissimus rex ab illis sepe repressus sit, & non semel in fugā cōpulsus. Porro Ferdinandus Caroli Imper. auus maternus, fuit Aragoniæ atq; Siciliæ rex, coniugemq; habuit Elizabetham, Iohannis secundi regis Hispaniarum filiam heredem. Post etiā obtinuit regnū Neapolitanum, genuitq; ex Elizabetha Iohānem, Isabelam, Iohānam, Mariam, Catharinā. Iohanne mortuo & Isabela sine liberis, totius regni successio, more eius gentis, deuoluta est ad Iohannā natū proximā sororem. Hac igitur ratione ditiones omnes tam Ferdinandi regis Hispaniarū, q̄ ducis Burgundiæ Caroli, ad Iohannæ filiū Carolū, eius nominis V. Romanorum Imperatorē, peruenēre, itā vt multis seculis eo potentiorē non habuerit Germania Cæsarem, licet in tanta amplitudine singularis quædam & incredibilis in eo principe semper extiterit modestia & humilitas, vt nihil iā dicam⁹ de alijs eius virtutibus, q̄ sanē multæ in eo & haud vulgares apparuēre.

Caroli V.
potentia.)

Modestia.

Luteri spes
vana.

Luterus autē & eius studiosi pleriq; omnino per suam habebant, fore vt is iuuenis Imperator placere nē Luteranus fieret, nec dubitauit Luterus datus ad eum literis suam testari innocentiam, & aduersarios criminari. Verūm ab incunte ætate singularis in Carolo prudētia cōtuit, nec potuit vnquam vel Luterus, vel quilibet alius sectarius, eius candidissimum peccus deprauare. Augebatur interea in dies &

& inuidia Cleri ac Theologorum & monachorū, & fauor multorum, præsertim poetarum & rhetorum, erga Luterum. Scripsit autem Luterus Leoni Pontifici literas, quarum ipse quoq; Sleidanus meminit, in Luteri & suam sempiternam ignominiam commemorans, quid illæ continerint. Ait enim inter cætera scripsisse Luterū, se quidem erga Romanam Ecclesiam & ipsum quoq; Pontificē sic esse affectum, vt nihil in eam moliri cogitet: tantā enim eius Ecclesiæ potestatem esse, vt præter vnū Christum in rebus humanis nihil ea sit excellentius. & post pauca: se quodammodo coactum ab aduersarijs, parū reuerēter illam atq; dignē tradidisse: velle autem commonefacere populum, nē suum imitentur exemplum. Hoc quidem hac in epistola scribit Sleidanus Luterum significasse pontifici. Teneamus ergo vel ipsius Luteri confessione, non improbante Sleidano, Romana Ecclesia nihil præter vnū Christum esse excellentius. Sed iam paulo antē, ipso Sleidano teste & referente, Luterus cum appellasset à Caietano legato ad pontificem, atq; ex Caietani literis accepisset, fore vt contra se Romæ iudicaretur, à pontifice prouocauit ad futurum concilium. Post hæc autem prouocationem, paucis admodum interiectis, recitat Sleidanus Luteri epistolā ad Leonem, in qua habētur ea quæ paulo suprā retulimus de Romanæ Ecclesiæ excellentia. Quis verò hic non rideat tum Luteri prodigiosam inconstantiam, tum Sleidani stultitiam, qui dum Luterum celebrare vult, omnibus cōspuēdū ppinat? Sed hoc vsu venire necesse est mentiri volētibus. Quin etiā in disputatiōe Lipsica cū Eckio habita palam scribit Sleidan⁹, Luterū negasse primatū Rom. Ecclesiæ, quā verò hæc inter se cōueniūt, nihil pro vnū Christū esse Romana Ecclesia excellentius, & tamen eā primam & præcipuam nō esse? Credat mihi Lector, si velimus

Luteri
literæ ad
Pontificem.

5

Luteri
antilogie.

5

limus id genus absurditates in Sleidano omnes p-
sequi, citius tempus & chartam, q̄ scribēdi materi-
am nobis defuturam. Vult Sleidanus Luteri cau-
sam modis omnibus tueri, sed interim vel fingit q̄
nusq̄ sunt in rerum natura, vel oblitus sui ea scri-
bit, quæ Luteri insignem stultitiam, leuitatem, im-
pudentiam, inconstantiam produunt. Dum refert
ea quæ Caictanus, q̄ Eckius & plerique alij egerint
cum Lutero, admodum malignè ea refert, vt illos
in cõtemptum adducat, Lutero gloriam & insignè
existimationem concilier: & multis quidem hacra-
tione imponit, sed eius fraudes non latent eos qui
alicuius sunt lectionis. Porro multa Luteri tacet, q̄
illius malum animum facillè declararent, in quibus
etiã illud est, quod Hieronymus Emserus ex ipsi-
us Luteri ore audiuit, & postea illi grauissimè ob-
iecit, nec à Lutero negari potuit, quod Lipsiæ cum
Eckio disputaturus dixit, Hæc res nec propter Deū
cœpta est, nec propter Deum finietur. Et reuerà si
Luteri fuisset rectus erga Deū & religionè animus,
lõgè aliū ille se p̄buisset. tanta autè eius fuit in scri-
bendo incõstantia, vt de cæteris eius vitijs taceam,
vt qui eū eiusq̄ doctrinã vult tuèdam suscipere, is
nõ possit nõ seipsum egregiè pudefacere, nisi velit
identidè fortiter mentiri. Est verò etiã hoc ob-
seruandū in Sleidano, q̄ Conciliū Constantiën &
Basiliensē, itemq̄; Gersonem & Theologos Parisiën,
vbi pro Lutero non nihil facere posse vident, libè-
ter allegat, vt ad Põtificis minuendã autoritatem
aliquid attulisse videat: facillè aut eadè oĩa contēnit,
vbi Lutera oppugnãt. Itã etiã Luter⁹ ipse principio
submitit se iudicio Theologorū Parisiën, quia spe-
rabat eos iniquo in pontificè fore animo, & à se sta-
uit illos. Quid verò attinet in negotio fidei itã frau-
dulenter versari? Duplicitas hæc longè debet abel-

*Sleidani
mali fides.*



*Sleidanus
vt citet cõ-
cilia &
Theologos.*

se ab omni homine Christiano. Corradit Sleidan⁹
multa, quæ possunt Pontificis authoritati & rece-
ptis Ecclesiæ catholice cõemonijs & institutis de-
trahere, & in hanc partem libenter commemorat
etiã Concilium Pisanum contra Iulium II. teme-
rè coactū: adfert Guilelmum Ockam Franciscanū,
qui scripsit in Iohãnem 22. deniq; nihil est tam pu-
tidum, quod non arrideat Sleidano, modò sit con-
tra pontificem. Cuius verò animus sic ardet odio
Pontificum, quis illum credat res Põtificum & quæ
religionis sunt, bona fide narrare? Sed habeant si-
bi tales scriptores, ijsq̄; quoad libitum erit, fruant,
quos perire delectat.

Hoc anno apud Heluetios Tigurinos Vlricus
Zuinglius cœpit indulgètiarum predicatorem, eò
missum à pontifice, oppugnare. Is Zuinglius dāna-
tum olim Berengarij dogma de Eucharistia instau-
rauit vnã cum Carlstadio & Oecolampadio, Brigi-
dani instituti defertore.

*Zuinglius
contra In-
dulgentias.*

ANno 1520. apud Ciurlium Thraciæ pagum
non absque manifesta Dei vindicta, pestilẽ-
tia circa renes enato vlcere extinct⁹ est Sely-
mus Turcarum imperator, magno Occidentis cõ-
modo, cui propediẽm arma illaturus videbatur. In
eodem loco paucis antè annis cum patre suo con-
fluxerat, dignus qui ibidẽm quoque pœnas lueret.
Vnicum ex Bosphorani regis filia reliquit Solimã-
num, tot regnorum hæredem, de quo suis locis re-
feremus. Audita Selymi morte, Gazelles Syriæ præ-
fectus rebellauit, Syrosq̄e & Arabes habuit suæ
defectionis approbatores. Sed cum Caierebius
Aegypti præfectus eius consilium vsque adeò non
probarer, vt etiã legatum illius supplicio affice-
ret, Solimannus è Cilicia misit contra illum Fra-
hatem Bassam, qui eum cum omnibus ipsi adhæ-
rentibus & fortissimè præliantib⁹ interfecit. Ea vi-

*Selymus
Turca mo-
ritur.*

Storia confirmatus Solimannus, paulò post Hùgarum cum magnis copijs sibi oppugnandã sumpsit. Hoc anno Carolus Cæsar electus, ex Hispanijs venit in Belgium, indè petiturus Aquisgranũ, & veteri in situto coronã accepturus. Sequibat id temporis pestis Aquisgrani, eoque hortabatur electores Carolum, vt aliũ locũ inaugurationi designaret. Sed ille in sententia permãsit, dicens se nõ temerè posse mutare Caroli 4. legè. Itaque Ecclesiastici electores cum multis alijs principibus viris & tum aliorũ, tum Saxonijs & Brandeburgicis legatis, eò venerũt, & omnibus ex more pactis, primò Electores, post illos Cæsar indè Coloniã abiierunt, vbi Imperij conuentus indictus est, & iussi principes omnes Vuormatię præstò esse VI. Ianuarij. Multa hinc Sleidani prudens prætereo, quæ ille homo scribit de Imperatoris per Electores electi confirmatione, & pleraque alia, nõ lectori molestus sim. Certè optimi quique & potèntissimi Imperatores, reges & principes, Pontificis Rom. dignitatem & auctoritatem nõ solum nihil imminutam, sed modis omnibus auctam potiùs semper voluerunt, Christum Deum in illius vicario venerantes, quicquid blateret liuidus ille Sleidanus.

*Seditiosum
Luteri seriptum.*

Per hoc tempus Luterus scriptũ edidit ad Carolum Cæsarem & nobilitatẽ Germaniæ, in quo inter alia, seditioni concitandæ opportuna, ausus est scribere, Pontificis potestati nõ modò non obtemperandum, sed resistendũ etiã corpore, substantia & viribus omnibus: Papam & episcopos esse subiectos gladio Cæsaris, & alia multa, q̄ facile coarguũt, quo spiritu ille homo impelleretur, cum sint manifestè cõtraria scripturæ diuinę, q̄ nos multis locis iubet obedire p̄positis nostris. Non diũ antè, vt suprà dictum est, scripserat Leoni Pontifici, nihil esse Rom. ecclesia excellentius, eiusq̄ potestati egregiè p̄dicarãt, iã vult Põtificis potestati nõ esse obtemperandum

dum. Præclarum certè euangelistam, qui ex vno eodemq̄ ore modò calidũ, modò frigidum spirat: eãdem rem modò probat, mox improbat. Nec hoc cõ-
Luterus Ius
Pontificium
comburiẽ.
Vuitrenbergæ palãm incendit & exussit. Fuit hoc reuerã facinus audax, & non verbis, sed verberibus vindicandum, hominem priuatũ tantam sibi sumere auctoritatem: & tamen non desuerunt, qui id non modò non reprehenderent, sed etiã multis laudibus cumularẽt. Et ipse Luterus iam planè perditus & deploratus, scripsit librum in huius facti sui defensionem, referentum atrocissimis calumnijs. Appellauit etiã non semel à Pontifice tanquam Antichristo ad Concilium, quasi verò ille Concilio vlli vnquam obtemperaturus esset, qui præ insania Decretorum codicem concremãssset, qui innumeris antiquissimorum Conciliorum sententijs scater. hortatus est etiã Principes, vt armis omnibus Pontificem & Cardinales oppugnarent, & in eorum sanguine manus laurent suas. Hęc non erant hominis Euãgelici, sed sanguinarij: nec sic propheta & apostoli, immò nec Christus ipse suum Euãgelium auspiciat: tantoq̄ minùs possunt excusationis p̄texere, qui ab illo se seduci permiserunt.

Cum autem didicisset Louaniensẽ primũ, deindè Colonienfẽs Theologos ipsius scripta damnãsse, libit in Coloniensẽs & Louaniensẽs quandoquẽ Augustæ reuocenter
Louaniensẽs.
sibi postulãssent Iudices, in vtrosque more suo egregiè inuictus est, plũs sibi vni arrogãs iudicij & eruditiois, quã tot egregijs viris. Scripsit etiã acerbè in alios quosdam, itã vt Leo Põtifex, vir alioquẽ mitissimĩ ingenij, cernens hominem apud Germanos fursũm deorsũm miscere omnia, nec vllis admonitiõibus posse à cõceptis reuocari, tãquam morbidum membrum ab Ecclesię corpore anathematis

*Edit Capti-
uitatem Bar-
bylonicam.*

ferro præciderit. Tum verò ille tâta animi impoten-
tia scripsit in Pontificem, vt Catholicę aures ferre
nò sustineant. Sub hoc quoquę tempus edidit Ca-
ptiuitatem Babylonicã, in qua præter alia Boemos
& Gręcos tuetur, & nò hos, sed Romanos dicit he-
reticorum loco haberi oportere. Iam non diu antę
in Lipsica disputatione magnę contumelię loco ac-
ceperat, qđ Eckius eũ Boemis fauere diceret, eosqđ
sibi semper inuisos fuisse affirmarat: nũc eos laudat,
Romanos etiã hereticos dicit. Quid hoc homine
temulentius? O nimium cęcos, qui id non vident,
Porro Carolus Cęsar vbi percepit Pontificis sen-
tentia dãnatos Luteri libros, seu eis propositis edi-
tis iussit eos flãmis absumi: id quod etiã factũ est
per Brabantia, & in aliquot Imperij ciuitatibꝰ &c.

*Conuentus
principum
Vuormaticę.*

ANno 1521. frequentissimus fuit principũ Im-
perij cõuentus, ad quę à Carolo Cęsare sub
publica fide etiã Luterꝰ vocatus est. Ante
hũc cõuentũ aliquã multos ille libros ediderat, mi-
rabili vafricie celãs in plerisqđ animi sui malignita-
tem, captasqđ doctrinę & pietatis apud lectores ex-
istimatione. Et erãt in ijs libris nò pauca, qđ quandę
prę se ferrēt pietatę, quibus & scripturas interpre-
tare, & tum adhortationibus, tum obiurgatiõibus
ad hos vteretur: sed hac fraude regebat improbas
animi sui machinatiões. Erãt sanẽ nò nulli etiã ma-
gnę authoritatis viri, qui id genus scriptis lectis, pu-
tarēt cum zelo repurgandę domũ Dei & instaurandę
disciplinę ecclesiasticę, hominesqđ; in Dei cultũ &
amorẽ in flãmadi promoueri. In ijs libris erãt, Ex-
positio decę præceptorũ, item septę psalmorũ, quos
pœnitentiales vocamus, item præcatiõis Dñicę, De
libertate Christiana, Cõmentarius in Epistolam ad
Galatas, & plures alij: verũ simulata non possunt
esse diuturna, nec Aethiops pellem mutat: quid ille
molirẽt, diũ celari nò potuit. Vbi Comitia inchoatu

fu.

fuere, aderat nũcius summi pōtificis Hieronymus
Aleander, pter cętera etiã Hebraicę linguę peri-
tissimus, qui postea factus est archiepiscopus Brun-
dusiensis & cardinalis. Is multis verbis, vt erat elo-
quētissimus, grauissimę accusauit Luterũ in frequen-
tissimo ordinũ Imperij cõfessũ, seditiõis, rebelliois,
impietatis, blasphemię & hereseos. Et licet ille vera
diceret, qđ tam en Luteri scripta nondũ omnibus
essent explorata, putarentqđ; nò nulli ex affectu quo-
dã maleuolentię & liuoris eiꝰ oratiões proficisci po-
tius, qđ zelo iustitię, aliquã diũ conatus eiꝰ omnis, quo
Luterũ accusabat, frustra fuit. Postqđ aut ex eius Ca-
ptiuitate Babylonica, quam ille turris Babylonicę
egregius instaurator recens ediderat, ad quadragin-
ta circiter capita, in quibus pleraqđ; cõcitandę seditiõis
erãt accõmodatissima, corã principibꝰ ex charta re-
citauit, Principes qđ cum librũ necdũ legerãt, nec
eiusmodi quippiã à Lutero expectãrãt, sese mutuõ
respectabãt, animisqđ; cõmoti in Luterũ & eius stu-
diosos, mussitabãt. Ibi tum Luteri patronus Fridericus
Saxonię elector, ait ea capita falsò Lutero af-
fingi ab aduersarijs. Altero igitur affirmãte, altero
negãte, Luteri ea esse, principũ deliberatione decre-
tũ est, vt Luterus accerseret. Offerebat illi fides pu-
blica Cęsaris noie, eaqđ; munitissima, sed hęc nò fa-
tis fuit Luteri patronis: verebantur em̄ nẽ vbi adue-
nisset, à Cęsare Pontifici traderetur, aut certẽ nulla
ei tanqđ heretico fides seruaret. Itaqđ; longa cõsulta-
tio, & difficilis inter principes orta disceptatio est,
quibus illũ prætiõibus adduci oporteret. Tãti erãt
vni prospicere monacho, eiqđ; iam hereseos dãnato.
Erãt quibus nò immeritò displiceret, non sufficere
Cęsaris fidẽ publicam: sed Luterus suis scriptis iam
multos inescãrat, & erant per Germaniam homi-
num animi incitati in clorum, itã vt res ad seditiõẽ
spectare videretur. Itaque permisit humanissimus
Cęsar,

*Luterus ac-
cusatur.*

*Saxo tulerit
Luterum.*

Cæsar, vt etiã aliquot principes cum ipso suam fidem interponerent. Nè quos tamẽ maiores ille aculeatis scriptis & concionibus suis tumultus cierer, omnem illi toto itinere scribèdi & concionãdi facultatem Cæsar interdixit. Missus est igitur Cæsaris caduceator, qui hominem adduceret, nec tamen solus venit, sed adiunctis sibi Iona præposito, Scurffo iureconsulto, Amsdorffio theologo &c. Toto illo itinere visendi monachi illius studio multus erat hominum concursus: in hospitij accipiebatur genialiter, licebatq; cernere monachum necdũ excusso cucullo arripã pulfare testudinẽ, cũctis tanquã Orpheum quendã illud portentũ expectantibus. Plausibile enim euangeliũ non à pœnitentiã, quemadmodũ Christi, prædicatione, sed ab idgenus mundi huius vanitatibus & oblectamentis ordiendum erat. Vbi Erphordiam ventum est, contra Cæsaris mandatum Dominico die palãm cõcionatus est, eamq; cõcionem voluit typis excudi, scilicet vt ad multos præclara illa cõtra bonorum operum merita, contra Pontificem romanum, contra clerũ, contra leges humanas doctrina perueniret. Latebãt hæc Cæsarem, caduceatore nõ sinẽ fauoris erga Luterum suspicione nihil horum illi indicãte, tamen si essent cõtra fidem illi à Cæsare datam. Cũ iam nõ longẽ abessent à Vuormatia, fertur admonitus à quibusdam periculi, quod ipsi immineret, sed illum periculũ omne contempsisse. Hoc quidem Sleidanus scribit, vt illi constantiã & virtutis existimationem conciliet, cũ tamẽ nulla hĩc esset formidandi causa homini publica fide tam munito, & non diũ antè animi sui malè sibi conscij trepidationem satis declarãssset Augustẽ apud cardinalem Caletanũ, à quo cũ timeret se captum iri, à Cæsareanis per amicociãm fidem publicã impetravit, & indè se subduxit.

Luterus re- Tandẽ ventum Vuormatiam 16, Aprilis. Postridẽ perductus

perductus est in conspectũ Cæsaris, principũ & ordinum Imperij. Ibi dictum est illi, nè quid extra ea, quæ esset interrogatus, loqueretur: deindẽ iussus est palãm fateri num libros, quorum tituli quoquẽ exprimebantur, pro suis agnosceret: tum verò an quicquam ex ijs, quæ illi continerent, reuocare statuisset. Primò libens agnouit libros omnes: sed de reuocatione quid statuendũ esset, petijt deliberandi spatium, vt citra verbi Dei iniuriam & animẽ suę periculum posset respondere. Habebant ea verba speciem quandã religionis: sed si errores suos ex animo agnouisset, absq; dilatione detestatus eos fuisset, & in Ecclesiã catholicã sententia actutum acquieuisset. Principes deliberabãt de hoc permittendo illi spatio, quòd diũ antè compertum habuerat, qua causa eò accitus esset: at Cæsaris humanitate dies vnus datus est illi. Hĩc Luterus de seipso gloriabundus scribit, quosdam ipsum adhortatũ esse, atq; inter cetera dictum esse, Beatus venter qui te portauit. Quod quã verè dictum sit, tota ferè Europa ab illo vno homine perturbata, suo magno malo in dies experitur. Non est autem dubium, quin id genus acclamationibus ille factus sit obstinatio. Altero die ad horam sextam pomeridianam admissus est iterũ in Cæsaris & principum conspectum: iussusq; dicere, nũ libros agnosceret pro suis, & num vellet canere palinodiam, lõga primũ verborum ambage vsus, libros suos in tria genera distinxit. Tandẽ dictum illi est, vt disertis verbis, non intricatis, animi sui sententiã exprimeret. Tum his verbis respondit: Nisi conuictus fuero testimonijs scripturarum, aut ratione euidenti (nam neque Papæ, neque Concilijs satis credo, cũ constet eos & errãsse sapius, & sibi ipsius cõtradixisse) victus sim scripturis à me adductis, & capta conscientia in verbis Dei, reuocare neq; possum, neque volo quicquam,

ni Vuormatiam.



Luteri protestatio.

cũ

cum contra conscientiam agere neque tutum, neque integrum sit: *Gott helff mir*/ Amen, id est, Deus adiuuet me. Hæc nimirum pulchrè quadrat cum illa protestatione eius corâ Legato Caietano, quæ protestatur se sequi in omnibus dictis & factis suis Romanam Ecclesiam. Principes his auditis, post aliquâ deliberationem per Cæsaris oratorè ita illi responderunt: Non te decebat Martine tam parùm modesta responsio. Quid enim attinet semel benè tractata retractare, & iterùm in disceptationem vocare, ab Ecclesia & Concilio Constantiensi damnata, quæ tu rursùm excitas? Vis conuinci scripturis, sed in hoc ipso vehementer deliras, cum de his iam pridem ecclesia pronûciârît. Ille captâ suam cõscientiam repetens, ait se reuocare non posse. Itâ discessum est ex eo cõfessu, quæ iam noctis sese tenebræ intenderent.

Epistola Cæsaris ad Ordines Imperij.

Postera luce Cæsar sua manu scripsit ad senatum Imperij sermone Burgundico, quæ possunt itâ Latine cõuertir: Non clam vos est, me genus ducere à Christianissimis Imperatoribus, ab illustri natione Germanorû, à Catholicis Hispaniæ regibus, ab Austriacis archiducibus, à Burgundorû ducibus: quos ad supremum usque vitæ diem se fideles Romanæ Ecclesiæ declarârunt, semperque Catholicæ fidei, sacrarum cæremoniârû, decretorû, constitutionum, sanctorum morû, pro Dei honore, pro fidei incremento, pro animarû salute propugnatores fuere, qui vita functi, nobis ex naturæ instinctu, & iure quodam hereditario sacra, quæ diximus, catholica instituta quasi per manus tradita reliquere: ut eorû vestigijs insistamus, & in ijs etiã mortem oppetamus. Et nos quidem, ut potè Maiorum nostrorum nõ fallaces imitatores, Deo nos benè iuvante, in hunc usque diè eo pacto viximus. Itaque stat sententia, tueri & propugnare quæcunq; tum antecessores mei, tum ego ipse hucusquè obseruauim: id autem vel maximè, quod per ante-

antecessores meos tam in Constantiensi, quàm alijs synodis sancitum est. Cum verò in aperto sit, vnũ solũ fratrem hallucinari, priuatâ opinioe deceptũ, quod quidè cum toti Christianismi sententia pugnet, tam eorũ qui ante mille annos nos precesserũt, quæ qui in præsens viuũt: eaq; præ se fert, Christianos omnes hæc tenus semper in errore fuisse: eam ob rem planè de liberatum mihi est, regna mea omnia, imperiũ, ditiores, amicos, corpus, sanguinè, vitam deniquè ipsam & animã impendere, nè improbus hic conatus longius progrediatur: quando quidè in meã haud exiguam, itemque vestrã id cessurũ est ignominiam, quæ præclara & cõprimis celebris estis Germaniæ natio: quibus id in honoris, authoritatis, prerogatiue cumulum accessit ex priuilegio, ut iulitii obferuatis simi catholicæque fidei defensores & propugnatores habeamur. Quod si qua igitur nõ modo hæresis, sed vel suspicio hæreseos, vel aliqua Christianæ religionis imminutio in hominum animis nostra tempestate relicta erit, id posteris nostris perpetuè vituperationi fuerit. Quandoquidè ergo pertinax hæsterno die Luteri responsum coram omnes audiuimus, mentè ego vobis meam aperio, pœnitere me quod tam diũ distulerim cõtra hominè illũ eiusque falsam doctrinã procedere, nec me posthac audire illũ vel le, quicquid etiã allaturus sit: iubeo autem ut quamprimum ex mandati prescripto reducatur, cautatque ipse ex publicè fidei ipsi datæ formula, nè palàm cõcionetur, nève populò praua sua dogmata instillare pergat, nè deniquè ipsius opera, noui quippiam aut motus aliq; exciteat. Equidè, sicut iam dixi, cõtra eũ haud secus atque cõtra notoriũ hereticũ planè deliberaui pcedere: simulque à vobis reposco, ut i ist hac causa id statuatis, quod decet probè Christianos, & vt vos facturos recepistis. Scripta mea manu 19. April. 1521. Hæc pijsissima optimi & religiosissimi Cæsaris epistola

epistola tum quidem Vuormatiæ coram cunctis Imperij ordinibus, porro Maij die 10. Romæ in publico Consistorio coram Cardinalibus iubente Pontifice Leõe lecta est, & ab vtrifq; est ea Cæsaris constantia, zelus & integritas egregiè cõmendata. At Luterani aiebant Cæsarem esse puerum, qui à Pontificijs ad ipsorum voluntatem impelleretur: non sic dicturi, si Luteri cõmenta approbasset: nec sinè tanti principis insigni iniuria, noctib; passim ad fores scribebatur, Væ terre, cuius rex puer est. Sed certè tam pio & religioso principe Germania ob tantam ingratitude digna non fuit. Atque vtinam piissimus princeps ab hac sententia non fuisset deductus etiã Catholicorum dynastiarum precibus, q; putabant mitius agèdum cum Lutero, nè res in tumultus & turbas horrendas euaderet. Hoc quidem tum consultum videbatur: sed rei euentus docuit verissimum esse, quod ait ille:

Principijs obsta: serò medicina paratur,

Cùm mala per longas inualuère moras.

Luterus sumitur captus.

Non est crudelitas sequi in membrum morbidum, nè serpat contagio, & corpus omne inficiatur. Luterus autem Vuormatia discedens, in ipso itinere per quosdã amicos & fautores mirabili calliditate interceptus est, & mox longè lateq; sparsa fama, cõtra datam fidem publicam eum atrocissimè vindictũ abductum esse. Etiam passim, præsertim Vuormatię, omnia ad seditionem spectabant, donè rei veritas comperta est. Ductus est autem Luterus iussu Frederici principis sui Alstadium, vt ferunt, quod oppidum ex eo euentu Luteri Patmos ab amiculis eius vocatum est: Ibi ille importunus monachus seculo, in arce delitescens, multa scripsit digna tali vi-

Luteri Patmos.

Dehortatur à studio Philosophiæ,

ro. Inter alia hortatus est, vt adolecètes vitent Philosophiam & Theologiam scholasticam, ceu animę mortem, Thomamq; Aquinatè asserit multa heret-

tica scripsisse: Quid ad me, inquit, quòd bullarum Episcopus eum canonizauit? Sic vocans Romanum Pontificem, qui Thomam diuorũ catalogo adscripserat, longè vtiquè saniori iudicio, quàm eum Luterus hereticus hæreseos damnarit. Quæadmodum autem Mahumetes impurissimus in suo Alcorano vetat, nè suæ sectæ homines cum Christianis disputent, veritus nè crassissimi errores apertis rationibus confutati, ab illis agnoscantur & respuantur: ita & Luterus à Philosophia & scholastica Theologia arcer suos, nõ ignoras, q; in ijs benè versatus sit, faciliè ipse absurdissima cõmenta tũ cogniturũ, tum cõfutaturũ. Quòd aut Thomã Aquinatè dicit multa heretica scripsisse, id de viro sanctissimo atque doctissimo sceleratè mentitur, cuius scripta docti homines summo perè commendant, nihil morati dictionis simplicitatè, quæ illi seculo vñtata fuit. Scripsit præterea Luterus in sua illa arce librum de abroganda Missa priuata ad fratres suos Augustinianos Vuittenbergeses, qui primi omniũ Missas abrogauerat, quos hortatur, vt in eo incepto contra conscientie accusationè persisterat, sicut & se in quibusdam fecisse ait. An non verò mirum est, dum talia legunt homines, posse vel ad momentũ in eius viri doctrina permanere? An nõ perspicuũ est, omnino perire velle eos, qui tali homini, qui contra conscientiam suam se in plerifq; fecisse affirmat, auscultent? Pugnare enim contra cõscientiam à malis deterrantè, quid est aliud, quàm rebellem esse lumini, nec velle obtèperare veritati, sed ea contempta, eò conniti, vt liceat quicquid libet? Porro in abroganda Missa & tollendo ab Ecclesia iugi hoc sacrificio, multus profectò Luterus fuit, vt ea res plerifq; non dubiam faciat fidem è propinquo imminētis Antichristi, qui iuge sacrificium prorsus abolēbit.

Eodem anno etiã Parisienses Theologi in so-

Lib. de abroganda Missa.



*dicunt Lu-
terum.*

lenni conuentu Luteri scripta damnârunt, licet lō-
gè fecûs Luterus & eius amicali sperâssent. Contra
hos scripsit Philippus Melanchthon iuuenis Apo-
logiam pro Lutero, hac inscriptione: *Aduersus furio-
sum Parisiensem Theologastorum decretû e. e.* Eiusmo-
di modestia tum Lutero, tum eius sectatores omnes
ferè semper vñ sunt: quam vtiquè nō à Christo, sed
illo qui rex est super omnes filios superbiæ, didice-
runt. Scripsit etiã in eos Luterus atrocissimè fer-
mone vulgari, vt vulgus indoctû in eos concitaret,
Amici quoquè eius scurrilem edidère libellum sub
nomine facultatis Theologicæ Parisien. Istud enim
hominum genus non ferè nisi mendacijs, probrijs,
contumelijs, conuicijs, scommatis, lædorijs agere
nouit cum aduersarijs, & interim vocant se homi-
nes pios & Euangelicos, & qui puram doctrinam in
lucem reuocârint.

*Caroli V.
de Lutero
sententia.*

Hoc anno Carolus Imperator Vuormatiæ gra-
uissimum edictum contra nouatores orthodoxæ &
Catholicæ religionis promulgauit, in quo inter ce-
tera dicit Luterum nō hominem, sed diabolum sub
humana esse specie, qui in perniciem humani gene-
ris permultas olim damnatas hereses in vnam sen-
tinam congregâserit. Quod quidem tam fuit verum,
vt talom virum aliquid potuisse apud Germanorû
hactenûs summæ constantiæ & integritatis nationis,
illijpsi nationi ad sempiternam haud dubitè cessurû
sit ignominiam & confusionem. Hic verò Sleidanus
Cesarem quidem fatetur dixisse, Decretû hoc fuit
communi principum & ordinum cōsilio factû: sed
mox subiugit, Aiunt edictum hoc à paucis aliquot
fuisse conflatum: scilicet vult Imperatorem optimû
& religiosissimum arguere mendacijs, nè tanti prin-
cipis & ordinum Imperij cōmuni decreto damna-
ta Luteri impietas, Luteri causam premat. Quis ve-
rò eam hominis impudentiam ferat, qui vt per mè-
dacia

dacia Luteri partes defendat, potentissimum Imper-
ratorem haud obscurè vocat in suspitionem men-
dacijs: nec his contentus, quædam addit, quibus etiã
Moguntinû archiepiscopum obliquè perstringere
videtur: atq; haud scio, an in illum falsi crimè deri-
uare velit, nam obscurè scribit, Sed absit, vt plus cre-
damus Sleidani nugis, quàm tantis principibus.

Elt profectò mirum, tam facilè Lutero in suã sen-
tentia pertrahere potuisse in primis Saxonie fortif-
simã gentè, quã olim Carolus Magnus triginta an-
nis vix cò adigere potuit, vt relicto demônû cultu,
Christo nomè darèt, à quo etiã postea nunq̃ dese-
cerût, sed in semel suscepta religione cōstantissimè
perseuerârūt, & singulari quodam studio Romanæ
Ecclesiæ semper dediti fuère. Sed homo verus, sciens ea in gente permultos his extremis tēporibus
nimium addictos vètri & potationibus, vt eos sibi
propèsius alliceret, laxauit miseris habenas, ieiunia,
preces, vigilijs, confessionè sacramentalè, & alia pi-
etatis exercitia, ceu papistica & monachorû inueta,
docuit reijcienda: q̃ cum essent incautis & imperitis,
nec perditum hominis fraudem prima fronte aduer-
tentibus plausibilia, sub pretextu verbi Dei ab illo
seducti, & miserandû in modum euerfi sunt, longè
iam dissimiles sanctissimis Maioribus suis, q̃ in Ca-
tholica fide, itã vt decebat virilè Saxoniorum pe-
ditorum constantia, semper fortissimè perstiterunt.

Ipsò hoc anno Solimannus Turca in Pannonia *Belgradum*
Belgradum, ad cōfluentes Sauum atq; Danubium *expugnatur*
situm, inigne atque fortissimum totius Hungariæ *à Turca.*
munimentû, Christianis principibus intestina bella
meditantibus, expugnauit, cum iam antea Amura-
thes eius abauus, & proauus Mahometes, magnis
acceptis detrimentis, re infecta, indè discedere com-
pelli fuissent. Facile id fuit Tyrãno, quòd inter Lu-
dovicum regem iuuenem & proceres Pannoniæ pa-

rùm conueniret, ideoq; nulla firma præsidia hosti barbaro opposuissent.

Eodem anno Ferdinãdus archidux Austriæ vxorem duxit Annam regis Hungariæ filiam, itemque Ludouicus Hungariæ rex, Ferdinandi sororem Mariam.

Bellum funestum Christianorum.

Per id ferè tempus ortum est eheu bellum inter Carolum Imperatorem & Galliæ regem Franciscum, quod quàm funestum fuerit Reipubl. Christianæ, vel eo solo nomine, quòd interim dabatur magna opportunitas Lutero & eius asseclis noua dogmata magis magisque in vulgus spargendi, nemo vllis vniquam verbis consequi possit. Quòd si duo illi potentissimi principes aut vires suas coniungere, aut saltem rex Franciscus à bello abstinere voluisset, si cile hereses omnes in ipsis suis inijs oppressæ fuissent. Sed peccata nostra diuinam in dies prouocabant iustitiam, quæ tandem malo dæmoni fecit potestatem Ecclesiã perturbandi & diuexandi: atque vti nãm vel ferè sapiant Phryges.

Leo X. moritur.

Hoc etiã anno Mediolanum ereptum est Gallicis, & paulopost anno 1522. Leo Pontifex atrocis torxici abreptus violentia, excessit è corpore, cuius locum obtinuit Hadrianus Florëtius Batauus, vir insigni tum doctrina, tum morum integritate, præceptor quòdã Caroli Imperatoris: cuius etiã iam tum Cardinalis singulari prudètia, absente Carolo perturbatæ Hispaniæ restituta iam antè fuerat tranquillitas. Carolus enim in Germaniam abiturus ex Hispanijs, cum regia autoritate in procuracione vtriusque Hispaniæ eum reliquerat.

Christiernus rex regno pellitur.

A

Nno 1522. Rex Danorum Christiernus suæ crudelitatis luens pœnas, è regno suis profugus, cum Isabela Caroli Cesaris sorore Mechliniam venit: nec diu post superuixit Isabela, sepulta Gandæ

ni apud D. Petrum. Cum rex ille è Dania aufugit, iam illum præcesserat Archiepiscopus Lundensis Georgius Schotborch, cuius nõ multò antè meminim⁹, fugiens eius regis tyrannidem. Et ecce dum moratur Aemsterdami, quod est Batauorum in signe emporiũ, rex quoque Christiernus eò peruenit, ibiq; archiepiscopum exulem inuenit; & quem paulò antè crudeliter persecutus erat, iam familiariter allocutus est in solo peregrino, obstupescète episcopo ad tam subitam regis calamitatem. Possunt eo exemplo admoneri, qui præsentì fortunæ nimium fidentes, insolescunt, & ad crudelitatem & tyrannidem sua potentia abutuntur, perindè ac si Deo non sint curæ res humanæ.

Circa hæc ferè tẽpora Henricus Angliæ rex VIII. scripsit in Luterum, eòq; nomine à Pontifice & amplissimo Cardinalium Senatu, Catholicæ fidei defensor appellatus est.

Per id quoq; tempus Luterus è Patmo sua, si superis placet, redijt Vuittembergam. Porrò interim dum ille abesset, quiddã mirè ridiculũ accidit Vuittembergæ. Carolstadius enim & Melanchthon præcipui Luteri discipuli & symmystæ, hausta occasione ex scriptis Luteri, studiose adolecentibus persuasere non esse dandam operam Philosophiæ: Platonem, Aristotelem, Ciceronem, & id genus alios, nisi mera scripsisse commenta & imposturas, eòque libros eorum Vulcano consecrandos: vni sacrorum Bibliorum lectioni vacandum: neq; fas esse, hominè Christianum literis deditam ac titare vitam: faciendum omnibus, quod in Genesi dictum est, In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Nemini dubium esse potest, quin obstultissimam animi arrogantiam illi grandes Sophi ad tam absurdã & plũs quàm anilè deliracione deuoluti sint, cum certũ sit, magnã esse liberaliũ artium & Philosophiæ ad multa opportu-

Sp

Carolstadius & Melanchthon delirant plane.

Gen. 3.

*Luterus ops
pugnat Ari-
stotelem.*

nitatem, modò quis rectè & moderatè illis vtrur,
Scripserat Luterus in libello ad Germanicam nobi-
litate, Aristotelis Physica, Metaphysica, Ethica,
prorsùs aboleri debere. Ex hoc fonte hauserat
hanc suam præclaram doctrinam Carolstadius &
Melanchthon, Et vt magis insaniam proderent su-
am, Carlstadius ex Archidiacono factus est agrico-
la in rure Vuittenbergensi, Melanchthon in pistri-
nor artem pistoriæ meditabatur: plerique adole-
scentes, artium liberalium combustis libris, mecha-
nica opificia complexi sunt. Deniquè hac prodigi-
osa illorum homuncionum temeritate eò res per-
ducta est, vt multis locis Scholæ clausa tenerentur
annis aliquot. At Luterus Vuittenbergam è sua Pa-
tmo reuersus, Philippum hoc nomine castigauit,
Carolstadium ex ditione Vuittenbergensi exegit, li-
broq; edito asseruit Philosophiam in se bonâ esse,
Nam mirè ille homo in dictis & scriptis suis varius
& inconstans, sibiq; identidem planè contrarius
fuit, quod neque amici eius vnq; negare ausi erunt,
nisi planè frontem perfricuerint. Et vel hoc vno
argumento satis superq; licet intelligi, quo spiri-
tu fuerit agitatus.

*Damnat
quod antè
probauerat.*

Per id tempus etiàm publicè pro concione da-
mnavit fratrum suorum Augustinensium Missæ ab-
rogationem, cum id factum antè probâisset: sed do-
luit homini arrogantissimo, quod ipsius iniussu fa-
ctum fuisset. Scripsit etiàm valdè scurriliter & sedi-
tiosè in Bullam Leonis X. Porro omnis oblitus pu-
doris & modestiæ, petulantissimè & maledicentissi-
mè inuectus est in Angliæ regè, cuius liber Germa-
nicè conuersus per Hieronymum Emserum, mul-
tùm ipsius in sancto Evangelio derogabat. In eo li-
bro, incredibili stultitia & arrogãtia tumidus inter-
cætera ita ait: Ego verò aduersus dicta patrum, ho-
minum, angelorum, demonum, pono, non antiqui

usum,

usum, non multitudinem hominum, sed vnus ma-
iestatis æternæ verbum, Euangelion, quod ipsimet
coguntur probare. Hic sto, hic sedeo, hic maneo,
hic gloriator, hic triumpho, hic insulto Papis, Tho-
mistis, Henricistis, Sophistis, & omnibus portis inse-
ri, nedùm dictis hominum quantumlibet sanctorù,
aut consuetudini fallaci. Dei verbù est super omnia.
Diuina maiestas mecum facit, vt nihil curem, si mil-
le Augustini, mille Cypriani, mille Ecclesiæ Henri-
ciana contra me starent. Obsecro, quæ hæc verbo-
rum monstra & portenta sunt? Et tamè habuit per-
multos homo miser, qui quicquid vel dixisset, vel
scripsisset, putarent planè esse Euangelicum. In eo-
dem libro iactat se de Missa triumphasse, atq; ità
ex consequenti de toto Papatu. Sed hoc proculdu-
biò nõ alio, quàm ipsius Antichristi, spiritu homo
nefarius dicere potuit. Nam de Missa ad breue tem-
pus triumphabit Antichristus, cum tollet iuge sa-
crificium, quo nihil sanctius, nihil hominum salutis
conducibilius habet Ecclesia. Væ deploratissimo
isti seculo, quod tantù scelus ferre potuit. Et tamè
cum hæc scriberet, nondùm abiecerat habitù mo-
nasticum. Addidit eodem libro: Dogmata mea sta-
bunt, & Papa cadet. Sed mentita est iniquitas sibi.
Nam paucos hodiè etiàm inter sectarios reperias,
qui Luteri dogmata per omnia sequantur: & tamen
Papæ manet sua dignitas, iam pridem extincto Lu-
tero cum plerisq; dogmatibus suis permultis in lo-
cis. Scripsit præterea ibidem, quæ ad ipsius Impera-
toris & principum Germaniæ iniuriam non medi-
ocrem pertineant: Apparui ego, inquit, iam tertio
coram eis. Deniquè Vuormatiam ingressus sum,
etiàm cum scirem mihi violatam esse à Cæsare fi-
dem publicam. Nam didicerunt principes Germa-
niæ, olim de fide laudatissimæ gentis, nunc in ob-
sequium idoli Romani, nihil magis quàm fidem

*Nota intole-
randam ar-
rogantiam.*

contemneret, in perpetuam nationis ignominiam. An non hoc est Imperatorem & principes periuros & perfidos dicere? O portetum. Multa alia pijs auribus intoleranda scribit eo libro deterrimus pſeu- domonachus ille, quæ hic commemorar e nõ libet. Nec est mirum, quod ille talia scripsit: sed mirũ est, talia scribentũ quenquam fidem commodare potuisse. Sleidanus libenter recitat, si quid Pontifices etiã superiorum seculorum egerint. cõtra Imperatores, vt confleret pontificibus inuidiam, & principum animos in eos acuat. Quod autẽ Luterus vilis scurra tam atrociter Imperatorem, Principes, & vel maximẽ Angliæ regẽ lacerat & proſcindit, hoc ille bonus vir non solum nõ repræhendit, sed acerrimẽ eum Anglo respondisse dicens, etiã laudare videtur. Vbi iam est illud scripturæ diuinæ, Principi populi tui nõ maledixeris? Sed cat Sleidanus cũ Luteri suo, quod dignus est. Eodẽ anno librum edit hoc titulo, *Aduersus falsõ nominatũ Ecclesiasticorũ statum, Papæ & Episcoporum.* In hoc libro se Euangelistam & Ecclesiasten Dei vocat. In prologo sic habet: Doctrinam meam ego nolo iudicari à quocunq; que, nec ab angelis omnibus. Cũ enim certus de ea sim, volo per eam & vester (scilicet Papæ & Episcoporum) & angelorũ quoquẽ iudex esse &c. Verũ quis satis explicare possit, quotiẽs ille doctrinam suã, de qua hic certum se iactat, paulo momento non semel mutauerit, modò asserens quod antè negauerat, modò negã, quod asseruẽrat? Si certus fuit, vit ait, de doctrina sua, cur totiẽs eam mutauit? Sed astutẽ facit, q̃ nullum vult pati iudicem, vt sub hoc prætextu liceat ei scribere qcquid libet. An nõ pudet Christianos homines tam prodigiosæ temulentie nugatorem esse sequutos? In eodem libro seditionissimẽ scribit in episcopos, nec opus est omnia huc adscribere, quẽ sine piaculo vix commemorari queant:

queant: vsque ad eò homo ille p̃ ira & furore nusq; sibi ipsi temperare potuit. iam traditus erat satanæ, à quo miserẽ exagitabatur. Quã barbarã vox est, q̃ illic scribere non dubitat, Melius foret, vt omnes episcopi occiderentur, omnia collegia & monasteria funditũs eradicarentur, q̃ vt vna periret anima, nõ dicam, vt omnes animæ perderentur propter inutiles larvas & puppas. Sed vnus Luterus plures ingulauit animas, quã vel numerari queant. Porro id genus seditionis vocibus non paruam dedit occasionem rusticorum tumultui, qui non diũ post secutus est, in quo vltra centum rusticorum millia caesa sunt. Per id quoq; tempus vertit nouum Testamentum Germanicẽ, sed fide pessima, multis immutatis, demptis, additis: q̃ versio, dici non potest, q̃ pernicioſa fuerit, p̃sertim imperitæ multitudini. Nam etiã fœminæ quædam hinc tãtos sibi sumpsere spiritus, vt contemptis Theologis quibuscunq; non dubitãrunt contra Pauli prohibitionẽ publicẽ cõcionari. Iactabat quoq; Luterus cũ suis, nunquã antea Germanis syncerẽ prædicatum fuisse Euangelium, se autem verum proferre Euangelion. Sed absit, vt pijsimos Maiores nostros credamus Euangelij veritate caruisse, qui certẽ Euangelij synceritatem ab ijs docti sunt, quibus Luterus ne matulam quidem porrigere dignus sit. Porro q̃ bellum Germanis Euangelium Luterus attulerit, suo nunquã præstando damno Germania iam pridem experta est. Habuissent hic Germani, p̃sertim principes, iustissimã excandescendi causam, q̃ non dubitaret ille superiorum temporum optimos & integerrimos principes tam intoleranda p̃scindere contumelia, q̃ Euãgelij fuerint expertes. Nam si id verum est, omnes Maiores illorũ idololatræ permanserunt: quo quid possit dici cõtumeliosius? Certẽ Luteri Euangelium eiusmodi est, vt

Vertit nouum Testamentũ in mala fide.

1. Cor. 14. Tim 2. Formine cõcionantur.

Exod. 22.

Luterus se Euangelistã vocat.

statum, Papæ & Episcoporum. In hoc libro se Euangelistam & Ecclesiasten Dei vocat. In prologo sic habet: Doctrinam meam ego nolo iudicari à quocunq; que, nec ab angelis omnibus. Cũ enim certus de ea sim, volo per eam & vester (scilicet Papæ & Episcoporum) & angelorũ quoquẽ iudex esse &c. Verũ quis satis explicare possit, quotiẽs ille doctrinam suã, de qua hic certum se iactat, paulo momento non semel mutauerit, modò asserens quod antè negauerat, modò negã, quod asseruẽrat? Si certus fuit, vit ait, de doctrina sua, cur totiẽs eam mutauit? Sed astutẽ facit, q̃ nullum vult pati iudicem, vt sub hoc prætextu liceat ei scribere qcquid libet. An nõ pudet Christianos homines tam prodigiosæ temulentie nugatorem esse sequutos? In eodem libro seditionissimẽ scribit in episcopos, nec opus est omnia huc adscribere, quẽ sine piaculo vix commemorari queant:

maiores nostri, si illud apud se prædicari persensissent, facilius passuri fuerint vitam quoque ipsam sibi eripi, quam talis Euangelij suis in regionibus fieri mentionem. Totum enim ad tumultus & seditiones spectat, & ubicunque recipitur, mirabiles animorum dissensiones parit, & subditos in magistratus inflammat odio incredibili: & quo quisque magis vult haberi Euangelicus, eo fit seditionior. Ait enim Lutherus, tanto verius euangelium esse, quanto plus tumultuū parit: nec veritus est Vnorum coram Cæsare & cunctis Imperij ordinibus dicere, sibi planè iucundissimam faciem istam in rebus esse, videre, ob verbum Dei studia & dissensiones fieri. Certum est autem, verbum DEI non dissensiones, sed animorum summam consensionem efficere: non est enim dissensionis Deus, vt ait Apostolus, sed pacis: & in Actibus Apostolorum legimus, credentium cor vnum & animam vnam fuisse in Domino. Porrò diabolus homicida est ab initio, & qui tumultus ac seditiones mouent, ad eius gregem pertinent. Est verò proh dolor tumultuū plus satis excitatum in Europa, dum sanguinarium istud grassatur Euangelium. Sed ad id, vnde digressi sumus, reuertamur. Erāt tum temporis nō pauci, qui vt Luteri dogmata latius disseminarēt, suā cōcionandi operam passim gratis offerrent, Typographi quoq; Luteranorū lucubratiōes suis impensis polite & emēdatè admodū, porrò Catholicorū malignè & deprauatissimè, alienisq; sumptibus excudēbant. Itā breui magnos habuit pgressus Luteri doctrina: quā factum est, vt mortales passim infanire iuaret. Hoc anno, vt paulò superius diximus, Pōtificatū inijt Adrian⁹ natiōe Batauus, Caroli in Hispanijs vices tum gerens, virtute ac fama Cardinalibus Romæ, non facie, notus. Is è tenuibus parētibus Vltraicēti natus, Louanij studendo tantū p-

1. Cor. 14.
Act. 4.

10an. 8.

Adrianus
Papa VI.

fecit.

fecerat, vt inter Theologos Louanienſi faciliè deinceps primus haberetur: eaq; de causa & q̄ singulari morum grauitate esset, in præceptorem Caroli V. assumptus, ac in Hispaniā p̄fectus, ibiq; Episcopus & Cardinalis creatus, Caroliq; absentis postea ibidem vices p̄clare admodū gerens, in summū pōtificem magna Cardinaliū consensio est sublimatus, retento pristino nomine, Nam & antea Adrianus Florentius dicebatur.

Eodē anno à Cæsareanis capta & direpta est Genua, Ligurię vrbs insignis & opulēta. Indè accidit, vt Adrianus Pon. cum ex Hispanijs cōappulisset, nulla afflictorū ciuium lætitia sit exceptus. Adrian⁹ em̄ magnis precibus populi Romani & cohortatione senatūs, Romam eo anno felici nauigatiōe deuectus est. Cū autē cognouisset Rhodō à Turcarum ducentis millibus acerrimè oppugnari, volebat quidem ferre opem, sed pecunię inopia retardabatur. Itaq; Rhodiensē omni destituti auxilio, cū aliquot menses vr̄bem fortissimè defendissent, & multa Turcarū millia strauissent, tādem certa pacatione vr̄bē atq; insulā barbaro hosti dederūt, qui eam cōsiliij ingētis & p̄difficilis belli occasiōe audacter susceperat, q̄ Christianos reges intestinis occupatos bellis didicisset. Magnā eius insule amissione Respub. Christiana & ignominia & cladē accepit, atq; vno eodemq; tēpore, irato Deo, fors diuisiones Christianorū à barbaris, intūs religio ab hereticis oppugnabatur. Certè oportuit altū stertere, quos tot calamitates & incōmoda non excitārent.

Sub hoc ferè tēpus principes aliquot Catholicici cū viderent vulgus Luterana noī Testamenti versioē facile in hereses illici, p̄positus edictis, omnibus subditis suis eius lætitiōe interdixerunt. Ausus fuerat Luterus ex Canone scripturarum noui Testamenti reijcere Epistolam ad Hebræos, Epistolā

Genua di-
ruptur-

Rhodus à
Turcis oc-
cupatur.

Testamen-
tum Luteri
interdici-
tur.

D.

D. Jacobi, quã stramineam ille impurus nebulo appellauit: Epistolam Iudæ, & Diui Iohannis Apocalypsin, q̄, teste D. Hieronymo, tot habet sacramenta, quot verba. Atqui verò post annos quinq; primam versionem suam Luterus ipse plerisq; locis mutauit, idq; adeo, vt ex solo Matthei Euangelio quidã annotauerint loca triginta sex. Quãm verò multis locis ille scripturam sacrã malè vertendo deprauãrit, annotatum est à doctis quibusdam. Hieronymus Emserus, vir doctus & pius, vt extarent Lutherane deprauationis certa indicia, nouum Testamentum post Luterum Germanicè transtulit, & ad marginè plurima loca, ab Lutero malè conuersa, adscripsit. Videtur enim erat passim in manibus imperitę multitudinis Luteri versionem, quę ab illis auidè legēbatur, sed non nisi in suam ipsorum perniciem, vt rei euentus mox probauit. Cũ enim Luterus nihil vellet extra scripturas recipi, scripturę autẽ ab illo essent deprauatę, ruebant miseri in errores alios ex alijs, vno quolibet scripturas pro suo cerebro interpretante. Indè postea orta est tanta sectarum turba, vt difficile sit in certum eas numerum redigere. Quod etsi est longè calamitosissimum, homines Christianos itã circumferri omni vento doctrinæ, & cuiuslibet somnia non alio q̄ Euangelij loco haberi, tñ cam calamitatē vulgẽ euersum duocit pro nihilo: sed id patiuntur horrendo Dei iudicio, q̄ tam leuiter aures fidemq; accõmodãrunt Luteri commentis, quasi ille demũ, vt falsò iactabat, Euangelium in lucem protulisset, cũ reuerã ipsam Euangelij lucem in immanes quasdam tenebras mutãrit, in certissimum innumerabiliũ animarum exitium.

Per id quoquẽ tempus scripsit Luterus librum de vita coniugali, sanè turpissimum. Vbi inter cetera ait impudentissimè, omninò necessarium esse omni-

omnibus rei Venerę vsũ, magis etiã quã cibum, potum, somnum, &c. Atq; idcirco teneri monachos & moniales, posthabitis votis suis, nuptijs operam dare &c. Atque cũ hæc scriberet, nõ dũ excusierat cucullũ: itaq; huiusmodi paradoxis iter sibi muniebat ad illas præclaras suas nuptias, quas iam animo meditabatur. Sed õ Deus, vbi fuere hominum mentes & oculi, cũ talia, tam execranda, in eius hominis libris lectitarent? O horrendam Dei vindictam, vsque adeo occæcari.

ANno 1523. cũ pcepisset Luterus principes Catholicos ipsius nouum Testamentum damnãsse & proscripsisse, tanta acerbitate in illos scripsit librum de seculari potestate, vt in Ecclesiasticos *Luterus in principes Catholicos.* videri potuerit modestia quadam vsus fuisse. Erat in tuto loco apud principem Saxonie opulentum & potentem, quæ res eius effreni audacię calcar addebat. Ausus est in illo libello scribere, principes vtplurimum esse vel præcipuos moriones, vel deterrimos nebulones. Quis verò Catholicus tale aliquid sinè summa omnium offensione scriberet? Atque hæc Luteri contumelia ad ipsum quoq; Carolum Imperatorem & principes omnes pertinebat. Incredibile dictu est, quanta in hoc monstroso homine fuerit conuiciandi & mentiendi libido. *Cõtumelia summa in principes.* Doctor Iohannes Dietenbergius, vt alios taceam, in duabus duntaxat Confutationibus, conuicit eũ 874. mendaciorum, quod posset incredibile videri illis, qui eius hominis scripta non legerunt. Sed qd non ausit, qui nihil non ausus fuit? In libello iam dicto de seculari potestate inter cetera cõtumeliosè aliquot principes perfringit his verbis: In Misnia, in Bauaria, in Marchia alijsq; in locis pmulgauerũt tyranni edictum, (tyrannos vocat catholice religionis obseruantissimos principes) vt no-

ua testamenta in praefecturas tradantur. Hic subditi sic agant: nō folioli, nō literam vnā tradant sub periculo salutis suae. Quisquis em̄ id fecerit, is tradit Christū Herodi in manus. Illi enim agunt velut Christidā, sicut Herodes. His & id genus alijs Emblematis ornat ille scurra illustrissimos principes, qui vulgo ea causa nobilem permitti versionem Luteri, quod viderent non nisi deteriores ex eius lectione euadere. Faciebant principes quemadmodum illos facere decebat. & cum ea res eximiam laudem mereretur, ab illo insolentissimo tenebrione atrocissimis verborū flagris flagellati sunt. Admisit interim multa ad seditionem concitandam vehementer opportunā, itā vt appareat hominem furij quibusdam agitatum, nihil nisi caedes & latrocinia anhelasse. Apud Sleidanū altum est his, quantum equidem aduerterim, silentium est: fortassis & ipsum puduit, referre tam atrociam in principes conuicia, nē Luteri causam efficeret deteriorem. sed nos Sleidani fraudes non ignoramus.

Franciscus Sickingius perit.

Hoc anno tormenti istu in arce sua *Lansst* periit Frācisus Sickingius vir nobilis, & Luteri in primis studiosus. Is bellū indixerat episcopo Treuirensi, obfeditq; Treuiros, sed industria Episcopi qui tum in ea vrbe erat, conatus eius irritū fuere. Nec diū post ab Episcopo Treuirensi & foederatis aliquot principibus obsessus, temeritatis suae penas dedit. Celebre nomen sibi ille compararat aliquot prosperis rerum successibus. Nam Lantgrauio Hassiae adhuc puero grauissima intulerat damna, & vrbe Metensem longē florentissimam ad detrimentosam pacis cōditiones adegerat. Multum in eo fidutię & spei collocarat Luterus, adeoque plus quā in vllō principe, quemadmodum ipse Luterus clam scriptit Vldrico Hutteno.

Hoc anno Bruxellis, quae est Brabantiae praecleara vrbs,

vrbs, duo professionis Augustinianae ob Luteri dogma flammis exusti sunt. Illos verō Luterani non alio quā martyrum loco habent, quē admodum etiam Iohannem Hussium & eius farinae alios haereticos, habet enim & diabolus martyres suos. Porro martyres Christi poena non facit, sed causa, vt praeclearē inquit Augustinus. Quam sibi pacem promittunt inimici fratrum? inquit sanctissimus ille martyr Cyprianus libro de vnitāte Ecclesiae, quae sacrificia celebrare se credunt aemuli sacerdotum? An secum esse Christum, cum collecti fuerint, opinantur, qui extra Christi Ecclesiam colliguntur? Tales etiam si occisi fuerint in confessione nominis, macula ista nec sanguine abluitur. Inexpiabilis & grauis culpa discordiae nec passione purgatur. Esse martyr non potest, qui in Ecclesia non est. Et post pauca: Cum Deo manere non possunt, qui esse in Ecclesia Dei vnanimis noluerunt. Ardeant licet flammis, & ignibus traditi vel obiecti bestiis animas suas ponant: non erit illa fidei corona, sed poena perfidie: nec religiosa virtutis exitus gloriosus, sed desperationis interitus. Occidi talis potest, coronari non potest. Hae illae.

Eodem anno Carolus Borboniae dux, à Gallorū rege Francisco ad Carolum Imperatorem cum aliquot Galliae nobilibus defecit, magno Francisci regis incommodo. Idem tamen Borbonius infelicitate attentauit Massiliae occupationem, atque inde non sine ignominia discedere compulsus est.

Hoc anno quidam cuius Torgauiensis, ex monasterio Nymicensi nouem virgines sacras clam Vintenbergam adduxit, omnes genere nobiles, quarum vnā non longē post Luterus incestis nuptijs sibi copulauit. In huius cuius & nefarij facinoris defensionem libellum edidit Luterus. Alios quoque duos libros conscripsit, alterum ad Pighardos, ad Hussi-

Luterani duo martyres, scilicet.

Borbonius à Gallo defecit

Nota facinus infigue.

Huffitas alterum, videlicet vt egerrimè faceret. Romanam Ecclesiã, cum tamen ante paucos annos eos ipsos ceu hæreticos & schismaticos publicis scriptis egregiè esset infectatus.

Inter alia multa q̄ hoc anno scripsit idem Luterus, etiã libellũ edidit de Comuni fisco. In hoc bona ferè oĩa totius Cleri addit huic fisco communi. Hoc em̄ pacto facilè animaduertit se magnè apud principes & magistratus ciuiles gratiam initurum, si Ecclesiasticorum bona ipsis adiudicaret. Sed reuerà ex eiusmodi rerum Ecclesiasticarũ occupatione non solùm nihil locupletati, sed magis etiã suis opibus pleriq; exuti videntur. Quæ em̄ Deo semel dicata sunt, in prophanos vsus nunquã sinè periculo transferuntur. Legimus in historijs M. Crassum Romanorum ducem, cum ad bellum Parthicum proficisceretur, templum Hierosolymitanum sacris thesauris, instigãte nefaria cupiditate, spoliãsse. Verùm persecuta est sacrilegum vindicta diuina. Nam in prælio à Parthis non multò post superatus, vnã cum filio cæsus est: porrò hostes in eius repertum, non sinè auaritiæ & sceleris exprobratione, aurum liquefactum infuderunt.

Eodem anno habita sunt Comitia Norimbergæ, quibus etiã legatus Pontificis Adriani Franciscus Cheregatus interfuit. Et licet pontifex operã suã liberaliter offerret Germaniã, vtpotè dulcissimæ patriæ, suę, tamen magis exulcerati sunt eius humanitate animi Lutheranorum. Prodiit tum liber centum grauinũ Germaniæ, authoribus Luteranis, vt nihil intentatum relinquerent, quod faceret ad conflandam inuidiã Pontifici & Ecclesiasticis. Porrò in his Comitijs decretum fuit, vt contra Luteri nouationes Catholici ecclesiastice vterentur receptis Ecclesię doctoribus, & probatis Euangeliorũ expositionibus, quod Luterus mira vafriticã ita in-

terpretatus est, vt populũ putãrit principes ab ipso stare, cum tamen id esset falsissimum.

Suprà diximus Luterum scripsisse contumeliosissimè in Anglię regem, qui eius captiuitatẽ Babylonicam oppugnauerat. Illud regis scriptũ postea defensum est à viris doctis, Eckio & Murnero in Germania, Roffensi Episcopo & Thoma Moro in Anglia. Quãuis aut̄ nostrarũ partiũ catholici scriptores Luterũ multorũ mendaciorũ sepe cõuincerint, tamen ausus fuit ille in libello contra regem Anglię affirmare, se à mendacijs abstinuisse. Ait em̄, A virulentia & mendacijs abstinui, quibus liber regis refertissimus est. Hoc cum esset mendaciũ impudentissimum, à nostris corona ad marginem expressa insignitum est. Murnerus certè ex solo illo in Anglię regem libello collegit mendacia 50. Porrò quod addidit Luterus, regis librum virulentiã & mendacijs esse refertissimum, non vacat iniuria intolerabili, cum etiã iure gentium regię dignitatẽ deferendum sit. Fuit autem regis scriptũ planè Catholicum, & vt dixi, à doctissimis viris fortiter defensum. Erat tum temporis in Anglia Ioannes Fischerus Roffensis episcopus, tum pietatis, tum doctrinæ nomine celeberrimus, quippe trium linguarum peritissimus. Is à Luteri calumnijs regem Henricum vindicaturus, scripsit librum pro defensione regię assertionis, sed summa modestia in hominem omnis frontis & pudoris expertem vsus, adhibitis quoq; tum scripturę diuinę, tum patrum sententijs: quanq̄ in eius libri præfatiõẽ præter morem suum, iusto dolore stimulatus, aliquãto acrior fuerit. Sed Luteri incredibilis insolentia & improbitas longè acriora merebatur. Itã enim citra omnem modestiã petulantissimè debacchari in Pontificẽ, Episcopos, Imperatorem, reges & principes, nec vllum facere conuiciandi & maledicendi modum, hominis erat

Comitia
Norimbergæ.
gæ.

Episcopus
Roffensis
scribit contra
Luterũ.

perditissimi & deploratissimi, non modò asperis verbis, sed etiàm asperrimis flagellis & verberibus reprimendi. Et hæc quidem in illo priuato homine Sleidanus ne verbo quidem, quod equidem sciam, vnquam reprehendit, cum tam multa blateret, mi- reque exaggeret, si quid à Pontificibus, ad quos ex officio publico pertinet totius cura Ecclesiæ, sit dictum aut factum, quod Imperatores, reges & principes vel immeritò exasperare queat, præsertim odiosè, & non bona fide commemoratum. Sed quanto Luteri fuit insignior impudentia, tâto maius excusationis habent, qui illius praua dogmata amplecti voluerunt. Præter Roffensem autem Episcopum, de quo iam diximus, scripsit pro Angliæ rege contra Luterum etiàm Thomas Morus, summa doctrina & integritate vir, sed sub nomine Guilelmi Rossei. Is verò pro admirabili ingenij dexteritate ita omnem Luteri arrogantiam & os maledicum compressit, vt nihil contra mutire ausus fuerit. Pauca eius verba in gratiam lectoris annotabimus: Dicit ex persona Luteri: Quoniam quidem igitur contradicunt meis dogmatibus Pontifex, Imperator, Reges, Episcopi, sacerdotes, laici, & omnes in summa boni: mihi licebit pro Dei maiestate Pontificem, Cæsarem Reges, Episcopos, sacerdotes, laicos, omnes denique bonos anathematizare, maledictis & conuicijs incessere, atque in omnium coronas & capita licebit ex ore meo lutum, cænum, stercora, merdas expuere &c. Porro superius etiàm hæc habet de Luterò: Verum quis nebulonem ferre potest talem, qui mille vitijs ostendat, se possessum atque agitatam à legione dæmonum, & tamen ita se iactat stolidè: Sancti patres omnes errauerunt: Ecclesia tota sæpius errauit: Doctrina mea non potest errare, quia certifi-

Thomas
Morus scri-
bit in Lute-
rum.

Verissima
Thomas Mo-
ri de Lutero
sententia.

tissimus sum doctrinam meam non esse meam, sed Christi. Quòd si quis respondeat, Testimonium tuum non est verum, quia testimonium perhibes de teipso, recurret ilicò ad nouam scripturam, Ego certus sum, dogmata mea habere me de cælo. Atq; ibi siflet in hoc suo principio, velut firmissimo fundamento, quod non omnes Papæ, reges, doctores, homines, angeli poterunt euertere. Certus igitur, immò certissimus, dogmata sua habere se de cælo: sicut certi sunt & certissimi, qui dormiunt, omnia vera esse quæ somniant: immò verò certus & certissimus, mentiri se vigilantem, dogmata sua esse de cælo, quæ sua sibi murmurat cõscientia dæmonum illi præstigijs immissa: hominibus maledicit & angelis, quicumque dogmatis ipsius contradicunt, & eos clamat os in cælum ponere, conspurcare sacra, blasphemare Deum, quicumque non ventur arguere spurcissimas ipsius blasphemias. Itè in fine libri secundi, addit etiàm hæc Thomas Morus: Verum à mendacijs & virulentia prorsus abstinuisse se testatur ipse, cui nihil est aliud in calamo, quàm calumniæ, mendacia, sycophantiæ: cui nihil est aliud in animo, quàm virus, tumor, inuidia: qui nihil in capite concipit, præter stultitias, furores, amétias: qui nihil habet in ore pter latrinas, merdas, stercora, quibus fœdius & spurcius, quàm vllus vnquam scurra, scurratur. Hæc quidem de illo & longè plura scribit ille vir tantus, cuius iudicium nemo facilè contemnere ausus erit. Quæ autem scribit, tam sunt vera, vt etiàm illo tacente, Luteri dicta & scripta fatis superque ea confirment. Et quarè tandem non volunt sibi cauere homines ab illo misero, quem viri graues tâtopere exerantur? Nam & Roffensis episcopus in p̄fatione, cuius paulò antè meminim⁹, vocat eum canè rabiidū,

Nota Le-
ctor.

lupum rapacissimum, vrsam fœuissimam. Et puto certè non paulo plus pòderis habere debere tantorum virorum grauissimam sententiam, q̄ Sleidani aut similitū ineptias, qui eū hominē tantū non ceu deum quendam in cælum ferunt, què summæ eruditionis & virtutis viri tanq̄ orbis horrendam pestem toto pectore detestantur. Sed Rosensis & mori scriptorū hoc loco Sleidan⁹ vir optimus non meminit, sentiens haud dubiò, quantum essent p̄claro Luteri euangelio, totiq̄; eius causę fœtura præiudicium, si ea bona fide retulisset.

Non diù pòst mortuus est Adrianus Pontifex, vir certè longiori vita dignus: in eius locum successit Clemens VII. è familia Medicca.

ANno 1524. Franciscus Gallorū rex ingentes coëgit copias, quib⁹ Prouinciam à Cæsareus nis frustra tentatā tueret. At vbi cognouit re infecta discessisse Cæsaris militem, ipse animum ad Mediolanū repetendū adiecit, nec voto frustratus suo, Mediolano potitus est. Indè verò infelicitate Ticinensē oppugnationi aliq̄t mēses dedit, nullæ memorabili cōfecta. Erat Ticini p̄sidiū Germanorum, duce clarissimò Antonio Læua Hispano.

Hoc anno 26. Ianuarij Lucernæ fuit Helueticorum conuentus, in quo vetus religio & Ecclesiasticus, ceremoniæ & instituta, iussa sunt in inuiolata retineri. Iam enim Zuinglius eam gentem ad res nouas concitare cœperat, cuius impia dogmata id tēporis soli ferè Tigurini sequebantur. Inter alia docebat Zuinglius, abolendas è templis imagines, & Missam tanq̄ impiã abrogandam. Quod vtiq̄; nihil erat aliud, q̄ Antichristi agere antecursorè, q̄ iuge sacrificium, qd̄ in missa fit, auferet ad breue tempus multū sudatū est à Lutero & ei⁹ tota posteritate, in illo demone id agente, vt Missa in summū apud oīa horrorem, abominationem, contemptum adduce-

retur,

retur, & magnos ea res successus habuit in Europa, dum interim barbarę nationes apud Antipodes & hæcenus incognitas regiones veterem religionem & Missæ sanctissimum sacrificiū summa alacritate & deuotiõe cōplectuntur. Porro quid lucri fecerit hic noster orbis sacrosancta Missa abroganda, partim iam res ipsa abundè declarauit, & maiori suo malo sentiet posteritas, nisi resipuerit, & egerit pœnitentiam. Hac ferè tempestate Bennonis olim Misnensē Episcopi, què paulò antè Adrianus Põtifex *D. Bennonis* diuorum catalogo adscripserat, ossa & reliquię venabiliter è vetusto terræ tumulo eleuata sunt, *reliquiæ eleuantur.* & annuæ feriæ in eius honorem institutę. Id supra modum malè habuit Luteri, q̄ cerneret multum suis conatibus detractum iri ea antiq̄ pietatis fama & obseruantia. Mox ergò libellū edidit hac inscriptione: *Aduersus nouum idolum & antiquū diabolū, qui Misne exaltandus est.* Ità ille insanus nec diuis quidem iam beata apud Christum immortalitate fruētibus parcendū putauit, Nō sunt cõtaminandæ pie aures atrocissimis maledictis & contumelijs, quib⁹ in hoc libello tū in Bennonē ipsū, tum in alios quosdam diuos homo nefarius incurrit. O pudendā huius quī scordiã, q̄ hoc mōstrum ferre potuerit. Oīm cū Christiani ad sacrificandum falsis dijs cōpellerentur, illiq̄; recusarent, dicerentq̄; non deos eos esse, sed homines fuisse impurissimos & sceleratissimos, ethnici magistratus non ferentes iniuriã, vt ipsis videbatur, deorum suorum, omni suppliciorū genere in martyres fœuebant: at Luterus & eius similes dogmatistę, euo nostro in ipsū Eucharistię sacramētum, & in sanctos cū Christo iam regnantes, impunè, immò per multis applaudentibus, immanes euomūt blasphemias, At tamen quandoquè Deus & sanctorum suorum iniurias egregiè vlciscetur.

Nota Luteri deploratã insaniam.

Adrianus pontifex mortuus.

Mediolanū capit Gal-lus.

Conuentus Helueticorū.

*Zuinglius
discedit à
Lutero.*

Per hoc tempus Zuinglius non contentus à Lu-
tero dici Lutherus, sed ipse potius de suo nomine
seciam auspicari cupiens, non solum Catholicos
transubstantiationis assertores, sed etiam Lutherum
ipsum, vna cum pane & vino verum Christi corpus
& sanguinem in Eucharistia haberi dicentem, op-
pugnare cepit. Hoc quidem pessime habuit Lute-
rum, & hæc res occasiõem præbuit atrocissimæ illi
inter Lutheranos & Zuinglianos digladiationi, quæ
in hunc usque diem componi non potest. Recte
hoc permisit sapiens & bonus Deus, vt Lutero ar-
rogantia à proprio discipulo comprimeretur, &
mortales omnes intelligerent rectissime dixisse D.

*In Dialo.
adversus
Luciferia-
nos.*

Hieronymum, scripturas non in legendo, sed in in-
telligendo consistere. Ab utraq; enim parte isti se-
ctarij verbum Dei crepant, scripturas certatim p-
ferunt: & tñ cum certissimum sit, non posse utroq;
verum docere dum contraria dicunt, at nihilo mi-
nus alij alijs cedere nolunt, & utriq; prava scriptu-
ræ diuinæ interpretatione & se & suos omnes mi-
serabiliter pdunt, cū utrosq; rectè iã oim dånarit
hodicq; dånent Catholica fides, qua certissime cre-
dimus, in eucharistia sub speciebus panis & vini post
Christi verba in sacrificio plata, ipsissimū Christi
corp⁹ & sanguinē substantialiter cōtineri, etiã extra
sumptionē, cum hoc sacramentū nō nisi oipotenti
Christi Iesu sermōe cōficiat. A Lutero hac in re iam
antè dissenfit Andreas Carolstadius, & cū à Lute-
ro acriter reprehenderetur Iene, q̄ Ecclesias s. Lute-
ranas turbaret, ille se cōtra ipsum scripturū, suamq;
sententiã defensurū respōdit. Tum verò Lutherus,
vt erat contendendi audax, aureum illi nummum
dedit, vt faceret quod minabat. Postea libellos ali-
quot Carolstadius Basileę edidit, quorum summa
erat, non esse Christi corpus naturaliter in Eucha-
ristia, nec tñ Zuinglij sententiã sequebat, sed non

*Carolstadi-
us contra
Lutherum.*

inter.

interpretatiõe ait, pronomine demonstratiuo, Hoc
est, demonstrasse Christū corp⁹ suū mensę affidens,
nō aut sub panis specie cōtentū. Hanc stultissimam
opinione Anabaptistę quidã amplectebant, & Zuin-
glij atq; Lutero interpretationē rejiciebant. Porro
Zuingli⁹ Carolstadiū dicebat veritatē quidē agno-
scere, sed q̄a troporū vim ignoraret, verba non re-
cto ordine collocare. At ridicula fuit ea Zuinglij
oratio, q̄ iã sibi de Collega licet inepto, non nihil
applauderebat: Alij Carolstadij expositionē ceu ni-
mis durā & violentā respuebāt. In dē accidit, vt Se-
natus Tigurin⁹ cauerit, nē libelli Carolstadij in vr-
be sua venderentur.

*Nota mira-
bilem, Euan-
gelicorum
confusionem*

Lutero verò Zuinglij expositionem libello
quodam confutauit. Itā nimirum spiritus vertigi-
nis, in Lutherum & eius præclaram sobolē immisus,
repentē multas ab illis extorsit absurdissimas ver-
borum cenę domini interpretationes, alias ab alijs,
& simul omēs à Catholice Ecclesię sententia dis-
crepantes: ortumq; est implacabile bellū inter istos
factiosos spiritus, qui cū omēs iactitēt se veritatē
demum in lucē protulisse, non possunt tñ in vnam
aliquā de re tanta cōspirare sententiã, & à veritate
sunt prorsus alieni, & interim miserimā & rudē ple-
beculam in diuersas factiones & opinioniones distra-
hant, efficiuntq; vt iam permulti non videant,
quem potissimum in hac dogmatum mirabili var-
ietate sequi debeant. Quis verò fatis deplorare
possit, tā innumeras Christi Iesu sanguine redemp-
tas animas, aliquot importunorum & turbulenta-
torum ingeniorum arrogantia & philautia in cer-
tissimum exitium, horrendamq; æterni ignis da-
mnationem præcipites agi? Verum hoc isti perditū
tenebriones pro ludo habent, modò ipsi sibi ali-
quod possint parare nomen, licet cum summa hæ-
reseos ignominia coniunctum.

*Præcones
Euan-
gelicis
inter se tur-
multantur.*

Scriptis hac tēpestate Luterus libellū Germanicū de mercaturis & scēnore. quid eo libello spectārit, res ipsa satis declarat. Multus ibi est in exaggerandis oneribus, q̄ accidat Germaniæ auaritia mercatorum. Videbatur rem cum solis habiturus mercatoribꝫ, & animo verè pio illorū mala studia reprehēsurus. Sed multitudinis animos & sibi cōciliare, & in principes iritare moliebatur. Quod nē temerè scripsisse videamur, ipse se p̄dit, eodē in libello itā inquit: Reges & principes hīc attētos esse oportebat, & ex iuris seueritate hęc interdicerē. Sed, vt audio, habent illi caput isthic & partes: sitq; quod est ab Esaia dictum: Principes tui socij furum. Interea si quis aureum vnum aut dimidium furto tollat, eum suspēdio necant: porrò sua habent commercia cum illis, qui totum orbem expilant, plusq̄e furantur, quàm ceteri omnes, vt verum permaneat quod dici solet. Grandes fures, paruos tollunt in crucem, &c. Puto equidem satis hinc apparere, q̄ ille multam p̄buerit materiam multis editis libris tumultui Rusticorum, tamen Sleidanus culpam omnem à Lutero in Munzerum transferre conatur, cum tamen, si vir bonus fuisset, in Luterum ipsum, tanquàm eius mali fontem, potius referre debuerit. Ex Luteri enim scriptis Munzerus occasionem hausisse videtur, nō faciliè fortassis talia aucturus vnquàm, nisi illi Luterus ad quiduis audendum viam egregiè muuissēt.

Scriptis præterea libellū alium Germanicum de monialis seu flagitiosæ cuiusdam monachæ de suo cōnobio receptu, quem nō dubitat inter diuina numerare miracula, homo totus à malo dæmone obsessus & occæcatus. Fuit Islebij insigne monasteriū virginum, in quo Florentina quedam, cum cæteris monasticen professā, corpore degebat, non animo. Erat illa iam Luteri inescata blandissimis vocibus, ad carnis

carnis sectandas voluptates etiā Deo sacratas virgines egregiè incitantibus, quasi nulla sit votorum vis, liceatq̄e spreto votis, spreto omni pudore & verecundia, omni calcata honestate & religione, post datam Deo perpetuæ cōtinentiæ fidem, transire ad nuptias, & Christo immortalī sponso repudiato, homini mortali breuissimæ cuiusdam captandæ causa voluptatis se sceleratissimè prostituere. Itaq; conquesta fuit illa cuidam de suæ stirpis hominibus, vitam monasticam nullo pacto sibi conuenire, velle proindē se ait ex monasterio discedere. Res delata est ad Abbatissam. Ea multis modis studuit eā ab hac amētia reuocare: sed cum nihil efficeret, iussit eam ex monastici canonis præscripto asseruari in custodia. Accidit interea, vt quæ illi asseruandæ designata erat, ostium carceris casu quodam apertum relinqueret. Quod cernēs Florentina, clanculò indē se subduxit, & ad Luterum, patronū scilicet pudicitia & integritatis, profugit. Ille contra omnes Abbatissæ querelas graues, quibus illam profugam perurij & voti violati ream accusabat, libellū euulgauit, quo docere voluit nouus euangelista, alūnus non Christi, sed Iouiniani, aut alicuius eo deterioris, nō sinē præcipuo præpotentis Dei miraculo illam fuisse ex inferno creptam. monasteriū enim ille, vir optimus non alio quàm tartari loco habuit, vt indē etiā, tanquàm ex vnguibus leonem, liceat hominem penitus habere perspectum. Scilicet grande prodigium fuit, aperto ostio fugere. In illo autem libello ridet miracula, quæ circa obsessos à demone sunt, quos ait aqua lustrali non cruciari, sed id tantum eos fingere: quæ admodum olim, teste D. Hieronymo, impius Porphyrius & Eunomius, q̄ martyrum cineribus mali dæmonum torquerentur, aiebant præstigijs esse dæmonum, & non verè clamare dæmones, sed sua simulare tormēta Sic nimirū Luterus,

terus non immeritò à Zuingliano quodam crassus rusticus appellatus, immanis cuiusdã miraculi loco habet, quòd petulãs fœmina patente carceris ianua aufugit: quòd autem dæmones aqua sacra torquentur, id vult fingi ab illis. Eundem in modũ Matthias Illyricus & eius socij, architecti historię Magdeburgensis longè vanissimã, derident solennem illũ apud Catholicos aquã cõsecrandi ritum, noluntq; cum ab Alexandro antiquissimo pontifice & martyre, sed ethnico nescio quo pontifice vsurparum, Non est dubium, à malo dẽmone incitari id genus homines, vt ea omnia in contemptum adducãt, quibus catholica Ecclesia ceu p̄sidijs quibusdam vitur aduersũs insultus & machinationes dẽmonum,

Aqua lustra Sed sacra aque tam est antiquus in Ecclesia vsus, & *lis antiquus* toties etiã ad maxima edenda miracula comperta vis, vt istos meritò sui pudere debeat, dum eam oppugnant. Non itã pridẽ in lucem editi sunt octo libri Constitutionum Apostolicarum, à Clemente Romano conscripti. In ijs hæc habetur oratio: De-

Lib. 8. cap. 35. mine Sabaoth, Deus virtutum, creator aquarum & dator olei, misericors & benigne, qui dedisti aquã ad potũ & munditiem, oleum ad exhilarandum faciem in exultatione lætitiæ: ipse quoque nunc per Christũ sanctifica hanc aquam & hoc oleum, in nomine eorum qui attulerunt, & da virtutem sanitatis effatricem, agritudinum expultricem, dæmonũ fugatricem, omnibus insidijs aduersariã per Christũ, qui est spes nostra, quo cum tibi gloria, honor & cultus cum sancto spiritu in secula, Amẽ. Possent in huius aque cõfirmationem plurima adduci, sed nõ est huius loci. Hic satis sit indicãsse, Luteri spiritum eam aquam ferre non posse, porrò verò libenter hominibus persuadere velle, lasciuientem mulierculam, blandissimẽ domine Veneri litare cupientem, non sinẽ ingenti miraculo apertis ostijs dẽcenobio

cenobio sceleratè aufugisse. Sed hoc profectò stupendo non vacat miraculo, vllum potuisse reperiri hominem, qui tam insulso & portentoso nugatori fidem commodaret, quem non pudet fœdis sceleribus patrocinari.

Hoc anno rursũs Comitia habita sunt Norinbergæ. Misit eò Pontifex legatum Cardinalem Laurentium Campegiũ, virum sanè eximia eruditione & multa prudentia ac rerum peritia insignem: cui aduentanti omnes ferè principes extra portam processerũt obuiã honoris causa: sed tamen comiter eum precabantur, nè more solẽni & cum solitis cæremonijs vrbe ingrederetur, quòd multi iam è vulgo Luteri doctrina imbuti, alienis essent animis in Pontificem: idque factum est. Venit eò quoque Regis Hugarorum Ludouici legatio, tristissimum de Turcarum impressionibus nũcium adferens, & necessaria poscens subsidia. Verũm perquam commode accidit Turcæ, quòd iam Germani de religione inter se parũm consentirent.

Circa hæc tempora scripsit Luterus contra duo Cæsaris mandata, tanto furorc & animi impotentiã, vt morsus exitiales intentare videretur, idque tum Cæsari ipsi, tum reliquis principibus viris, quibõ ait Turcam decies esse & meliorem, & prudentiorem: quosque incunstanter per summam contumeliam vocat stolidos, fatuos, insanos, furiosos & amentes moriones. Sed nisi ipse planè amẽs & insanus esset, tam impotenter in principes non inuiceretur. Cui honorem, inquit Apostolus, honorem. Verũm id temporis Carolus Imperator grauissimis rebus implicatus fuit, itã vt nefarium hominem comprimere non potuerit.

Sleidanus suo more has Luteri atroces & intolerandas calumnias in principes dissimulat, scilicet nè Lector furiosi hominis barbaris vocibus per-

*Comitia
alia Norin
bergæ.*

*Luterus cõ-
tra 2. Cæsaris
mandata.*

*Nota Luteri
spiritum.
Rom. 13.*

motus, ab eius doctrina desciscat, aut certe eam vehementer suspectam habeat. Hęc autem omnia nõ parùm faciebant ad ciẽdas turbas & seditiones cõcitandas: nec possunt Luteri studiosi ab illo amoliri culpam tamultũ rusticorum, qui paulò post secutus est. Suis enim importunissimis scriptis non nisi bellicum cecinit: nec tamen aduertit misera plebs, quem hominẽ sequeretur. Miscebat enim seditionis vocibus verba quædam, pietatis quandam speciem præ se ferentia, & hac arte tegebat animum sanguinarium.

Caroli V. literæ ad principes.

Sub hoc fermè tempus ex Hispanijs Carolus Cęsar literas dedit ad principes, quibus decretum Norinbergensium Conuentũ acriter reprehẽdit, & Comitiam Spiræ in dicta fieri vetuit, vbi Principes & ordines Imperij rationem inituri erant cõstituendę religionis vsq; ad tempus Concilij. Id enim ad ipsos minimè ait pertinere. Antequàm hęc literę venissent in Germaniam, Legatus Pontificis Campegius, Ferdinandus Austriacus, episcopus Salsburgensium, Duces Bavariz Vuilhelmus & Ludouicus, & aliquot Episcoporum legati Ratisbonę cõuentus habuere, atq; inter se fœdus percussere, quò Luteranę heresi possent fortius ire obuiam: multa quoquẽ ibi saluberrimè decreta sunt pro Catholica tuenda religione, & Luteri dogmatibus profligandis & extirpandis, Legatus quoquẽ Pontificis Campegius, quò intellexisset Cleri malam vitam multis è vulgo ruẽdi in hæreses magnam præbere occasionem, quædam decreta promulgauit, quibus Cleri mores reformaretur, & abusus remouerentur, quæ alij quoquẽ Principes grata & rata habuere. Erat enim frequens in ore Luteranorum dogmatistarum mala vita Cleri, & hac identidẽ commemoranda, mireq; exaggeranda multorum animos in Clerum concitabant: nec eos mouebat exempla bonorũ, qui erant multi

Fœdus principum Catholicorum.

in clero, sed satis habebat inuenisse quod apud vulgus traduceret, quod optabat ardere magis ac magis odio Cleri.

Fuit apud Antuerpienses quidam Henricus Zutphanus Prior Augustinianorum. Is cùm in hæresim Luteranam, quam semel abiurarat, relapsus esset, vltimo afficiendus supplicio, perfregit carcerem, & è Brabantia Bremam profugit. Tandem Meldorpij apud Thietmaros hoc anno perfidię suę pœnas dedit, flammis exustus. De eius supplicio lamẽtabilem scripsit Luterus epistolam ad Bremenses, quos ille Henricus apostata ex Catholicis fecerat Luteranos, qui tamẽ postea ex Luteranis facti sunt Zuingliani vel Caluiniani. Sleidanus scribit eum propter euãgelij doctrinam fuisse interfectum: scilicet vt hereticum Luteranum in martyres referat. Eat ille quò dignus est cum talibus Pseudomartyribus. Volebat ille apostata Thietmaros bellicosam gentem ab Euangelio Christi ad Pseudoeuangeliũ Luteri traducere: ea causa, non vt martyr, sed vt hæreticus peremptus est. Multũ ille conabatur inter clerum & populum excitare discordiam, primò Antuerpię, deindẽ Bremę, postremò Meldorpij. Luterus eius scripsit historiam, atq; eum Antuerpię à tyrannide expulsus, venisse Bremam. Atqui non ille expulsus fuit, sed fracto carcere aufugit, alioqui vt relapsus in hæresim, pœnas luitur. Sic isti inuicẽ se ornant mendacijs, vt intelligas omni vera virtute destitutos, nihil in se habere, quod vllam verã laudem mereatur.

Apostata cõbitum.

ANno 1525. Franciscus rex Galliarũ, cùm iam in quartum mensem frustra oppugnasset Papiam, nouis Cęsaribus copijs superuenientibus, prælio decertare coactus est. Cuius is fuit euentus, vt nobilissimis quibusq; Gallorum ducibus & proceribus inter-

interfectis, Rex ipse gnauiter pugnans, viuus in ho-
stium potestatem concesserit. Ea victoria Hispanis
& Germanis effusus tum lætandi materiam præbu-
it, quòd in natalem Caroli Cæsaris diem, qui est D.
Matthiæ sacer, incidisset. Rex in eunte ætate à Ge-
nuua in Hispaniã perducitur à Carolo Lanio, qui
ea calamitate consternatû eius animum, iniicienda
meliori spe erigere nitebatur. Vbi in Hispaniã ven-
tum est, Cæsar cum suû in conspectû venire noluit.
Id verò vsque adeò malè habuit regè sua spe iã de-
iectû, vt in morbum inciderit, qui ei supremâ vite
diè allaturus videretur, nisi eû humanissimus Cæsar
liberali colloquio blandè & amicè cõsolatus, pro-
pedièm dimissurû se recepisset. Erat em̄ Franciscus
magno & excelso animo, atq; vrinãm inter Carolû
Cæsare & ipsu sincera & constans pax & amicitia
cõflari potuisset, meliori certè locohodiè esset res
pub. Christiana. Vterq; enim pr̄nceps & lógè erat
potētissimus, & Catholicę religionis obseruātissi-
mus. Sed haud dubiò peccatis nostris id effectû est,
quòd perpetua ferè inter illos bella extirere.

Carolstadii
primus vxor-
arius sacer-
dos.

Psal. 108.

Luterus pro-
scribi facit
Carolstadi-
um.

Suprà mentionem fecimus Andreę Carolstadij
archidiaconi Vuitenbergensis. Is primus omnium ex
sacerdotum ordine vxorè duxit, scortum dixissem
verius. In illis nuptijs Missa celebrata est, cuius totû
officiu à Luteranis compositum fuit, tale reuerã,
quod vel solû sufficeret ad concitandam Deum
nos indignationè. Meritò de illis dici poterat, qui
eam Missam celebrãrunt, Fiat oratio eorum in pec-
catum. Cùm autem miser ille Carolstadius Vuiten-
bergæ, reuerso è sua Patmo Luterò, non posset sua
somnia liberè in vulgus spargere, obstitète ei Lute-
ro, qui solus volebat præcipuus videri, abiit inde
Orlamûdam ducis Saxonie oppidû, vbi fretus po-
puli fauore, publicè Luterû reprehendit. Id mini-
mè ferens Luterus, radè m̄ fecit vt è tota Saxonie
ducum

ducum ditione profligaretur, licèt paulò antè fur-
mus fuisset Luteri amicus. Et quanuis ipse non mi-
nùs quàm Luterus creparet verbum Dei & purum
Euangelium, tamen cedere compulsus est, & vitam
interim agere miserimam cum sua non vxore, sed
incesta cõ cubina, quæ quidem genere nobilis erat.
Tandèm miser ille hostis sui Luteri opem implora-
re coactus, & eius precibus adiutus, in Saxoniam re-
dijt ea lege, nè quid contra Luterum vel verbo vel
scripto palàm assereret. Scripsit in eum valdè acer-
bè Luterus, & cõcitãtę rusticę seditionis, in qua vl-
tra centum rusticorum millia perièrunt, admodû
eum suspectum reddidit. Scripserat antè in Luterû
Carolstadius, nec omninò sinè precio, quia aureum
nummum ab ipso acceperat. Itaq; huius anni initio
Luterus ei respondit libro, cuius titulum esse vo-
luit, *Contra caelestes prophetas*. Scripserunt verò in Ca-
rolstadiû etiã alij Luterani, & in ijs Vrbanus Re-
gius, de quorum omnium scriptis apostata Oeco-
lampadius in suo Antisyngrammate hoc reddidit te-
stimonium, quòd causam Carolstadij non tam sub-
uerterint, quàm confirmãrunt. Et hoc Oecolamp-
adij testimonium, quanuis hominis infamais, non pa-
rum habet ponderis apud Sacramentarios, licèt Lu-
terum oppugnet.

Huius anni mense Martio Zuinglius libellû edi-
dit de vera & falsa religione, quem etiã nò dubita-
uit in Catholica religione constantissimo Galliarû
regi Francisco dedicare. In p̄fatione eius libelli hæc
leguntur: Diabolus nos tentat per homines obsti-
natos, qui cùm videãt veritatem de cœna Domini
non per se, sed per alios in lucem proferri, more fu-
riosorum criminari alios, & in eos bacchari incipi-
unt: quibus verbis non obscurè Luterum ipsum &
eius propugnatores perstringit, quos sanè disertis
verbis ait à diabolo instigari, & instar furiosorum

Nota testi-
monium sa-
tanæ contra
saxaniam.

Zuinglii de-
dicat librû
regi Chri-
stianissimo
Luterû per-
stringit.

de bacchari &c. Videat iam miseri & ceci homines, quàm meritò Luterum damnarit Catholica Christi Ecclesia, quandò tam malè etiàm proprii discipuli de illo sentiunt. Et tamen Zuinglius nihilo fuit Luterò melior, immò in quibusdam etiàm deterior.

Per hoc tempus idem Zuinglius cum suis xcellesie Tigurinæ ministris & symmystis multùm egit in frequentissimo Tiguri Senatu, vt Missa & Euchari- stia adoratio prorsùs aboleretur. Restitit illis ali- quãdiu vir quidã egregiè catholicus: sed quia plau- sibilis valdè erat Zuinglij doctrina, quæ confessio- nem peccatorum, ieiunia, labores pœnitentiæ, & id genus alia rejiceret, decretum est in Senatu, vt Mis- sa deinceps in perpetuũ exlaret, & vt quidam in- eptus ait, mox secuta est publica totius Ecclesie Ti- gurinæ gratulatio & lætitia: Scilicet lætantur hereti- ci, cum malefecerint, & exultat in rebus pessimis, Catholici haud dubiò cum hæc & id genus alia le- gunt, non possunt aliud quàm gemere & plangere istorum prodigiosam cæcitatem. Lætantur Christi- ani, immò pseudochristiani, ablatã esse Missam, nec videt miseri hoc propriè pertinere ad Antichristũ, cuius organa sunt Turcæ & Tartari, atq; antecurso- res heretici temporum horum. Vt autem Zuinglius in sua hac impietate esset p̄tinacior, scribit se quo- dam somnio admonitũ esse. Itã apud illũ hac in re grauissima permultum habuit momẽti insanientũ cerebri somnium, cum alioqui nihil apud se valere velint nisi scripta diuina. Est autem in hoc somnio id magnoperè obseruandum, quòd Zuinglius ipse palàm affirmat, nescire se an ille admonitor, qui in somnis illi apparuit, ater fuerit an cãdidus. Quæ res argumento est, in rebus grauissimis quàm impiè illi ludant, nec alii cuius pens habeat, vtrum à bono vel malo spiritu haeriant dogmata. Sed itã illud pa- est illos, qui suum iudiciũ totius orbis iudicio an-

Missam Ti- gurinam ab- rogant.

Prou. 2.

Zuinglius somnio inci- tatur ad abrogandam Missam.

tepo.

teponunt. O cæcos duces cæcorum.

Libet hoc loco aliquot cœnæ Dominicæ ritus adscribere, quos isti homunciones è suo cerebro cõ- sinxerũt, vt videat Catholici, quàm nihil isti à sum- ma barbarie discrepẽt. Tiguri, quod est præcipuum Helueticorum oppidum, hic seruatur ritus, omni- bus pijs valdè abominandus: Finita concione, men- sa infertur, & munda mappa infertur: huic impo- nitur canistrum pane azymo plenum, catini quo- què & pocula lignea, (Nihil em̄ hic periculi est, vbi nullus est sanguis Domini, sed vinum solidum) quæ vino implentur. Accedit ad mensam Ecclesie mini- ster cum diaconis, & totum cœtum ad attentionem excitat: mox alter ex diaconis subijcit institutionẽ cœnæ Domini ex Epistola ad Corinthios, (de qua tamẽ institutione & eius ritibus ipse dicit Apostolus eodem loco: Cœtera, cum venero, disponã, rãquam copiosius Corinthijs traditurus cœnæ peragenda ritum, quod isti nolunt aduertere, quia dati sunt in reprobum sensum) alter verò recitat partem capitis sexti Ioãnis. Mox recitato symbolo fidei, pastor vel minister admonet, vt quisque seipsum examinet & exploret, nè indignè accedẽdo, corporis & sangui- nis Domini reus fiat. (Sed quomodò potest esse reus corporis & sanguinis Domini, qui illud reuera nõ accipit? O miseros homunciones.) Postea omnes se in genua demittunt, & pastore præunte, orationẽ Dominicã dicunt. Ea absoluta, pastor accipit panẽ, (& certè nihil aliud quàm panem, quia isti pastores non sunt sacerdotio initiati, aut certè nõ intendũt quòd Ecclesia intendit) & rursus ipse quoquè alta voce recitat institutionem Cœnæ Dominicæ: dein- de panem ministris distribuit, & poculum porrigit, qui panem in catinis, & vinum in cyathis circumfer- runt, & populo exhibent. Quisque in manus sumit quod traditur à ministris: edit, & proxime assidenti

Tigurini vt suam seruẽt cœnam.

I. Cor. I.

M offert

offert partem eius quod accepit, similiter etiã p. culum porrigit. (Mirum, cum isti vsque ad eò time. ant, si vna specie vtantur, non timere illos, nè fortè à vicino morbum Gallicum, aut Pestem, aut al ud ali quid eiusmodi contrahãnt. Certè nunquã illi sic acciperent Corpus & sanguinem Domini, si Ca. tholica Ecclesia hunc modũ prescriberet.) Interim verò dum de hoc nõ Domini, sed factitio (nè quid iam dicam grauius) pane edunt & de poculo bibũt, vnus ex Ecclesie ministris, prælegit ex euãgelio Io. hannis verba Christi ad passionem euntis, incipiẽs à pedum ablutione, quæ quidem cum ibi expres. sum habere videatur Domini mandatum, tamen ab istis prorsus negligitur: porro calix vrgetur, cuius nullum vsquã extat expressum mandatum. Porro verò si catini & pocula ad mensam redeunt, (quod fortè rarò accidit, largiter suauiã vina potantibus fratribus & sororibus Euangelicis) Ecclesia iterũ in genua procumbit, & Deo gratias agit pro bene. ficio redemptionis Christi. Piget hac de re quicquã amplius scribere, cum sit & ridicula & impia, à ma. lesanis & fanaticis cerebris commeta in Catholica Ecclesia contemptum. Et hic quidem ritus Tiguri seruat. Porro in ipso agro Tigurino minister omnia solus recitat, & ad mensam singuli accedũt. Pulchrè nimirũ, quia sic visum est Zuinglio. Basilea verò Oecolampadius summus Zuinglij amicus hũc ser. uauit morem: (vt singuli eant in adiuentionibus suis) Pro suggestu legebat omnia vsq; ad verba cœ. næ, quæ ante mēsam recitabat, mox finita oratione & conuocatione, sequebatur communio. Interim dum communio fieret, plebs psalmos vernacula lin. gua cantabat. Finita communionē, cœtum cum ex. hortatione dimittebat. Immensi operis fuerit, sin. gulorum diuerfos ritus commemorare, quibus po. pulus miserandũ in modum in pugnantissimas opi. niones

Ritus cœ. næ in agro Ti. gurino.

Ritus Bas. leensis.

niones diuisus est, ridentibus interim istis planè dissolis noui Euangelij buccinatoribus, quòd sin. guli habeant suos sectatores, quibus de suo ferè co. gnomine possint ipsi nomen imponere.

Hac tempestate Sueuici aliquot Lutherani docto. res, nempe quatuordecim, Halæ Sueuorum conue. nerunt, & scripto quodam, quod Syngamma dici voluerunt, (author putatur fuisse Ioãnes Brentius insignis Lutheranus) Oecolampadij sententiam da. mnrũt, Lutherani s. Zuinglianũ. Nec se deferit Oe. colampadius, mox Antisyngrammate respondet Sueuis illis. *Quin & Bucerus defertor instituti Do. minicani*) Nam plerique omnes noui Euangelij au. thores & signiferi, apostatæ monachi, & coipso in. fames ac detestabiles fuere) scripsit ad quosdam ex Sueuis illis, vt perpèderent quã parũ deceat eos qui eundem Christum docent, dissidere &c. Sentie. bant facilè apostatæ & defertores illi, ex mutuis his ipsorum dissensionibus pessimum ad omnes mana. re fœtorem, & cupiebãt quidem rem composita, sed præ animi tumore, cum suam, non Christi, glo. riam quærerent, alij alijs nihil concedere voluerũt. Benedictus Deus, qui cum in modum confudit idi. omata constructorum nouæ turris Babylonice. Et licet hoc vno saltem argumento satis superque in. telligi licebat, homines istos non Christi, qui pacis & author & amator est, sed satanæ, qui rex est super omnes filios superbiz, & suos sectatores sui efficit similes, hoc est, pacis & cõcordiæ Catholicæ inimi. cos, spiritu duci, tamen misera plebs lucem euange. licam inuenisse se putans, à Catholica quidem Ec. clesia libenter discessit: sed interim tamẽ nunquã potuit certam vnã aliquam, quam omnes seque. rentur, doctrinam inuenire, sed vt quæq; regio Ger. maniz & vicinarum prouinciarum his vel illis fa. ctionibus deditos accepit concionatores, itã in hæc

Lutherani danant Oe. colampadiũ

Oecolampadius se tuerit.

vel illam cōcessit factionem: adeo vt cō tandem res rediērit, vt multis locis etiā sub eodem testo tot sunt sectæ, quot sunt capita: quod quidem est omnium flagellorum Dei longè acerbissimū. Verū hoc necesse est illis accidere, qui à Catholicæ Ecclesiæ vnitāte discedunt.

Luterus ex-
ecratur Sa-
cramētarios

Libellum Sueuorum, cuius iam meminimus, Ioannes Agricola, tum tēporis Luteri studiosus, verit Germanicè: Luterus eam versionem præfatione probat, simulque testatur, se Sacramentarios planè execrari. Illi præfationi respondit Oecolampadius Germanicè. Si verò Luteri doctrina à Christo manauit, vt & ipse videri voluit, & eius studiosi iactant, cur non habet apud eos pondus hæc eius sententia, qua Sacramētarios execratur? Cur tam multi à Luthero ad Zuinglij castra perfugiunt? Aut si in re tanta errat Luterus, cur nō intelligunt, nō Christi, sed mendacij spiritu eum ad sua scribenda commenta incitatum fuisse?

Scriptū hoc tempore contra Zuinglianos etiā Ioannes Pomeranus excucullatus monachus Epistolam quandam Latinè & Germanicè, Luteri tantus amicus, vt eum Vuitenbergēsis Ecclesiæ pastorem fecerit. Sed tales pastores à suo grege arceat Christus.

Nota, hæc
volūt secta-
ry, vt pos-
sint oppu-
gnare Ec-
clesiam.

Miserunt hac tempestate Argentoratensis Ecclesiæ ministri Euangelici legatum suum ad Luterum, qui cum & suos hortaretur ad concordiam, vt regnum Pontificis Romani coniunctissimis viribus oppugnare possent. (Ita certè ipsi de se scribunt, nec pudet eos tantam sui pectoris vecordiam posteris prodere, qui vel ex hoc solo Romani pontificis odio & infestatione facillè intelligent, eos satanæ satellites fuisse.) Præclarè enim inter alia multa à Diuo Cypriano vetustissimò atque eloquentissimò martyre scriptum est libro primo Epistolæ

Qualet

Quales putas esse eos, qui sacerdotū hostes, & contra Ecclesiam Catholicam rebelles, nec præmonentis Domini comminatione, nec futuri iudicij ultione terrentur? Neque enim aliunde hærefes obortæ sunt, aut nata sunt schismata, quàm indè quod sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Ecclesia ad tēpus sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitur: cui si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersum sacerdotum collegium quicquam moueret: nemo post diuinum iudicium, post populi suffragiū, post cœpiscoporum consensum, iudicē se non iam Episcopi, sed Dei faceret: Nemo dissidio vnitatis Christi Ecclesiam scinderet: nemo sibi placens ac tumēs, seorsum foris hæresin nouam conderet. Hæc quidē ille sanctissimus episcopus: sed hæreticis frustra commemorantur, quippe subuersis, & proprio iudicio condemnatis. Luterus verò nihil Argentinensium ministrorum motus admonitione, è diuerso potius hortatur Zuinglium & Oecolampadium, vt desin-

Nota.

nant animas seducere, planeque affirmat, aut se, aut illos satanæ ministros esse. Indignum putabat Luterus, qui illis cederet, sed expectabat, vt in ipsius sententiam oēs concederēt. Quid interim mētis habebant, qui Luteri doctrinā secuti, nouā de Eucharistia opinionem præferri videbant, idque non sinē Luteri tanquam errantis reprehensione? An non puduit eos tam leuiter à Catholica Ecclesia ad Luterum defecisse, cum viderēt se in summum salutis suæ discrimen hac dogmatum diuersitate coniectos, & quidē intra paucos admodum annos? Felices ergo illos, qui se intra Catholicæ Ecclesiæ vnitatem continuerunt.

Thomas M^{us}

Per hoc tempus extitit quidam Thomas Munzerus p^{ro}byter, homo importunissimus & audacissimus. Is ex scriptis Luteri hausta occasione, multis

zarus russia
corum tu-
multis cior.

Germaniæ locis credulâ nimis & imperitam Ruffi-
corum turbam ad feditiones cõcitauit, & primò in
Clerum, mox in principes inflammavit. Itaque ma-
gnus hoc anno diuersis in locis factus est agreslium
hominum concursus, ad inauspicatam quandam li-
beratam adspirantium, & multa ab eis nefariè &
sceleratè sunt admiffa, per summam crudelitatem
occifo, præter alios nobiles viros, Ludouico comite
Heluefteno, qui in matrimonio habebat Maximilij

200. arces
et monaste-
ria inflan-
mata,

Non dubium quin supremam is tumultus Germa-
niæ & vicinis prouincijs calamitatem fuerit allatu-
rus, ni maturè tam improbi conatus Principum ar-
mis prorsus impediti & elisi fuiffent. Feruntur hoc
in tumultu, vt antè dixi, vltra centum millia Ruffi-
corum in Germania & Lotharingia cecidiffe. Ani-
mauerat plerofque Munzerus, dicens inter alia, se
omnes bombardarum ictus sua manica excepturû.
Sed ille non diù pòst captus est Francufij, & traditû
Ernefto comiti à Mâsfelt in primis catholico, in cu-
ftodia feruandus. Captus est etiã focius eius no-
mine Phiferus, monachus apoftata: sed hic obftina-
to animo permâfit in errore, & fic gladio cefus oc-
cubuit. Munzerus verò fertur ex animo doluiffe,
errores reuocâffe, præmiſſa Confefſione ſub altera
ſpecie Euchariftiam accepiffe, & itã demùm gladio
percuffus, ex hac luce migrauiffe.

Munzerus
reſpiciſcit.

Luterus vbî vidit miſeram turbam armis princi-
pum, quibus iam extrema quæque ceu quidam Py-
thius Apollo minatus erat, horrendum in modum
conciſam & proſtigatã, mox verſo ſtylo, ſcripfit li-
brum in Rufficos, vt ſe principibus vèdicaret nequã
& verſutus homo, qui ſuis peſtilentiſſimis ſcriptis
magnã illi ſeditioni & cedi anſam præbuerat, vt ſa-
cilè poteſt re ipſa doceri. Sanè intra vnum meſem

Scribit in
Rufficos Lu-
ter.

Maium

Maium maiores tum clades cedesque & vastitates
perpeſſa eſt ſuperior Germania, quã bello decen-
nali ab Hiſpanis & Gallis per id tempus Italia.
Vnus Lotharingiæ dux Antonius, in vna Alſatia ſu-
pra 26. millia Rufficorum cecidit. Miſera erat tum
Germaniæ, præſertim ſuperioris, habitudo, cum
ſubditi plerique aut apertam vim in principes in-
tenderent, aut animis clam rebellionem meditare-
tur. Hunc fructum peperit præclarum Luteri Euan-
gelion. Soluti enim religione animi, & ad carnis
quandam libertatem à Lutero vocati, imperia pati
non poterant.

Nec vrbibus decant factioſi homines, qui ſedi-
tiones excitarent in Clerum & ſenatum. Tumultu-
atum eſt atrociter Francophordiæ ad Mœnũ, mox
Mogũtiæ, paulò pòſt etiã non nihil Colonie Agrip-
ping: ſed non impunè tulerunt eorum tumultuum
authores. Colonie certè nullis machinationibus ef-
ficere potuerunt Luterani, vt illic eis liceret publicè
concionari. Quædam aliæ Imperij vrbes, nè ſimilia
à vulgo paterentur, magnis impèſis coacti ſunt cõ-
ſcribere militem, quo ſe aduerſus vim ſeditioſe ple-
bis tuerentur.

Francophordiæ ipſis Paſchatis ferijs duo ex in-
fima plebe, alter ſartor, alter ſutor, ſeditionis ſuè ro-
capita. Primo impetu plebs armata irruit in ce-
nobium Dominicanorum, ſed ea tamen vſa mode-
ratione, vt contenta vino imperioſè poſtulado, ab
omni maleficio, quòd ad direptionem aut vaſtatio-
nem rerum attinet, abſtineret. Vrbis portæ interim
clauſe ſeruabantur. ſeditioſus populus Senatum
loco mouebat, atque totius vrbis imperium &
adminiſtrationem in XXIII. ex plebe delectos
transfererat. Multa ſanè fiebant ab illis inſolent-
ter, & quaſi Dictatores quidam leges promulga-
bant, minas quoque & Clero & Senatui petulantur

Seditiones
oppidanorũ.

Coloniensium
constantia.

Tumultus
Francophor-
diæ.

intentabant. habebant earum rerum authorem Luterum, qui scriptis & verbis suis miseros Germanie homines dementabant. Scripserant Francophordienfes illi ex plebe delecti, capita 47. ex Luteri prodigiosis paradoxis sumpta, eaque pro legibus haberi volebant, que nimis longum est hic recensere. Et vt alios quoque haberet suæ improbitatis complices, ea capita 47. ad Moguntinos & Colonienfes transmiserunt. Moguntia ergo populus transuersim actus æquè vt Francofordienfes, multa procacter egit in clerum, toto triduo, clausis portis, manens in armis. Cogebatur Clerus etiã ad iniquas pacis condiciones descendere, maximè quòd Rustici tumultuâtes, seditionis istorum hominum audaciam auerent: sed non diù post extincta illa agrestium hominum colluic, & Francophordienfium & Moguntinensium temerarij ausus repressi sunt, & in irritum redacta, quecunq; à Clero per vim & seditionem extorserant. Multus supra modum est Sleidanus in recitandis ijs, que Luterus hac tempestate de Rusticorum tumultu scripserit: sed imprudens multa scribit, quæ & Luterum & ipsum pudesciant. Ait Luterum scripsisse principibus, eorum dominatum homines nec posse, nec velle, neque sanè debere ferre diutiùs: negocium hoc plebis in ipsos insurgentis, Deum agere, & bellum eis facere, & impietatis ipsorum pœnam exposcere. An non hoc erat homines in principes armare? an non hoc erat tumultuantium & seditionis hominum factum probare, cuius ait Deum ipsum esse authorem? Et tamen paulò post subiungit Sleidanus scripsisse Luterum, se semper ab initio docuisse modeste, & à seditionibus vehemèter abhorruisse, & horratum esse populum, vt tyrannidem & impiam principum dominationem tolerarent. Quæ hæc, obsecro, amentia est, quòd intra vnâ eandemq; periodu

Item Moguntia.

Sleidanus & se & Luterum pudescit.

tam pugnantia Luterum scripsisse testatur ille Sleidanus, vt & modeste semper docuerit, & nihilo minus Principum imperium vocet tyrannidem & impiam dominationem? Iam rursus post pauca profert Luteri scriptum ad Principes contra Rusticos, aitq; cum clasticum cecinisse & monuisse, vt in eos non secus ac in efferatas beluas impetus promiscuè fiat ab omnibus. Et hic fatetur Luterus, teste Sleidano, se necessariò stylum vertere debuisse. Verùm abeat Sleidanus cum suo Lutero ad solas terras. Vult miser fascinare lectorem, vt foedissimas Luteri antilogias, crassaque mendacia & legat quidem, & tamen non anima duertat. Iam supra dictum est, Luterum appellasse principes nostros, stolidos, furiosos & amètes moriones: & Turcam eis decuplo esse meliorem, multaq; alia petulanter scripsisse in principes. An non hoc erat subditos concitare in principes? An non hoc erat miseris persuadere, vt Turcarum tyrannidem, quæ Cæsaris & principum suorum legitimum imperium, pati mallet? Et interim, si dijs placet, referente Sleidano, non dubitat ille sanguinarius euangelista dicere, se semper docuisse modeste, & à seditionibus vehemèter abhorruisse. Sed quicquid vel Luterus de seipso, vel in Luteri defensionem scribat mendax Sleidanus, hoc vnò certissimum est, Luterum hominem fuisse seditionissimum, & suis nefarijs scriptis & concionibus arma insanæ multitudini suppeditasse in legitimos suos magistratus. Sed nouerat ille accommodare se tempori, & tum quidem, cum tumultus & seditiones suos habituri successus viderentur, minaciter calamum strinxit in principes: cum autem è diuerso temeritatè agrestium hominum vidisset prudentia & viribus principum oppressam, mirabiliter principum factum probauit, & ad perdendos miseros, quibus ipse tantæ nequitia author fuerat, in-

Accomodat se tempori Luterus.

flammauit. Scripserat anno 1523. librum de seculari potestate. Ibi Principes vtp plurimum ait aut maximos esse fatuos, aut deterrimos nebulones, & ab ijs pessima quęq; expectanda esse, parum autem boni iactat vulgum iam fieri intelligentem, & paucos esse principes, qui non habeantur pro fatuis & nebulonibus. Id verò cui nisi Lutero acceptum ferre oportuit? Hanc eius insaniam paulò post in opus conferre conatus est Thomas Munzerus, & ex eius scriptis arrepta ańsa, non instrenuum Luteri se ad ministrum præbuit in concitandis plebibus: & ex multis quidem oppidis principiò repellebatur, è Praga Boëmia, ex Gutterbacho Marchia, ex Zuicania oppido electoris Saxonie, ex Hallis comitatibus Tyrolensis, ex Alsteto, vnde eum Luterus ipse fecit expelli, licet ei harum molitionum ingentem materiam exhibuisset: immò apud Saxonie electorem eum initio excusasset ac defendisset, sperans rem ei ex sententia cessuram. Verba Munzeri ad Rusticos scripta, facillè declarant, quem secutus fuerit: Nolite, ait, diutius adulari peruersis fatuis, impijs nebulonibus: Incipite, & bellate bellum domini: tempus est valdè &c. An non etiã Luterus vocauit principes fatuos & nebulones? Vastabat Münsterus cum Rusticis templa & monasteria, profligabat monachos, conculcabat sacramenta, pluraq; id genus flagitia designabat. Sed num eadem aut non docuit Luterus, aut non faciunt Luterani & sectarij dogmatistæ? A Lutero igitur in vrbes, in pagos dimanarunt seditiones & tumultus: ille suis scriptis classicum cecinit, atque innum erabilium malorum præcipuus author fuit.

Luterus nuptias celebrat in summo Germanie luctu.

Hoc ipso verò anno in tato Germanie luctu, tanta reru oium perturbatione, inaudita calamitate, idè ipse Luterus quada Erynni percitus, iucundissimas celebravit nuptias, iuncta sibi virgine sanctimomiali,

vt tan-

vt tandem toto orbi terrarum hoc terribimo facinore testatum efficeret, quid iam pridè animo concupiuisset ac destinauisset. Proh pudor, sacrę Theologie Doctorem, publicè professum perpetuã continentiam, paupertatem, obedientiã, & iam pridè sacerdotio initiatũ, ausum esse in tantã prauere impudentiam & turpitudinẽ, vt quod nullę sanę mētis & in catholica religione benè institutę, vel solo auditu ferre queãt, id ille miser ac deploratè apostata monachus, factò & opere perpetrare nõ dubitãrit. Eant iam cũ suo Euãgelista Luterani, & quotquot ab ecclesia Catholica desciuerũt: certè vel hoc solo nomine apud oẽm posteritatẽ sempiternę ignominie notam sibi sentient inustam, q̃ tam nefariũ hominem sequi non piguerit. Certè oportuit omnem omninò mentem & sensum perdidisse, qui tantum scelus videre non potuerunt. Superiorum temporum heretici plerique omnes solebant tamen quãdam præ se ferre morum honestatem & vitę sanctimoniam: at Luterus tum sibi ipsi, tum alijs omnibus ad omnem turpitudinẽ laxauit habenas, nec quicquam voluit non licere, quod animis collibuisse. Extant plurima eius scripta, extant terribissima eius facinora, quibus hæc possunt liquidò demonstrari. Et interim tamen, licet reclamante conscientia, talem ducem innumeri sequuntur, quidlibet illo facillè permittente, modò adsit fides, quam solam ille prædicauit ad salutem sufficere. Ecclesie & Põtificum decreta, ieiunia, preces, vigilias, & denique bona omnia floccipendit: immò ausus est scribere, opus bonum optimè factum, veniale peccatum esse secundum misericordiam Dei, sed mortale peccatum secundum iudicium Dei: & multa alia his absurdiora, quę prorsus damnat Catholica fides. Est profectò multa admiratione dignissimum, quòd cum Luterus iactaret se nunc demum Germanie ipsissi-

In assertiõ.
Artic. 32.

ipfiffimam Euágelij lucem intuliffe, qua illa tot feculis caruiffet, & interim excuffio cucullo, proculcato continentia voto, fpreta omni diuino & humano iure, publicè fibi iungeret virginem æquè Deo dicatam, non folùm non effe homines eo terribiliffimo facinore offenfos, fed etiàm præclare cuiusdam virtutis & infignis Euangelici exempli loco habuiffe, quod innumeri poftèa tum facris initiati, tum monafticè profelfi vtriusque sexùs homines cum multa mortalium laude & applaufu imitarentur. Quis tantam hominum cæcitatem vel admirari pro dignitate fufficiat? Olim quidè ætate D. Hieronymi Romæ quidam extitit Iouinianus, quem monachum fuiffe Auguftinus fcribit: Is aufus fuit docere, eodem Auguftino teftè, virginitatè fanctimonialium, & continentiam sexùs virilis in fanctis eligentibus cælibem vitam, coniugiorù caftrorum atque fidelium meritis parem effe, non maiorem. Adhibebat huic paradoxo adftrucendo fcripturas, fed, vt folent hæretici, perperam intellectas. Verùm eius infania vel hærelis, vt eam vocat Auguftinus, citò oppreffa eft & extinéta, nec vsq; ad deceptio-nem aliquorum facerdotù potuit peruenire. Erant tamen lafciuuètes quedam virgines factæ, & quidè prouectæ iam ætatis, quæ iftis carni plaufibilis vocabibus illectæ, uiris nupferunt: ipfe verò nec habuit, nec habere voluit uxorem. Hoc infanum & temulenti cerebri dogma tum temporis nullos è clero permouere potuit, vt illud amplecterentur: facile enim erat videre eius abfurditatem. At noftro infeliciffimo feculo Luterus lògè in ftudiù còtinentiæ iniquor, palamq; oēs etiàm deo facratos hojès ad coniugiù inuitans, & fpurciffimè libi dini laxas habenas, tam multos nullo negotio inuenit fuæ impietatis approbatores, vt finè horrore dici aut cogitari vix queat, Scripfit in Iouinianù Hieronymus li.

De hærefibus, ad Quoduult-deum, 82.

libros duos, quibus illum grauiffimè confutauit: fed Luterus iam totus datus in reprobum fenfum, illius fcriptis nihil moueri potuit, quibus tamè tunc temporis permultos dubium non eft in fana fide fanctoq; còtinentiæ propofito fuiffe confirmatos. Sed veriffimè dicit fcriptura: Considera opera dei, Eccles. 7. quòd nemo poffit corrigere, quem ille depexerit. Non eft mirum valdè, qd Luterus hucusquè impudentiæ & impietatis progressus eft: fed quòd habuit tam multos tantæ nequitia approbatores, & qui tam immaniter prolapfum, nihilo minù tanq; Chrifti apoftolum quendam fufpicerent & venerarentur, id omnem vincit admirationem. Habebant quondam ethnici fuas virgines Veftales, è quibus fi qua rem cum viro habuiffet, viua mergebatur in foueam, humoq; obruta extinguebatur. Luterus tantæ turpitudinis etiàm fummam reportat laudè. O tempora, ô mores. Quis iam dubitet in hæc tempora vel maxime quadrare illud Efaia: Dilatauit infernus animâ fuam, & aperuit os fuum abfq; vllò termino? Quid iam difficile erit perfuadere hominibus grati huius, fi nefandum apoftatæ monachi inceftum, & facrilegum concubitum nõ alio quàm caftiffimi & fanctiffimi matrimonij loco habendù cenfuere, perfuafi ab illo ipfo, qui tam immani fe scelere obftrenerat? Quid fupereft, niſi vt in Mahometis tranſeamus disciplinam egregiè Epicuream, & abfurdiffimas Alcorani eius nænias & putidiffima deliramenta complectamur? Et certè huc tendit ipfiffimus totius Luterani euangelij fcopus. Quòd tam multos habuit Luterus feftatores, non alia ratio eft, qd ea docuit, quæ carni & fanguini, q natura vitij deprauatæ cum primis arriderent. Idè fecit & Mahometi fceleratiffimus, atq; ea caufa tâ longè & latè eius licèt dementiſſima ſuperſtitio pagata eſt, Chriſti Euangelium ad arctam viam, ad agendam

Efa. 5.

Matt. 7.

agendam pœnitentiam nos reuocat. Scripsit Luterus Epistolam quandam, quam voluit dici, Fidelem admonitionem ad omnes Christianos &c. In ea sic ait: Vide vt exerceas sanctum Euangelium: doce, loquere, scribe & prædica, quomodo leges humanæ nihil sunt: prohibe & dissuade, nè quis fiat sacerdos, monachus aut monialis, & quisquis in eo statu sit, vt exeat &c. Tollit leges humanas oēs: quid furibus, latronibus, adulteris possit dici iucundius? Tollit sacerdotium, tollit omne continentis vitæ studium: quid hoc aliud est, quàm Edes, bibe, lude, post mortem nulla voluptas? His ille paradoxis creuit, & perdidit turbam nimis credulam, Vult, vt qui in monastica vita sunt, indè discedant. Sed quid fiet de votis Deo nuncupatis? Ea nullius vult esse ponderis. Sed reclamatione scriptura diuina, reclamatione Patres omnes, reclamatione totius orbis perpetuus consensus, denique ratio ipsa reclamatione. Sed Luterus vni sibi plus vult tribui, quàm his omnibus. Atque nos vel vnum Augustinum libentius audimus, quàm mille Luterus. Is ergo sic ait: Quod cuiquam, antequàm vouisset, licebat, cum id se nunquam facturum vouerit, non licebit: si tamen id vouerit, quod vouendum fuit, sicut est perpetua virginitas, vel continentia post experta connubia &c. Hæc, inquit, & si qua alia sunt, quæ rectissime vouentur, cum homines vouerint, nulla conditio. ne rûpenda sunt, quæ sine vlla conditione vouerit: quia & hoc Dominum præcepisse intelligendum est vbi legitur, Vouete & reddite Domino Deo vestro. Vndè Apostolus de quibusdam quæ continentiam vouent, & postea nubere volunt, quod eis, antequàm vouissent, vtiq; licebat, Habentes, inquit, damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt, Hæc Augustinus, cui Patres omnes & tota Christiana Ecclesia subscribit, Eat sanè Luterus, & tum sibi, tunc

De adulterinis coniugijs lib. 1. cap. 24.

Psal. 75.

1. Tim. 5.

alij, quantum vult, imponat: nos vilem apostatam non audimus.

Eodem anno scripsit ter execrandum libellum hoc titulo, *De abominatione Canonis Missæ*. Mirum profecto est, illum hominem diu admodum in Catholica religione benè institutum, ad tantam impietatem deuolui potuisse. Ergo quæ stat, videat nè cadat, Væ omni superbo, quia proximus ruinæ est. Quid verò tremendis illis Missæ mysterijs & sacro Canone habet Ecclesia sacratius? Sed ille insanus amplissima Antichristicæ vastitati itinera præparabat. Edidit etiam Sapidus quidam Argentoratensis peccatoribus Carmina sanè quàm horrenda in Missam non verbis, sed verberibus & flammis vindicanda: quæ doctissimus vir Arnoldus Vesaliens, postea Canonicus Maioris ædis Colonienfis, in Missæ laudè mira dexteritate conuertit. Accessit his blasphemijs Dialogus quidam Teutonicus de ægritudine & obitu Missæ, vt totum suum virus malus dæmón per administratos suos in tremenda Missæ mysteria euomeret. Sed certum habeat Germania & reliquæ nationes, quæ id genus blasphemijs delectantur, prepotentem Deum tantas suæ maiestatis iniurias feruerrimè haud dubiè vindicaturum, vti etiam egregiè non semel hæctenus vltus est.

Per id tempus scripsit Luterus etiam Liouonibus, itemque Duci Sabaudia, qui hominis nefarij fucos faciliè contempsit. Scripsit etiam ad Antuerpienses, item ad Christianos qui sunt in Hollandia, Brabantia & Flándria. Iohânes Pomeranus scripsit epistolam ad sanctos in Anglia. Faciebant hoc illi, vt sua dogmata latissimè propagarent, & de sectæ suæ incrementis gloriari possent apud Germanos. Eo libello, quo Principes hortabatur Luterus, vt Rusticos seuerè punirent, multos offendit, quod nimium atrox & sanguinari⁹ esse videret. Id vbi ille præcepit,

ter-

tertium de rusticis libellum edidit, in quo ait, illos quoque pro seditiosis habendos esse, qui priorem libellum suum seuitig in simulent, aut qui vlla erga caesos rusticos commiseratione moueantur: & etiam vetuit ne quisquam muslaret contra, alioqui capite plectendus: rectum enim ait permanere oportere, quicquid ipse & doceret, & scriberet, etiam si totus mundus ea causa dirumperetur. Quid vero possit vel ab ipso Lucifero dici arrogantius? Et ubi sunt tam crebrae antilogiae, tam repentinae & frequentes dogmatum mutationes? Certè si Rusticorum conatus suos habuissent successus, nemo ab illis stetit magis quàm Luterus: mutata fortuna, Luterus stylum quoque mutauit. Antea scripserat in sua illa falsa exhortatione ad pacem, qua potius rusticorum furorem acuebat: Non sunt Rustici, ait, boni Domini, (loquens Principibus) qui se vobis opponunt: Deus ipse est, qui se opponit vobis, ad vitandam vestram tyrannidem &c. At rusticis succumbentibus, Tam mira, ait mox in alio libello, sunt nunc tempora, vt princeps aliquis magis iam fundendo sanguine caelum promereri queat, quam alij precando &c. O monstrum, in tot repente formas mutatum.

*Caroli V.
nuptia.*

*Albertus
Brandenburgicus ducit
uxorem.*

Huius ipsius anni mense Aprili Carolus Caesar uxorem duxit Isabelam regis Lusitaniae filiam.

Eodem anno Albertus Brandenburgicus 34. Magister ordinis Teutonicorum, Luteri dogma complexus, duxit uxorem Dorotheam regis Danorum filiam, & Magistri nomē in Ducis mutauit. Illis rebus totum in se concitauit Ordinem, qui ei Vualterum Cronbergium suffecit. Regis Poloniae hodie beneficiarij sunt Prussiae duces, cum superiorum temporum Magistri Ordinis teutonici, cum regibus Poloniae multa saepe bella gesserint, & Prusiam ipsam è manibus infidelium suis armis vindicauerint, cum

ea regio etiamnum daemonum cultui esset addicta.

ANno 1526. cum iam Lutherus perniciosis scriptis suis non solum vulgus, sed etiam plebrosque optimates & nobiles in antiquae religionis & cleri odium commouisset, animis iam in diuersa distractis, nemo Germaniae principum opem tulit Ludouico Pannoniae regi, cui Turca infestissimus imminebat. Interim quoque in Italia non decrant, quibus Caroli Caesaris potentia iam formidolosa esset ob Galliae regem captum, & mox certis conditionibus foederatum. Ita ubique Christiana Respub. tum bellis intestinis, tum exitiosis dogmatibus laborabat. Neque id fugiebat Turca, in omnem rei bene gerendae, & Christianis quam maximè nocendi occasionem semper intentum. Atque is tum bellum indixit Ludouico Pannoniae iuueni regi, & bellicis artibus propter aetatem non satis instructo. Nobilitas Hungarica plus aequo visa est Turcarum exercitum paruipendere, quippe quae Ottomanorum regum castra necdum viderat vnquam.

*Turca indixit
bellum
Pannoniae
regi.*

Tandem aegre 25. millibus peditum & equitum coactis, magna temeritate iterum est obuiam Turcis, quorum octuplo maiores erant copiae. Vbi ad pugnam ventum est, nullo negotio Turcae Christianos protruerunt, ita vt & rex ipse, cum sibi fuga salutē querere velleret, lapsus in paludem, suffocatus sit, vnde tamen eius cadauer postea integrum extractum, apud Albam regalem regio funere tumulatum est. Solimanus hac victoria potius, & incredibili tormentorum aencorum copia auctus ac locupletatus, fertur risisse Hungarorum temeritatem, quod non maluissent retrocedere, quam cum tanto exercitu manus conferere. Maria Ludouici coniunx, Caroli Imperatoris soror, aegre ex hostium manibus dilapsa, Viennam profugit. Solimanus Buda occupata, arcem inuisit, eamque mirifice laudauit, nec quicquam

*Ludovicus
rex occubuit.*

*Ferdinandus
fuit Hun-
gariae rex.*

quam inde abstulit, nisi statuas aeneas tres ingētes, quae Matthiae regis fuerant. In locum regis Ludouici primū à Bohemis, inde ab Hungaris electus est Ferdinandus, optimus & Christianissimus princeps, Caroli Caesaris germanus frater. Sed nē quid deesset ad supremam regni Hūgarici cladem & excidium, à quibusdam Pannoniae rex electus est Ciliae comes Iohannes Vaiuoda, qui non cessauit legitimum regem Ferdinādum multis exagitare modis, donē tandem Hungaria tota ferē concessit in ditionem Turcarum, itā vt meritō dici possit, illius barbari hostis vires non nisi intestinis Christianorum bellis, odijs & simulatibus creuisse: quod est quidē certē miserabile, & lachrymis potius quā verbis prosequendum. Vt verō etiā in Germaniā paratior esset Turcis via, Luterus strenuā nauabatur operam, vt seditionis euulgandis scriptis subditos in magistratum, & principes ciuiles in Clerum cōcitaret. Sentiens verō se apud quosdam principes nihil promouisse neque minis, neque cōuicijs, neque tumultibus excitandis, ad blāditiās se cōtulit. Dux Saxoniae Georgius, immortalī dignissimus memoria, ditionem suā à Luteri dogmatibus egregiē tutatus est. Hunc Luterus calumnijs & conuicijs iam antē prosciderat, sed frustrā. Itaq; hoc anno scripsit ei literas blandissimas, & quae reuera etiā constantem animum non nihil emolliturā viderētur: adeo ille importunus & turbulentus homo, blādē & simulata religioe egit apud illum principem. Verū tale ab eo tulit responsum, quali apostata dignus fuit. Vtinām pleriq; Germaniae proceres, eadē fuissent vti constantia: meliūs profecto rebus tum priuatis, tum publicis consulissent. Inter alia, haec quoq; scripsit princeps ille longē optimus Luterus: Affirmare possumus, euangelium tuum nobis magno operē curę non esse, quod orbis Christiani capi-

*Luterus
vertitur ad
adulationes*

ta illud reprobārint. Id vnum dedimus operam, vt pro virili caueremus, nē à nostris reciperetur. In causa sunt mali fructus inde profecti. Nam neque tu, neque quisquam alius verē dicere potest, ex tua doctrina quicquam aliud enatum esse, nisi blasphemias in sacrosanctam eucharistiam, in sanctissimam Dei genitricem, in sanctos omnes. Ex tua festatorumq; tuorum doctrina omnes iam olim damnatę hereses renascuntur, omnis Dei cultus honestus aboletur. Quando vnq; tot facta sunt sacrilegia Deo dicatorum hominum, quot sub tuo Euangelio? Quando crebriores in magistratus exitirē rebelliones, quā ex tuo Euangelio? Quando tot sacrarum aedium expilationes, tot furta ac rapinae visae sunt? Quo vnquam tempore tot habuit Vuittenberga excucullatos monachos & moniales, atq; hodie? Quando maritis ablatae sunt vxores, alijsq; traditae, quemadmodū tuum habet euangelium? Quando tam numerosa perpetrata sunt adulteria, quā posteaq; tu scribere non dubitasti: Si mulier ē viro suo concipere nequeat, vt ad alium se transferat, à quo possit fecundari, & maritus prole inde natam alere teneatur: itidemq; vir faciat? Haec & multa alia princeps ille celeberrimus scripsit Luterus, eius nefandas turpitudines illi statuens ob oculos, si fortē posset reduci in viam. Sleidanus haec ex odio illum scripsisse mentitur impudenter.

Luterus eam passus repulsam apud ducem Germaniam, literas scripsit ad Archiepiscopum Moguntinum, Marchionis Brādeburgen fratrem. Hortabatur eum, vt episcopatus suos in ciuiles principatus mutaret, & ducta vxore ceteris episcopis tam p̄claro exēplo cōtinentiae p̄luceret. Quid em̄ aliud suaderet Epicureus apostata, q̄ quod ipse maximē appetisset? Volebat omnes Veneri se deuouere, cui ipse erat deuotissimus, cum Christus ipse suū Euā-

*Luterus
scribit
Episcopo
Moguntino.*

gelium ab agenda pœnitētia auspicatus sit. Sed has literas licet typis excufas, nō est dignatus princeps ille vllō respōfo. Sciebat enim etiā apud Græcos ne sacerdotib⁹ quidē, multō verō min⁹ episcopis, licere vxores ducere, postq̄ sacerdotio inuitati sunt.

Hic quoq; Luterus spe frustratus sua, regē Angliæ sibi tentandū suscepit, quem antea contumeliosissimē tractārat. Duo Angli Apostatæ summopere in eam curam incumbēbant, vt totum regnū Angliæ vel inuito rege ad Luteri dogmata traduceretur. Hi iam curabant Coloniae versionem noui Testamēti à Lutero editā, in Anglorū idioma trāslatam, typis excudi, sed quorundā bonorū viroſū opa res ad amplissimū Senatū Coloniciū delata est, qui mox p̄hibuit typographis, nē in eo excudēdo opere p̄gerent. Regi quoq; Anglorū & regni proceribus idē significatū est, quod multū retardauit illorū conatus apostatarū. Porro ipse rex Angliæ respōdit Lutero egregiē, spretis eius sctitijs bladij: quibus in literis inter cætera impropertat eim.

Angliæ inſtituantur hæretici.

Virgines vestales olim vt punita.

cestas nuptias cum virgine Deo dicata contractas. Olim apud ethnicos virgines Vestales, si de stupro fuissent conuictæ, viuæ humo obruebantur, & constuprator verberibus ad mortē vsq; multabatur. At nunc apud Christianos Luterus & multi alij deſertores mōachi & moniales, impunē totos se macipant turpissimē libidini, mundo illis applaudēt, & inexpiabile scelus, nisi respiscāt, etiā rectē factis p̄cipuo ferē loco numerante. Sed de his supra dictū est, quanquā nunquā satis dici potest.

Comitia Spira.

Hoc anno habita sunt Comitia Spira: vbi quidē principes Luterizātes, petierūt sibi tēplum aliquod permitti, vbi suo more sacris & concionibus interessent. Sed fortissimē se opposuit Episcopus Spirici Georgius, Bauarię princeps & Comes Palatin⁹ generis. Itaq; in atrijs hospitiorū suorū iusserunt su-

os concionatores q̄tidie verbū facere ad populum, Catholicis principib⁹ ob tēporū iniquitatē ad multa cōnuentibus. Olīm tēporib⁹ Archadij Imperatoris, Gainas dux Romanę militię petijt ab eodem principe, intra Cōstantinopolim sibi succē, sectæ sacerdotibus (erat aut Arrianus) templū vnū cōcedi. Archadius rē ad Ioannē Chrysolomū ei⁹ vrbis episcopū retulit. Is modis oibus se opposuit, dicēs inter cetera: Nō oportet principē quocūq; cōtra deū audere, si quidē vera pietas illi curę est, sed potius bñ constitutas leges seruare, eā p̄ferim, q̄ cōtra hęc

Luterus in reses lata est. Circa huius anni initū Lutero quadā ad Reutlingenē data Epistola, in Zuingliū & Oecolampadiū.

Urbano Regius quadā Epistolā contra Zuinglij sententiā. Eduuersō Zuinglius quoq; Luteranis nō fuit mutus: q̄ n etiā Martinus Bucer⁹ apostata Dñi canus scripto quodā edito, aduersus Brentiū Luteranū se tuet. De hoc Bucero graues viri narrare solent, q̄ initio ferē huius noui Evangelij ad Luterū se contulerit, atq; ab eo petierit alicubi collocari, vbi posset nouo Euāgelio strenuā nauare operam. Porro Luterus ab eo sciscitatus sit, num hac in re tranquilla frueretur consciētia: Ille verō respōderit, se quidē nondū posse pectoris pace frui, testate consciētia saniorē esse Catholicorū q̄ nouam hanc doctrinā: tum autē Luterus dixerit, Si sic res habētur, nondū mihi es idoneus. Abi igitur & pugna contra hanc consciētiā, donc ea prorsus consulescat, & tunc mihi eris commodus administer. Id verō Bucerus fecerit, & ad Luterum reuersus, dixerit se iam omnem consciētiæ aculeum prorsus repressisse, paratum q; esse deinceps & viuere & mori in nouo Evangelio: sicque Luterus eum, tanquā inprimis aptum suæ doctrinę propagandæ hominem, alicubi ecclesiasten effecerit. Fuit enim Bucer⁹

Zuinglius respondet.

*Bucerus
Zuinglianus.*

non parum doctus, & præterea ingenio ad simulandum & dissimulandum egregie cõposito: q̄ tñ Zuinglij potius q̄ Luteri dogma de Eucharistia cõplex est aliquãdiu, sed postea in Luteri gratiã ferã à Zuinglio ad Luterũ defecisse, Multis annis Argentorati egit concionatore, tandem mortuus in Anglia, & morte sanè horrenda, vt sparsit rumor, licet hic nihil ausim pro certo affirmare, quo mortis genere obièrit. Non est autem incredibile, q̄ cõtra suã sit luctatus cõscientiã, cum idè de se quoq; Luterus fateatur: nec tam stupidus fuit Bucerus, qn̄ facile animaduerneret non posse gratã esse Deo eam doctri-
nam, q̄ cũ Catholicã Ecclesiã doctrina è diametro pugnaret. Nec tñ verisimile est, cõscientiã auleum eius pectus deinceps minimè pupugisse: sed id genẽ deplorati homines contènunt nõ modò conscientiam, sed & Deũ ipsum, dicente scriptura: Impius, cum in p̄fundũ venerit peccatorũ, cõtemnit. Ediderat anno 1524. Ioãnes Pomeranus commentarios in Psalms. His suas cõmendatitias Præfationes p̄fixerant Luterus & Melãchthon. Itaq; rapiebantur illi commentarij à studiosis. Cernens hoc Bucerus, audax facinus aggressus est. Vt enim hominibus p̄suaderet, scholam Vuittenbergẽ cum Sacramentarijs cõsentire, illos Cõmentarios vertit, & mox in Psal. 3. contra apertissimã authoris sententiã, quã p̄cedente Psalmo benè cõuerterat, verba corripit, vt Zuinglianisãm sapere viderentur. Eam hominis p̄fidiam Pomeranus ipse hoc anno 26. datis ad Brẽtium & Ioannẽ Agricolã literis accusauit. Vt autẽ literis spargeretur rumor, Vuittenbergẽ subscribare Zuinglianis, sacramentarij Buceri versione mox Latine reddiderunt, atq; logè lateq; disperferunt. Et certè illa fraude & dolo effecit Bucerus, vt Zuinglij & Oecolãpadius palã editis scriptis iactaret, Luterũ cũ suis Vuittebergicis stare à Sacramentarijs. Eoĩ

Pro. 18.

artificio Bucerus vsus est in vertendis Luteri commentarijs in epistolã ad Hebræos, quẽadmodũ Luterus ipse apud typographũ p̄ epistolã conquestus est. Volebat em̄ vir euangelic⁹ pro suo candore ea quoq; versioẽ efficere, vt Luterus ad Zuinglij castra trãfugisse videret. Quod si verò tales tamq; nefarias fraudes illi exercet in eorũ vertendis libris, qui etiãnum viuunt, cogitet pius Lector, quid in Patrũ vertendis scriptis, vel etiã citandis & edendis faciãt.

Hoc tempore Cõradus Pellicanus, qui ex Franciscano factus erat Zuinglanus, & quĩq; Erasmi Roterodami confessionẽ audièrat, cum adhuc Basileę monachus esset, Tiguri cœpit de Erasmo eiusmodi apud amicos suos spargere sermones, qui Erasmi de Zuinglianismo suspectum redderent. Eam calumniã multis modis Erasmus à se conatus est depellere. Sed & alius quidã Zuinglianus, Leo Iudę dictus, Germanicũ libellũ edidit tacito suo nomine, quo docere voluit Erasmi & Luterũ quãdoq; idè cum Zuinglio sensisse. Hoc Erasmus tulit molestissimè, licet suis incautis scriptis non paruã fortassis occasione dederit talia de ipso existimandi, Nõ tñ potuerunt eum Zuingliani vnq; in suã p̄trahere sententiam, licet Basileę diũ vixerit, vbi cum primis videret Zuinglianismus. Scripsit autẽ hoc anno epistolam ad Heluetios, qui in Badesẽ disputatione conuenerant, qua se ab hac suspitione purgat, At tamẽ reprehendendus est, q̄ non scripserit in Zuinglianos eo zelo & ardore, quem res tanta flagitabat.

Per hoc ferè tẽpus Zuinglius scribit Norinbergẽ Luteranis, docēs Luteranorum de Eucharistia opinionem nouam esse, & cum sacris literis pugnantem, suã verò à Christo ipso & c. traditam. E diuerso scribunt de Zuinglio Luterani: & tñ non videt homines ab istis nebulonib⁹ euersi, q̄ isthęc pugna arguat noui huius Euangelij vanitatẽ. Iurè ergo per-

*Conradus
Pellicanus
Erasmi
traducit.*

*Erasmus se
purgat.*

*Zuinglius
damnat Luteranos.*

*Nota Zuinglij de Luteri
ro censurâ.*

*Disputatio
Badens.*

*Antilogia
Zuinglij.*

eunt, qui aperti oculis nihil videre volũt. Scripfit etiã Zuinglius Germanicè Epistolâ ad Esslinges, qua acerrimis verborũ flagellis cedit Luterũ & Luteranos, q̄s Suermeros, furiosos & fanaticos vocat.

Hoc ipso anno disputatum est Badenæ in Heluetijs à Catholicis & Sacramentarijs. Venerunt eò Catholici primi nominis Theologi, Iohannes Faber, Eckius, & Thomas Murnerus. Zuinglius nullâ fide publica adduci potuit vt veniret. Oecolampadius adfuit. Ea disputatio hunc habuit euentum, q̄ Heluciorum Pagi omnes, demptis Tigrinis, in Catholica religione sibi permanẽdum statuerunt, neq; nouum vllum dogma intra fines suos admittendum. Fuit hoc sub finem Iunij. Iohannes Faber p̄ multas collegerat ex Zuinglij scriptis antilogias, quibus ille fœdissimè & secum ipse pugnavit, & suã Luteriq; doctrinam destruxit. Eas obiecturus fuerat Zuinglio, sed ille mãsit domi. Hac verò ratioe, qua tum Luterus, tum Zuinglius & pleriq; omnes hæretici horum temporum, euidentissimè docent scripsisse multa inter se pugnantia, efficacissimè & ineluctabiliter euinci & probari potest, ipsorũ dogmata non Spiritum sanctum, sed mendaciã parentem diabolum habere authorem. Et hic necesse est, vt pudesiant & obmutescant quicunque eorũ dogmata sequi & tueri volunt, cum nulla res certius indicet doctrinẽ falsitatem, quã si ea varia sit & inconstans, nec semper sui similis. Quis enim vel in prophanis & parui momenti rebus fidem commo- dare velit ei, qui de vna eademq; re modò aiat, modò neget? iam probet, paulò post improbet? Atque vel hoc solo nomine iustissimè damnabuntur, q̄ quot ab Ecclesia Catholica, q̄ toto orbe vnũ atque idem docet, ad hæreticos etiã à seipsis turpissimè discrepantes, deficere non dubitãrunt.

Hoc anno rex Franciã Franciscus ex Hispanijs

dimissus, domum redijt. Et quia Italis aliquot proceribus suspecta fuit concordia inter Carolum Cæsarem & ipsum inita, vndiq̄ legatos gratulatum miserunt ad regem liberatũ restitutum, & Clemens Pontifex atque Veneti, adiuncto Britannia regẽ Henrico, ad mutuam securitatem noua cum Francisco rege fœdera percussierunt, quibus paratis vndiq̄ copijs, Cæsari totius (vt ferebatur) Italiẽ imperiũ affectanti obuiã iretur. Sed quã falsus hic de affectato Italiẽ impio fuerit rumor, res ipsa postmodũ declarauit, quando Cæsar Francisco fœderis incredibili liberalitate Mediolanenũ ducatu restituit. Franciscus rex, licet duos pro se filios Franciscum & Henricum dedisset obsides, & nisi pacta seruaret, quod captiuum se denuò sisteret, esset pollicitus, tamen in eo fœdere cum Carolo isto non permanst. Indè mox nouis bellis arsit Italia, Turcis interim ociosè satis in Hungaria omnia vastantibus, & Christianorũ temeritatem ridẽtibus: porro in Germania hæresibus magna ex hac occasione capientibus incrementa, cum Catholicis principes, intestinis bellis impediti, non tam possent quã velent eas opprimere.

ANno 1527. Pontifex Clemens flexu humanissimis Carolo Cæsaris literis, adueniẽte in urbem Carolo Lanio Cæsaris duce, in quo summa tũ erat belli & pacis authoritas, Cæsari conciliat, & inter eos nouũ fœdus pcutitur, ea cõditione, vt Lanio Borboniũ principẽ ab Urbis Romæ direptione auerteret. Iam ibat Lanio ad Borboniũ cũ multis Germanorũ & Hispanorũ copijs ad urbẽ p̄ficiscentem, sed nihil efficere apud Borboniũ potuit, militib; pacẽ abnuẽtibus, & romanẽ p̄dẽ inhiantibus. Erant em̄ inter Germanos nõ pauci Luterae factionis, quibus Pontificis nomẽ maximè iniuisum esset. Ventum est ad urbem cõmeatu & tor-

*urbis Romæ
direptio.*

mētis vacuum, pridē Nonas Maij. Dux Borbonius dum mœnibus scalam admouet, in ipso vrbis limine per inguen dextri femoris glâde traiectus occubuit. At milites eius morte nihil absteriti, statim scalis appositis, Clemēte pōtifice exterrito, & egre se in molem Adriani, vulgō Castellum S. Angeli, recipiēte cum suis, Leoninē primūm vrbis, quā Burgum vocant, loca humilia superant, & obuiam multitudinem facilē reiciunt. Ibi tum horrenda cædet miserorū, abiectis armis frustra mortē deprecantiss, à Germanis & Hispanis edita est, itā vt barbarica quādā immanitate etiā in ipsa D. Petri sanctissima æde, ad eōs; ad aras eius templi & monumēta veneranda S. Apostolorum aliorumq; diuorū, permultū sanguinis solum sit, directis tēpli ornamenti, omnibusq; sacratis vasis. Ea Vrbs parte vastata, magnam (vt vocant) Romam, transcensit inter Aureliam & Septimianā portam vetustate collapsis mœnibus, irrūpuit, in eaq; cū cœa auaritiē & crudelitatis exēpla passim edunt, arcem circumfident, & nē quā detur vllum Pontifici effugiū, per ductis fossis circumuallant. Nulla apud ferocē & partim Luterana peste infectū militem, sacri prophaniq; fuit distantia, omnibus in prædā vsurpatis; nemini omnino eius vrbs incolæ, siue is Italus, siue Germanus, siue etiā Hispanus esset, parcitum est; plerique summis affectu cruciatibus, in tormētis expirarunt: nec paucos contigit bis ab hostibus captos, & tortos atrociter, modō à Germanis, modō ab Hispanis, rebus omnibus exui, & vix vitam solā ære alieno redimere. Sauium est horrendū in modum in sacros calices, in vasa & arculas sanctissimas, quas abiecta sacrosancta Eucharistia insanus miles rapiebat: in sacras vestes, quibus mira exercebant ludibria: in diuorum reliquias, deniq; in virgines Deo dicatas, quibus ad suam libidinem turpissimē abutebātur. Atque hæc quidem

*Seditiam
litum.*

*Obsidetur
pontifex.*

quidem omnia insciente & inuito Cæsare acta fuisse, vel indē facile perspici potest, quod nec approbavit, nec rata habere voluit, quē prophanus miles à pōtifice & Cardinalibus vi ac metu extorserat: & simul atquē in Hispaniam captę vrbs nuncius allatus est, ilicō cessare iussit ludos & spectacula, quæ propter recens natum ei filium Philippum edebantur, deditq; operam, vt pontifex in pristinā libertatem restitueretur. In hac verō Vrbs vastatione id perquam incommodē accidit, quod Bibliothecam Vaticanam incōparabili optimorum codicum thesaurio instructam, magna ex parte furor barbaricus sceleratissimē populatus est, maximo studiosorū omnium luctu & detrimento.

Sub id tēpus Romę quidā fuit Italus sacco indutus, iram Dei grauē, nī respicerēt, Romanis immingere p̄dicans. Cumq; magnis clamoribus eadē crebrius palām dicitaret, coniectus est in carcerē, donec capta vrbe res ipsa declarauit, vera ipsum dixisse. Erat eius austerata vita, & nomē Iohānis Baptistæ. Post septimū deniq; carceris mensem pontifex Clemens euasit, Ea Vrbs & pontificis calamitas magnā attulit voluptatem Lutero & eius factiōnis hominibus: sed Dei benignitate factū est, vt ea voluptas eis non contingerit diuturna, Pontifice nō diū post eum Carolo Cæsare amicissimē coniuncto.

Hoc ferē tempore viguit noua hēresis Anabaptistarum, Lutero suis scriptis illi egregiam materiam suppeditante. Interim nihilo minūs & Luterani & Zuingliani acriter eos persequuntur, cum tamen equē illi iactitent verbum dei & puram doctrinam, atquē Luterani & Zuingliani, immō etiā pleriq; longē maiorem præ se ferāt vitę probitatem, quā vel Luterus vel Zuinglius cum toto grege suo. Quam verō ridiculum est, Lutero eo nomine vel maximē se venditare populo, quod syncerum se dic

Fuit oīa inuito Cæsare

*Bibliotheca
Vaticana
vastatur.*

*Clemens 7.
liberatur.*

Anabaptistarum hēresis.

cit ad ferrè Euāgelion & verbum Dei, & nihilominus damnare Anabaptistas, æquè Euāgelium crepantes: Verūm Catholica Christi Ecclesia nihil horum vana iactatione permota, omnes ex æquo damnat & rejicit, Luteranos, Zuinglianos, Anabaptistas, vtpotè qui non Euāgelium adferant, sed suas prauas & priuatas opiniones, & detortas scripturæ interpretationes, à Catholico totius orbis Christi ani sensu & consensu prorsus alienas. Habent autem Anabaptistæ multa perniciosa dogmata, negant baptismum paruulorum, & iam adultos rebaptizant, volunt omnia esse communia, etiā vxores, perinde vt Plato olim in sua Repub. & Nicolaitæ. Ex his sunt qui dicant, Spiritus meus concupiscit carnem tuam: Veni itaque, & faciamus mirabilia. Anabaptistæ æquè ac Luterani & Sacramentarij, in multiplices, easque pugnant, sectas dissecti sunt: vt nomini dubium sit, quo spiritu regantur. Est genus hominum propè arreptitium, & in suo errore mirabiliter obstinatum, ita vt plerunquè hilariter ad mortem accedat: quæ res infirmis magno sæpè offendiculo & periculosa tentationi est, nescientibus hanc non esse sobriæ mentis constantiam, sed insani pectoris fatanicam pertinaciam. De Donatianis hereticis scribit Augustinus multa horrenda Epistola 50, quàm illi, prodigiosa quadam mortis cupiditate insani, seipfos etiā ethnicis atque alijs necandos obiecerint. Per abrupta verò, inquit ibidè, præcipitia, per aquas & flammam occidere seipfos, quotidianus illis ludus fuit. moxque addit: Hęc enim eorum tria mortis genera diabolus docuit, vt mori volentes, quando non inueniebant quæ terrerent, vt eius gladio ferirentur, per saxa se mitterent, aut ignibus gurgitibusque donarent.

Hoc vnum notatu dignum est, Luterum ipsum, licet esset professione monachus & Theologus, &

*Dogmata
Anabaptistarum,*

sectarios omnes, è Lutero ceu quodam equo Troiano cõsertim enatos atque profectos, hoc vel maxime dedisse & dare operam, vt habeat lepidam aliquam suis in cõplexibus puellam, vt præcipuus Euāgelij eorum scopus is haud obscure possit animaduerti, vt quàm maximè se totos Veneri deuoucant, tanquàm desperata omni salute, nihil in futurum nisi certissima gehennæ supplicia expectet, recteq; in illos dictum videri possit illud Apostoli, Quorum deus venter est, & gloria in confusione ipsorum. Certè Luterus ipse quodam loco etiā matrimonio iunctis ausus est pmittere, vt si nolit vxor, liceat accersire ancillam. Itā em̄ ait: Si non vult vxor, veniat ancilla. Proh pudor, eò amentis recidisse homines, vt non videant in cuius Sardanapali disciplinā se tradiderint. Interim Luterus & hereticorum dogmatistarū tota cohors, mirè debacchantur in vitia Cleri, & nihil ferè concionatur aliud ad populum, nisi quorundam impuram vitam, eaque commemoranda & vehementer exaggeranda, plaustris interim conuiciorum inuehuntur in pontificem & Catholicos omnes, cum sint ipsi ter execrandi heretici, & omni flagitiorum genere cooperti, & propterea indigni, qui alios reprehendant.

Hac tempestate alijs atque alijs emergentibus in religione dissidijs, heresibus & sectis, non solum Catholici, sed etiā plerique Luterani principes & scriptores ijs opprimendis operā nauarunt. Ipse dux Saxonie Elector, qui Lutero ruebat, in Sacramentarios siue Zuinglianos & Anabaptistas seuerè constitutis supplicijs animaduertit. Luterus quoque benè longum scripsit librum in Zuingliū & Oecolampadium, qui ex ipsis schola prodierant. In eo libro gloria se suosque humanis abiectis præceptis, in libertatē se afferuisse ingenti ac difficili labore. Porro Zuingliana heresi nullam se legisse scediorē, quæ in ipso initio

Philip. 3.

Sermone de coniugio.

Heretici acres in vitia Cleri.

Luterani Zuinglianos puniunt.

Luter. in Zuing. & Oecolamp.

tio in tot sectas diuisa sit. ait Germanos cupide no-
ua quæq; complecti, eisq; ceu fatuos adhrere: Di-
abolus nihil tam posse ineptū proferre, quin disci-
pulos inueniat: Germanos esse spurcas fues vel por-
cos: Ciuiles magistratū ait debere Suermeros, id est,
Zuinglianos tanquā blasphemos punire: Ipsos
Zuinglianos vocat porcos & asinos, multaq; alia in
eo libro habet, quibus non magis Zuinglianos, q̄
seipsum damnat. Ipse enim turbarum omnium au-
thor fuit in Germania suis pestilētissimis & pugna-
tissimis scriptis. Verūm dolebat ei, quod multos vi-
dit, se contempto, ad nouū Sacramentarium do-
gma transire. Porro Zuinglius & Oecolampadius
scriptis contrarijs ei responderunt.

Anabapti-
starū 300.
insania.

Hoc anno vel circiter, 300. Anabaptistæ in Hel-
uetijs in editum quēdam conscenderunt montem,
tanquā illinc cum anima & corpore in cælum as-
sumendi. Hos intantum dementat malus demon,
vt citra vllum pudorem instar pecudum cōmisce-
rentur, ne virginibus quidem à fœdeo cōgressu sibi
temperantibus. Scripserat enim Luterus, magis ne-
cessarium esse congressum viris ac fœminis, quā
cibum & potum.

In Sueuia quidam ausus est docere, finem iam
adesse Christianæ legis, atque aliam subrogatum
iri. Multaq; alia per id tempus valde absurda & im-
pia spargebantur in vulgus, quibus omnibus ansam
dedit præclarum Luteri Euangelion, quo passim
omnes ad carnis libertatem vocabantur, & suo exē-
plo Luterus prouocabat plurimos, vt & ipsi aliqd
auderent.

Anabapti-
stæ necantur.

Sub idem tempus Rotenburgi ad Neccarum flu-
uium Anabaptistæ quidam vtriusque sexus vltimo
sunt affecti supplicio: flammis exusti viri nouē, fœ-
minæ decem in aquas demersæ. Horum dux & do-
ctor Michaël Sellarius apostata monachus, pro me-
ritis

ritis horrendas luit pœnas, primū excisa illi lin-
gua impia, deindē ignitis laceratus forcipibus, & ad
extremum corpore eius igni abolito. Nanq; homo
nefarius multa valde absurda & impia in populum
sparserat dogmata. Alijs quoque multis Germaniæ
locis seueriter in Anabaptistas animaduersum est
etiā à sectarijs. Præter alios scripsit in Anabapti-
stas etiā Melanchthon, & cum ille contra Catho-
licos disputans non nisi meras exigeret scripturas,
tamen Anabaptistas de baptismo paruulorum nul-
la re alia efficacius, quā Ecclesiastica Traditione,
contemptor ipse traditionum, cōsutare potuit. Est
autem certē Anabaptistarū factio multū execra-
bilis, & plerique ex eo hominum genere, vt paulō
antē dixi, nō multū differunt ab arreptitijs & fa-
naticis. Quidam Sangalli, quod est Heluetiorum
oppidum, in spectante vtroque parente, fratri suo
germano caput præcidit, dicens id sibi diuinitus im-
peratum. Verū sententia magistratūs eandem pœ-
nam ipse quoque luit. Sunt multi in eis vita & mo-
ribus sic satis compositis, quæ res permultis impo-
nit, sed habent absurdos doctrinæ errores. Tam est
versutus diabolus, vt etiā libenter sinat sibi addi-
ctos quandam extrinsecus præ se ferre vitæ probi-
tatem, modò fidem in illis corruperit. Scit enim, si-
nē fide impossibile esse placere Deo. Erat id tem-
poris quidam Præmonstratensis apostata, qui palam
negabat esse infernum, Christum cum dixisset, Eli,
Eli, lamma sabachthani, desperasse, & ideo damnatū
esse affirmabat. Porro alij quidam non verebantur
dicere, Christum non Deum fuisse, sed prophetam,
inter Christianos quoque nullum esse magistratū,
& multa alia impia & nefanda. Itā certatim ab infe-
ris erumpabant dæmones, & per apta perditionis
organa, Luterum & id genus apostatas monachos
& sacerdotes, sub verbi dei splēdido titulo ter exe-
crandas

Michaëlis
sellarij
supplicium.

Melanchthon
cōtra Ana-
baptistas.

Immant fa-
cimus.

Hebr. II.

Matt. 27.

crandas vomebant blasphemias, quibus in dies in-
numeri perdebantur.

*Disputatio
Bernens.*

Hoc ipso anno decreta fuit apud Bernates Helue-
tios disputatio Catholicorum cum Zuinglianis, id
agentibus Zuinglio & aliquot apostatis monachis.
Sed hæc disputatio plurimum offensionis habuit;
itaq; nullus Catholicus doctor p̄ter vnum Contra-
dum Trigariū prouincialē Augustinianū eō p̄fectus
est. Senatus em̄ Bernens̄ leges ei disputatiōi p̄scrip-
serat, catholicis iniquas, sectarijs plausibiles. quin
& Imperator ipse interdixit p̄ suos, nē Bernatenses
eam pmitterent apud se disputatiōe fieri, quatuor
itē Episcopi, ad quorū diocesim pertinet Heluetij,
multum dehortati sunt ab eā disputatiōe: copiosiss-
simē autē Cantones octo Heluetiorū Catholici eam
litteris impedire conati sunt, qui inter cetera scri-
psere Bernatibus, memores essent disputatiōis Ba-
densis intra bienniū habitę, quā ipsi approbassent,
& iuramento ac litteris sigillo munitis cōfirmassent.
Sed Bernates in sua sententia permanferunt: cumq;
hęc disputatio finē habuit, q̄ mox apud illos & ali-
quot vicinos, Missę, arę & statuę abolitę fuere, &
multa alia insolenter & barbarē instituta, quę tamē
illi malē persuasi putant esse prorsus Euāgelica, do-
lentq; se hætenū in tenebris versatos: nec vident
se interim damnare omnes Maiores suos, qui certē
non tam stupidi fuere, vt nescirent se veram ample-
xos religionem, quam isti reiiciunt. Finem autem
hęc disputatio habuit 26. Ianuarij, anno 1528. Est
memorabilis apud Tertullianum libro de p̄scrip-
tionibus aduersus hæreticos sententia, quam hic
apponere non grauabor. Non proficit, inquit, con-
gressio scripturarum cum hæreticis, nisi planē aut
stomachi in eat quis euerfionē, aut cerebri. Quid pu-
mouebis exercitatissime scripturarū, cum si qd de-
fenderis, neget: ex diuerso si qd negaueris, defēdat

Et

Et tu quidem nihil perdes, nisi vocem in contenti-
one: nihil consequeris, nisi bilem de blasphematio-
ne. Ille verō si qs est, cuius causa in congressum de-
scendis scripturarum, vt eum dubitantē confirmes,
ad veritatē an magis ad hæreses deuerget? certē de
pari altercatione in certior discedet, nesciens quam
hæresim iudicet. Hęc ille.

ANno 1528. Luter⁹ cum malē audiret ob-
sectas varias passim emergentes, tanq̄
ab eo ceu fonte manarēt, scripsit Ger-
manicē in Anabaptistas. Inter alia in
ipso libello reprehendit principes go no-
mine, q̄ supplicium fumerēt de Anabaptistis, quasi
verō etiā iam olim supplicia constituta non fuerint
in rebaptizantes. Immo & Luterus ipse paulō antē
scripserat, Zuinglianos ad ciuili magistratu puniri
oportere: Si Zuinglianos, cur nō etiā Anabapti-
stas? Sed & ipse dux Saxonie in Anabaptistas seuerē
animaduertat. In hoc quoquē libello fatetur, in
Papatu multa esse bona, immō omnia Christiana bo-
na, atq; in dē ad ipsos profluxisse. Ait in Papatu esse
veram scripturā sacram, verum baptismum, verum
sacramentū altaris, veras clauēs ad peccata remittē-
da, verū verbi ministerium, verū Catechismum &c.
Et tam en solebat iactare, apud Papistas Euāgelium
sub scamno delituisse, se illud in dē p̄duxisse in lu-
cem. Tanta erat illius hominis dictorū factorumq;
inconstantia & varietas. Verūm cum Dux Saxonie
perciperet multa contra religionem effreni licētia
etiā in suis ditionibus geri, Visitationē instituit.
Ea postmodū tā imperiosē & sumptuosē acta est,
vt nullē retrō Episcoporū synodi vel Archidiacono-
rum cōmunitates tam onerosē tuisse viderētur.
Eam visitationem Melanchthon scripsit Latinē, nō
planē Lutericē in nonnullis, quia plus ibi peniten-
tię & doctrinę legis & timoris DEI tribuere visus

*Luterus lau-
dat Papatū.*

*Visitatio Sa-
xonica sum-
ptuosissima.*

O est,

est, quàm Luteri Euangelion patiebatur: Atq; ad eò libertatē arbitrij, quàm in Locis communibus cum Lutero pernegauerat, asseruit. His verò & id genus, licet cum ipsorum superiori doctrina pugnarent, etiàm Luterus subscripsit in editione Germanica eius ipsius Vistitationis. Ità illi præclari Theologi de summis rebus & affirmare & negare non dubitabant, prout ipsis fortè in buccam venisset. Quod quidem turpissimum fuit in viris Germanis, nisi qd Germani iam suæ cōstantiæ oblitī, à Maioribus suis non absque ingenti dedecore degenerabant.

*Carolus
Geldria
Dux.*

Hoc anno Dux Geldriæ Carolus multis suis opibus amissis, tandè ut se Carolo Cæsari dederet, adactus est, interim nihilo minùs Tila munitissimo ad Vaal oppido fortiter defeso, fuit ille princeps in amicitia & fœdere Gallorum regis, & quia diuonibus Cæsaris vicinus erat, multa eis sæpè damnaintulit, quemadmodum anno superiori derependē signis mutatis inuasit in Hagam Comitum, Hollandiæ in signem & opulentum vicum, vastatisq; omnibus, opimam egit prædam. Alioquē certè in fide Catholica fuit longè constantissimus, & alijs quibusdam principe dignis animi dotib; egregiè ornatus. Hæreticos omnes grauius persecutus est.

*Traiectenses
sunt Burgundici.*

Eodem anno Traiectensis episcopus omnem ditionem suam transtulit in ius Ducis Brabantiae & Comitum Hollandiæ, qui tum fuit Carolus Imperator, accedente eò nō solum regionis totius, verum etiàm Romani pontificis consensu. Multis em̄ modis eam dicecesim vexabat Geldriæ dux, & iam Traiecti ciues in Episcopum concitârât: nec his malis aliud inueniebatur remedium, quàm ut Burgundicuducibus sese submitteret, quorū potentia tum Geldrus ipse, tum subditi Traiectenses frenari possent. Est verò opulenta ea regio, sed populus pronus in seditiones & tumultus fuit, priusquàm Burgundicis

sese deditissent. Iam verò in multa pace degūt, nec illis iugum graue impositum est, ut nec Geldriensibus, postquàm ij Carolo imperatori sese submiserunt. Porro Iurisdictio spiritalis vel Ecclesiastica mansit Traiectensi Episcopo, & præterea annui quidam reditus non contemnendi.

Hoc anno fames ingēs pressit Italiam, præsertim Insabres & Venetos, ità ut multi ea peste interierūt. Tiguri quoquē visi tres soles, famem prægnunciare existimati sunt, quæ paulò post tanta illic extitit, ut etiàm ex Hungaria boues eò adduci oportuerit.

*Fames in
Italia.*

Accidit eo anno quiddam planè tragicū Basileę. Cuius quidā honestus & diues Christophorus Bôgartner uxorem suam de adulterio suspensā habuit. Eam suspicionem auxit, qd in famuli sui suspecti indulto ligulas fericas inuenit, quas suas esse noverat. Extorquet vi ab uxore, ut fateatur se cum famulo rem habuisse: id si faciat, promittit impunitatem: sin neget, præsentem minatur mortem. Illa fatetur quod nō fecerat, sed mox fugit ad sororē in pagum. At tamen amicorum intercessione mulier cōciliata marito, redijt ad ædes illius. Ea nocte fertur ad commune admissa cubile. Atquē verò altera die, q̄ erat Dominica, aبلغata famula & liberis ex priore coniuge susceptis, primùm grauidam vxorē confodit, inde filiam vix quadrimam. Mox Epistolam scripsit ad senatū, & ter inuocato nomine Iesu, è summa ædium suarum parte se præcipitem dedit, fractis ceruicibus. Epistola illa continebat, quid & quo animo fecisset. Porro de eo, licet mortuo, graue est sumptum supplicium, & corpus eius fractis ossibus sublimi rotæ impositum. Poterat hoc exemplū detertere ab adulterio, quod iam inter æuangelicos, ut quidam vir magni nominis scribit, ceperat esse iocus, sicut & multa alia infanda facinora.

*Hostièdum
facinus.*

Eodem anno quidam ex iuratis Christianissimi

*Georgij Pac
cijfrans.*

Principis Georgij Saxonie Ducis consiliarijs, Georgius Paccius vir nobilis, facinorosus & temerarium designavit. Erat is Luceri studiosus, sed occulte. nam alioqui princeps ille hominem in sua aula non tulisset, agebat tamen apud principem optimum vices Cancellarij. Ea occasione secretum Principis sigillum nactus, formulam effinxit foederis cuiusdam facti à certis Catholicis Principibus contra Electorem Saxonie & Hassie Lantgravium, ut eos in Catholicos principes ad arma convocaret, ut etiam factum

*Formula
fidelitatis*

est. Formulæ illi commentitij appressit sigillum Georgij Ducis. Porro legendam obtulit Lantgravius, qui viso sigillo, putavit rem prorsus veram esse, communitoque cum Saxonie consilio, grandem uterque conscripsit exercitum, ceteris interim principibus mirantibus, quid ea militum conscriptio sibi vellet. Interim Lantgravius per literas hortatur Georgium principem, ut illi foederi nuntium remittat. Princeps Georgius legitis literis & visa formula, cuius exemplum ad eum Lantgravius miserat, obstupuit: moxque datis ad Lantgravium literis, generose & luculenter illi sese purgat, inter alia graviter postulans sibi ostendi virum, qui eam rem ad ipsum detulisset, deploratum, infamem & periturum nebulonem eum appellans. Excusarunt sese etiam alij Principes, qui hoc foedere comprehensi forebantur: sed tamen belli cladem à se avertere non potuerunt tres viciniore Episcopi, Moguntinus, Herbipolensis & Bambergensis, nisi numeratis centum millibus aureorum. Imparatis enim magnus imminere exercitus, cui ditiones suas populandas & diuexandas obijcere noluerunt. Porro Lantgravius ne hanc fabulam ipse confinxisse videretur, indicavit authorem, certumque prestituit die, ad quem adessent Regis Ferdinandi, Electoris Brandenburgensis, & Ducis Georgij oratores, hominem accusaturi, si quod haberent adversus eum. Venerunt le-

*Episcopi
merant
100000.
aureorum.*

gati Principum, & multorum criminum atque etiam falsi reum eum peregerunt. Cum enim sua decoxisset, multis vijs hominem ingenue plane indignis, pecuniam vendecumque consolare solitus erat, atque hoc nomine diversas effinxerat epistolas, quas Georgij principis annulo obsignarat. Lantgravius nomine foederis ad ipsum falso delati quatuor millia aureorum illi dono dedit, ut ipsi res alienum dissolveret, quantum id maius esset, quam quibus vel tot millia sufficeret. Tandem cum non posset obiecta ipsi à Principum legatis crimina diluere, turpissima illi ignominie nota iniusta est. Et vitam quidem clementia Lantgravius Principis retinuit, sed nusquam ferè tuto consistere valens, instar Cain vixit vagus & profugus in terra, latitans in urbibus maritimis. Ad extremum, cum plerumque maleficia meritas non evadant poenas, Antuerpiæ comprehensus est anno 1536. & sequentis anni mense Februario post longos carceris squalores & gravissima quaestionum tormenta, capite plexus, & in quatuor partes dissectus est. Inde pax reddita Germaniæ, nequaquam diuturna fuisset, Suevici foederis socijs Lantgravius incusantibus, quod contra foederis ipsorum iniuriam fecisset, nisi ea res Vormatiæ opera Palatini Principis compositione transacta esset.

Per idem ferè tempus Gallie rex Neapolim ingenti exercitu ita obsedit, ut iam propemodum ea urbe potiturus videretur, licet Germani & Hispani milites, qui in presidio erant, incredibili alacritate Gallos, ut se dederent, identidem non iniquis conditionibus hortantes, commoverent. Ecce autem mensis Julii sequissima lues totum corripit exercitum, ipso Lotrechio primario duce, & multis alijs egregijs viris extinctis, ita ut sexaginta millibus hominum, ut quidam literis annotarunt, egré quadringenti ad sua redierint incolumes. Ita prepotens Deus pro Carolo Cesare mirabiliter pugnare videbatur, sicut

*Paccius Ant
uerpiæ dat
poenas.**Gallie rex
obsidet Ne-
apolim.**Pe stis vastat
eam exercitum.*

& sæpè aliàs, cum potèntissimòrum hostium validis-
simis copijs non vno loco premeretur.

In hac Neapolis obsidione mortuus etiàm est
Vaudemontius, Antonij Lotharingæ Ducis frater
germanus, q̄ regi militabat spe obtinendi regni Ne-
apolitani. Erat enim ex Andegauenſium regum fa-
milia, qui sibi in eo regno ius vendicant. Pater eius
Renus Lotharingæ Princeps Carolû Burgundiæ
Ducè, cômisso prælio ad Nansim, interfecerat, Ca-
daver Vaudemontij in D. Clare cœnobio honestis-
simo templi loco humatum est Neapoli. Id em̄ tem-
plum Andegauenſes reges Vaudemontij progeni-
tores, pia liberalique magnificentiâ condiderant.

*Andreas Au-
ria deficit à
rege Fran-
ciæ.*

Hoc ferè tempore à rege Gallorum Franciscò
discessit Andreas Auria, vir summæ autoritatis,
Caroli Cæsaris amicitia còplexus, magno quidem
Cæsaris commodo, sed non minori Regis Francisci
detrimento. Habebat Auria captiuos apud se duos
p̄cipuos Cæsaris duces, Alphonsum Vastiû & Asca-
nium Columnam, quos nauali prælio ceperat Phi-
lippus Auria. Hos rex Frânciscus ad se mitti voluit,
sed Andreas Auria recusauit. Tulit hoc ægerimè
Rex, & contumeliosè Auriam proſcidit. Is igitur
dimisso à se Vastio & Columna ad Antonium La-
uam, faciliè obtinuit, vt in Cæsaris amicitia recipere-
tur. Itaq; breui tempore Genuam Gallis eripuit,

*Genua Gal-
lis eripitur.*

eamque pristinae libertati restituit. Atque hoc po-
tissimum nomine fertur à rege se abalienasse, quòd
doleret ei patrie (ea fuit Genua) erepta libertas. Vi-
debat enim Gallos quædam moliri in eius vrbis nõ-
leue detrimentum. Tum quoque non obscure sen-
tiebat Gallos secum hostiliter agere, Barbesio Gal-
licarum triremium præfecto ipsi insidias tendente,
Ità ergò remisso ad regem torque còchyliato, qua
cæremonia à militari sacramento se absoluit, & au-
ratus lilijs, quæ erant Gallia regis insignia, in extro-

ma puppe præactis atq; decussis, Cæsaris gratiam &
militia tãquam vberiorè certioremq; amplex⁹ est.
Clemens Pontifex, & eius hortatu rex Franciscus
multùm in eam curam incubuere, vt eius animum
delinirent, hominemq; possessione maris potètem
in officio & amicitia retinerent. sed id frustra fuit.
Oblatus est deinde ipsi Auria à ciuibus oibus Ge-
nuæ principatus, sed ille cum insigni continentia
exemplo recusauit. Multa is vir p̄clara edidit facinõ-
ra, p̄sertim in mari aduersùs Turcicos & Barbaros
piratas, quos mirabiliter persequit⁹ est. Decreta est
illi apud Genuenses restitutè libertatis ergò statua
Colossææ magnitudinis è Lunensi marmore, cuius
bas hęc inscripta erant: Andreæ Aurie cui opr. feli-
citiq; vindici atque auctori publicè libertatis, Se-
natus populusque Genuensis posuit.

*Auria recu-
sat Genuæ
principatû.*

Per hoc ferè tempus aliquot superioris Germa-
niæ locis, p̄sertim in Heluetijs & Argentina, mul-
tùm increuit dogma Sacramentarium & secta Zui-
ngliana: & Missa, qua nihil est sancti⁹, ceu idololatria
abrogata est, imagines è templis deturbatæ & flam-
mis exustæ, Basileæ quidem ipso die Cinerum, quo
solent Christiani sead meliorem frugem recipere.
Non tamen simul vno anno, sed per temporum in-
terualla hæc sensim irrepere diuersis in locis, ità vt
res omninò ad Mahometicam, vel potiùs Antichri-
stianam vastitatem spectare videretur, cum isti Sa-
cramentarij interim Romanum pontificem nõ alio
quàm Antichristi loco haberent: porrò apostatas
monachos, publicè incestis nuptijs infames, haud
secùs atque Christi apostolos susciperent ac vene-
rarentur. Erat ea irati numinis horrèda vindicta &
seuera animaduersio in hominum peccata. Con-
tra hos sacramentarios rursùs nouum Luterus scri-
ptum edidit, benè prolixum, de cœna Christi con-
fessionem suam. Ibi rursùs affirmat quædam quæ

*Zuingliani-
smus incre-
scit.*

*Confessio Lu-
teri contra
Zuinglianos*

Luterus
Proteus.

anteà negàrat, negat quæ affirmauerat. Negat enim in cœna Domini manere vinum, quod in captiuitate Babylonica asserit, non possunt hîc omnia particulatim cõmemorari, nè nimis prolixi simus. Missam sanè hîc quoquè vel maximè se abominari dicit, licèt nõ esset nescius, toto terrarũ orbe omnibus retrò seculis apud Christianos Missam celebratam esse, Extat Græcè & Latinè D. Iacobi Apostoli fratris Domini, itemque Basilij & Chrysofomi Missa, vt nihil de Latina Ecclesia dicamus.

134. Calu-
mniae Luteri

Scripsit eodem anno Luterus alium librum contra concomitantiã, planè scurrilem atq; diacem, ex quo quidam catholicus Doctor collegit 134. calumnias. Sed quantumcunquè ille absurdus esset & petulans in scriptis suis, tamen mirè placuit cæcis mortalibus.

Zuinglianũ
contra Lu-
terum.

Cùm autem eius de Cœna Domini confessio in manus Zuinglij & Occolampadij venisset, prolixè illi responderunt. Absit enim, vt vel tantillum discipuli magistro concedant, quando non id agitur, vt veritas vincat, quæ tamen neque à Lutero, neque à Zuinglianis sterit, sed vt miseri homunciones alij præ alijs vicisse videantur. Neq; Bucerus hîc se mutum prebuit, sed edito Sebaldi & Arbogasti dialogo, Lutero non planè edentulum se ostendit. Fuit certè & est hæc res in primis ridicula & scurrilis, quæ illi sublimes gigantes, qui se iactabant in Germaniam, qua tot seculis caruisset, lucem Euangelij inuexit, tam inter se pertinaciter & odiosè digladiabantur. Facebat hîc omnis friuola excusatio. Non est disensionis Deus, inquit Apostolus, sed pacis. Quomodo possunt me isti docere quid verum sit, cum se ipsi vicissim in rebus grauissimis mædacijs simulent? Et hæc quidem non paucos permouerunt, vt in hac mutua Luteranorum & Zuinglianorũ disensione rem accuratiùs expenderet, aduertentiq;

non

non posse eos veritatis esse præcones, qui pugnantia docerent, atq; eam ob rem ad Catholicã Christi Ecclesiam se reciperent, contemptis stultissimis fanaticorũ hominum (sic enim ipsi se inuicem vocant) opinionionibus, quæ id eundem in alias atq; alias formas transformantur, sicut necesse est euenire illis, quæ cum mendacio coniuncta sunt. Varium est enim & inconstans mendacium.

ANNO 1529 deimprovisò pestifer morbus *Sudor Anglicus.* (sudorem Anglicum vocabãt. eadem enim *glucis.* lues Britanniam vastauerat Hærici VII. Angliæ regis anno 1. qui fuit à nato Seruatore 1486.) totã Germaniam peruasit, multis hominum millibus intra 24. horas extinctis antè, quàm certum medici remediũ inuenissent. Per multi verò, vbi virus illud exudassent, seruati sunt. In præpotès Deus nouis in dies emergentibus hæresum & scelerum portentis, noua adhibebat flagella. Simul autè & annonæ caritas, & tumultus bellici Germaniam per id tempus premebant. Turcarum enim Imperator Solimannus cum ingentibus copijs Viennam fortissimè obsedit, sicut paulò post dicitur. Lutero epistolam scripserat ad Vuencellaum Lincum apostatam Augustinianum, concionatorem Nurenbergensem, qua Georgium Saxonix principem pijsimum, vehementer suspectum reddidit, de fœdere illo, quod Paccius quoq; ei falsò affinxerat. Eius epistolæ exemplar tandèm venit ad manus eiusdem principis. Ille verò nouis editis literis multo etiã fortius, quàm antè, sese hac suspicione purgavit. Tanta iam erat Luteri potentia, vt etiã Principibus confidenter insultaret, & quidem impunè. At nunc rursus furore percitus, Germanicum confectilibellum de priuatis & furto surreptis literis, in coque tam petulanter & scurriliter illum laudatissimum Principem exagitauit, vt rei indignitate eti-

I. Cor. 14.

Ingentia
dogmata
Euangelico

am non pauci Lutherani permouerentur. Sed interim tamen manſit apud cæcos mortales ſua Luthero authoritas, & laudabatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ. Certè ſi quiſquam Catholicus ita ſcriberet in principes Luteranos, quemadmodum ille importunus homo ſcripſit in Imperatorem quoq; & reges & principes, quas non turbas cicerent dogmatifſtæ Euangelici? Atq; vtrinã Principes rem hæc paulò attentius conſideraſſent.

*Comitia
Spire.*

Hoc anno conuentus Imperij fuit Spire multis de cauſis, q̄ & Turca auctus viribus, perdomita & ſub iugum miſſa Hungaria, captaq; Buda, terribilior Germaniæ immineret, & ſectæ vſque adeo capeſſerent augmenta, vt iam non catholicis modo, ſed ipſæ ſibi inuicem eſſent formidabiles. Nam in Heluctijs & primarijs aliquot Germaniæ vrbibus iam Zuingliana factio Lutheranam anteibat, & Anabaptiſtæ occultis machinatiõibus tũ ſectarijs iſtis, tum Catholicæ Eccleſiæ non parùm terrori erant. Porro in hoc conuentu ita diſceſſum eſt, vt Ferdinandus rex non minimo dolore ex amiſſa Hungaria affectus, & anxie metuens reliquis ditiõibus ſuis, nulla potuerit à Proteſtantibus auxilia impetrare, niſi eos ſinceret ſua retinere dogmata. Itaq; publico decreto permiſſum eſt, vt in fidei & religiõis negotio ita ſe gererent, vti & Deo & Cæſari facti ſui rationem poſſent reddere, nihil tamẽ deinceps innouarent vſque ad concilium, &c. Enimvero illi in hoc ipſo conuentu proteſtati ſunt, ſe ſummi Maſtratus decretis quibusdam non poſſe ſubſcribere: itaq; ad Cæſarem prouocârunt. Indè primùm ortum eſt Proteſtantium nomen, quod etiã quædam libera Ciuitates amplexæ ſunt.

*Proteſtantes
vnde dicti.*

*Tumultus
Baſileæ.*

Huius anni menſe Februario Baſileæ ciues tumultuantur, & duodecim Senatores loco mouent: quin & ſacras imagines, vt ſuprà attigimus, in templis

plis omnibus demoliuntur, ecu idola quædam, ita pſuaſi à ſuis doctoribus, quaſi eadẽ ſit apud Chriſtianos ratio imaginum, quæ fuit olim apud Ethnicos idolorum. Miſſam quoquẽ prorsus abolêt, nihil deinceps habituri commercij cum in cruento illo Eccleſiæ ſacrificio. Ipſo die Cincrum ſtatuas vel imagines ligneas diſtribuerunt in homines tenuioris fortunæ, vt illis barbaro imprimis exemplo ad focum abuterentur. Sed illi tanta contentione eas ſibi ſingularim vèdicare conabantur, vt ad pugnas quoq; ventum ſit. Ea re factum eſt, vt in nouem coſgetæ ſtrues, ante ſummam eadẽ flammas omnes pmitterentur. His rebus geſtis, lætum illi diem egèrunt, tam egregio patrato facinore. Alijs quoquẽ locis ſequutum eſt in imagines vel ſtatuas, Miſſæque ſacroſanctum ſacrificium: & erat hoc p̄clarum Euangelij recens orti ſtudium, vt nihil intentatum relinqueretur à ſui ſtudioſis, quod ampliffima Antichriſto itinera præpararet.

*Imagines
cõburnæ.*

Anno ſuperiori multum tum Cæſar ipſe per Episcopum Hildeshemensẽ, tum episcopopus Argentoratẽũ & pleriq; alij egerant apud Argentincules, vt nihil in religione mutarent, aut certè expectarèt Concilij ſententiam: at illi quoquẽ improborum hominum peſtiferis perſuaſionibus circumuenti, ad res nouandas animum adiecerunt. Atq; ita alij poſt alios paſſim in Germania, nobiliſſima quodã p̄uincia, in olim damnatos nimiumq; crasſos errores prolapſi, ceteris nationibus ſe aſſatim irridèdos p̄pinârunt. Certè ipſe quoq; turcarũ Princeps Solimannus Luteranos deteſtatur, propterea q̄ eſſent proni in ſeditiones concitandas. Interim verò qui à Catholica Eccleſia deſiciebant, valdè ſibi gratulabantur, quod tyrannicum Romani Pontificis iugum excuſſiſſent, & iam tandẽ verã Euangelij lucẽ inueniſſent. Romanos enim Pontifices non

*Solimannus
deteſtatur
Luteranos.*

non alio quàm Tyrannorum loco habent, & doctrinam Catholicæ Ecclesiæ vocant Papisticam ac meras tenebras. Porro in interim illos duces sequuntur, qui odiosissimè à se inuicem in rebus grauisimis dissentiunt, & miseros plusquàm Cimmericis tenebris inuoluunt, quod tum demùm ipsi nimium malè experientur, cum erit migrandum è corpore.

Apud Heluetios tanta cõtentione exarsit de religione controuersia, vt iam ad arma descenderet, rigurini & Bernates suis fisis viribus, catholicis quibusdam cantonibus, vel pagis iam vim inferre nitentur, sed per sequestros res cõposita est ad tempus non diuturnum. Eius pacis conditiones catholicis parùm æquæ visæ sunt: discessum est tamen ad tempus ab armis.

Conuentus
Euangelico-
rum Mur-
purgi.

Princeps Hassiæ Philippus dolens inter Luterum & Zuinglium tam atrox extare dissidium, volens eos in concordiam redigere, Marpurgum vtriusque factionis homines euocauit. Venerant illi quidem, & nè nihil egisse viderentur, certa quædam capita vel articulos, in quibus contra Catholicam Ecclesiam inter se conspirarant, ediderunt. Porro in primario Eucharistiæ articulo vetus dissensio mansit, ità illi re infecta discesserunt, Princeps Lantgrauius & quidam docti viri modis omnibus efficere conabantur, vt quantum in negotio cõuenire non possent, tamen alij alios fratrum loco haberent. Sed id Luterus facere noluit. Porro verò sunt, qui scribant & putent in hoc vno articulo dissidere Zuinglianos à Luteranis: sed hoc falsissimum est, cum etiàm in alijs non paucis inter se hostiliter dissentiant: immò verò paulatim eò res redijt, vt nec Zuingliani cum Zuinglianis, nec Luterani cum Luteranis consentiant, sed alij alios palàm euulgatis libris odiosissimè & impotentissimè proscindant.

Editus hac tempestate est liber quidam de Actis

Con-

Concilij Constantiensis erga Iohannem Hussum, *Liber de Actis Synodi Constantiensis.* incerto quidem auctore, sed opera Iohannis Illebij, socij & amici Luteri. In præfatiõe Illebius Hussum vocat probum Dei amicũ, Concilium Constantiense synagogam Antichristi. Sed nos Hussum damnatum hæreticum multò rectius dicimus cum eadem synodo, quàm cum Illebio virum bonum. Interim tamen liber ille nihil facit admodum pro Luteranis, quod disertis verbis affirmet Hussum Constantiæ etiàm circa ipsum supplicij sui locum publicè negasse articulos illos, quos Luterani vel maximè asserunt actuentur.

Sub hoc quoq; tempus cum Turca in Germaniã aduẽtãre diceretur, Luterus scriptum edidit, *De bello contra Turcas.* Sed eo ipso multò plus deterret principes à bello Turcico, quàm ad id extimulet. Verissimile est, optasse hominẽ odio Papæ deflagratem, vt Turca occupata Germania, mox etiàm Italiam pulso Pontifice occuparet. Verùm id Deus ad huc pro sua bonitate auertit. In eodem scripto valde acerbè & contumeliosè inuehitur in Pontificẽ, Episcopos, Imperatorẽ, Reges, Principes, præcipuè verò curiam Romanam. Inter alia multa, Cæsar, inquit, nõ est caput Christianæ reipub. neq; defensor Euãgelij aut fidei. Oportet sanè Ecclesiã & fidẽ alium habere defensorem, quàm sint Imperator & reges. Hi nanq; ferè pessimi sunt hostes Christianismi & fidei, sicut Psalmus 2. ait, & Ecclesia omni ex parte cõqueritur. Sic ille bonus vir tractabat sanctiss. Imperatorẽ & summos em magistratus. Nihil em metuebatur sibi, in tuto loco hærens sub Saxonie principe. Eã verò maledicendi licentiam nõ ex euãgelio, sed spiritu Antichristi hauserat quàm autẽ hoc quoq; *Inconstãtia Luteri.* pdigiosa fuit inconstãtia, quod hoc quidem libro dehortatur à bello Turcico, dicens id esse cõtra doctrinam Christi, quæ dicit Christianos non debe-

re malo resistere, & c. cum non longè antè in Vistatione Saxonica scripisset, eiusmodi orationem feditio iam esse atq; intolerabilè, ex Pauloq; probasset, Magister noster nostros gladio & bello Turcarum debere, nec Christum vetasse vsquàm, immanitatem Tyrannidemq; Turcicam repellere? Omni certè lachrymarum fonte plangendi sunt, qui tam varium & ipso quoque Proteo mutabiliorum hominem, in grauissimo religionis negotio sequi nõ dubitarunt. Hac de re dici multa possunt, sed nunquam satis multa.

Turca obsidet Viennam.

Huius anni mense Septembri cum infinitis copijs Turcarum tyrannus venit in Germaniam, & Austriae primarium oppidum Viennam grauissima praesidio obsidit. Id bellum eiusmodi habuit originem: Rex Ferdinandus Caroli Caesaris frater, Iohannem Vaiuodam regno Hungariae exuerat. Is verò in eam redactus calamitate, in Sarmatia ad Hieronymum Laschum virum ab illustri nobilitate & eximia eruditione clarissimum confugit. Laschus tanto leti hospite, omnè illi humanitatè impedit, dissimulare Sigismundo regi, quòd Vaiuoda germanam sorore in matrimonio habuisset. Interea Laschus, vt erat solerti & excellenti ingenio, mira q; ad res gerendas dexteritate, Vaiuodè id tadem consiliu dedit, vt Solimanno se cliens fore profiteretur, si eius beneficio in regnum esset restitutus. Id verò consiliu licet in primis speciosu videre, & Vaiuoda rebus accommodu, si huius vite prosperitate spectes: erat tamè Christianae Reip. admodum periculosum, vt rei euentus postea luculèter edocuit. Ceterum Laschus hortatu Vaiuodè legationem suscepit ad Turcarum Imperatorem Solimannum: atq; vbi

Laschus adit Solimannum.

venit Byzantium, oblatis muneribus facilè in purpuratorum gratiam & familiaritatem se insinuaui, Eorum verò opera id consecutus est apud Solimannum, vt is prolixè polliceretur, sibi eam rem curare

fore

fore, breuique se in Hungariam aduolaturum. Misit deinde suum quoq; legatum Byzantium Ferdinandus rex, sed is demum licet à Solimanno humaniter esset receptus, & à purpuratis, quos Bassas vocant, patientissimè auditus, non nisi superbum & insolens tulit responsum, & pro inducijs atq; amicitia omnem belli cladem iussus est Ferdinando denunciare, & quamprimùm Byzantio excedere.

Per id tempus Ferdinandus Spirae erat, hocque accepto nuncio, non immeritò perculsus est, quòd sciret Tyrannum à sententia haud facilè discessurum, & Carolus frater eius bellis Italicis distineret. Itaq; Solimannus copias omnes ad signa vocari imperat, quibus coactis, Hadrianopoli profectus, Belgradum quintidecimis castris peruenit: inde rectè Budam petijt. Ei obuiam praesens Vaiuoda, Hungarorum praesentium septus comitatu, quibus & Laschus aderat. acceptus est comiter à Solimanno, qui illi se recepit liberaliter concessurum, quaecunq; eo bello vi & armis parasset. Vbi Budam venit, propè vacuum inuenit, cuius metu in proximas vrbes dilapsis. Atq; Germanico tenebatur praesidio, sed eam cuniculis euertere nitentur: quae res terruit Germanos, vt etiàm inuito arcis custode, cum hoste saluis rebus paciscerentur. Assensit Solimannus: verum iam abeuntes cum sarcinis suis, contra fidem datam saeuus tyrannus Ianizaris ad vnum trucidandos obiecit, arcis autem custodem humaniter dimisit. Capta Budam, Viennam iter habuit, dimissis quibusdam è suis, qui praedas agerent ex Christianis, qui omnis generis hominum ingenti intercepta multitudine, ad Lincium vsque luctuosas fecere excursiones, passim summa crudelitate flammis omnia vastantes. Erant iam Viennae equitum & peditum plus minus viginti millia, & cum ijs aliquot praecleari duces, inter quos praecipuam obtinebat auctoritatem Philippus comes

Solimannus venit Budam.

Barbara fecit vocitas.

Excursiones Turcarum.

Pala-

Palatinus. Vbi ad urbem ventum est, Turcæ amplissima suis castris occupauère loca, quæ vel solo ad spectu essent horroni. Et sedulo illi cuniculis sibi in urbem aditum facere instituerunt. Porro aliquot iam locis patefactis, audacissimè identidè in urbè irruentes, tanta vi Germanorum repulsi sunt, vt in toto hoc bello è Turcis ad octoginta millia perijisset ferantur, tandemq; cum dedecore & ignominia coactus sit Solimannus obsidionem soluere, & in Thraciam re infecta abire. Nò dubiù est, quin omni potens Deus singulari benignitate eam victoriam contulerit Germanis, quorum certè vires tato hosti longè alioqui impares erant. Sub Turcarum aduentum iussi erant urbe excedere scæminæ, pueri, sacerdotes, monachi, & omnis inbellis turba. At, quod summè dolèdum est, ij magna ex parte in immanes barbaros inciderunt, qui infantes secuerunt medios, scæminas & senes, quos in seruitutem nolèr abducere, partim palis infixerunt, verubus tráfoderunt, gladijs disciderunt. Feruntur in ea Turcicæ vastitatis procella supra 60000. Germanorum in seruitutem rapta. Porro totus Viennensiu ager, succis vitibus & frugiferis arboribus, triste intruètibus spectaculum præbebat. Solimannus vbi Budâ redijt, Iohannem Vaiuodan regem constituit, amicumq; & beneficiarium appellauit. Sed sic recuperasse regnum, miserum profectò est, & à Christiana pietate alienum. Quamquam (ò cæca mortaliu pectora) quid non faciunt plerique homines, vt vel ad breue tempus possint esse beati in hac vita, ijdem ipsi omnis laboris impatientes, si quid agendum sit pro æterna vita?

*Hispanorū
erga Caro-
lum V. he-
nevolentia.*

Hoc anno Carolus Cæsar ex Hispanijs venit in Italiam. Sunt qui scribant illi iter molienti, Hispanos proceres logè plures & pecunias & milites obtulisse, q; illum impensè charum haberent, quam quis

quis alius minis extorquere potuisset. Viri em̄ mille quingèti spòte sua Maieitati eius liberaliter obtulerunt, singuli millenos ducatos aureos in annos quatuor, abiq; vllò suo còmodo vel lucro. Pleriq; Principes equitum & peditum copias non spernendas pollicebantur, quas integro anno suis ipsorum sumptibus alerent.

Antè verò, quam Cæsar ex Hispanijs solueret, Franciscus gallorum rex amisso copiosissimo apud neapolim exercitu, amisso Andrea Auria viro incòparabili, animum ad pacis consilia adiecit. Filij eius adhuc obsides hèrebant in Hispania: eorum liberandorum summo tenebatur desiderio. Itaq; pax Cameraci confecta est, quò conuenerant præter cæteros Margaritæ Cæsaris amita, & Aloyfia Frâncisci regis mater. Conditiones inita pacis huc ad scribere nihil attinet. Rex quidem pro filijs numerauit Cæsari viciès centena millia aureorum. Hæc est fortassis illa ingens præda, quam se Cæsar amissurû cernebat, vt illi Sleidanus affingit, si Franciscò regi in Hispanijs captiuo aliquid humani accidisset: atq; propter eam Cæsarem ait magis ac magis in dies animum ad pacem adiecisse. Quod Cæsar clementissimus pro innata ipsi humanitate erga regem Franciscû, tunc ex animi dolore morbo correptû, fecit, hoc Sleidanus videtur tribuere auaritiæ, scilicet optimus & candidissimus historicus. Quid verò de eius historia princeps ille senserit, alibi dicitur. Vbi autem Cæsar in Italiam venit, magna oim gratulatione exceptus est, suoq; aduentu ruenti Italiæ pacem attulit, præterquam Florentinis, qui immodicis animis pro libertate, vt aiebant, tuenda & Pontificis & Cæsaris in se arma concitârunt.

Annus Germaniæ fuit multas ob causas admodum grauis & calamitosus. Irruebant scissimi Turcæ, grassabantur hæresum & nouorum do-

*Pax inter
Carolū V.
& Franci-
scum regē.*

*Annus Ger-
manie cala-
mitosus.*

gmatum portēta, morbus Anglicus innumeros tollebat è medio, & in sup̄er tanta erat annonæ caritas, quantam nemo mortalium meminisset. In inferiori autem Germania Flandris, Hollandis, Selandis repentina Oceani insaniētis inundatio damna passim dedit longè grauissima, aliquot locis planè submersis.

*Commentus
Suabachi.*

Fuit hoc anno Suabachi conuentus eorum, qui se Euangelicos dicebant: sed cum inter se conuenire non possent de coena Domini, (sic enim vocabant sacrosanctum Eucharistiæ sacramētum) alius conuentus Smalcaldicæ indictus est. Ità hoc præclarum Euangelium in re præcipui momenti, nequē tūc nequē postea vnquam idem statuere potuit: eaq; discordia magis ac magis semper aucta est, quæadmodum illis euenire necesse est, qui à veritatis constantissima luce ad incertas, varias & lubricas humani ingenij opiniones sese transferunt. Et tamē non desunt qui scribant, amicè eos discessisse Marpurgum, quò eos Lantgrauius cuocauerat, cum tamē (vt supra diximus) Luterus Zuingianos fratrum loco, licet plurimum hortante Lantgrauio, habere noluerit, hodieq; non cessent scriptis atrocissimis sese inuicem lacerare, & Marpurgi à Zuinglio 300. argumenta Lutero fuisse obiecta, ipsi Zuingliani affirmarint.

Hoc etiā anno Clemens Pontifex a duentanti è Genua Cæsari, & Placentiam contendenti, tres legatos obuiam misit, qui à Pontificiæ ditionis fines intrante solitum iusiurandum acciperēt, nunquā ipsum pontificis libertatem violaturum. Iurauit Cæsar verbis ritè conceptis, sed ità tamen, vt se de suo iure nihil discessurum testaretur: quod putant quidam ea ratione eum fecisse, quòd Placentiam & Parmam Mediolanēsi imperio antiquitus attributas repeteret, quandoquidem Mediolanense do-

mini-

minium Imperatorū semper beneficiarium fuisset.

Porrò Cæsar vbi Solimānum turpiter in fugam coniectum comperit, ingenti perfusus lætitia, cum iam circiter duos menses Placentiæ Parmæq; excogisset, rectà Bononiam contendit, quò iam paulò ante Calendas Nouembres Clemens Pontifex peruenerat. Ibi quid tum gestū sit, ex Paulo Iouio scriptore Italico bona fide commemorabimus. Excipitur, inquit, Cæsar Bononiæ triumphali pompa, summis honoribus, incredibili omnium lætitia, ipse paludatus & militaribus armis, vna dempta galea, vndiq; protectus, albo insigni equo, regio sumptu phalerato, à Mutinēsi porta in forum prouehitur. Præcesserant quaterna vexilla cum leuis tum grauis armaturæ Belgarum equitum, sagulis, cristis, & colorum varietate ità inter se distinctis turmis, vt quorum ducum essent, ab ipso insignium & vestitus argumento facile noscerentur. Successit inde peditatus toties victor, non tam opimis hostium ipolijs exornatus, quàm armorum fulgore ac aspectus feritate terribilis, ad truce[m] tympanorum sonitum & graues tibiarum modulos gradu superbe composito sub signis introductus. Quadratam vmbellam auro purpurâq; distinctam gymnasiarchæ & celeberrimi bonarum artium professores in togis Sericis præferiebant. Latus Cæsaris à decora Bononiensi iuuentute non custodiē, sed honoris causa, cingebatur. Prætor Vrbanus & decuriones cum vexillifero, & è Quadraginta uirali magistratu primoribusq; patriijs splendidissime succedebāt. Cōstitit in medio foro Antonius Læua æger pedibus, sed viuacibus oculis pugnacissimi ducis habitū præ se ferens, ac vt magis ob recentem bellicę constantiæ & rerū gestarū gloriā oim oculis offerret, in sublimi sella gestatus, hinc veterana Germanorum legione, illinc Hispanorum cohortibus ità p-

*Carolus V.
venit Bononia.*

Pompa excipit Cæsaris.

Exercitus pedestres.

denſa acie directis aut obuertiſ, & tormētis in frōte collocatis, vt exercitus concurſurus eſſe videtur. Erant iuxta Cæſarem illuſtres reguli, auro in lacinijſ vel ſolido bracteato, vel acu pingēte inducto, vel ad luxuriam concifo, itemq; exquisitiſ armorum & equorū ornamentiſ maximē ſuperbiſ. Scūdūm eos plata eſt Romana Aquila, auro in vexillo picta, ac item candidum aliud vexillum purpurea cruce diſtinctum, ſub quibus totius aule familia ex flore gentium oīm delecta, & nobiliſſimi Hiſpaniæ ſacraſi religionē equites Cæſariſ veſtigia ſequebantur. Prætorianuſ miles cuſtodie corporis aſſuetuſ, diuerſiſ ſub ſignis Hiſpanuſ, Belga, Germanuſ in croceiſ ſagis agmen extremum clauſit, & quicquid in foro ſpanij reliquū fuerat, occupauit. Erat erectuſ in Petroniani templi veſtibulo per ampluſ ligneuſ ſuggeſtuſ, periſtromatiſ & aulaiſ ad loci dignitateſ vndiquē ptectuſ, in quo Cardinaleſ & epiſcopi cæteriſque minoreſ ſacerdoſeſ purpurati ſuo quiſque ordine conſederant. In medio autē palta in ſede mitratuſ Pontifex Cæſarē expectabat. Ille itaq; nobilioribuſ tantū reguliſ principuſq; legatiſ ſibi adſcitiſ, equo deſcendit: ſub eunteſ per graduſ Cardinaleſ duo deduxere. Tū verō vt prodijt, oīm oculi in duoſ longē maximoſ terrarū orbis dñoſ ſunt cōiecti. Explorabat enim quiſq; valdē ſuſpenſuſ & tacituſ, propter memoriam veteriſ diſſenſionis & recentis amicitiaſ, an ora ipſa interioſeſ ſenſuſ nunq̄ ex toto fallentiſ, ſubitiſ illiſ affectionuſ & nutantiſ animæ momentis obedirent. Erat vultuſ Cæſariſ in geſtu militariſ & graui, blanda quadam lenitate verecūdiaq; perſuſuſ. Clementiſ verō facieſ itā ſubito ad ei긯 occurſuſ ex hilarata eſt, vt vel ob id maximē lætari crederet, q̄ illū multō humaniorē & auguſtiorē, q̄ putārat, eſſe cōſpiceret. Varia ſiquidē ab Hiſpaniſ

*Vexillum
Aquila.
Crucis.*

*Cæſariſ
vultuſ.*

Clementiſ.

js; & falſa quidē de Cæſare pleriq; malignē retulerant, & multi etiā vltro trepidiſ animiſ, propter acceptaſ tot inuſitataſ cladeſ, ſibi illū ſingebāt vti alteruſ Ariouiſtuſ, aut Rotomalcem, aliquo ſcilicet vultu Cimbrico & feritate Gothica metuendum, ac ipſiuſ deniq; militib긯 ferocia & ſpirituſ immanitate pſimileſ, qui deuiſiſ & ſtratiſ tot hoſtium exercitibuſ, tot vrbibuſ direptiſ, euaſtariſq; p̄uincijs diuina ac humana om̄ia dira conſuſi de miſcuiffent. Sed iam fuerat exceptuſ Genueſ, Placetiæ cognituſ, Parmæ demū, Rhegiij, & Mutinē cum ſumma om̄iſ generiſ hoīm gratulatione ſalutatuſ, vtpote qui paſſim humanitatiſ, abſtinentiæ, pietatiſ atq; iuſtitiæ monumēta abſq; vllō vel ſuperbiæ, vel crudelitatiſ, vel libidiniſ veſtigio reliquiſſet. Em̄uero, quo nihil eſt in rege populari긯 & gratiuſ, adituſ cūctiſ atq; aureſ ſumma benignitate & ſingulari paciētia p̄buerat, dederatq; obiter reſponſa ſpei æquitatiſq; pleniffima, q̄ p̄poſitiſ poſtulatorū capitibuſ ſingulatim rectiſſimē reſponderēt. Illam verō milituſ licentiam diurna impunitate conſirmatam, iſ, qui vel ablata rapuerant, vel ante diē arroganter ſtipendia flagitārat, ſupplicio protinuſ affectiſ, itā reſpreſerat, vt illo quod teneret, longē maximo oīm imperio digniſſimuſ haberetur. Sed nec eum, quanq̄ ſtate & fortuna florētem, vllē vnq̄ vel licitē voluptateſ à perpetuiſ reruſ maximaruſ conſultationibuſ auocabant, itā vt in eo ſimul iuuentæ decor eximiuſ ad Mariam laudem emineret, & conſilia ſenili maturitate p̄priiſ, nō alieniſ, cogitationibuſ excuſiſta, elaborata directaq; manerent. Nunq̄ enim p̄claruſ, nobile & firmū ei긯 *Eximia* ingeniū vel irarū impetuſ p̄turbārat, vel cæca vin- *laus Caro-* dictæ libido pupugerat, vel vlla humana mollitiſ, *li V.* quin recta ſentiret, expugnārat. Erat ei긯 vultuſ, vt *Vultuſ Ca-* hoc quoque curioſi minimē deſiderent, & argen- *roluſ V.*

*Caroli V.
affabilitas.*

Oculi. reo & grato quodâ pallore dilucidus, oculi cerulei, suaues, nulla acri seueritate formidabiles, & ij quidem ad ingenuum pudorē virilemque modestiā instituti. Nasus à medio clemēter assurgebat, quod magnitudinis animi signum in Persarum etiā regibus ab antiquis fuit obseruatum. Mentū erat ad exiguam venustioris iniuriā paulo p̄minentius, & q̄d grauitatis speciē addebat, subcrispa & flauenti barba conuēstitum. Capillum verò fulgore pallentis auri more Romanorum Cæsarum circuntōsum ostendebat. Porro statura corporis, vt in ipso ætatis integrē flore prosperrima valetudine, non ab inerti succo, sed à valido neruorum nexu longē firmissima, peramplē item robustaq̄; manus ad strigendum ferrum idoneę; crura autem venustissimē extantibus toris trunci proportionē directā, quod tum maximē apparebat, cum equo ueheretur. Tanta enim ei inerat cum dignitate equitandi peritia, vt nullus eo armato atq; equum incitante & in gyrum reflectēte vel pulchrior, vel viuidior, vel in ferendo armorū pondere patientior eques reperiri posse videretur. Cæterum ad Pontificis pedes flexo genu prouolutus, ac mox dextra læti arridētisq; Pontificis erectus ad osculum, Hispanica oratione, *Veni, inquit, sanctissime Pater ad pedes tuos, quod summo voto semper exoptui, vt fessis Christianę Reipublicę rebus communi consilio succurramus.* Oro D E V M Opt. Max. qui me huius voti compotem fecit, vt nostris consilijs ad sit, atque hic aduentus meus Christianis omnibus sit salutaris, Tum Pontifex, Certè hoc ipso congressu, inquit, sicut Deus immortalis & sancti cęlites certissimi sunt testes, mihi nihil vnquam fuit antiquius, & iā superis gratias ago, quod te videam prosperē atq; feliciter mari terraque perductum, resque eò deductas intuear, vt te authore de concordia omni-

um & solenni pace minimē desperemus. Obtulit subindē Cæsar auri signati circiter libras decem, deductusq; est summa comitate à Pontifice ad templi limen: atq; itā digressi, Cæsar ad aram maximā supplicaturus superis contendit, Pontifex verò in Prætorium, cum vniuerso sacerdotum ordine, continuo est reuersus. Nec multo post Cæsar & ipse Prætorium intravit, cui paratę erant summę ædium partes, itā coniunctę Pontificijs, vt inter vtriusque cubilia solus interesset paries, aditum præbente portula, vt cum vellent, ignaris omnibus, remotisq; arbitris, interdiū noctuq; de summis rerū negocijs familiarissimē disputarent. Eo modo sep̄ arcana sensuum mutua & sincera animi liberalitate detegendo, ac odiorum origines ad fatalem vim & consiliatorum & ducum insaniam refrendo, facile Dijs benē iuuantibus viam inuenēre, qua pax egregiē componi, & tot malis & funestis incōmodis opratus finis imponi posse videretur. Deindē paucis interiectis de Veneti legati apud Pontificem & Cæsarem oratione, ipsiusq; Pontificis pro Frāncisco Sforcia apud Cæsarem deprecatione, itā subiungit Iouius: Sed tanta erat altitudo iudicij Cæsaris, tanta moderatissimi eius animi religio, & tantum deniquē pacis & concordie studium, vt nihil regali fastigio dignius atque præstantius existimaret, quàm omnia consilio ad verum decus, ad solidam pietatem, & animi magnitudinem reuocare, vt arma in Turcas, adeo inter nos impiē scedę; tractata, verterentur: quippe qui nō adumbratam, sed veram & viuidam, non fortunę adminiculis q̄sitam, sed à fonte ipso proprię virtutis profluentē gloriam sectaretur. Itaque Solimanno Turcarum Imperatore iam à Viennę Noticę mœnibus cum strage ignominiaq; depulso, atque eo Byzantium p̄cipiti fuga properante, cum nihil iam hostile indē

*Colloquia
secreta Cles
mentis
Caroli V*

*Francisco
Sforcia re-
stituitur
principatus
Mediola-
nensis.*

*Eximium
Caroli V.
praeconium.*

amplius offer timendum, pacare cuncta constituit, Euocatur extemplo Bononiam Franciscus Sforcia, p cumbit ad eius pedes, redditoq; diplomate, quo illum data fide vbiq; terrarum Caesar saluum & tutum esse iubebat, salutem, imperium & spes deniq; omnes vni Caesaris probitati fideiq; committit: quoniam innocentia fretus, omnia se ex illius æquitate humanitateq; sperare prædicabat. Tum verò stupentibus cunctis videre licuit, quanto Caesar esset omni sua fortuna maior & excelior. Certarat pro Imperio Mediolanensi desertus à socijs, ab omnibus oppugnatus, in qua cõtentione omnes omniu vires ingentibus partis victorijs præclare contulerat, & cum aliquandò nutante partium fortuna, in dubia spe victoriæ versassetur, honestas pacis conditiones semper elato constantiq; iudicio repudiarat, nè quod virtute atque vna animi magnitudine erat facturus, veluti ignobili metu subactus & p̄sentis impulsus necessitate fecisse videretur. Habet enim hoc in se regius eius animus, velut excellenti & perfecta virtute præditus, vt nunquam vel acriter urgente fortuna abiecit se demittat, vel ea penitus aridete intemperater extollat, ergo vbiq; victor & triumphator supplicem in gratiam recipit, Mediolanensem ducem appellat, & tabulis Augustalibus ritè confectis, totum ei paternum regnum adiudicat, neque amplioris pecuniæ tributum imponit, quam ab initio & ante disensionem imponendum esse censuisset. Nec multò post Calendis Ianuarijs, solenni adiecta precatione, sacra peraguntur, ab incredibili hominum frequentia exoptatum afflictis Italiae populis in speratæ pacis nomē excipitur. Præfentes Clemens Pontifex & Carolus Caesar, orantibus Romuli Amasei viri eloquentissimi voce, Christiani nominis conseruatores, ac optimi maximi Italiae parentes appellantur. Obortas præ gaudio

dio lachrymas vix continet viri togati, optimi ciues, sanctissimi sacerdotes, legati regum omnium, Galliae scilicet, Britanniae, Lusitaniae, Scotiae, Pannoniae, Sarmatiae, Daciae, Veneti Senatus, ac item Allobrogis, Ferrariensis, Mantuani, Urbinatissiq; regulorum, ac liberarum etiã ciuitatum, genuensium, Senensium & Lucensium, cunctiq; demum proceres & principes, ipseque ante alios Franciscus Sforcia, honoris causa festum inter postremos Cardinales receptus. Ea enim dies tranquillitati initium & ærumnis finem allatura videbatur. Interea Caesaris vxor Isabela puerum peperit, cui propter aui materni memoriam Ferdinandi nomē impositum est. Hæc quidem Iouius, quæ vti & alia pleraq; libenter adscripsimus ob memoriã sempiternam optimi & potentissimi Caesaris Caroli V, q de Ecclesia Catholica optimè meritus est, licet ille ab ingratia nõ eam semper retulerit gratiam, quam equum fuisset. Longa verò maiora ille proculdubio præstitisset, præsertim erga immanes Turcas, Christiani nominis atrocissimos hostes, & pseudochristianos hereticos, nisi eius studia & consilia cum summo Christianæ Reipub. detrimento alij repressissent.

Porrò verò cum hunc in modum per Italiam singulari quodam numinis fauore cõpositæ res essent, licet Florētini plüs equo etiamnum insolescerent, in Germania indiès res in deterius abiit. Iam enim qui se Euãgelicos Protestantes vocabãt, rursus aliũ cõuentum in dixerant Smalcaldiam, eoq; cum ventum esset, trimesis omnes cuperēt vires suas isto cõdere coniungere, & se aduersus Pontificiorum, id est, Catholicorum potentiam communire, nihil tamen confici potuit, quod & Lutherani nollent eos recipere, qui dogmata Luteri omnia complecti nõ vellent, & Zuingliani vt id facerent, adduci nulla ratione possent. Putabãt enim pro sua parte potiùs

*Nascitur
Caesars filius
Ferdinãdus.*

*Conuentus
Protestanti-
um Smal-
caldia.*

flare verbum DEI & puram Euangelij doctrinam, quàm pro Luteranis. Lantgravius verò medium se inter utrosque gerens, volebat eos redigere in concordiam, sed eius conatus omnes irriti fuere. Cum enim iam vtraque pars ab Catholica Christi Ecclesia se separasset, non poterat habere spiritum illum concordiae & pacis, qui non est extra Ecclesiam dei toto orbe diffusam. Interim Zuingliani nolebant à sua discedere sententia, nec minùs ipsi reiciebant Luteri iudicium & auctoritatem, quæ erat maxima apud Luteranos, quàm Luterus Romani pontificis. Quid ergò mirum, si Luterus ab Ecclesia Romana sub verbi DEI & Euangelij prætextu pro caciter discessit, quandò ab ipso Lutero, quem iam pleriq; ceu deum suspiciebant, sub eodem prætextu intra paucissimos annos ipsius discipuli pertinacissimè deficiuerunt? Non enim minùs nititur verbo Dei, licet perperam intellectu, Zuinglius cum sua cohorte, quàm Luterus cum suis. Et tamen necesse est vel Luterum errare, vel Zuinglium. Non ergò satis est scripturas allegare, quibus plerique hæretici sua semper, quantumvis absurda, paradoxa firmare conati sunt, sed oportet legitimam scripturarum vim & intelligentiam adhibere, quæ non est apud hæreticos, sed in sola Ecclesia Catholica, cuius & doctor & rector est Spiritus sanctus: id quod non sine causa idètidem inculcamus. Sleidanus hoc anno mentionem facit libelli ab Erasmo Roterdamo editi contra quosdam, qui sese falsò iactant Euangelicos. Mordet ea res Sleidanum, & vult ipse quidem morsum intentare Erasmo, sed tamen continet se, non sine causa. Ait verò Erasmus Basilea relicta propter mutatam religionem, & vitandæ suspensionis causa, Friburgum sese recepisse, porro in libello iam dicto eorum ordinem, putà Euangelicorum, perstrinxisse. Habet enim in eo libello Era-

Luterus describitur à suis.

smus

smus inter alia multa, vt refert Sleidanus, nullum se nouisse ex illis, nempe euangelicis, qui non seipso videatur esse factus deterior. Tantillum ex eo toto libello Sleidanus cõmemorasse sat habuit, cum ibi multo plura scribat erasmus cõtra nouatores istos. Sed bellissimus historicus, qui tam multa Luteri aliorumque, quæ Catholicam Ecclesiam lædere possint, tam liberaliter & profusè lectori obtrudit, de Erasmi libello vix tria verba suæ præclaræ historiæ inserere voluit, videlicet sentiens se suosque premi auctoritate Erasmi, quæ tum multa fuit apud multos. Et nihil quidem veriùs dixit Erasmus, quàm ex istis nouatoribus nullum meliorem, omnes deteriores esse factos. Quod si Erasmus in catholicos ita scripssisset, integra folia Sleidanus ex eius libro suis commentarijs intexuisset.

ANNO 1530. Argentinenses Zuingliani ^{Argentines.} no dogmate imbuti, cum nolent Luteri de Cœna Domini sententiam amplecti, & propterea in fœdus à Luteranis recepti non essent, vt suis rebus cõfulerent, cum Tigurinis, Bernatibus & Basileensibus Sacramentarijs fœdus pepigere. Vbi hoc percepit Senatus Imperij, cui tum præerat Fredericus Palatinus, conatus est eos inde reuo care, presertim quòd Cæsari & imperio deuincti, sine illorum consensu non debuerint cum alijs fœdus percutere: sed parùm efficere potuit.

Hoc anno Luterus motus discordiæ concionatorum sectæ suæ, edidit Catechismum, in quo Decalogum, Precationem dominicam & Symbolum Apostolicum in plerisque longè aliter exposuit, quàm fecerat ante annos decem. Docet ibi vsum Baptismi & Eucharistiæ, præter quæ nulla alia vult esse Sacramenta, cum in catholica Ecclesia septem habèatur, quæ

fœdus cum Heluetijs.

Catechismus Luteri.

*Catechismi
innumers
sectariorū.*

quæ pleraque omnia etiã à Dionysio Arcopagita Pauli Apostoli discipulo numerantur. Inde verò innumeri à sectarijs editi sunt Catechismi, sed è quibus vix duos inuenias, qui inter se per omnia concordent. Fuit hoc scriptiois genus iuuentui longè perniciosissimum, cui sua venena homines verſuti inſtillarunt, mira plerunquè vſi blandiloquentia & verborū lenocinijs. Porrò apud vulgus ea re effectū est, vt cerdones & laniones & edentulæ anus deliriq; senes tanquã quodam numine afflati, de rebus theologicis etiã in tabernis aut apud focū mira garrulitate deblaterent, putentq; se plus aliquid in scripturis interpretandis valere, quã vel præcipuos Catholicæ Ecclesię Theologos. Itaque non rarum est apud Euangelicos, vt homines ex infima plebe, plerunq; etiã homicidę, liſtores, carnifices, concionandi & sacramenta ministrãdumunere fungantur, & tanta sit apud plerosque omnes confusio, vt nemo id satis explicare queat. Scripsit enim Luterus omnes homines esse sacerdotes, vt sacerdotium cogeret in ordinem, & populi studium ac fauorem sibi eiusmodi docēdi genere arctissimè conciliaret. Et effecit ille quidem apud vulgus miserabile, vt sacerdotio catholico ritu initiati, & monachi omnes in summum contemptum venerint: & in hoc sanè gloriari videtur inſcēdiſſima illa Epistola, qua Cardinale & Archiepiscopum Moguntinum Albertum, electoris Brandeburgici fratrem, ausus fuit hortari ad incundum matrimonium. In ea enim hæc quoquè eius verba leguntur: 'Vulgus nunc didicit & intelligit Ecclesiasticum statum nihil esse, id quod satis superq; declarant tam variæ cantilenę, diſteriaq; & lædorię, cū in omnibus parietibus, in om̄igenis schedulis, deniq; in chartis lusorijs sacerdotes & monachi pingātur, & pro ludibrio & portento habeatur, si què vel videre vel

au-

audire contingat è clero. Verum Luterus horum causa est, & ipse docuit miseram multitudinem contemnere sacerdotium & clerum. Satius autè fuerat dicere imperitis, quã grauius olim deus etiã in veteri lege puniuerit eos, qui sibi volebant arrogare sacerdotij functiones, & vt Christus dixerit apostolis suis, eorumq; successoribus: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Denique etiã in noua lege Christum instituisse apostolos & 72. discipulos, & ab apostolis rursus alios ordinatos episcopos & presbyteros, & diaconos. Sed Luterus volebat loqui placentia, & hoc pacto innumeros perdidit.

Luc. 10.

Huius anni mense Februario ipsis ferijs D. Martiæ, quo die natus erat Cæsar, & Gallię rex captus, Bononię à Clemēte Pontifice coronatus est, cuius rei historiam omnem visum est hoc loco ex Paulo Iouio Episcopo Nucerenſi adscribere, qui præsens interfuisse videtur. Cæsar, inquit, multis de causis Bononię coronari statuerat, quanquã id antea Romę faciendū esse decreuisset, vbi superiores Cæsares, tanquã in sanctissima sacrorum sede & felicitationum omnium domicilio, vrbeq; ipsa veteris imperij honore, antiquorum triumphis, & stupēdis supremę fortunę monumentis longè clarissima, coronas legitimo iure suscepissent. Sed euastatę Vrbs & nõdũ nouis cõmodis subleuatę calamitosa tenuitas, & opulentæ supellectilis ornamentorūq; penuria Cæsarem auertebant, quanuis Romani eius spe aduentūs ab om̄i tristitia & sordibus ad lætitiã veteremq; splendorem reuocari viderentur. Itaque euocatis omnibus regulis, deligitur Iouis dies 6. Calendas Martias, Martiæ Apostolo dicatę, qui erat natalis Cæsaris, semper ei faustus, & Ticinenſi etiã victoria lætissimus. A medijs Præ-

*Coronatio
Caroli V.
Bononiæ.*

*Pons ligneus
pensilis.*

lis, publicis impostus, incuruo tractu per forum & Petronianum templum ad aram vsq; maximâ protrahitur, & festa fronde pictisq; tapetibus exornatur, vt sine tumultu confundentis & prementis turbæ Pontifex & Cæsar in pompa præteruerti spectarentur. Erat de more veterum Cæsarum, vt Modocætiæ propè Mediolanum coronam ferream susciperent, quæ indicaret Romano imperio firmitatē ferro & militaribus copijs cōparari. tres enim coronæ Cæsaribus debentur. Prima est argentea, Germanicæ scilicet regni, quam suffragio procerum aquisgrani decennio antè suscepit, Secunda ferrea regni Lōgobardici. Tertia verò aurea Romani Imperij. Præsto igitur adfuere Medocætiensium legati, qui ad retinendam veteris prærogatiuæ dignitatem vetustissimi operis coronam & annalium codices antiquitate pernobiles detulere. Ea erat sine florentibus pinnis in simplicem & latum orbem circūducta, ferro introrsus tempora præcingente, sed exterius auro & gemmis exornata. Viduo itaq; antè, quàm tertiam coronam acciperet, in sacello domestico, adstante Pontifice, sacris peractis, Cæsar vngitur, ferreaq; corona & cæteris regijs insignibus decoratur, iisdem ferè cæremonijs quas paulo in frâ memorabimus. Prætulere ante Cæsarē summi honoris causa, Aluarus Olorius Marchio Astoricensis aureum sceptrum, Didacus Pæceus dux Ascalonius ensē gemmata vagina conditum, Alexāder Medices dux Pinnēsis, Cæsaris gener, orbē aureū cum præfixa cruce gemis distinctū, Bonifacius autē Marchio Mōtisferrati Modocætiē coronā. His rebus ritè cōfectis, aduenit demū dies, maioris coronæ aureæ pompæ destinatus, & is quidē, cum noctū pluisset, Superis mirè fauentibus, incredibili serenitate perspicuus. Ante alia Pontifex, vniuerso Cardinaliū & Episcoporum ordine in mitris & pluuialibus sacris pallijs,

cæteris

cæteris verò sacerdotibus in coccinea veste per pōtem solenni pompa traductis, in præalta sede gestatur, & comitantibus prætorianis sub vmbella templum ingreditur. Iam in forū Antonius Leua pedestres copias adduxerat, & obuensis in omnes aditus maioribus tormentis, & signis in medio constitutis, cuncta loca perpetua militum statione firmauerat. Interim è lacubus, qui in summo prætorianæ porticis fornice fuerant fabricati, per siphones rubra & alba vina fundebatur, panes ab alto in subiectos milites spargebantur, torrebaturque in machina versatili bos integer ingens, hæc edis, veruccibus, ac omni ferè volucrum genere sanctissimus, vt in tāta festa hilaritate milites sub armis in acie stantes, ad manum paratis obsonijs cum iucunditate vescerentur. Nunquā ab vlla memoria vel ad celeberrimi triumphī, vel ad inauditi spectaculi famā maior atq; nobilior mortaliū insignium numerus in vnam urbem confluxit. Erant adeo plera loca omnia, quæ foro imminebant, vt multi in alto suspensis & pendentibus speculis, alij in ædiū proiecturis & periculosis locis cum aliorū admiratione prospicerent. Iam pōtifex sacratas tunicas & chlamydes induerat, & sacra solennia ex cultis altaribus parabantur, cum Cæsar sub vmbella ornatissimo procerum comitatu ad templi vestibulū peruenit, ita vt vix eo paucis passibus præteruerto, tabulata pontis prægrauante prætorianorum turba, frangerentur: ibique pleriq; militibus immixti, foedo casu procident, sese pilis atq; securibus induerunt, inter quos fuit Albertus Pighius Belga Theologus Luteromastix: minima tamen pro tumultu clades incidit. Sed facile fuit æstimare ex atrocitate periculi, quis in Germano milite supra ferociam militarem natura implacabili, animorum habitus esset futurus, si ad certam omnium perniciem Cæsar ipse, se paululum vertente

Corona ferrea
Modocætiæ.
Tres Cæsarum coronæ.

Militarē Cæsaream.

Vina fundunt siphones.

Bos integer iustus.

Frequentia nobilium.

Sceptrum.
Ensis.
Orbis aurea
Corona.

tente fortuna, cecidisset. Sed in trepidè respectans Cæsar, leniter arrisit, ità vt fortunam suam certius agnoscere videretur, quæ cœptis & votis omnibus benignissimè semper adspirasset. Erant omnia ad imaginem Vaticanani templi cõstitutata, & nouè sacellis appellatiões impostæ, vt ea sigillatim ad veterè consuetudinem ex Pontificijs libris responderent. Adfuerè igitur romani sacerdotes, quibus sacra Vaticanani templi sunt commèdata. Ij ad aram Cæsarem susceperunt, linteaq; sacerdotali tunica superiniecta, in collegium eius sacerdotij cooptarunt. Eum Saluiatus Cardinalis in verba ex libris Pontificijs cõcepto sacramento adegit, ità vt in summa libens iuraret, se Pontificiæ dignitatis perpetuò futurum esse defensore. Ab hac ara duarum turrium nuncupata, duo Diaconi Cardinales, Saluiatus scilicet ipse & Radulphus, ambo ex patruclibus Pontificijs nepotes, ad templi limen deducit. Flexo genu supplicatè, Picolomineus Presbyter Cardinalis, certis precationibus expiatum, in sacellum S. Georgij perducit. Ibi lintea tunica deponitur, sandalia margaritis & gemmis picta statim induitur, & Dalmatica veste in morem Diaconi prius assumpta, paludamento demùm conuestitur. In eo habitu præcedenti Puccius Cardinalis ad porphyreticam rotam, quæ est ad Vaticanani templi medium, mitratus occurrit. Ingeniculatus Cæsar, ad aram maximam obuertitur, solenni q; altera precatione, vt eius imperium stabile, perpetuò, victoriarum, pietatis & laudis plenum faxit, Deo maximo, in cuius manu sunt regna, cõmendatur. Sunt em̃ multa antiquitùs à pijs præstantibusq; ingenijs cum summa verborù elegantia & Christiana grauitate composita, quæ ex sacro libro ad statas rerum & locorum cæremonias ab alijs atque alijs sacerdotibus in frontè Cæsaris perleguntur, Quæ omnia in illis Pontificum iam editi

*Cooptatur
Cæsar in
collegium
Vaticanum.
Præstat iuramentum.*

*Induitur
Dalmatica
veste.*

libri

libris quisque curiosus facile poterit inuenire. Ascenditur demùm versùs aram maximam, vbi Innocentiõ Cibo Cardinale Litanias præeunte, alternis precibus piè pronuntiatis, diui diuq; omnes propiciantur. In lectisternio supplicanti Cæsari Campègius Cardinalis adstitit, & de scripto orationum culam, vt auspiciò coronaretur, religiosè recitauit. Indè mox Cæsar à Farnesio (quoniam is erat Senatùs princeps & Cardinaliù verustissimus) intra sancti Mauricij sacellum est deductus: vbi diffusulata Dalmatica, humeros & brachiù dextrù sacro oleo, adiectis puris & pijs orationibus, inūgitur. His rebus ritè confectis, solènia sacra erudito Phonscorum concentu, alternantibus choris, operante Pontifice, ipso Cæsare in sacra veste ministratè, prinus inchoantur: quæ miro ordine cæremoniarum, summa grauitate sacerdotum, insigni omnium religione adeò in serum diem sunt protracta, vt vel piè curiosos fatigare potuerint, si is lögè omniù clarissimorum Principum admirabilis cõfessus, spectantiù oculis vlla in parte fatiare potuisset. ceterùm summa sacrorum fuit, vt Cæsari de manu Pontificis Romani Imperij insignia traderentur. Itaque solenni precatione semper adhibita, Põtifex ei supplicis scoprum aureum dedit, florenti cacumine conspicuò, quò piè gentibus imperaret: itemq; nudatum ensis, quo Christiani nominis hostes persequeretur. ac pomum aureum, quem vti terrarum Orbem insigni pietate, constantia, virtuteq; regeret: & potrem. Item diademam illam potiùs quàm coronam bicipiti fastigio, multisq; Adamantibus insignem, capiti imponit. Ille piè inflexo genu, pronus exosculato pede Pontificem adorauit. Tum demùm Cæsar in illa tot gemmis ac vnionibus exornata triumphali trabeca, ad læuam non procul à Pontifice, in sede auro protecta, sed paulò humiliore, sessum est pductus,

Humeri & brachium dextrum vnguntur.

Datur ei scoprum aureum. Ensis nudatus.

Pomum aureum.

Corona aurea insignis

Trabea triumphalis

Q &

*Salutatur
Romanus
Imperator.
Displodun-
tur bom-
barda.*

& Romanus Imperator appellatus. Quod ubi in fo-
ro militibus est renūciatum, Antonius Læua ad de-
clarandā letitiā maiora minorāq; tormenta dispo-
di iussit, itā vt terribili sonitu caelum crepitare, ter-
ra quati, & tecta nutare viderentur. Nec multo post
Pontifex sacratissimæ Eucharistiæ hostiam humil-
mo quodam oris gestu, purissimoque animi habitu
desumpsit, atq; cum obiter Cæsari omni labe crimi-
num expiato religiosè communicauit. Peractis sa-
cris, templo excessum: ad preparatos equos Sacer-
dotes, Legati, Proceres discurrunt: omnis repente
multitudo in equis cōspicitur: acclamatōes, tuba-
rum cantus, tympanorū strepitus audiuntur. Con-
scendenti equū Pontifici Cæsar ad leuā pedes adsi-
tit, vt benignè auratam stamm sacratio pedi proxi-
mū inducturus. Sed pium Cæsaris obsequium Pon-
tificis humanitas religiosaque modestia superauit.
Ergo iunctim equo vterq; albo, sed Pōtifex Thrai-
cio, Cæsar Hispanico cōsidentes, vmbellā subeunt,
summæ dignitatis hominibus ad eam gestandā ho-
nori simul & labori succedentibus. Præcedebat mi-
ro pompe ordine tum Cardinalium, tum procerum
vriusq; aulæ familia: in tergo signa erant viatorū,
qui cursores appellantur. Ad hæc subsecuti sunt se-
ptem viri insignes, armis, trabeis, militatibus equis
& pedestri comitatu valdè conspicui, qui totidem
ingentia vexilla deferebant. Traducti præterea ali-
quot albi asturcones sinè fessoribus, auratis ephip-
pijs instrati. Prætulère etiā adolescentes eximie
nobilitatis in scipionibus præfixos galeros Pontifi-
cis purpureos quatuor. Nec multum in dè succede-
bat Eucharistia, sub aurea vmbella oculo crystalli-
no inclusa, & fellæ generosi & tamen pacati equis
perimposita: laterna ingēs antè, & circum dena fu-
nalia ferebantur. Tum demum promiscuè gentium
omnium honestissimi quiq; successère, vt decuit in

tanta

tanta hilaritate, regio sumptu, suprà quàm credibi-
le videatur, exornati. Nemo enim ex tota Italia pau-
lò vir illustris non venerat, nisi vehementi valetu-
dine præpeditus. Hispani, Itali, Belgæ, prout libido
genijque tulerunt, auro textili & serico omnis co-
loris elegāter variegato, itemq; Phrygijs operibus
& acupictis sagulis spectantium oculos perstringe-
bant. Germani in veste obscuriore, sumptuosa ta-
men, torquibus aureis relucebant. Visebantur pas-
sim equi ex omni regionum sobole maximè gene-
rosi, & insano sumptu toto terrarum orbe conqui-
siti Aderant permulti illustres, nobiles, opulenti, cla-
rorum principum progenie editi, quos dinumerare
vix queas. Inde sequutę sunt variæ legationes, &
mox ipsi purpurati Cardinales. In dè nō procū su-
cessit vmbella, sub qua duo longè augustissimi ter-
rarum Domini in mitris illis stupenda & inæstima-
bili gemmarum & vnionum varietate preciosis, itā
solutim & temperato passu incedentibus equis, vt
ij certa ingenij grauitate, quales fessores vcherent,
sentire viderentur. Antecedebant vmbellam, ipse
Montisferrati Marchio, solēni in chlamyde & co-
rona gemmis ornata, qui Cæsaris sceptrum defere-
bat: Franciscus in dè Maria, Feltrius dux Urbini, Ve-
netorum Imperator, & quoniam erat præfectus vr-
bis, in veste purpurea Dalmatica, cum inusitato in-
mere formam capitis tegumento, aurea cruce di-
stincto, & tenijs vtrinque pendentibus, nudatum
ensem prætendebat. Philippus verò Palatinus, quē
decora proceritas & obsidio Viennæ aduersus Tur-
cas fortissimè tolerata, clarissimum reddebant, au-
reum Orbē detulit in talari toga purpurea, adstri-
cta manicis, & plano pileo cādidis pellibus redimi-
to. Postremus erat Carolus Sabaudius Allobrogū
dux, pileolum ferens vnionibus, smaragdis & car-
bunculis collucētē, qui, cum oporceret, nobilio-

*Pontifex et
Cæsar sub
vmbella.*

*Pontifex et
Cæsar simul
equitant.*

*Septem ve-
xilla.*

*Eucharistia
sub vmbel-
la.*

Spargitur in populum moneta aurea & argentea.

ris officij causa demptā capiti Cęsarıs coronā præ-tentis manibus deferret. Inter hos summi ordinis principes & vmbellam ipsam, Cęsarıs quęstor obequitabat, qui per singulas regiones certis passuum in teruallis ad dimouendam turbā excitandamq; le-titiam, effusē in populū argenteā atq; auream stipē signatā imagine coronati Cęsarıs dispergebat. Se-cundū vmbellam binis cubicularijs & medicis lo-cus fuit. Tum verō Antistites opibus & autoritate præstātes, qui vel legati regū erant, vel Cęsarıs con-siliarij, vel ij, quos ab insigni gratia Pontificis assi-stentes vocant, & ceteri demū Episcopi in viola-cis pallis, & post hōs minores sacri viri successe-runt. Nouissimū agmen claufere cataphracti equi-tes Belgę, per alas turmasq; distincti, eo ordine in-dutis galeis & prætentis hastis subsecuentes, vt nō modo tantę pompę præsidio, sed ornamento esse viderētur. A tēplo, vt diximus, profecti, modico ad leuam flexu ad vrbs vmbilicū, vbi est turris Afinel-lorum, altitudine Italicarū nulli secunda: Indē per regionem albis & cyanis pannis coopertā, quę ad Flaminee vię portam perducit, in tēr acclamationes longo tractū processum est, porticibus hinc & indē spectātium fœminarum multitudine refertis, sic vt pompa omnis sinē tumultu omnium oculis ad in-credibilem voluptatem ostentata, quicquid spe-ctaretur. Tum demū ad regiōis biuium, quod di-citur, Ad clauaturas, Cęsar à Pontifice digressus, ad diui Domini templum contendit, Ibi venientem Romani Lateranēsis templi sacerdotes cum summa veneratione susceperunt, & vti Vaticani dudū se-cerant, in collegiū cooptarunt. Indē Cęsar ad aram D. Iohannis supplicauit, & multos omnis generis oblatos nobiles equestri dignitate, gladio leuiter percussis humeris, ornauit. Nec multō post alio in-tere, quā siisset Pontifex, ad prætorium est reuer-

Belgę equi-tes cata-phracti.

Cooptatur Cęsar in collegium Lateranens.

Creat equi-tes auratos.

fus. Erat maximo triclinio, ad epulum præbendum aulais vndiquē strato, coniunctum cubiculum Hip-polyti Medicis Cardinalis. In id familiariter Cęsar coronatus, excluso fermē omni famularu, se recepit, trabeam deposuit, exiit sandalia, & auream talarē togam sumpsit, atq; hileis aliquandiu ab illo tan-to prætextę chlamydis & prægrauis tiarę pondere conqueiuit. Intereā præcinentibus tibijs & tubis, epulę miro ordine ministrorumq; silētio introfer-ri sunt cęptę. Itaq; adfuēr. Cęsarī præstō quatuor illi principes, in sua quisq; solenni chlamyde, vt in-signia præferrent, atq; item alij illustres reguli, vt eū ad mensam deducerent. Cœnauit solus Cęsar, sin-gulis Imperij insignibus in mensa collocatis, q̄ erat aliquot gradibus excelsa. At in alia infra gradus, in cōspectu tamen Cęsarıs, discubuerē Sabaudius, Pa-latinus, Vrbinās & Montisferrati reguli. In exte-riore verō triclinio epulum cęteris proceribus præbi-tum. Remotis mensis, iterū Cęsar gladium cepit, & plerisque nobiles equestri dignitate decorauit. Hęc ex Paulo Iouio aliquātō fastūs, omisiss tamen hincindē nonnullis breuitatis studio, quę non ma-gnopere huc pertinere videbantur.

Cœnat so-lus Cęsar.

Creat iterū equites.

Intereā cum esset in Italia Cęsar, conuentū Prin-cipum & Ordinum omnium Imperij indixit apud Augustam Vindelicorum in diem 8. Aprilis. Dne omninō res, vt id faceret, vel maximē hortari vide-bantur: T̄issidium religionis longē perniciosissimum, quod nisi breui componeretur, exitiū Ger-manię minari certum erat. Deindē bellū Turcicū, cui sustinēdo certę ratios & vię & opportuna re-media atq; consilia paranda erant. Vfus est in ijs in-dicendis comitijs singulari quadā comitate & man-suetudine, itā vt propo sita fide publica, nulli nō li-berum faceret ad ea comitia securē accedēdi, & suę fidei formulam exponendi. Itā etiā iam erāt exulce-

Indic Co-mitia.

Cęsarıs cle-mentia.

rata Germanorum res, vt austeritate parum profici posset, maximè q̄ Turcarū immensæ vires & incupibile in Christianos odiū, faciliè Imperatorē absterrent, nē qd̄ ageret durius aduersus quosdā refractarios, quos alioquī faciliè domare potuisset, si à Turcis & quibusdā alijs securo ipsi esse licuisset, mit aut̄ is conuentus lōgē celeberrimus, & Cæsaris aduentus atq; apud omnes peruulgata clemētia, faciliè quoslibet eō vt accederēt, inuitabat. In eo cōuentu obrulerunt Luterani confessionē suam Cæsari, cuius architectus fuit Philippus Melanchthon præcipuus Luteri discipulus, & quidē excellētī doctrina, sed adeo varius & inconstans, (id quod necesse est illis euenire, q̄ a veritate deflexerunt) vt ipsam quōquē confessionē Augustanam crebrō postmodū mutauerit, quod vtiquē absterre debuit oēs cordatos homines, nē tam incertē & ad humani ingenij mutabilitatē subindē in alias formas transformatē doctrinæ sese accommodarent ac traderēt. Nam de ipsis quoquē sacramētis, per q̄ in nos diuina gratia ceu p̄ canales quosdā deriuatur, tam est ille Melanchthon in sua cōfessione lubricus & ambiguus, vt primō quidē velit esse duo tantū, deindē in alia editione tria ponat, porrō in extrema quatuor numeret. Est autem notatu dignum, q̄ de hac præclara Confessione scribunt quidam, eam tanto in præcio fuisse apud quosdam non infimos Luteranos, vt dixerint se malle de Pauli Apostoli, quā vel de Luteri vel Confessionis Augustanæ doctrina dubitare. O iusta Dei iudicia: qui decreta Conciliorū & Pontificū ducunt pro nihilo, eō a mētē deuoluunt, vt plus apud eos valeat Luteri & Melanchthonis, quā Pauli, id est, Christi in Paulo loquētis auctoritas. Habent autem Vuittenberge in Academia sanctiones quasdā, quibus grauit̄ in primis cauē, nē qua dogmata aut spargantur, aut propugnentur,

*Comitia
Augustiana
celeberrima*

*Melanchthon
Proteus.*

*Sacramēto-
rū numerus
varius in cō-
fess. Augu-
stiana.*

quæ cum hac Confessione pugnent. Deniq; in eius iurare verba oportuit ecclesiarum Luteranarū ministr̄os & professores. Et hæc quidem de illa Confessione scribunt fratres quidam euangelici, qui tamen etiā hoc habent, eam postea sepe repetitam, auctam & emendatam fuisse. Si ergo emēdata fuit, subindē in pugnantia dogmata iurare oportuit. Et certē, vt dixi, nō semel mutata est ab vno eodemq; Melanchthone. Nō ergo à Christi spiritu, sed à cerebro parū sano profecta fuit, nec aliud quā humanæ doctrinæ fermentum esse censenda est.

Et tamen ad hanc confessionem permultæ sectæ sese referunt, atque etiā Calviniani, quibus vt id possent, occasionem dedit Melanchthon, dum illam Confessionem subindē recoquit, adeo vt Luterani quoquē nonnulli Melanchthonem grauissimē incusent, nec pati velint, vt Calviniani, Zuingliani & quidam alij ad Confessionem Augustanam admittantur, quippe à qua non parū dissentiant.

Interim solent isti iactare, vt aliās diximus, se deum veram & puram doctrinam in orbem reuocasse. Sed absit vt hoc illis persuadeant, quibus salus suæ curæ est, qui non instar paruulorum fluctuantium omni volunt doctrinæ vento circumferri. Hanc igitur confessionem Augustæ Cæsari exhibitam, tanquā illam Babylonicam Apocalypsis Diui Iohannis meretricem, pleræque horum temporum Sectæ adorant: & tamē nihil ferē in ea est, quod non ipsi Confessionistæ in mutua lite ponant, & in alios atque alios sensus, prout visum est, trahant. Nec quidem leuibus de rebus inter se atrociter diglantur, sed de ipsis suæ Confessionis capitibus. Et tamen ea est illorum hominum (de do-

*Confessio
August.
meretricæ
Babylon.
Apo. 13. 14.
16. 17. 18.*

*Sectarū
quā inter
dum incredibilis impudentia, vt si forte quæras se
pugnent.*

pugnant, ac tunc respondeat, nullā de fundamen-
to inter ipsos esse dissensionem: & hoc quidem per-
suadent illi miserē ac imperitę plebeculę, quam mi-
ris quibusdam dolis ac fraudibus tenent miserabi-
liter implicatam. Quin & scriptis palam editis co-
natus est quidam importunus & prodigiosus Lute-
ranę factionis concionator Iacobus Andreę Smi-
delini hominibus persuadere, se, & suos inter se p-
bellē consentire. Sed eius tam improba & porten-
tosa vanitas, etiā ab ipsis sectarijs egregiē cōfuta-
ta est: immō verō ipsa rei euidētia tam cōcedū men-
daciū palam coarguit, cum permultis libris editis,
in vicem se mirabiliter oppugnet & criminentur.

Et ut aliquid nōrit posteritas de impudentia isto-
rum hominum, qui sub pretextu Euāgelij Germa-
niam & totum orbem Christianum perturbārun-
t, libet hic insigne facinus eiusdem Iacobi Andreę
Smidelini (quoniam se offert occasio) ad perpetuā
rei memoriā subjicere. In colloquio quodā Vuor-
matēnsi conuenerant multi docti viri, de religio-
nis negotio tractaturi. Quodam die Andreas iste
concionem habiturus in frequētissimo auditorio,
suggerentem ascendit. Sed quo tandē habitū? Pu-
natoris euā-
gelici habi-
tum.
det referre, sed dicendum est tamen. Cum sago au-
lico paulū infra genua, manica altera picturata cir-
ca sinistrum humerum, exertis vtrinque brachijs, &
cum cultro venatorio ad latus. Itā ille pacis & euā-
gelij præco, ut videri volunt, repentē quendā Thra-
sonem repræsentauit in æde sacra, sub adspēctū tot
hominum, & in sacra concione.

Sed ad confessionem Augustanam reuertamur,
de qua tamen priusquā plura dicere pergamus,
quod propemodū oblitī eramus, paucis explica-
bimus aduentum Cęsarīs ad Augustam, & quę tum
illic obiter gesta sunt. Venit Cęsar Augustam in p-
Augustam, festo corporis Christi, & quidem sua spe tardius ve-
nit,

nit, propterea quōd in itinere passim etiā à Vene-
tis per eorū ditiones honorificentissimē esset acce-
pit. In comitatu Tirolēsi, vbi sunt celeberrimę ar-
gentifodinę, oblati sunt ei nūmus argenteus, q̄ pre-
cio æquaret aureos 1700, omnia Cęsarīs stemmata
miro quodam opere & elegātia repræsentās. Mo-
naci verō Principes Bauarię quadriduo eū retine-
rūt cum fratre Ferdinando & Cardinale Cæpegio,
itā vt nullum officij & honoris genus prætermis-
sē viderētur. Indē vbi iam Augustam aduētare ccepit,
Principes omēs & Ordines Imperij ei perquā re-
uerēter processerūt obuiam, & vbi ad quinquaginta
ra vel sexaginta passus appropinquārun-
t, ex equis descēderūt. Eo viso, Cęsar pro sua singulari & ipsi
propemodū innata modestia achumilitate, vnā
cum fratre Ferdinando itidē se demisit in pe-
des honoris causa. Excepit eum decentissima orati-
one, Principum & Statuum omnium nomine, Car-
dinalis Moguntinus Albertus Brandeburgicus,
cuius inter Electores prima fuit dignitas. Indē itū
est ad urbem, apud quam à Senatu & populo miro
studio acceptus est. Intra urbem excepit eum Epi-
scopus Augustanus cum Clero, & sub umbella ad
summam ædem perduxit. Iam dies ccepit mutari in
noctem, & itā Cęsar ad Episcopi ædes, quas Palati-
nas vocant, alij ad alia hospitia digressi sunt. Eiusdē
verō diei vespera & manē sequētī multum egit per
suos cum Saxone & alijs Luteranis principibus, vt
interessent Processioni publicę, qua gestanda erat
sacro sancta Eucharistia. Sed hoc ab ijs impetrare
non potuit, cum ferē ad meridiem cum illis egisset.
Persuaserant enim illis ipsorum cōcionatores, ido-
latrię crimen admitti ab ijs, qui Eucharistiam
adorarent. Negant enim CHRISTVM esse
in Eucharistia extra tempus sumptionis. Fuit ca-
horrenda blasphemia, sed illi in sua sententia tan-
quam

*Nunmus
argenteus
insignis.*

*Excepitur à
Principibus.
A Senatu.
Ab Episcopo*

*Impudentia
Smidelini.*

*Nota cōcio-
natoris euā-
gelici habi-
tum.*

*Aduentus
Cęsarīs ad
Augustam.*

*Cæsar in-
terest pro-
cessioni.* quàm in magna luce permanferunt. At verò Cæsar
religiosissimus, licet iam meridies appeteret, cum
reliquis principibus, quorum illic magnus erat nu-
merus, cum Hispanis quoque & Belgicæ proceribus
illi processioni cum quadam eximia in Deum pie-
tate & haud vulgari splendore interfuit. Eucharisti-
am gestabat Cardinalis Moguntinus, à dextris rege
Ferdinãdo, à sinistris Ioachimo Brandeburgico prin-
cipe eum deducètibus. Ante Eucharistiam præcede-
bant Principes seculares, itemque Clerus cum alijs
permultis. post eam sequebatur Carolus Imperator
nudo semper capit, tametsi sol esset ardentissimus,
in manu ferens quadrifidam facem ardètem, quod
idem voluit fieri à cūctis Proceribus & Principibus,
Imperatorem sequebantur omnes Archiepiscopi &
Episcopi. Umbellâ ipsam, sub qua portabat sacro-
sanctâ Eucharistia, vicissim gestabat seni Principes
seculares. Porro longissima processione diuersi ge-
neris Musici concinebât in laudem DEI. Omnibus
ritè peractis, Cæsar valdè acerbè tulit Luteranorum
Principum detractionem, iussitque vt quamprimum
altera die cum publica fide Augusta excederent,
sed Principum Catholicorum precibus ab ea
se sententia deduci passus est. Fuit certè hic Princeps
longè optimus semper egregia in Deum animi pie-
tate, itâ vt omnibus perspicuum esset, eum non tam
suis viribus aut opibus, quæ quidè erât amplissimæ,
quàm p̄potentis Dei auxilio & favore niri. Et quia
ipse diuini honoris & cultûs admodum studiosus
fuit, p̄pterea quoque vbiq; ferè euidentissimis p̄-
potentis Dei auxilijs mirificè fruebat, ad eò vt ipsi
etiã Turcarû potentissimo Tyranno eius prospe-
ritas formidolosa fuisse dicat. Non em̄ debêt Chri-
stiani piorû principum prosperos successus fato vel
fortunæ adscribere, quod quidam faciunt ethnico
quodam spiritu parùm Christianè, cum ex diuina
proui-

*Et nudo ca-
pite, sole ar-
dentissimo.*

*Umbellam
gestant se-
ni principes.*

*Pietas Ca-
roli V.*

prouidentia omnia pendeant, & DEVS amplissi-
mis verbis sæpè polliceatur in scriptis diuinis, se
glorificaturum eos qui ipsum glorificent. Nec ijs
obstat, quod sæpè diuersum euenisse legimus. Ex-
pedit enim interdum, etiã aduersus iactari flati-
bus pios, nè rebus nimium ad voluntatem fluen-
tibus superbia intumescant. Cæsar igitur audi-
tis rationibus Catholicorum Principum, iram remi-
isit, & ad diem vigesimû Iunij inchoaturus actio-
nem, iussit Principes & Ordines Imperij adesse in
primario templo, vbi tum Missam celebravit Car-
dinalis & Elector Moguntinus. Saxoniæ Elector
consuluit suos theologos, num liceret Missæ inter-
esse: & responsum est nihil esse periculi, quod non
ad missam, sed ad suum officium euocaretur. Est em̄
hoc Saxonici Electoris munus, vt gladium Cæsari
præferat. Itâ nouerant illi Theologi Principibus
quidlibet persuadere, vt dolendum sit, clarissimos
Principes in tam infidos consultores incidisse. Ita-
que Saxo quoque Missæ, licet eam summè & extre-
mè execratus esset Luterus in libro de abominati-
one Canonis Missæ, interfuit, & cum eo Georgius
Brandeburgicus itidem Luteranus. Sacrificio per-
acto, itum est in Curiam. Augustani octingentos
pedites conscripserant vrbis tuendæ causa. Illos
Cæsar dimitti iussit, & mille ipse conscripsit, qui vr-
bi à seditione & tumultu seruandæ inuigilarent.
Omnibus quoque tum Catholicis tum Sectarijs
Concionatoribus interdictum est, nè publicè ad
populum sermonem haberent, donè religionis
negocium absolueretur. Quosdam tamen Cæsar
ipse constituit, qui sine cuiusquam contumelia in
summa æde concionarentur. Id quidè grauibus de
causis itâ fuit constitutum. Erant enim diuersarum
sectarum concionatores, & singuli ad se populum
traducere nitentur, quæ res seditionibus materia
præ-

1. Reg. 2.

2. Mac. 6.

*Cæsar plas-
catur.*

*Principes
Luterani
interfunt
Missæ.*

*Negocium
religionis
primò tra-
ctatur.*

præbitura videbatur. Ante omnia verò in ipsa a^gti-
one Cæsar negocium religionis tractandum suscipi
voluit, non dubitans quin eo transacto, reliqua
omnia faciliorem essent expeditionem habitura.
Itaq; Luteranis permissum est suam publicè recita-
re Confessionem, quam & reutonicam & Latinam
Cæsari obtulerunt. In ea alij sunt Articuli, quibus
suam fidem declarât: alij, quibus indicât abusus ab
ipsis mutatos. In prioribus multa dissimulant, quæ
antè secus docuerât: In posterioribus egregiè mē-
tiuntur se non aboleuisse Missam, sed eam retine-
re & summa reuerentia celebrare, v̄sitasq; Cære-
monias ferè omnes seruare, itemq; se confessionē
non abrogasse. Sed ea Melanchthonis mendacia,
ipsa meridiana lux coarguit: Et hæc quidē ille Me-
lanchthon scribere non dubitauit in illa præclara
Confessione, quam toties postea retexuit. An non
verò Luterus longè antè librum conscripserat de
abroganda Missa? an non sacrum Canonem Missæ
impiè lacerârât? an non Missæ sacrificium explose-
rat? Ità quòd ad Confessionem attinet, æquè im-
pudens est Melanchthonis mendacium. Nam mul-
tis annis confessio integra, & qualis sit apud Ca-
tholicos, apud illos exulabat. Et quidem vt in inui-
diam Catholici adducantur, Sleidanus more suo
ait eos velle, vt delicta omnia diligenter enumerē-
tur: nec addit homo verus, hoc de lætalibus pec-
catis accipi oportere, Nam peccata leuiora quæ ve-
nialia dicimus, omnia nec debent, nec possunt enu-
merari.

*Eleonora in
Gallias it.*

Hoc ferè tempore ex Hispanijs in Gallias profe-
cta est Eleonora Cæsaris soror, & cū ea duo regis
Francisci liberi, Franciscus & Henricus, qui iam ad
quadriennium apud Hispanos obsidum loco per-
manserant. Excepti sunt omnes incredibili totius
populi gaudio.

In

In Italia iam ad vndecimum mensem Florentia
validissimo Pontificis & Cæsaris exercitu obsessa,
hoc demum anno sub certis conditionibus sese dē-
didit. Eiecerant Florentini optimates quosque &
Mediceorum familiam, cuius tamen certè præclara
in eam vr̄bem extabant merita: iamque Respublica
ab obscuris & nouis hominibus, omnia ad priuata
commoda referentibus, administrabatur. Ea verò
libertas, quam insanis ac peruicacibus animis ad in-
teritum vsque patrię tuendam susceperant, quauis
acerba tyrannide molestior erat: nec tamen pote-
rant adduci, vt honestis conditionibus sese dēde-
rent. Sed diuturna obsidione ad eam vsque rerum
omnium penuriam adacti sunt, vt iam pleriq; non
seles modò, sed etiã mures audissimè deuorârēt.
Ità tandè eorum fracta est pertinacia, summo perē
gaudente Pontifice, q̄ patriam sibi incolumem re-
stitutam cerneret. Porro à Cæsare illorum est Res-
publica constituta, iussiq; sunt Mediceam familiam
in pristinam recipere dignitatem. Et quoniam in li-
beris ciuitatibus ob diuersa ciuium faciliè dissiden-
tium studia, nisi certo aliquo capite dirigantur, nō
ferè possit seruari concordia, declarauit Alexan-
drum Medicem, cui filiam suam notham despōde-
rat, Reipub. caput, cuius singuli magistratus autho-
ritatem sequerentur. Atq; is fuit exitus perinacif-
simæ rebellionis, quæ non tam iudicio, quàm quo-
rundam temeritate suscepta, Florentinis multas at-
tulit clades & calamitates, donèc vel ferò ad sani-
tatem redirent. In eius autè vr̄bis expugnatione Cæ-
sar egregium erga Pōtificem studium suum re ipsa
declarauit, non quidem certè absq; suo in commo-
do, amissis non paucis strenuis viris, atq; in ijs Phi-
liberto Aurasien, supremo eius exercitūs Impato-
re, qui necdū 30. natus annos, duab; traictis glā-
dibus miserè pijt, cū iamq; vr̄bs dedenda esset,
Cæsar

*Florentia
deditur.*

*Summa re-
v̄ penuria.*

*Alexander
Mediceus
caput Reip.
Florent.*

*Confessio
Augustana
datur Theo-
logis exami-
nanda.*

Cæsar, cum ipsi oblata esset Luteranorum con-
fessio, Theologis Catholicis examinandam & co-
futandam demandauit. Illi primò satis acriter eam
descripturis & rationibus oppugnauerunt. Sed Ca-
tholici principes, pacis vel maximè studiosi, puta-
uerunt omittenda esse ea, quæ Catholici ostende-
bant aliter Luteranos & docuisse & scripsisse antea,
eaque tantùm confutanda, quæ essent in Confessi-
one exhibita. Faciebant hoc principes pacis studio,
licet nulla ferè res in agis destruat Euangelicorum
dogmatistarum nouum Euangelium, quàm quod
in sua doctrina tam varij sunt & incòstantes, quod
illis non posset accidere, si vera essent quæ miseris
persuadent. Dum autem Principibus Catholici
Doctores morem gerere volunt, ea re factum est vt
aliquot dies elaberentur. Sed confecta iam breui-
ori responsione, rursus alia à Principibus iniecta est
difficultas, cuius nomine ea confutatio recitanda
foret. Interim aliquot hebdomadè pauca transige-
bantur.

Itaque Luterani tum Augustæ coràm, tum per
literas apud absentes iactabant, Papistas ad ipso-
rum confessionem non habere quod responde-
rent. Vbi autem confutatio lecta est in confessu
Principum, Cæsar & Catholici omnes eam appro-
bauerunt. & vt idem facerent Luterani, Cæsar ro-
gauit quidem, sed non obrinuit. Interim vere-
bantur Catholici Principes, nè quid durius statue-
ret Cæsar in Luteranos ob eorum contumaciam;
itaque impetrarunt à Cæsare, vt permitteret cum
illis de ineunda concordia accuratiùs agi. Assen-
sit Cæsar pro sua clementia, quæ erat in illo val-
dè singularis, & permisit multis modis agi cum
illis. Principiò, vt posset res faciliorem habere
expeditionem, delecti sunt ex cunctis ordinibus
Imperij septendecim, qui de ineunda cum illis,

*Multis mo-
dis agitur
cum Euan-
gelicis.*

mo-

modò id fieri posset, quod nõ planè desperabatur,
concordia priuatim tractarent. Hi igitur illos ad
colloquium in maioris ædis Augustanæ domo, vt
vocat, Capitulari habendum inuitarunt: nec illi
se difficiles præbuerunt. Vbi omnes pariter conse-
derunt, Ioachimus elector Brandeburgicus, cuius
erat excellens facundia, proluxa oratione nomine
delectorum illos peramanter hortabatur, vt cum
Cæsare & reliquis Imperij ordinibus idem sentire
vellent in religionis negotio: alioqui metum esse,
nè plurima indè mala existant, bella, seditiones &
clades. Illi, re deliberata, post biduum respondent:
Primò quidem dolere sibi aiunt ipsos sic admoneri,
vt interim quoquè minè intententur. Deindè in
quatuor capita sua responsione distributa, Primò
dicunt se à Cæsare non satis auditos. Secundò, non
esse ipsis Catholicorum Confutationem liberè tra-
ditam. (Cæsar enim ob certas causas exemplum
confutationis eis dare petentibus nolebat, nisi sub
conditionibus quibusdam, vt apud se seruari-
ent, nec eius iniussu alijs darent: quas illi conditio-
nes accipere nolebant) Tertiò, religioni ipsis esse,
in eam consentire confutationem, quam necdùm
satis perspectam habent. Quarto, in proximis
Comitijs Spirensibus promissum quidem esse Con-
cilium, sed nihil præstitum. Vbi obiter aduertendum
est, vt etiam infra dicitur, verusitissimos Prin-
cipum Protestantium vel Luteranorum conci-
onatores & dogmatistas mira vaficicie persuasisse
Principibus, vt Concilium peterent, cum tamen
Luterus iam pridem Concilia omnia reiecisset, nec
quicquam minùs vellent vel Luterus vel eius sym-
mystè noui euangelij buccinatores, quàm vt legiti-
mū conciliū haberetur: sciebant enim à multis su-
perioribus sanctissimis œcumenicis Concilijs ipso-
rum

*Proposuit
Catholicis.*

*Respondet
Protestantes.*

*Fraus cœcis
onatorum
sectariorum.*

*Sleidani
ineptia.*

rum pleraq; dogmata damnata esse. Sed hac fraude id efficere conati sunt, vt viderentur niti æquitate, & plures in suam sententiam pertraherent. Nā postea multis modis Concilium iam Tridenti indictū reiecerunt, & absolutum quoq; multis contumelijs & conuicijs profciderunt. Quis verò non rideat Sleidani ineptias, qui cum palam affirmet, Protestantium Principes in hoc Conuentu Augustano dixisse Cæsari, si forte iam definiti causa non possit, non se recusare toties & promissum & decretū cōcilium: quod vtiq; nō aliter pmissum erat, quam qualia fuissent semper concilia cœcumenica: nō diū post addit, rursus Protestantes in hoc ipso conuētu dixisse Cæsari, se petere vt primo quoq; tempore pium atq; liberum in Germania cogatur Concilium. Quod enim addit, pium & liberum, id tale est, vt his duabus dictiōibus facillē excludere & eludere possit queis Concilia catholico ritu celebranda. Quod enim vel Sleidano, vel cæteris sectarum buccinatoribus Cōcilium vnquam pium & liberū erit, nisi in quo p̄cipua, immō sola authoritas statuendi, probandi, reprobandi sit penēs sectarios? Sed quomodo illi vnquam certi aliquid statuent, qui inter se de rebus maximi momenti hostiliter digladiantur? Addit iterum non post multa Sleidanus, Lutheranos principes id quoq; hoc tempore Augustæ dixisse Cæsari, nihil sibi commune esse cum sectis, se neminem ad suam doctrinam velle adigere, se Anabaptistas & eos qui sacramentum altaris cōremnunt, (Zuinglianos intelligūt) suos intra fines nunq̄ tolerasse. hoc quidē illi faciebāt auctore Lutero qui Sacramētarios atrociter p̄scindebat, licet nihilo illis melior. Dicat nūc igit Sleidanus, qui nobis tātopere cōmendat Luterū: Quod Luterus Sacramētarios hostiliter persequebat, ex verbo DEI id fecit, an verò minimē? Si ex verbo Dei, cur non

in.

intelligit se scēdissimo in errore versari, recteque hæreticum dici etiā ab ipso Lutero? Sin minūs, cur non videt quā nihil fidendum illi sit, qui in re tāri pōderis tam turpiter sit allucinatus, p̄fertim cum ille testes se certū esse, doctrinā suā nō suā esse, sed Christi? sed valeat homo ineptus, nos ad historiē ordinē reuertamur. Postquā dixerāt Protestātes, quæ suprā retulimus, delecti illis per Ioachimū Brandeburgicum ad singula accuratē responderūt, inter cætera hoc etiā cum veniæ p̄fatione aduentes, quod vbi minimē oporteret, magnam sibi religiōem iniici paterentur: vbi autem vel maxime religiōne opūs esset, ibi nihil animis angerentur. Grauari ipsorum conscientiam, quod moneantur sentire cum ecclesia: nihil autē grauari, quod apostatarum iudicium totius Ecclesiæ iudicio antepōnant, cum interim illi tā inter se miserē dissecti sint, & fructus pessimos eorum doctrina adhuc attulerit. Tum quoquē Concilia à Lutero floccipendi, & multa eum scripsisse, quibus conciliorum auctoritatem apud vulgus cleuārit. Ad hæc Protestātes suā rursus responsa dedēre, multisque verbis omnem à se culpam separationis ab Ecclesia, aut contempti Cæsaris vel edicti eius, aut debiti honoris non impensi Concilij, amoliri conati sunt. Placuit autem vtrique parti, vt septeni & septeni ex vtriusque deligerentur, qui de concordia inter se amicē confenserent. Ibi tum in aliquot Augustanæ Confessionis articulis quædam facta fuit cōciliatio, & cum speraretur in reliquis quoquē concordari posse, placuit Imperij ordinibus ab vtraq; parte ternos eligi, qui inter se tractarent: sed nihil potuit effici inter illos. Tandem post multos labores nullus fructus consecutus est. Cæsar quidem nihil reliquit intentatum, sed omnia frustra, quod iam planē decreuissent Protestantes in eo permanere Euangelio, quod à Lu-

*Catholici
respondent
Protestantibus.*

*Protestātes
se purgare
moluntur.*

R tero

*Luterani
principes
nō tolerant
zinglianos.*

tero apostata monacho didicissent et licet id ad certissimam Germaniæ perniciem spectare videretur, illi tamen sic erant animati, vt patriæ & imperij extremam calamitatē perpeti mālent, quàm cum Cæsare & Catholicis principibus, qui certè longè illos & numero & dignitate superabāt, redire in religionis antiquæ concordiam. Fuit hoc quidem longè acerbissimum omnibus, quibus Germaniæ, immò totius Ecclesiæ iam quæ, ni Deus auerteret, peritura suprema clades & interitus dolebat: sed oportebat tamen omnia æquo ferre animo, & tacite considerare atque admirari & timere occulta quidem, sed vera & iusta iudicia D E I, cuius admodum extimescenda, licet iusta, ira & seuera animaduersione fiebat, vt plus tribueretur vilissimi apostate malefanz doctrinæ, quàm totius Ecclesiæ Catholicæ sententiæ & authoritati. Cùm igitur, vt dixi, iam diu multum quæ ab vtriusque partis delectis Principibus & Theologis ac Iurisconsultis tractatū esset, Elector Saxonie longioris moræ impatiens, petijt à Cæsare missionem, & abiit cum suis. Ità finè cōcordiæ discessum est, multum quidē dolente Cæsare & Catholicis Luterus interim non paucos edidit libros, quibus ipsum quoquē Cæsarem perstringere non verebatur, atque ij nonnunquam etiā publicè perstabant Augustæ apud Saxonie principis hospitium. In his erat Epistola ad Archiepiscopum Moguntinum, in qua exponit Psalmum, Quarè fremuerūt gentes, tanquā principes Augustam conuenissent animo oppugnandi Christū & Euangelion. Itcmq; liber quidā hac inscriptione, *Admonitio ad Ecclesiasticos Augustæ in Diata imperiali congregatos* quo in libro & suam doctrinam vsque ad eō cōmendat, & episcopus atque Ecclesiæ cæremonias & instituta intantum carpit ac receptū ēdit, vt ad cōmouendos in clauum vulgi animos nihil possit scribi vehementius.

Et

Et vt episcopos ad se alliceret, iactabat se illos à Papæ Tyrannide & monachorum importunitatibus liberasse. Sanè apud multos ille iam pontificem Romanum & Ecclesiæ instituta, ritus ac cæremonias in summum odium, inuidiam & contemptum adduxerat: sed in tali scelere gloriari, & non modò nullo pudore ac metu affici, verum etiā eo nomine virtutis & præclari cuiusdam facinoris existimationem venari: id quidem eiusmodi est, vt non tam verbis, quàm flagris & flammis vindicandum sit. Mirè quoquē in eo libro inuehitur in Satisfactionem, quæ tertia pars est Pœnitentiæ, quam ait sentinam esse tartari ipsius, nec eam abominabilem doctrinam Episcopis vnquam posse remitti. Pœnitentes sine horrōre legere vel audire non possunt, quæ ille infelix scribit contra Satisfactionem, de qua tamen est ecclesiæ non aila doctrina, quàm ipse sacræ literæ locis innumeris expromant.

Porro perquam commodum accidit, vt cùm Catholici & Luterani, vt iam diximus, inter se septeni & septeni de concordia tractarent, & in XII articulo Confessionis Augustanæ, qui erat de Satisfactione, non possent conuenire, primo vespere id negocij daretur Cochleō & Melancthoni, vt altero manè quippiam, quod ad rei compositionem faceret, adferrent. Protulit ergo Cochleus ex Septicipitis cap. 31. quem Luterus contra indulgentias in Assertionē 41. articulorum scripserat, ipsius verba Luteri, quibus sic ait: Ecclesia mater pio affectu præuentura manum D E I, castigat filios suos satisfactionibus quibusdam, nè incurrant flagella DEI, sicut Niniuitæ operibus suis spontaneis præueniunt iudicium D E I. Hæc pœna arbitraria est, inquit, non in totum, vt illi volunt, sed tamen necessaria. Nam aut nos, aut homines, aut D EVS punit peccata, quod illi per indulgentias tol-

R 2 lunc

Luterus ad-
ulatur Episcopis.

Profundis
Satisfactionem.

Luterus suo
ense iugulatur.

Electo Saxonie
dixit.

lunt omnino: cum si essent pii pastores, potius im-
ponerēt pœnas, & Ecclesie exemplo puenirent De-
um, sicut Moses cum puenit, occidendo filios Isra-
el propter peccatum vituli aurei. Optimum autem
fuerit, si nos ipsos puniremus.

*Pudescunt
Luterani.*

Hęc Luteri verba cum Eckius è schedula recitaf-
set, Luterani inuicem se respiciebant: Porro Melan-
chthon rubore vultu suffuso ait, Scio hęc scripsisse
Luterū: cum q̄; præterea nihil adderet, Dux Iohan-
nēs Fridericus, Forstian, inquit, hęc scripsit Luter-
ante annos decem. Cui à Catholicis responsum est,
Quid tum postea? Nobis satis est, hęc illius esse sen-
tentiam. Mox ira commoti Brētius & Sneppius, di-
xère, se non adesse vt Luteri scripta defenderēt, sed
vt suam affererent cōfessionem. Pręclarū videlicet
discipulorum de magistro suo Lutero testimoniū,
cuius ipsi quoquē iam scripta suspecta haberent.
Sed quanto fuisset fatiūs, ab ei⁹ hominis disciplina
penitūs discedere, cuius pugnātes sentētias, & mo-
dò in has, modò in illas formas mutata animi sensū
animaduherent, idq̄; in rebus maximi ponderis,
& quę iam satis superq̄; Ecclesie Catholice senten-
tia essent declaratę ac definite? Quid, obsecro, in il-
lo extremo mundi die ad Christi tribunal dicturi
sunt, qui tale portentum tanto in precio habuerūt?

*Arrogātis.
Luteri di-
ctum.*

Eodem hoc anno quidam amicus ex Lutero per-
contatus est, cur in epistola ad Roma. cap. 3. vertif-
set Germanicę, Hominem sola fide iustificari, cum
tamen verba Pauli id non haberēt, & coipso anam
præberet Pōtificijs ipsius versionem calumniandā?
tum ille intolerabili quadam arrogātia respondit,
si sciuisset Pontificios oēs in vnū cōflatos, vel vnū
caput scripturę diuinę rectē posse verterē Germa-
nicę, libenter eorū opem se imploraturum fuisse ad
transferēdum nouum testamentum. Et post pauca:

Q̄ortentū, Si papista tuus, inquit, multa vult garrire de hac

voce, Sola, ei confestim respondeto: Doctor Marti-
nus Luterus vult sic habere, aitq̄; Papistam & asinū
esse vnum. Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione volū-
tas. Nolumus enim Pontificiorum esse discipuli, sed
magistri ac iudices. Hęc quidē ille, nescio qua phre-
nesi correptus & infania temulentus, quę sanos &
sobrios homines facile auertunt, nē tali portento
ylla in re fidem adhibere velint. Si catholici sic scri-
berent, immò si Romani Pontifices tantum sibi fu-
merēt, quot conuiciorū plaustris in illos inueherē-
tur fratres Euangelici? porro cum Lutero apostata
infamis itā loquitur, non aliud est, q̄ Christi Euan-
gelion. O cæcas hominū mentes, o pectora cæca.

Post Confessionem Luteranorum, oblata est Cę-
sari & coram omnibus Imperij ordinibus recitata
Augustæ etiā quatuor ciuitatū, Argentorati, Cō-
stantiæ, Memmingę & Lindauia, quę Zuinglij dog-
ma sequebantur, cōfessio. Eius confutandę curā
Post Confessionem Luteranorum, oblata est Cę-
sari & coram omnibus Imperij ordinibus recitata
Augustæ etiā quatuor ciuitatū, Argentorati, Cō-
stantiæ, Memmingę & Lindauia, quę Zuinglij dog-
ma sequebantur, cōfessio. Eius confutandę curā
commissit Cęsar Theologis eisdem, à quibus erat Lu-
teranorum confutata, ipsaq̄; cōfutatio lecta est pa-
lam. Itaq; Cęsar orabat seriō, vt cum reliquis Prin-
cipibus & ordinibus Imperij idem sentirēt: sed illi
in sua sententia persistere, neque catholicis, neque
Luteranis per omnia subscribere volentes, quia vi-
debantur sibi rectiūs sapere, & plus aliquid vidisse
in scripturis, quàm vel catholici, vel Luterus ipse
cum sua cohorte vidisset. Et id quidē temporis Ar-
gentinenses Zuinglij partes sequebantur, quas Lu-
terus prorsus execrabatur. At Bucero postmodum
à Zuinglianis ad Luterum inclinante, eò tādēm res
redijt, vt qui hodiē Argentinę concionantur, Lute-
ri de Eucharistia doctrinam propugnēt, & quidam
acri contentione contra Caluianos & Zuinglia-
nos. Itaque aut illi omēs periērunt, qui in illa vrbe
priūs Zuingliū secuti sunt, aut certē eos perire ne-
cessē est, qui illic hodiē cum Lutero sentiunt En in

*4. Ciuitatū
Confessio.*

262 COMMENTARIVS BREVIS RERVM
huiusmodi labyrinthos incidimus, cum nos ab Ec-
clesia catholica separamus.

*Tiberis in-
undatio.*

Fuit hoc anno Romæ ex multa pluuiæ copia tâta
Tiberis inundatio, vt in campo Floræ ad longissimè
hastâ altitudinem excreuisse visus sit, multaq; ædi-
ficia subruerit, & per vicinas regiões ad duodecim
ferè hominum millia extinxerit. Incidit ea clades
in diem 8. Octobris, & horas 24. durauit. Sunt qui
scribant aliquot dies durasse hanc inundationem.

*Diluuu in-
ferioris Ger-
maniae.*

Non multò post etiã inferioris Germaniæ ho-
mines, præsertim Flandros, Selandos, Hollandos,
atque etiã Franciæ aliquot subiectos populos,
Oceano finitimos, mare ab imis visceribus exagitatū
vehementer affixit, partim aggeribus perruptis,
partim ipsos aggeres vnda ad tres vel quatuor pe-
des excedente. Feruntur ea repentina inundatione
permulti mortales & bruta animantia grãdi nume-
ro periisse, dẽptis alijs incõmodis & damnis vrbi-
um & ædificiorum, quæ fuere grauissima.

*Margarita
Maximilia-
ni filia mo-
ritur.*

Paulò post calendis Decẽbris diem suum Mechli-
niæ obiit Margarita Cæsaris Maximiliani filia, Bel-
garum moderatrix laudatissima.

Cæsar Carolus, dum adhuc Augustæ comitia ha-
berentur, Luteranis domum abituris certos quos-
dam articulos publicè proposuit, sed quos illi reci-
pere nollent. Itaq; sine concordia ad sua redierunt.
Porro verò Cæsar cū Catholicis principibus omni-
bus sub Comitiorum finem omninò statuit, in ea
fide & religione, quam à sanctis Maioribus suis ve-
lut per manus traditam accepissent, constantissimè
permanere. Ei sententiæ omnes & singuli subscripse-
re die 19. Nouembris, Deindè soluto conuentu oēs
discedunt, Cæsar cum fratre Ferdinando & nõ pau-
cis Principibus Coloniam Agrippinã, alij domum,

*Lantgrauij
sedes.*

Lantgrauius vt sibi rebusq; suis cõsuleret, (vide-
bat enim Cæsarem non equo animo ferre iam olim
damna.

IN ORBE GESTARVM. 263

damnatas in religioe nouationes, quas Luterani &
Zuingliani ceu Euangelicas amplectebantur, malè
persuasi à quibusdam turbulentis hominibus) cum
Tigurinis, Argentinensibus & Basileensibus, qui Zuin-
glium à Lutero ipso damnatum sequebatur, in sex
annos tædus percussit, vt si qua vis ab Imperatore
aut Catholicis religionis nomine inferretur, mu-
tuis se auxilijs tuerent. factū est hoc mense Septẽbri,
Constantienses & ceteri in Heluetijs, nouis dogma-
tibus additi, iam antea erant fœderati eandem ob
causam. Hoc autem fœdus Christiana ab illis ciui-
tas dicebatur. Sed huius ciuitatis nemo cupiet esse
ciuis, qui nolit excludi à ciuitate Dei. Eiusmodi pi-
gmentis nõrant dogmatistæ sectarij fucare moliti-
ones suas.

Iam suprà diximus, Marpurgi fuisse conuentum
Luteranorum & Zuinglianorum concionatorum.
Ibi cum non posset certa pax constitui, tamen de-
cretum erat, vt à scriptis aliorum in alios abstinere-
tur, nè scilicet Catholici magis ac magis carpere
pergerent eorum mutua odia & atrocissimas digla-
diationes. Sed ecce hoc ipso anno Philippus Melan-
chthon, vt Luteranorum contra Zuinglianos sen-
tentiam tueretur, veterum aliquot scriptorum sen-
tentias de Cœna Domini collegit & euulgauit.

Non tulit hoc æquo animo Oecolampadius Sacra-
mentarius, ediditque Dialogum, quo ostendit suo
more, quid de Eucharistia veteres tum Græci tum
Latini senserint: aitque Philippum patrum metem
non satis perspexisse, sed filios contra matrem ar-
mare voluisse. Ad eò non potuerunt sibi temperare,
quin contra quàm Marpurgi conuentum erat, mu-
tuò se infestarent. At reuera neq; Philippus, neque
Oecolampadius Patrum sententias bona fide cita-
uit, sed ad suas prauas opiniones pro se quisque de-
torfit, cum sit longè certissimum, patres omnes de

*Melancthi
scribit con-
tra pactū.*

*Melancthi
ab Oecolā-
padio per-
strinuitur.*

Eucharistia id sensisse & docuisse, quod hodieq; & sentit & docet Catholica Christi Ecclesia. Facile autem potuerunt isti versuti homines indoctę plebecula: persuadere, Patres veteres ab ipsis stare, quod non essent nefcij, vulgum Patrum libros neq; legisse, neque vel legere vel intelligere posse. Est autem mirũ, ab istis citari Patres, qui Patres in vniuersum omnes facile cõtemnant, vbicunquẽ eis collibitum sit. Sed habet ea res fucum quendam ad incautum lectorem, vt & multa legisse videantur, & suę doctrinę habere approbatores veteres. Sed facessant cum suis calumnijs in illos sanctissimos Patres, qui si hodiẽ viuere, omnibus ingenij, doctrinę, eloquentię viribus istos calumniatores oppugnarent.

*Carolstadij
sit diaconus
Tigwinus.*

Circa hoc tempus Carolstadius, qui ẽ Saxonia ad Heluetios migrarat, Tigurinę Ecclesię diaconus factus est ex archidiacono quondam Vuittembergensi, ab equis, vt dici solet, ad asinos. Ea res non medicriter animum Luteri exacerbauit. Postquam autem Zuinglius in prelio occubuit, vt post dicemus, Basileam se contulit, & illic in Zuinglianę Ecclesię ministerio vitę miseram misere finiuit. De eo Luterani scribunt, eum Basileę turbas concitasse, & miserabilem vitę exitum habuisse. Zuingliani id dissimulare videntur, qui etsi non planę probabant Carolstadij opinionẽ de Eucharistia, tamen Luteri hostem & aduersarium complectebantur.

*Electo
Saxonie
accersitur
Colo-
niam.*

Post Comitia Augustana Cęsar Saxonem Electorem euocat Coloniam, idemq; facit elector Moguntinus, cuius hoc officium est, vt vbi creatus est Romanorum rex vel Imperator, ipse reliquos Electores conuocet. Saxo hoc indignę tulit, & per filium suum Ioannem Fredericum & quosdam alios docere conatur apud Cęsarem, Moguntinum citadıs electoribus perperam egisse. Interea verõ Langrauiũ & alios Principes ac ciuitates Protestantes orat,

ad 22,

ad 22, Decembris Smalcaldiam vtueniant. Vbi cõvẽtum est, factus ictum est, cui aliquot principes & ciuitates subscripserũt, quibusdam verõ id in aliud tempus reijcientibus. Ab eõ ergõ loco dictum est hoc factus Smalcaldicum, cui tẽporis successum multi principes & ciuitates sese coniungere, non optimo certę exemplo, quod contra Cęsarę & Catholicos se armare viderẽtur, id quod postea quodquẽ ipsa declararunt, vt suo loco dicetur. Verũ distabant illi se non cuiusquam inuadendi, sed sũtantũ defendẽdi causa hoc factus percussisse: Hic verõ Luterus, qui aliã docuerat nõ esse Turcis resistendum atrocissimis Christiani nominis hostib; facile consensit, immõ & scripsit, in Cęsarẽ & Catholicos arma corripere iure posse.

Smalcaldię congregati Protestantes, literis ad Cęsarẽ datis summo perẽ eum abstertere conantur, nõ Ferdinandũ fratrem in Romanorũ regẽ eligi patiatur. Multas allegat causas, sed quib; id demũ effecerunt, vt Ferdinandus optimus princeps, Romanorum rex renunciatus sit, sicut mox dicemus.

ANno 1531. pridie Epiphanię Domini, Ferdinandus Colonie in primario tẽplo, vbi trium beatissimorum Magorũ corpora cõdita sunt, Elektorum principum suffragijs creatus est Romanorũ rex, & die 11. mensis Ianuarij Aquilani coronatus. Saxo eam electionem per filium suum irritam protestatur, habuitq; principes alios, præsertim Luteranos, qui ei consentirent. Verũ Cęsar, quod amplissimas haberet ditiones, nec posset semper esse in Germania, cõsultum omninõ putauit, vt in Imperio haberent aliquem loco suo, qui ipso absente rebus præesset.

Hoc mense Ianuario Lusitaniam inuisitatus conculsit terram motus, itã vt multi mortales terre quassatione & ruinis oppressi sint, præsertim Vlysbongę, in Lusitania.

R 5 quæ

quæ vrbs damnū sensit incomparabile. Quædam etiã nauigia turbulento inflati maris hiatu absorpta sunt, nec quisquam ferè tota Lusitania suis iam ædibus committere se audebat, subfultante scilicet solo. Rex & regina extra urbem aperto in loco tabernaculum erexerunt, quorū exemplū secuti vniuersi ferè incolæ, castrensi more etiã ipsi in tabernaculis sibi degendum statuerunt: quanquã nec ibi sinè metu essent, veriti nè repentino aliquo terræ hiatu absorberentur. Durauit is terremotus dies octo, sed tamen in interpolatim. Fama sparsit Vlflbonæ 1500. magnas cedes & templa omnia funditus corruisse. Eam cladem secuta est pestis ingens.

Protestantes scripserunt Galliæ & Angliæ regibus, quibus suam lo & Anglo Huius anni mense Februarius Protestantes literas scripserunt Galliæ & Angliæ regibus, quibus suam causam egregiè tueri conati sunt. Loquitur ibi de vitij Cleri, & de Indulgentijs: citant Gersonè, qui iam olim vitia Ecclesiastica grauiter notãrit. Sed Gerson itã notauit vitia Cleri, vt tamen propterea non se ipse separaret ab Ecclesia, nec turbas cieret. Et hoc quidem illis visum est de Gersonè commemorare. Quod autè idem ipse fortiter scripsit contra eos, qui dicerent laicis necessariò vtranque Eucharistiæ speciem pørrigi oportere, quod nostræ ætatis nouatores pertinaciter contendunt, eosque disertis verbis hæreticos vocat, id silentio prætereunt. Facile autem animaduerti potest, nõ Principes earum literarum fuisse authores, sed Lutheranos dogmatistas, quorum vtinã fraudem Principes aduertere potuissent.

Alius Smal Mensis Martij die 29. rursus Smalcaldiam idem *Smal* Protestantes conueniẽre, acturi de defensione sui, si *Smal* qua vis ab hostibus, nẽpe Catholicis, inferatur. Solicitauerãt per literas Fredericum Daniæ regem & Saxonicas maritimasque ciuitates de fœdere, sed Danus recusauit, quatenus rex esset, Magnopolis Hen-

Hæricus, itemq; Pomeraniæ dux Berninus, Lubecenses quoque & Lunenburgenses, & quedã alię ciuitates fœderi minimè subscripserunt. Lutherus hoc fœdus approbavit, atq; iniri posse, siue Cæsar ipse, siue q; alius fortè eius nomine bellū faciat. Iam antè Proteus ille longè secus scripserat, quod Sleidanus quoque non negat: sed hęc iam admonitum à Iurisperitis dicit licere resistere nonnunquam, & eiusmodi casum nunc obtigisse, quo leges id permittant, sicq; Lutherum ingenuè professum se nesciuisse hoc licere, atq; fœdus ipsum probasse. Multus in eo est Sleidanus ille Sacramentarius hæreticus, vt Lutheri doctrinã modis omnibus ppugnet, præterq; vbi à Zuñgiano de Eucharistia dogmate discrepat, & id facit longè maiori fraude & pnicie, q̃ simplex lector possit aduertere: sed itã tamè facit, vt dum vult Lutheri etiã turpiter à seipso dissentientem tueri, suã ipse prodat turpitudinem: sicut etiã hoc loco, dum fatetur Lutherum priùs docuisse, non esse resistendum magistratui, deindè tamen à Iureconsultis secus edocum, aliter docuisse & sensisse, & id quidem ex legibus politicis. Quid dicis Sleidane? Itãne iã apud Lutherum & te ac tuos similes aliquid valët in re tanta leges politicę, cum Lutherus vos docuerit nihil recipiendũ, quod diuinis literis nõ sit expressè comprehensum? Sciebat Lutherum pugnantia scripsisse & docuisse, & hoc fucò quodam oblinere cupiens, à legibus politicis, quid liceret, cum didicisse fatetur. Et nõ te pudet tuos & Lutheri tuos? Hic iam aliquid valent leges politicę, cum Lutherus omnia rejiciat, que in scripturis expressã nõ sint? Quã verò turpe est, eũ vos sequi Doctorem, qui à Iureconsultis demũm discere debuit, num Magistratui resistere fas sit, necne, cum ille longè antea scripserit, certũ se esse, doctrinam suam non suam, sed Christi, esse? Cũ ergò antea docuerit, sicut tu testis es, Magistratu

Sleidanus arguitur.

Inconstãtia Lutheri.

tui non esse resistendum, & ea doctrina non ipsius, sed Christi fuerit: qua vel fronte, vel mente deinde aut ille aliter docere potuit, aut vos aliter docenti obtemperare? Hem, quò ruit cæca arrogãtia, & vefana temeritas? Satiùs fuerat, clarissimis Principibus veritatem simpliciter aperire, quòd nullam haberent iustã causam eius fœderis percutiendi, quando Cæsar nihil iniquum ab eis petebat, sed vt in religione idem secum & cum tota Ecclesia sentirent, vnde salus pendeat totius Germaniæ, quam istud religionis dissidium perdidit. Iam antè rustici seditionosi etiã fœdus pepigerant contra Principes, & rectè se facere putabant, sed eorum audaciam principes meritò represserunt.

Luterus vbi rescivit Cæsarem & ordines Catholicos Imperij in extremis Comitij Augustanis decreuisse firmiter, in antiqua religione perseuerandum, nec nouandum quicquam ante Concilij definitionem, fretus viribus eorum qui in Smalcedicũ fœdus transfêrant, duos hoc anno libellos Teutonice edidit, nempe, Glossam in putatitium decretũ Imperiale, & præmonitionẽ ad Germanos sibi charissimos. In quorum vtroque cum planè suo more bellicũ canat, & seditiones concitet, tamẽ nequissima simulatiõc protestatur se nihil velle minùs. Nec satis habet petulanter incurrisse in pontificẽ & Ecclesiasticos proceres omes, sed & Cæsarem & Principes Catholicos omes non dubitat appellare proditores, ac scelestos vanosq; nebulõs &c. In glossa vult persuadere omnibus, Decretum Augustanum esse commentitium, ac falsò præferre nomen Cæsaris: sed eã importuni hominis calumniã multa, eaq; certissima, argumeta facillè refellebant. Nam præter alia, tot sigillis Principum & procerum vtriusq; ordinis Decretum illud obfignatum fuit, vt si Lutero ea in os congesta fuissent, haud dubiò teterrimũ illè

animum

animum acturũ exhalasset. Sed quid ille prodigiosus homo non ausus est scribere? Subscripterant illi Decreto siue per seipfos, siue per legatos, Cæsar ipse & quinq; Electores, Principes Ecclesiastici 30. Seculares 23. Abbates 22. comites & Barones 32. Ciuitates liberæ 39. Hoc ergò Decretũ miris illè modis exagitat, inter alia Catholicam Ecclesiam vocas meretricem, & multa blaterans de cõmunionẽ sub vtraq; specie, cum tamen in Assertionibus dicat articulo 16. neutram speciem esse necessariam, sed fidem solem hĩc sufficere. Porrò furore & amentia ebrius, scribit Ecclesię neque fidem habendã, neq; morem gerẽdum, si quippiam præter vel extra verbum Christi loquatur aut instituat: nec aduertit à Christo dictum esse, Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus: & ab Apostolo vocari Ecclesiam columnam & firmamentum veritatis. Non igitur errat Ecclesia. Rectè enim dictum est ab Irenæo antiquissimo episcopo & martyre, lib. 3. cap. 40. Vbi Ecclesia, ibi & Spiritus: & vbi Spiritus Dei, illic Ecclesia, & omnis gratia: Spiritus autem veritas. Quapropter, qui non participant eum, neq; à mammillis matris nutriuntur in vitam, neq; percipiunt de corpore Christi procedentem nitidissimũ fontẽ: sed effodjunt sibi lacus detritos de fossis terrenis, & de cœno putridam bibunt aquam, effugientes fidem Ecclesiæ, nè traducatur. Hæc ille. Quid verò vnquam possit Ecclesia Christi statuere extra verbum Christi, cum ipsa certissimè habeat spiritũ Christi, manentem cum illa in æternum, & inducẽtem illam in omnem veritatem? Sed Luterus vidẽs Catholicam Ecclesiam suis paradoxis planè cõtraria & docere & statuere, oẽm illi auctoritatem arrogare voluit, vt solus infanus Luterus audiretur.

Multa quoquẽ deinde contumeliosè euomit in Missam & cæremonias. Nec veretur Principes por-

Decretum
Principum
Catholicorum
exagitat
Luterus

Matth. 18.
1. Tim. 3.

Ioã. 14. et 15.

Luterus
proscindit
Principes.

cis cōparare. Et hic iā perspicuè videre licet, quàm verum sit, quod in sua illa Augustana Confessione fatentur Lutherani, se Missam retinere & v̄sitas ceremonias ferè omnes, cum Luterus in hoc quoque libello irrideat vtrunque Missæ canonem & ceremonias, & quidem valdè acerbè. Postea vbi ad eum locum decreti venit, vbi cauetur, nè deinceps quisquam doceat solam fidem absque charitate & bonis operibus iustificare, mirè cōuiciatur, ac deinde in hæc prorumpit verba, quibus haud scio an vel Lucifer ipse possit quicquam dicere arrogantius & insolentius: *Dico ego Doctor Martinus Luterus, Domini nostri Iesu Christi indignus Euangelista, quod hunc articulum (Fides sola absque omni opere iustificat coram Deo) firmum atque incanctum permittere debet Romanus Imperator, Turcicus Imperator, Tartaricus Imperator, Persarum Imperator, Papa, omnes cardinales, Episcopi, Sacerdotes, Monachi, Mōiales, Reges, Principes, Domini, totus mundus simul cum suis demonibus, atque insuper habebunt ignem tartareū in capita sua, neque grates vllas. Hic est meus Doctor Luterus in sancto à Spiritu sancto, verumq; ac sanctum Euangelium.* Sed idem iste Luterus in libro Visitationis scribit, absque pœnitentia nullam esse peccatorum remissionem, neque absque pœnitentia remissionem peccatorum posse intelligi. Vbi autè nõ est remissio peccatorum, ibi certè nõ potest esse iustificatio. Vtrum ergò est ex instinctu Spiritus sancti? isthucne, an illud superius? O Deus bone, quò tãdem miserorũ mortaliũ fascino peccatorum, vt tã impotuno ac impotenti monstro, haud secus atque Christi Apostolo & euãgelistæ, suas animas credere nõ dubitarint? Quis, obsecro, vnq; vel propheta vel Apostolus eiusmodi verborũ portetis vsus est? Postea adfert quoddã Ioannis Husli dammati hæretici vaticinium, quod ad se ait pertinere. Sed Huslus & Luterus iam pariter suæ temeritatis luunt pœnas, &

licet

licet vterq; Ecclesiã Rom. oppugnârît, tamè ea Ecclesiã illis iam pridem extinctis manet, mansura etiã vq; ad supremũ mundi diem. In altero libello, què Præmonitionè inscripsit, multò etiã est insolentior, impotentior & cõtumeliosior. Sed nõ est pius lector eius blasphemij onerandus. Responsum illi abudè fuit à Catholicis: verum ille iam multo & Principũ, & populi studio fruebatur, proindeq; nullius pensã habuit scripta omnia, adeoq; & Ecclesiasticis & secularibus principes ac magistratus omnes incredibilĩ mentis elatione contempsit. Cæsar eius improbitatem ne utiquam tulisset, nisi eum grauissima, eoque ferè perpetua bella retardãssent. Edidit cõtra hunc Luteri libellum, scriptũ quoddã lingua Germanica Ioãnes Cochleus, vir doctus & pius, & de catholica fide optimè meritus, in quo inter cetera magna sanè cõstantia, vt̄ & aliã nõ semel fecerat, obtulit se etiã sub periculo capitis, ad experiendum corã iudice cum quouis Luterão super doctrina & actis Luteri. Sed neq; tunc, neq; vnquam aliã quisquam eorum ausus fuit eius rei periculum facere, & cum *Luterani nõ sunt ausi* illo in hanc iudicij disceptationem venire. Cum etiã *experiri certum* Luterus ipse, tum eius symmystæ ex ipsorũ editis *tamen cum* libris planè conuincantur & hæretici & seditiosi *Cochleas.* esse, palamq; venisse contra omnia tum diuina tum humana iura, verbis quidem miram præ se ferũt iactantiam & confidentiã, sed legibus experiri nõ audent, & neq; ius, neq; iudicem ferre vel volunt, vel possunt. Cum sit autè inuicta veritas, defendi facillè potest, nec Christõ deest p̄ veritate certatibus: inde fit, vt Catholicis pleriq; etiã sub vitæ periculo sæpè se obtulerint ad disceptandũ cũ nostris ætatis nauatoribus corã Magistratus: sed timida nequitia, male cõsciẽtie stimulus agitata, nõ audent tã p̄sens se discriminẽ cõijcere: scriptis interim & apud miseram plebeculã projiciũt ampullas & sesquipedalia verba.

Fuit

Luteri im- Fuit verò hoc Luteri pestilentissimum atque im-
prudens mē- pudentissimum mendacium, quòd in eadem Præ-
dicium. monitione sæpè iacitat Papistas probè scire ac vl-
 trò confiteri, Luteri doctrinam verum ac merum
 esse Euàngelium, Quòd quidem ille faciebat, vt prin-
 cipes & populus tanquàm vera afferenti propensi-
 oribus animis fidem cõmodarent. Contra hoc eius
 insolens scriptum scripsit quidã laicus Dresdæ gra-
 uiter & validè, cui Luterus suo more non Euange-
 lico, sed scurrili & satanico respondit conuicio sissi-
 mè. Titulus libelli est, *Contra siccarum Dresdæ*. Ibi in-
 ter cætera sic habet: Nihil curo, q̃ queritur (scilicet

Quid glori- laicus, quem sicarium vocat) in libro meo non ferè
aris in ma- nisi maledicta & diabolos nominari. Hoc debet es-
litiã? se mea gloriatio, meusq̃ honor. Sic & habere vo-
Vide homi- lo, vt deinceps dicatur de me, quòd plenus sim ma-
nem insaniam ledicentię, criminationisq̃ & execrationis in Pa-
ebrium. pistas. Volo & deceterò me aduersùs nebulões istos
 exercitare execrationibus ac maledictis vsque ad se-
 pulturam meam, nec vllum verbum bonum ex me
 ampliùs audient. Ego meis tonitruis ac fulminati-
 onibus sic eis ad sepulturam compulso. Sic ille
 miser, haud dubiò obsessus à dæmone. Ecquid verò
 in his verbis est non planè barbarum, immane, &
 plus quàm satanicum? Quis vnquàm vir bonus ita
 scripsit? Et certè ad sepulcrum vsque in Catholi-
 cos fuit maledicentissimus, cum dicat Apostolus:
Rom. 12. Benedicite, & nolite maledicere. Quis autè vir fuit
 Luterus, vt tantum sibi sumeret? Dignus ille quidè,
 qui iusto Dei iudicio ad tantam insaniam & impie-
 tatem deuolueretur.

Hoc ferè tẽpore Maria germana foror Cæsaris, cõ-
 iunx quodã Ludouici Hungarię regis, q̃ quorundã
 infaustis deceptis cõsilijs, temerè cū paucis procc̃s
 sit obuiam Turcarum amplissimis copijs, misereq̃
 periijt, in Belgiũ venit, successura Margaritę Cæsaris
 amitz

amitz nupèr defunctæ in administratione ditionũ
 omnium Germaniæ inferioris, ad Cæsarem perti-
 nentium.

Protestantes iterũ conuentum habent Fran-
 cufurti, vt erat constitutum. In eo ciuitatum legati re-
 nunciant, se nolle Ferdinãdi regis electioni obstre-
 pere: quòd si ille contra Euàngelium vi quippiam
 moliturus sit, velle se ex fœderis Smalcaldici p̃scri-
 pto omnia sua ad defensionem conferre. Principes
 verò Cæsari & Ferdinando scribunt, eam electionẽ
 se non posse approbare, quòd esset contra morem
 & libertatem Imperij. Itaque hac in re alia Princi-
 pum, alia ciuitatum Protestantium sententia fuit.

Ciuitates eadẽ magnoperè id laborabant, vt
 Heluetij in fœdus adscriberentur: sed Saxo recusa-
 uit, proptereã quòd de Cœna Domini nõ idẽm cū
 Luteranis sentirent: Non enim volebat cum ijs ho-
 minibus quicquam habere cõmercij, quos sciebat
 Lutero esse vel maximè inuisos.

Ad penultimum mensis Augusti diem Moguntie
 nus Archiepiscopus & Ludouicus Palatinus prin-
 ceptis diem constituerunt, quo agerent cum Prote-
 stantibus de pace cõponenda. Ventum est Smalcal-
 diam, missis vtriusque partis legatis, sed nihil confis-
 ci potuit, excusantibus sese Protestantium legatis.
 Hęc animorũ, præsertim in religione, dissensio non
 latebat Turcarũ principẽ, qui totis viribus in Ger-
 maniam sese armabat, Egit quoquẽ Cæsar priuatim
 per Guilhelmu Naffouium & Nucnarium comi-
 tes cum Saxonie Principe, si qua posset concordie
 ratio iniri, sed ille aiebat in ea se doctrina ad supre-
 mum vsque spiritum permanfurum, quam Augu-
 sta sit professus. ãa fuit Luteri doctrina. Sed vtinam
 ille princeps eam constantiam in Catholicę Eccle-
 się doctrina retinenda declarasset.

Hoc anno Tigurini & Bernates Zuingliani, quo-

rum est apud Helueticos magna autoritas & potentia, Quinquēpagicis, nempe Lucernatibus, Vranis, Suicijs, Vnterualdijs & Tugianis, qui Catholicam religionem fortissimè tuebantur, omnes conuehendæ annonæ aditus præcluserunt. Ea res vehementer Quinquēpagicos afflixit, compulsiq̃que bellum Tigurinis & Bernatibus indicere, vt factū est. Causas eius belli graues & vehementes in literis suis exprimunt: vt meritò pudere debeat Sleidanum, dum ait silentiò ab illis fuisse conductas copias, cul-pamq̃; omnem eius belli in eos cõferre nititur. Sed non est hoc valdè turpe apud Sleidanum, mala fide in rebus narrandis versari. Indictum est hoc bellum Tigurinis & socijs eorū die 4. Octobris. Itaq; vtrinque sese ad arma parant. Tigurini longè præstant humanis copijs & viribus: quinquēpagici causæ suæ æquitate freti, omnè spem suam in Dei auxilio collocant. Die XI. Octobris Tigurini apud Capellam monasterium Suicios, Tugianos & Vnterualdios inuadunt: Catholici fugam simulant, vt in paratas insidias hostem pelliciant. Mox ex insidijs valido agmine prorumpentes, Tigurinos in fugam compellunt. Cessi sunt ex Tigurinis 1500. & in ijs omnium malorū incensuræ & caput Zuinglius, qui inuentus à duobus Catholicis adhuc spirans, interrogatusq; num confessione expiare se vellet, mortuū se simulans, nihil respondit. Et illi quidè hominè nõ nouerant. Alius verò superueniens, vt vidit miserū, letale vulnus infixit, derulitq; ad belli duces, qui eum iudicio publico condemnatum proditoris & hereseos, flammis tradi iusserunt. Cessi sunt cum illo etiã alij quidã apostatæ insignes. Ferunt, Tigurinos quosdam Zuinglij cineres domum absportasse. Quid nĩ enim? qui duorum omnium cineres & reliquias nullo dignantur honore, digni erãt qui damnati heretici apud se cineres asseruarēt. Eius verò

Nota.

MON

mors vsque adeò doluit Oecolampadio desertori monacho, vt paulò post à fœmina, quã incestis poluit nuptijs, in lecto extinctū repertus fuerit. Vsque adeò enim frigidum est hoc genus apostatarum, vt periculum sit, nè præ frigore moriantur, nisi quamprimùm lepidam aliquam puellã sibi per summum scelus adiungant, cuius sulfureis amplexibus incalescant illo igne, quem non Dominus IESVS amator integritatis & virginitatis filius, sed tartareus satan misit in terras. Tigurini autem hac accepta clade, intra paucos dies rursus maiores instruunt copias, accitisq̃que Bernatibus, ad triginta hominum millia producunt in aciem. Occurrūt illis Catholici, quorum tota cohors octodecim millibus constitit. Iterum concursum est in festis signis: Zuingliani cedūt à Catholicis, fit fuga turpis Zuinglianorum, flumen quingentos absorbet, in conflictu septingenti prosternuntur. Id prælium commissum est Octobris die 17. Pessimè habuit ea res Tigurinos & Bernates, quòd plurimi à paucis in fugam turpiter acti & superati essent. Eam obrèm in auxilium adfiscūt sibi Basileenses & Schaffhusianos & Sangallios, & Mullusianos, eo cõsilio, vt noctū Catholicos imparatos inuadant. Non latuit Quinquēpagicos quid illi machinarentur, iubentq̃ue suos interulas lineas armis superinducere, vt eo symbolo noctū possint alij ab alijs internosci. Vbi ad pugnam ventum est, atrox fit prælium, iamq; Catholici non paucis amissis debilitari cœperant: sed deus, qui pijs nunquam deesse solet, laborantibus opem tulit, adeò vt hostes fugam arripere cogerentur, aliquot millibus è suis desideratis. Fuit hoc die Octobris 24. Sunt qui scribant, vltima Octobris iterum cõmissum esse prælium, multis Tigurinis occidiõe deletis. Est apud Helueticos templū quoddã in primis venerabile & miraculis celebre, Deiparæ virgini sacrum: Eremum appellat. Ad

*Oecolampadi
us moritur.*

*Aliud præ-
lium.*

*Tertium
prælium.*

*Eremus
apud Hel-
ueticos.*

id templū Quinquagici processionē decreuerāt, à senibus, pueris, fœminis, virginibus, omniq; imbelli turba peragenda. Tulerūt hoc eggerimè Zuingliani, iamq; constituerant illam ædem euertere, & imaginē beatissimæ Virginis in frustra cõcisam, igni absumere. Sed ille tam barbarus & à Christiana pietate alienus conatus, multo illis sanguine constitit, nec tñ voto sunt potiti suo. In his prælijs cum Zuingliani longè essent armis & milite superiores, satis euidèter sese declarauit supni Numinis fauor, quo freti Catholici, præclaras ex eis victorias retulerūt. Habebāt enim Catholici in exercitu suo sacrificos suos, quibus sua errata cõfiterentur, & quorū sacrificijs quotidie interessent, in quibus sanè religiose admodum diuinū implorabāt auxilium, vt ostēderent se non in armis, sed in potentia Dei spem suam reposuisse. Constituerant etiām 18. viduas, quæ per vices nocte ac die senæ semper in tēplo D. Virginis eremitico pro exercitu deprecarentur. ad extremū certis quibusdā cõditionibus pax redintegrata est. Non dubiū quin hac sua constantia sempiternam apud omnem posteritatem sibi laudem pepererint inuicti illi Catholicæ fidei assertores, cuius nomine seipfos & sua omnia in extremum non dubitarint discrimen adducere, nihil prorsus absterriti neque multitudine neque potentia hostium, quòd scirent se causam fouere bonam, cui libenter fauere soleat rerum omnium præpotens Deus.

Henricus Bullingerus
successor
Zuinglij.

Zuinglio apud Tigurinos successit Hêricus Bullingerus, qui longo tempore solus ferè, vt suam declararet animi pertinaciã, Zuinglianū dogma libriter editis ppugnare nõ dubitauit, alijs interim & metu se intra silentium tenētibus, & sensim in Luteri plura discedētibus. Multos em̄ ea, quã diximus, Zuinglianorum in Heluetijs strages, à Zuinglij sententiã absterruit, & erāt res Tigurinorū vehemèter affli-

at

at. Zuinglianus quidã duos illos miseros homunciones, Zuinglium & Oecolampadium, qui paruo, vt diximus, interuallo ex hac luce repente subtrahti fuere, vocat duo præclara Ecclesię lumina, quos tamen nõ solum Catholica Ecclesia, sed etiãm Luterus ipse non alio quàm hereticorum loco habuit. Quòd autè de malis hominibus tam præclare sentiunt ab illis miserè euersi, id in augmentum cedit damnationis illorum apud inferos: præstaretq; nullam vnquam haberi eorum mentionem, quàm illos vel tenuiter laudari. Est autem certè prodigiosum valdè, illos homines dici ecclesię lumina, qui vastissimas Christiano orbi tenebras offuderunt. Oecolampadius Basileę sepultus est in summi templi circumcitu, eiq; etiãm in signe positum est epitaphium his verbis: D. Iohannes Oecolampadius, professione Theologus, trium linguarū peritissimus, author Euangelicæ Doctrinæ in hac vrbe primus, & tēpli huius verus Episcopus, vt doctrina, sic vita sanctimonia colendissimus, sub breui sæculo hoc recõditus iacet. Ità apostata monachus, qui diu in incesto vixit cõiugio, & aliquot proles reliquit, orbemq; horrendis blasphemijs infecit, vocatur vitæ & doctrinæ sanctimonia colendissimus, & verus Episcopus Basileensis, quasi tum primùm Basilea conuersa sit ad fidem Christi, quòd certè illi vrbi vel maximè probrosum est. O, quanta ignominia & dedecore afficiuntur isti in supremo mundi die, qui etiãm post tantam iniquitatem eiusmodi sunt encomijs celebrati. Scripsere quidã de coispo Oecolampadio, quòd ferro primùm, deinde veneno sibi mortem inferre conatus sit, sed à suis impeditus, subita morte perièrit. Zuingliani hoc negat, atqui eorum suspectum est testimonium, præsertim cum isti noui Euangelici non admodum à pudèdis etiãm mendacijs abhorreant: verùm vtquid sit, si sic mortuus est, vt Zuingliani scribunt, nempe in

Ve qui dicis malum bonum.

Epitaphium Oecolampadij.

Psal. 33.

suo errore obstinatus, infelicissimè mortuus est. Rectè enim ait scriptura: Mors peccatorum pessima. Cùm Zuinglij & Oecolampadij mortem ex cuiusdam catholici viri literis Thomas Morus Angliæ Cancellarius cognouisset, ità illi rescripsit: Zuinglij & Oecolampadij mors nunciata, lætitiã mihi attulit. Quãquam enim dolendi causas reliquere nobis hæc nimium graues, propter multa, quæ neque sinè horrore eloq. possum, & nemini sunt ignota, neq. audire homines pij sinè profundo gemitu debent: sublato tamè è medio esse tam immanes fidei Christiã hostes, tam accinctos ad Ecclesiæ excidium, tam intentos vbiquè in omnem perimendę pietatis occasionẽ, iurè gaudere possumus. Hęc ille vir tantus, cuius sententia habet semperq.ue habitura est pondus precipuum apud bonos omnes.

Zuinglij studiosus quidam scribit, hoc tempore in Gallijs Euangelij quędam iam sparsa fuisse semina, sed diuturnam ibi & horribilem, in Zuinglianos præsertim, persecutionem esse motam. hoc nomine rex Gallorum Franciscus multa laude dignus est, q. has orbis pestes eorumq. dogmata in suis ditionibus ferre noluit. Porro verò in hac Zuinglianorum calamitate Luterani quoque quotidianis concionibus, libris, epistolis & carminibus, victis insultabāt, atebātq. iurè illos dedisse pœnas ob iniurias Sacramèto illatas. et hoc quidè verũ erat, sed nõ decebat Luteranos isthuc Sacramētarijs impropere, cum qbus iam Marpurgi pacti erāt, vt deinceps à scriptis odiosis vtrinque abstineret, & ipsi Luterani nõ minus, atque Sacramētarij, hereseos dānati erant. Sed qd isti seruarēt pacta cōuenta cū hoibus, q. fidẽ deo datã fallere nõ dubitarūt, cùm pleriq. post votũ perpetuę cōtinentię palàm Deo nuncupatũ, palàm ad nuptias trāsierint? q̄s quidẽ nuptias Augustinus lib. de Bono viduitatis, adulterijs dicit esse peiores.

Multi

Multi tum ad Luterũ à Zuinglianismo paulatim deficiebant, & vsque adeo Zuinglij & Oecolampadij nomina, tãquam pestilentissimorum hereticorum, quales reuerã fuerat, execrationi habuere etiã fecerunt, vt scripta eorum prorsũs cõdemnarent. Quin & Bucerus versutissimus apostata scripsit Tigurinis cõcionatoribus, Luteri sententiam de Sacramento sibi tolerabilem videri, quẽ illi contrã hortati sunt, nẽ à rã manifesta Sacramētarię doctrine veritate ad Luteri dogma deficeret. Multis enim modis Zuinglij sententiã Bucerus hætenũs probãrat, sed itã tamen, vt videatur susq. deq. tulisse, vt cunquẽ de Sacramento sentiretur, modò ipsi liceret suauiter & molliter cum sua Dalila viuere, & huius mundi voluptatibus frui. Quid enim aliud sentiendum est de excucullato monacho, in incesto cõcubitu totannis putrescente? Et, nisi fallor, huius viri calliditate effectũ est, vt etiã Argentinenses, cùm suã cõfessionem Augustę exhibitã copiosius exposuissent, nõ diũ post in fœdus Smalcaldicũ tandem recepti sint. Videtur enim Bucerus itã patrẽ illã Confessionem esse interpretatus, vt è Luterana aut nihil aut parũ abhorre de mũ visa sit. Et certè id ille sepius etiã Heluetijs persuadere conatus fuit mira verborũ p̄plexitate, sed illi hominẽ versutũ audire noluerūt.

Menfis Decẽbris die 19. Protestantes Frãcofurti rursũs conuenerunt, acturi de vltiori sui fœderis defensione. Valdè illi solliciti fuere rerũ suarũ, vt p̄modũ suspectos sese reddiderint de mala fide, quasi Euangelii suũ nõ nisi armis defendi posse putarint, cùm tamè à Lutero didicissent, ne Turcis quidẽ resistendum. Sed quis tandem, huius inauspicati fœderis exitus fuerit, quã nihil cõtulerit fœderatis, quot clades illis attulerit, infra Deo volẽtẽ dicemus. Rectè dixit Sapiens: Non est sapientia, nõ est prudentia, non est consilium contra Dominũ.

Zuingliani
sunt Lute-
rani.

Comentus
Francofurtis

Pro. 21.

*Cetus eieci-
sur.*

Hoc anno haud procul ab Harlemio, insigni Hol-
landiæ oppido, eiectus est piscis ingens ex Oceano,
longus 68. pedes, crassus 30. oris tanta vastitate, vt
pateret pedes duodecim.

A Nno 1532. Cæsar Carolus Comitibus indixerat
Spires, sed ob Turcarum irruptiones, translu-
lit ea Ratisponam, vt esset propinquior Au-
striae, cui imminabat Turcarum tyrannus. Interim
rursus Cæsaris permissu quidam Catholici princi-
pes egerunt de pace cum Protestantibus, qui tum
Suinfurti suos conuentus habebant. Multa sibi per-
mitti volebant Protestantes, & cum nō posset certa
concordiæ via inueniri, Norinbergæ alter indictus
est conuentus. Iam Turca cum incredibili exercitu
imminabat Germaniæ, nec poterat negocium ultra
protrahi. Itaq; Cæsare consentiente in tanta rerum
difficultate, pax publica totius Germaniæ sancita
est, & vt ad Concilium vsque nulli fiat molestia vlla
religionis ergo. Sperabat enim Cæsar intra paucos
menses celebratum iri concilium. multa coactus est
pijssimus Princeps ob temporum calamitatem dis-
simulare, haud dubiè non facturus, si tanta Turcarum
vis in certissimum totius Europæ exitium Germa-
niæ non incubuisset. Vbi verò Protestantes Cæsaris
hoc decretum acceperunt, obsequentiam & officium
illi deserunt, & auxilia contra Turcas pollicentur.
Interim Luterus & noui dogmatistæ animis erige-
bantur, quod viderent magno se metu liberatos,
Cæsare Turcico bello distento.

*Christiernus
Danus capi-
tur à suis.*

Hoc anno Christiernus Danorum rex ob tyrā-
nidem pulsus è suo regno, cōscripto milite, decimo
exilij sui anno conatus est amissas recuperare dit-
iones: sed vbi in Noruegiam & Daniā venit, captus
est parùm integra fide, cum literis & sigillis cautum
ipsi fuisset. Missus indè in carcerem, ad supremum
vsque diem vitæ suæ mansit captiuus. Tandem cum

populus

populus videretur propensis in illum esse animis,
fertur præsentissimo veneno sublatu. Fecerat illius
certè immanis & barbara planè crudelitas, cui etiā
hoc accessit, q̄ in Luteri hæresin lapsus, in ea quo-
què diem suū obiit. Potest ille regibus & Principi-
bus esse exemplo, vt si rectè & ordinè subditis suis
imperare ac dominari velint, prius suis affectibus
suoq; animo dominari discāt. Sed de hoc rege iam
antè quoquè diximus.

Cum Cæsar & Principes essent Ratisponæ, cer-
tis affertur nuncijs, Solimannum innomeris instru-
ctum copijs, in mœsiam penetrasse. Dolebat Barba-
ro & arrogantissimo Tyrāno, quod non lōgè antè
cum ignominia à Viennæ mœnibus depulsus & p-
fligatus esset: fama q; erat, ea causa auctis copijs ve-
nire in Germaniam, vt Viennam maioribus viribus
oppugnaret. Putabat enim vni sibi summo iure de-
beri Romanum Imperium, qui Constantini poten-
tissimi Græcorū Imperatoris sedē occupasset. Præ-
terea cum de Carolo Cæsare mērio haberetur, vel
literè scriberentur, cum non Cæsarem, sed Hispani-
cæ regem barbaro quodā fastu appellare solebat.
Porro in certā spem victoriæ se vocari minimè du-
bitabat, quod certò comperisset Germanorum in-
ter se de religione dissensionem, quæ illi animos ve-
hementer augebant. Et reuera actū fuisset de tota
Europa, nisi communi omnium sententia & volun-
tate auxilia Imperatori decreta fuissent. quod qui-
dem illi Tyranno præter expectationē euēnit, qui
Imperij sui fines Ottomannorum principum more
magis magisq; prolaturus, Germaniam spe iam
deuorarat. Solent enim Ottomanni exercēdo mi-
liti bella ex bellis ferere, è veteri disciplina inerti
ocio neutiquam eos corrumpi sinere, finitimos
quosq; tāquam veros hostes armis in potestatē re-
digere. Eo instituto alternis annis ingentes copias

*Solimannus
imminet
Germaniæ.*

*Ottomano-
rum erga mi-
lites insti-
tutum.*

educendo, multis gētibꝫ bello superatis, supra viginti Asię atq; Europę regna suo Impio adiecere, Ferdinandus rex certior factus de Solimani expeditione, tres legatos cum muneribꝫ ad eum mittit, quos ille quidem humaniter suscepit, sed nihil impetrârunt aliud, nisi vt castra sequerentur. Cęsar interim proponit in comitijs Ratisponensibus, quāto in discrimine res sint, nisi animis ad concordiam reuocatis, cōiunctis viribus immani hosti eant obuiam. Tum verò principes legatiqꝫ omnes propensissimis animis pollicentur, se more Maiorum salutem publicam & cōmunem omniũ, maximeq; Imperij existimationem defensuros. Itaq; disceditur, & vno omēs animo ad arma se parant. Cęsar ex Italia instruatissimas Italarum & Hispanorum copias accersit. Andrę quoquē Aurie maris p̄fecto dat negocium, vt comparatis trirēmis & onerarijs nauibus aduersus Turcarum classē in Gręciā traiciat. Clemens Pontifex ad id bellũ immensam auri vim contulit, & eo officio suum in Remp. animũ verè paternum egregiè testatus est, quanquā exactiones sacerdotijs & clero impostę, nimium graues plerisq; viderētur. Gallię & Anglię reges, iteq; Heluetij, eius belli spectatores ociosos sese p̄buerunt; sed si quid Germanię p̄ter spem accidisset, nihilo meliori loco eorum quoq; res futurę erant. Legatum Pontifex misit Hippolytũ Medicę Cardinalem, iuuenem naturę & fortunę donis longè ornatissimum, qui bello interesset. Fuit eius aduersus nõ modò Cęsari & Ferdinando, sed etiã Germanis vel maximè gratus. Nam p̄ter ingentem pecuniam, etiã multos viros fortes ac militares equos adduxit, nullũ interim Cardinei cultũ fastũ p̄ se ferens. Eius pecunię parte quadã conductã sunt octo millia equitum Hũgarorũ, quos se habiturũ Ferdinãdus promiserat. Erãt apud Ferdinãdũ duo, p̄-

Legati ad
Soliman-
num missi.

Clemens
Pontifex
confert pe-
cuniam.

8000. mil-
lia equitũ
Hũgaro-
rum.

ter alios, duces admirandę virtutis, quibus singulis singula vexilla honoris causa de manu tradidit Cardinalis, in quibus pictę erant imagines crucifixi Seruatoris nostri, quę vel ferrea possent mouere pectora ad pietatem. Sub hoc tēpus Vaiuoda Aloysio Gritto, quem Turca illi socium reliquerat, negocium dat expugnãdę Strigonij arcis, quę Ferdinandi p̄sidio tenebatur. Milites Germani eã oppugnationem aliquandũ fortissimè sustinuerunt, licet rerum propè omnium inopia laborarent, parumq; feliciter cũ Turcis nauali p̄lio manus cõferuissent, qui eis subsidio missi fuerãt. Interim in Austriam ex Italia venit Hispanorum ac Italarum non cõtemnenda manus, itã vt Alphonsus Vastius Cęsaris dux egregius, plerosque Italos, superante militum multitudine, dimittere cogeretur, quod quidẽ inuitus fecit, sed sic Cęsar iusserat. Indè Cęsar cum copijs Belgicis, quę erant mirificę, per Danubiũ à Ratispona Linciu deuehitur. Nũquã tot naues, totq; milites à Romanis vsq; tēporibus Danubius tulit. Vndiquè audire erat cõsalutantiũ acclamationes, tympanorumq; & cornuũ ac tubaru cõcentus. Ripę quoquē fluminis equestribus & pedestribus copijs cõplebantur. Solimannus interea vbi Belgradũ puenit, Sauo amne multis simul pontibus constrato, innumerabilem equitũ multitudinem in Pannoniam intulit, & in Valeriam prouinciam, quę Striria hodiè dicitur, rectã contendit.

Ex legatis Ferdinandi & captiuis quibusdã posita cognita est, in exercitu eius fuisse ad quingenta hominum millia, & in ijs trecenta ferè equitum 500000. millia. In ipso itinere occurrit illi Guantiũ oppidũ, Turcarum quod Nicolaus Lurixi parua suorum manu cõtra tantũ hostiũ vim defendere nõ dubitauit. Circundas possũt extra ta est vrbs immenso exercitu, agũtur cuniculi, certatur vtrinque acerrimè: sed cum tandẽm eõ iam

Copia Cęsaris.

res redijisset, vt immanissimi hostes p̄p̄modum intra murum irrumperent, ingens clamor à fœminis & pueris sublatus, ferocissimū militem prorsus attonitum reddidit, itā vt impetum Turcæ reprimeret, Vrgebāt præfecti Turcarum milites verbis & verbibus, vt fortiter pedē p̄ferrent, sed ijs planè detrectatibus, pugna finem habuit. Referebāt Turcæ, se equitem districto gladio ipsi vrbē inuadētibus minas intentantē in aère cōspexisse, quē pleriq; piè crediderūt D Martinum fuisse, qui Sabariensibus, à quibus Guintiū parū aberat, omnibus dubijs temporibus semper opitulari cōsueuerit, licet id rideat heretici, quorum impietas nos ad imploranda Diuorum suffragia multò etiā magis cōmouere debet. Scimus em̄ certa fide, illos iam Deo cōiunctissimos quidlibet faciliè ab eo impetrare posse. Dolēdū est, ante tot secula in Vigilantio & alijs perditis heresum architectis dānatos errores, hoc æuo rursum ab inferis in orbē reuocari, nec pudere Christianos eorum probare dogmata, quorum est apud Catholicam Ecclesiam memoria execrabilis.

In hac exigui eius oppiduli oppugnatione diebus 23. hæsit Solimannus, & cū vi expugnare nō posset, quod mirū p̄fectō fuit, certis tñ conditionibus trāsegit cum Nicolao p̄fecto, atq; itā nō sinē dēdēcore inde abscedens, in Carinthiæ fines iter habuit.

Cū adhuc apud Guintium esset, Ferdinandi legatos serica talari veste & singulis argenteis pateris donatos cū literis ad Cæsarē & Ferdinandū remisit. Erant illē in oblōgo & perāgusto dentatē chartē volumine aureis atq; ceruleis literis Arabicè cōscriptę, obsignatęq; aureo sigillo, & sacculo purpureo inclusæ, tantis inuolucris barbari vanissimiq; regis superbiam præferentes.

Summa literarum erat, se Iohannis Vaiuodę amici sui ac beneficiarij vlciscendi causa in Pannoniam

vt.

venisse, ipsorumq; ditiones infesto exercitu vastaturū, & de totius orbis imperio cum eis prælio decertaturum. Hęc quidem ille & alia multa superbissimè, quæ tamē postea, præsertim quod ad pugnam conferendam attinet, non præstitit. Habebat in exercitu suo tormenta ænea currulia circiter trecenta: castra plena erant omnis opulentia, securitatis, silentij, disciplinæ: vniuersus exercitus veruecinis carnibus atque oriza affatim reficiebatur. Verū enim uerò non fuit ausus rectā proficisci ad Casarem, cuius exercitus magna alacritate eius aduentum ad Viennam sustinebat. Nè tamen absq; Germaniæ clade discederet, missus est Cafonus dux strenuus & impiger cum quindecim millibus equitum, qui omnia longè lateq; depopularentur, & summā Germanis calamitatē sua crudelitate adferrent. Nō defuit Cafonus Solimanni votis: fit magna passim in agris & pagis cædes hominum: cuncta fumo, flammis & ignibus per multa millia collucent, rapiuntur in captiuitatem passim miseri, senes inualidi, fœmineq; catenis & laqueis tracti, equorum cursum adæquare coguntur, infantes pueri simul cum ædificijs exuruntur. Ad Lincium vsq; oppidum, vbi tum erat Ferdinādus rex, ea barbarorum rabies p̄gressa est. At vbi multa onustus p̄da eodē ferē, quo venerat, itinere ad Solimannum redire cōtendit, in nostros pedites & equites incidit, qui diuersis in locis eius rrditū opperiebātur. In ipso autē itinere captiuos ad quatuor millia, nè oneri essent, immanis barbarus crudeliter occidit. Progressus inde, in Palatinum incidit, à quo magna equorum & hominū strage edita, ipse quoquē Cafonus fortissimè pugnans cęsus est. Qui superfuere, paulò post in Londronij & Ioachimi Brandeburgici copias delati, peccudum modo maçtati sunt, captis tamen nonnullis, qui in seruos venderentur. Postremi, qui effugerāt

Germani.

Bombardæ
currules.

Cædes, rapine, incendia.

Turcæ à suo strage edita, ipse quoquē Cafonus fortissimè pugnans cęsus est. Qui superfuere, paulò post in Londronij & Ioachimi Brandeburgici copias delati, peccudum modo maçtati sunt, captis tamen nonnullis, qui in seruos venderentur.

Litere Solimanni ad Cæsarem.

Germanos, Hungaros sensere longè infestissimos, qui etiã fugientes per sexaginta ampliùs stadia, terga cædentes, persecuti sunt. Itã in diuersis locis ad octo ferè millia perierunt. Quidam multò plures periisse scribunt. Iam Solimannus ad Gratiã cõtenderat. Cæsar verò ad Viennam castra posuit, nõ detrectaturus prælium cum hoste superbissimo: sed frustra illius aduentũ præstolabatur. Ferũt cum à quibusdam Christianis proceribus admonitum, nõ pugnae aleam subiret, quòd Germania omnis in armis esset. Nec tum solũ, sed etiã aliã constat, Turcas, cum iam in magno discrimine versarentur, à Christianis, vt sibi cauerent, admonitos. Sed tales nomine fortassis sint, re autem vera minime sunt Christiani, qui plũs Christiani nominis atrocissimis hostibus, quã rebus Christianis, fauere videatur. Solimãnus itaque, licet equitatu nostros multis modis superaret, essetq; alioqui bellicæ gloriæ audissimus, non tamen est ausus vires periclitari suas, sed (quod maximè dolendum est) plus quã triginta millibus Christianorũ in fœdissimam seruitutẽ (vt ferebat) abductis, præter eos quos Calonus & quidam alij Turcæ diuersis in locis trucidarãt, Cõstantinopolim ex turpi fuga sempiternã secũ ignominiam reportans, itã discessit, vt identidẽm respectaret, an Cæsar à tergo sequeretur. Sic immanis ille Tyrãnus intra paucissimos annos bis Germanorũ è finibus cum dedecore profugit, pugnãte haud dubiò ppijssimis principib; Carolo Cæsare & Ferdinãdo rege, quos oĩnò extictos voluit, Deo Opt. Max. quẽ illi semper religiosè coluere, maximo ad omnem posteritatem verè pietatis exemplo, quod Principes viri imitari summoperè debeant. Nam tamen in hoc bello habuit Cæsar descriptorum peditum nouaginta, & equitũ triginta millia, præter alios multos vtrò in id sacrum bellum profectos

Turca detrectat prælium.

30000. Christianorũ capti.

Turca fugit.

Exercitus Cæsaris.

fectos, præter equitum quoquẽ & peditum ministros, quorũ erant non contemnendæ vires, & belandi peritia haud vulgaris, nos tamen totam hanc victoriam, quæ certè fuit memorabilis, non tam humanis viribus, quã præpotētis Numinis fauori acceptam referre debemus. Sicut enim in Cæsare fuit singularis erga Deum pietas & animi deuotio, itã quoquẽ singulari semper ferè Dei Opt. Max. benignitate & fauore perfuitus est. Vbi verò Cæsar de Solimanni discessu cognouit, in Italiã cum aliquot Germanorum & Hispanorum millibus proficiscens instituit, plurimũ deprecante Ferdinãdo, vt tanto exercitu vterentur ad opprimẽdum Vaiuodam, quem Solimannus Hungariæ regem constituisset. Verũ Cæsar multis de causis, tum quòd hyems subesset, tum quòd pestis atrox in castris atque adeo in ipsã aula multos quotidie raperet, in proposito discedendi permanit: sic tamen, vt Italicas copias oēs relinqueret, quæ Austriacis iunctæ, bellum Pannonicum gererent. At verò Itali excitata seditione, sublatisque vexillis, summo Ferdinandi regis dolore, in Italiam contenderunt.

Cæsar abiit in Italiam.

Interim dum Cæsar in Italiã parat iter, Andreas Auriã cum ingenti classe aduersũ Turcos proficiscitur, quibus haud dubiò eius inopinatus aduentus certissimam videbatur cladem allaturus, nisi à Venetis quibusdã de Aurię aduentu certiores facti, matura omninò fuga sibi consuluisent. At nihilominus oppida aliquot Græciæ, egregiè profligatis Turcis, Auriã expugnauit, lógẽ maiora damna daturus Solimãno, procũl à Constantinopoli in Germania bella tum gerenti, si Veneti, quorum erat instructa admodũ classis, suas vires cum Cæsaris copijs coniungere voluisent. At illi fœdere cum Solimanno isto, quò minũs id facerent, se prohiberi asserebant. Non defuisset tum occasio rei apud Cõstantin-

Andreas Auriã aliquot Græcia vrbes expugnat.

stantinopolim quoque & alibi bene gerendę, Gręcis præfertim Christianorum aduentum, suiq; è durissima feruitute liberationem auidissimę p̄stolantibus, Solimanno verò longissimę à Constantino-
poli posito, si Christiani Principes coniunctis viribus fauissimum hostem opprimere voluissent. Nulla ergò re magis auctę Ottomānorum vires & potentia, quàm Christianorum intestinis odijs, bellis & simultatibus, quę plerunquę ex rebus friuolis trahūt originem, dum alij alios excellere volunt, nec cõtentiditionibus suis, alienas inuadunt, aliãq; bella ex alijs ferunt propter meum & Tuum,

Cũ Ratifonę Comitia adhuc haberentur, publicę prostabat scriptum quoddam valdę impium, hac inscriptione, *De Trinitatis erroribus libri VII. Michælis Serueti Hispani.* Nefarios cum primis & inauditos hoc opus complectebatur errores, dataq; opera est à Cęsarıs confessario vt supprimeretur. Verũ eodem tẽpore homo Germanus è terra Iuliacensi, Ioannes Campanus, q̄ biennio Luteri discipulus fuerat Vuittembergę, eisdem ferè de summa Trinitate errores asserere non dubitauit. Atquẽ Luterus, tametsi in eum calamũ strinxit, tam en ad tantam impietatem fenestram illi aperuit, cũ non est veritus scribere libro aduersũ Iacobũ Latomum, se odissẽ vocem Homouision, quam etiã dicit nõ receptam à multis, ijsq; præclarissimis: quin & Hieronymum ait queri, nescire se, quid veneni lateat in syllabis & literis. Verũ ibi sceleratissimę de D. Hieronymo mentitur. Is enim, in quadam ad Damasum Epistola de Hypostasi dubitat, non de Homouision: immò verò etiã per Homouision Trinitatem orat Damasum, vt respondeat. Porro Luterus hoc ipsum in Arrianis probat, quòd noluerũt Homouision, quam dicit prophanam vocem, recipere. Quòd autem D. Hieronymus de hypostasis vocabulo

bulo hæstat: in dẽ accidit, opinor, quòd Hypostasis Gręcis substantiam significat, sed à Theologis in rebus diuinis pro p̄sona accipitur. Et vna quidem est diuinitatis substantia, personę verò tres. Habuit itaq; ea dicitio hypostasis quandam amphibologię, vt à maleuolis & de substantia diuinitatis, & de persona posset accipi. Quãobrem etiã reprehenduntur à D. Basilio Epistola 64. ad præcipuos in Neocæsarea, qui D. Gregorij Neocæsareẽ episcopi verbis, quibus contra ethnicum disputans, hypostasin pro substantia præter aliorum Patrum morem vsurparat, ad stabiliendum impijssimum Sabellij dogma abutebantur. Porro ausus est quidã Poeticus Theologus tres summẽ ad orandas personas, tres Chimeras dicere, pro uocatus audacia Luteri.

Hoc anno scripsit Germanicẽ librum Iohannes Bugenhagenus Pomeranus excucullatus monachus contra Catholicos, quem voluit appellari, *Aduersus calicis fures.* Illum apostatam Vuittembergenses suum pastorem & superintendentem vocant. Is liber scætet maledictis, mendacijs & calumnijs, vt agnoscas spiritum Luteri quinti Euangelistę. Impotenter incurrit in Episcopos, quòd populo calicem subtraxerint: damnat quoquẽ Missę sacrificium, perindẽ ac si Ecclesia ab impuris apostatis discere debeat, quo sint ritu & ordine Sacramenta administranda. Idem Apostata p̄fectus quandoq; ad amplas quasdam ciuitates, præsertim maritimas, non absque tumultu & seditione, qua nouum gaudet Euangelium, Luteri dogmata sparfit in vulgus rerum nouarum auidum, Ecclesiasq; Lutericas spiritu illo quo plenus erat, constituit & confirmauit. Cũ autem ex Dania rediret, & sinu Balthici maris emenso, nõ quidem absq; tempestatis periculo, littus Cimbricę Chersonesii attingisser, non est veritus palã his vti verbis: Tu meum habeas Dania Euãgelion, ego

Michælis Serueti impij scriptum.

Ioannes Campanus.

Luterus mentitur.

Osculus

*Scriptũ Bugen-
hagij.*

*Vox digna
deplorato
apostata.*

nummos tuos. Vale. Et reuera non parum multu onustus opibus redijt Vuittenbergam, suauiter & molliter illic perfruens rebus tam preclare partis. Confecto bello Smalcaldico, de quo infra dicitur, librum edidit, quo auaritiæ suæ dolos haud obscure prodidit delirus fenex. Contra eius libellum, aduersus fures calicis inscriptum, grauitè & eruditè catholicos defendit Michael Vch⁹ Doctor Theologus, professione Dominicanus, qui fuit Cardinali & archiepiscopo Mogutino à consilijs. Principio obijcit illi apostatæ maledicendi & conuiciandi libidinem: deinde ostendit, quæ illum probare oporteat. Ait ergò: In quolibet negotio optimum fundamentum est veritas: qua ille prætermissa, libri orditur à mendacijs. Itaq; nos eius calumnias domum remitemus, donèc sua probet mēdacia. quòd si verò nescius est, quid illi probandum incumbat, nos haud grauatim id eum docebimus. Primò quidem planum faciet, Calicem ex Christi mandato ab omnibus necessariò sumi oportere, id quod ille ad huc cum suis neque fecit, neque facere vnquam valebit. Sed estò: Sint hæc ad omnes dicta à Christo, Bibite ex eò: mesiat tum quoquè docere debetis, ea verba necessariū habere præceptū. At si hic suor cōsulat, inueniet suæ sectæ primarios id negare, dicereq; Christū neq; alterā, neq; vtranque speciem sumendam præcepisse. Deinde si hoc quoquè ponamus, ea verba habere necessariam præceptionem, iam illud nihilo minùs testatū faciet, quòd ad singulos speciatim, nò ad omnes generatim, dicta sint, sicut illud, Crescite & multiplicamini. Atqui hoc etiā concessio, dicta ea esse speciatim ad singulos, porrò illi probandum venit etiā omnia huius præcepti verba ad singulos pertinere. Sunt em̄ hic multa, Consecrare, Offerre, Edere, Bibere, In memoriā eius facere, At id certè nunquam ille planum effici-

Quæ probanda sunt illis, qui calicem volūt porrigere oportere.

et;

et, nisi consecrandi munus velit etiā ad singulos rusticos pertinere. Quòd si verò hoc quoq; illi permittatur, tamen restat adhuc probandum, Christum accedente necessitate & periculo, nò reliquisse præceptum hoc nobis liberum, neq; Ecclesiam tali occurrente casu hac esse autoritate præditam, vt eiusmodi possit edere cōstitutionem, qua id periculi euitetur. Hæc quidem ille in principio huius prolixi operis contra Pomeranū apostatā acutè & pensiculatè, ad quæ nò facilè respondebit vnquā tota colluices horum nonatorum.

Eodem anno scripsit Luterus ad Albertum Marchionem Brandeburgensem, neq; id clam, sed publice, licèt secus Marpurgi conuentum esset, hortaturq; illū principē, vt sibi caueat à doctrina Zuinglij, & Zuinglianos è sua ditione profliget. Molèstè hoc tulerūt Tigurinæ ecclesie ministri, scripserūtq; etiā ipsi eidē Principi, p̄ suis symmys illū deprecātes. Miserunt quoq; illi libellū Bertrami presbyteri de corpore & sanguine Christi, quem quidam Zuinglianus Germanicè conuerterat, vt sciret tota germania, quàm antiquum ipsi dogma sequeretur. Bertramus ille monachus fuit anno salutis 830. aut paulò posterius. Et quanuis nò admodum sit vetustus, nec magni momenti author, tamen hunc idoneum iudicauerunt Zuingliani, quem nobis tanquàm prodigiose antiquitatis & irrefragabilis auctoritatis obijcerēt, cum ipsi interim innumeros sanctissimos Patres habeant contemptui, licèt hinc inde ex illorum scriptis quædam in speciem proferat, vt indoctis hac fallacia imponat, quæ tamè vix vnquam sincere & integrè, sed potiùs malè detorta preferunt: immò etiā sæpè contra suam conscientiam aiunt eos sensisse & scripsisse, quæ tamen neque sensere, neque scripsere vnquam. Caueat sibi, cui salus sua cordi est.

Luterus contra pactum scribit in Zuinglianos.

Zuingliani se tuentur.

Iohānes Sa-
xonie dux
mortuus.

Per id tempus, quo in Turcas arma expediuntur, in venationis loco haud procul Vuittenberga excessit è viuus Saxonie Dux Iohānes, Luteri patronus. In eius funere duas ad populū cōciones habuit Luterus, quas etiā voluit exire in publicū. Eas quidā catholicus scriptor itā cōsūtavit, vt ostēderit pudēdā Luteri incōstantiā, quæ in illo hoīe prodigiōsa fuit, meritō cordatos oēs abstertere debere, nè eius doctrinā cōplecti velint. Piget referre ineptias, quibus

Eum Lute-
rus cōparat
Christo.

Saxonē ipsi Christo vidēt velle cōparare, tanquā instar Christi p oib⁹, purā Luteranis, biēnio antea Auguste mortuus fuerit, cum tamē ibi corpore mortuus nō fuerit. quod si sentit principem illū aīa mortē illic appetiisse, ea quidē horrēda mors est, nec obscūrū est Augustē eū palām subscripsisse cōfessionī Luteranę, q̄ reuerā nō potest nō mortē adferre ipsam approbātibus. Successorē habuit Iohannē Fridericū filiū, Luterō impēsē fauētē. Ante annos aliq̄t, cū Luter⁹ primū scribere cōepisset, inter alia cedit eadē aīa librū de decē p̄ceptis. In eo vehemēs est cōtra Vualdēs sive Pighardos, quōd illi Germanis affingerēt idololatriā, ppter cultū & venerationē sanctorū. Et q̄ loca scripturę, quibus vnus Deus adorari iubetur, insulse pro se allegabāt, vocat eos impios scripturę peruersores, & subdolos calūniatores pietatis nostrę: q̄ nos verba & in illum, & in scriptarios omēs rectissimē retorquere possumus. Eodem libro hæc addit: Omnes sancti omnia possunt, & tantum tibi per eos à Deo datur, quātum credite accepturum. Scripsit etiā cōcionem de Preparatione ad mortē, in qua hortatur ægrum, vt inuocet omēs angelos, p̄cipuē propriū, item Christi matrem, apostolos & sanctos oēs, eos p̄sertim, erga quos specialē sentiat animi deuotionem. At nō diū post de sanctis admodū contemptim scripsit, inter alia dicens, Sanctos, dum viuērent, fuisse ceu gemmas

quasdam,

quasdam, mortuos verò, esse veluti ligna quædam, immò mera idola, & quicumque eos venerentur. At nunc rursus homo inconstantissimus in altera concione funebri, multa dicens in laudem defuncti Saxonis, docere nititur, quàm preciosa sit in conspectu Domini mors sanctorum eius, quàm in maiori precio habeat sanctos defunctos, quàm in carne degentes, &c. Spectatum admissi, risum teneatis amicis. Quis enim non rideat tale portentum?

Eodē anno noua Oceani rabies Phrisones, Hollandos, Flandros incredibili damno affecit. Pauloantē Franciæ & Angliæ reges Bononię & Caleti fœdus pcutiunt, quod meritō suspectū esse potuit Carolo Cæsari multas ob causas, quas commemorare nihil opus est. Vnū certū est, vt alibi dicemus, non diū post nouum bellum inter Cæsarem & Gallum exarsisse, ridētib⁹ Turcis & hæreticis, quibus ea summorum principum discordia, ad agēdas res suas inprimis opportuna fuit.

Cæsar postq̄ in Italiā venit, cū Clemēte Pontifice Bononię sepē familiariter collocutus, de Cōcilio inuenia cum Pōdicendo inter alia, vt erat Protestantibus pollicitus, itisic loquitur. Verūm Protestantium concionatores etiam verbis

Conciliū petere viderent, re ipsa tñ nihil petebant minus. Nā eiusmodi illi habere volebant Conciliū, quale nulla vnq̄ ætas apud catholicos vidisset. Atq; postea res certa declarauit, q̄ illi Cōcilia nihili penderet, spreta auctoritate & fœtētia cōcilij tridētini, qd tñ certē fuit eiusmodi, vt cū quis vel ante M. annos celebrato conferri possit. Sed de hoc suo loco.

ANNO 1533. Henricus eius nominis 8. Anglorū Hēricus Ang rex, à quibusdā improbis adulatorib⁹ malē glus rep̄peruasus, repudiavit Catharinā Ferdinadi dicit Catha Hispaniarū regis filiā, & Caroli Cæsaris materterā, riam regi- quā annos amplius viginti in matrimonio habuerat, nam.

p̄stati sanē pudicitia & singulari humanitate mode-

stiaque reginam, duxitq; Annam Bolanam siue Boleniã, in aula reginæ liberius educatã. Ferunt quendam eximium Angliæ procerem, Gallicis captum muneribus & auro, persuasisse Henrico regi, iurè ac meritò repudiari posse, immò & debere Catharinã. Hoc enim eò pertinebat, vt ea iniuria Carolò Cæsari irrogata, ab eius amicitia Angliæ rex prorsùs abalionatus, cum Franciscò Gallorum rege artissimò fœdere copularetur. Aliquandiù causa diuortij huius Romæ ventitata, eò tandèm adduxit Clemètem Pontificem, vt contra regem Henricum ferret sententiam, minareturq; ei Excommunicationis fulmen, nisi intra certum tempus reiecta Anna, Catharinam reciperet. Verùm Henricus à suo proposito nulla se passus est ratione deduci. Quæ res tandèm Angliæ regnum florentissimum in multas eiecit calamitates & clades, itã vt vsq; in præsens eipregni status sit admodùm infaustus ac turbulētus. Ex Catharina susceperat rex filiam vnicam Mariã, quæ licèt compulsa fuerit renunciare regni titulo, postquàm Bolenia aliam regi filiam peperit, aposteã tamen mira DEI prouidentia in Reginam procerum studio electa, religionem Catholicã iam ptempodùm extinctam restituit, & animo plusquam virili multa egregia eo in regno facinora designauit, vt infra dicetur.

Georgius Saxo persequitur Lutheranos.

Hoc anno Georgius Saxonie princeps optimè meritis, ægerrimè ferens Lipsiæ quosdam è plebe Dominicis diebus ad vicinũ pagum, qui erat ditioris electoris Saxonie, confluere ad Cœnam, vt ipsi vocant, vtriusq; speciei, pestem illam à suis subditis, nè serperet eius mali contagio, prorsùs arcere deliberauit. Fuit hoc molestum ciuibus eo morbo correptis, & quia Lipsia à Vuittenberga non nisi septè germanicorum milliariorum intervallo separatur, Lutheri, ea in re quid agendum sit, cõnsilium implo-

rauit,

rant, ille incunctanter respondet, vt nihil hac in re agant contra conscientiam, quam tamen ille satis nouerat esse erroneã, & ad Ecclesię Catholicę sententiam meritò corrigendam ac deponendam. In ijs literis importunus ille scurrã pijsissimum & verè Catholicum Principem Georgium vocat hostem Euangelij, satanæ apostolum, homicidam & raptorem, iam seditionem Lipsiensis Senatus metuebat ipsis sacratissimis Pâschatis diebus, quibus hæc Luteri Epistola venit Lipsiam, & à multis certatim describatur: at tamen Senatùs Catholici studio sedata res est. Georgius Princeps vbi isthuc cõperit, conquectus est apud Saxonie Electorem, & is quidẽ visus est minari Luterò, nisi se purgaret. verùm hoc ipso magis inflammat Luterum ad iactandã in optimum principem atrociora conuicia. Et id fecit homo audax admodùm impunè, cum iam plerique etiã Principes persuasum haberēt, nihil à Luterò dici vel fieri, quod non esset planè Euãgelicum. Sic ille prodigiosus Euangelista multos Catholicos vtriusque ordinis principes audacissimè proscidit, securè latitans in nidulo Vuittenbergenis, ob bella perpetua, quæ Cæsarem cogebãt ab eius repressiõne aliò animum cogitationesq; suas omnes transferre. Dicit satis non potest, quàm sese impudenter iactitat, quòd ipse vnus omnium iam indè ab Apostolis ciuiliũ Magistratuum & ordinum conscientias cum primis luculenter confirmãrit, instruxerit, & consolatus sit per singularem Dei gratiam, itã vt tianeque Ambrosius, neque Augustinus hac in parte ipsi comparandi sint, et certè multùm ille egit, vt persuaderet Principibus & Magistratibus politicis, res & facultates Cleri atq; monasteriorũ iurè ab ipsis vsurpari posse, vt etiã multis locis factum est: sed quãtùm indè creuerint opes Principum, res ipsa testatur. Quòd si verò hoc est confirmare & consolari

*In sermone
de destructione
Ierusalem.*

ri conscientias Magistratum, quod quidem nemo fanus dixerit, non erit planè mendax Luterus, quippe qui hac in re vix parè habuerit vnq̃. Sic idè ali- bî scribit, euangeliũ suum luculentius & clarè esse, quàm fuerit temporibus Apostolorũ, & Germanos ante ipsius doctrinam nũquàm verũ habuisse Eu- angelium. Sed ea portèta verborũ, hominis insaniam produnt. Immo verò nunquàm Germania densio- ribus fuit inuoluta tenebris, q̃ vbi Luteri euangeliũ accepit. Tescantur hoc tam variæ & monstrosæ se- ctæ, quæ in dies magis ac magis crescunt. Porro Princeps Saxonie Georgius, diligenti adhibita in- quisiitione, cõperit homines circiter 70. Lipsiæ nolle vna specie esse contentos. Illos igitur intra certũ tempus iussit vel animum mutare, vel locum. Labo- ratum est ab Episcopo Mersburgensi & aliquot Præ- latis & Doctoribus hortatu Principis Georgij, vt possent in viam reduci, sed egrè duo admiserunt in pe- ctus sana consilia: alij Lipsiæ excesserunt, quos Lute- rus suo more consolatus est, egregiè interim & for- titer mentiens, vt talem decebat Euangelistam. In- ter alia enim ausus est scribere, Lipsiæ Euangelium, sanctum Paulum, totamq; scripturam diuinam p- hiberi & condemnari, hominesq; ad eam abnega- dam & infestandam iuramento adigi. Multa ab illo improbissimo homine protulit ille insignis princeps Georgius: & est certè dolenda res, licuisse homini importuno nõ solùm impunè, sed etiã multis ap- plaudentibus tam impotenter & insolenter incur- rere in virum tantæ & dignitatis & integritatis. Et tamen nõ defunt qui molestè ferãt, si catholici tam improbum hominem eiusque similes, lycophantas, interdum durius tractent. Scilicèt licere isti debet quicquid libet: catholici verò nec id quidè licere debet, vt p- tuèda veritate paulo liberi istorũ esse nem cõuiciandi, mentièdi & maledicèdi libidinem

*Calumnia
Luteri.*

per-

perstringant. Quòd si verò tam sunt quidam addi- cti Lutero & eius satellitibus, vt ferre nequeant si quid in eum asperius dicatur, certè nõ paulò equi- ores eos nobis fore nõ dubitamus, si legissent qui- bus illi se inuicem emblematis ornant.

Hac ferè tempestate fuit nõ minima dissensio in- ter Electorem Saxonem, & Georgium Principem, neque id tamen solo religionis nomine, verum eti- àm quasdam alias ob causas politicas. At verò quã- doquidè Electoris auus Ernestus, & Georgij Prin- cipis parens Albertus, eum in modum cõmixtim ditiones suas partiti erant, vt alter alteri bellum fa- cere non posset absq; propriæ ditionis detrimèto, his ad arbitros delata est, quorũ industria satis pru- denter composita controuersia omnis, eum habuit euentum, vt tum Cochlæo, tum Lutero & alijs in- terdictum sit, nè suis altercationibus, quæ religiõis ergò susciperètur, nomina & causas principum ho- rum atq; vrbium ad ipsos pertinentium admiscerent.

Hoc anno sensim in Vuestphaliã irrepsere Do- natistarum reliquie, impij Anabaptistæ, quorum se- cta in multas partes, vt olim Donatistarum, mirabi- liter distraeta est, quemadmodum & Luteranorum & Zuinglianorum, tametsi & ij & hæretici omnes nostræ ætatis, sua dogmata pleraq; ex Luteri fonti- bus hausserunt. Est in Vuestphalia oppidũ in sine quod Monasterium vocant. Eò tanquam ad tutissi- mum asylum (est enim vrbs egregiè munita) conflu- xit ea perditorum hominum fœx, eo consilio, vt ibi quasi Capitolium aut Sion sibi constitueret. Quem autem successum habuerint, dicemus paulò infra.

Eodem anno deflagrauit Antuerpiæ, quod est ce- leberimum Brabantie emporium, insigne templũ virginis Matris, incendij origine incomperta.

Cùm Cæsar venisset in Italiã, egissetq; cum Pon- tificis ad Concilio cogendo, iamq; ex Italia mense

*Controuersia
inter Saxo-
niae prince-
pes.*

*Anabapti-
sta manifestã
in Vuest-
phalia.*

*Legatus Põ-
ntificis ad
Protestantes.*

Martio nauigasset in Hispaniam, Pontifex legatum suum misit vnâ cum Cæsaris oratore ad Protestantos, qui illos certiores redderet de habêda Synodo Oecumenica. Vbi ad Saxonê venit legatus, ille cum reliquis Protestantibus deliberandi spatium petijt, & facîle impetrauit. Verùm satis postea ex responso Protestantium apparuit, quale illi cõcilium, quàm alienum ab omni superiorum ætatum consuetudine peterent. Nolebant enim autoritatem Pontificis, leges Pontificias & scholarum opiniones, vt ipsi vocant, quicquam hîc valere, immò & cõtra ipsum Pontificem Romanum tanquàm reum agi volebât, quòd ille Luterum iniquè damnasset, & multa alia, quibus id apertè declarabant, se nullum omninò velle in Concilio admittere iudicem, præter sacram scripturam, sed ita tamen, vt liceret ipsis eam pro suo arbitratu interpretari. Ità quidem Evangelici dogmatistæ mirum in modum crepabant sacra scripturam, cum nihil minùs vellêt, quàm gnissimam scripturæ sacræ mentem & intelligentiam, quam non ex priuatis & deprauatis prauorum hominum iudicijs, sed ex Catholico totius Christiani orbis cõsensu petere oportet. Et quidem verissimè dixit Apostolus, Litera occidit, spiritus viuificat. At illi inhærent literæ, ad suas prauas opiniones plerunquè violenter detortæ: mentè & sensum literæ scilicet capiunt: vndè igitur confutabunt hæreses ab ipsis dissentientes, quæ non minùs atquè ipsi scripturam crepant? Dicit Luterus se puram doctrinam, purum Evangelium adferre. Idem dicunt Zuingliani, Anabaptistæ, Zuencfeldiani, Seruetiani, qui omnes in quibusdam planè discrepant à Lutero. Quis hinc iudex erit legitimus, qui has dirimat controuersias? Certè non nudus scripturæ textus, quem omnes illi ad se rapiunt, & sibi singuli potissimùm vendicant: sed scripturæ genuinus sensus, quem ex Catholico

*Scripturæ
sensus vndè
petendus.*

1. Corint. 8.

or.

orbis Christiani consensu longè securius & certius accipimus, quàm ex insanis hæreticorum cerebris.

Quòd si illi vsque adeò abominantur Pontificis Romani sententiã & autoritatè, quam vniuersus orbis Christianus semper agnouit, suscepit, & reueritus est, quãtò nos iustiùs Luterum & eius generis pestes execramur, qui iam olim damnatas hæreses reuocant in orbem, easq; in summi Dei singularem contumeliam non dubitant vocare purum Dei verbum, & puram Euangelij doctrinam? Fuit ea professio *Lutheranorũ* & mira Luteri & aliorum dogmatistarũ versutia, *versutia.* quòd suis principibus & magistratibus persuadere potuerunt, se nihil magis petere quàm Concilium: & tamen cum iam esset habendum conciliũ, ipsi dem persuadere, eiusmodi nõ esse legitimum Conciliũ. His illi atq; alijs quibusdam artibus mirè illuserunt Germaniæ, & horrèdum in modum permultos fascinarunt, prodigiosa quadam incogitantia passim ruentibus miseris mortalibus in præcipitia mortis æternæ, ad quæ vocabantur ab istis animarum paricidis, licèt interim viderentur sibi iam tandèm veram agnouisse vitam & lucem, & euasisse laqueos & imposturas Pontificias.

Cuius generis multa leguntur in Sleidani commentarijs, cuius hoc præcipuum studium est, vt *Sleidani scriptum.* Lutheri & hæreticorum nostratium perniciofa dogmata, dum lectorem incautum, historiæ voluptate captum detinet, in totum orbem dispergat, & plurimos inficiat, interim subindè impudenter mentiẽs, *Vanitas.* neque tam id spectans, quàm bona fide narret res gestas, quàm vt suæ causæ patrocinetur. Qua quidè re apud cordatos & intelligentes homines id consecutus est, vt historiæ eius tãtum apud ipsos habeant ponderis, quantum debent eius hominis, quem nec pudet, nec piget identidè egregiè mentiri. Et hoc

hoc ille facit libertate Euangelica, quæ istis permit-
tit quidlibet, modò possint credere, sola fide se iu-
stificari apud Deum. Est quæ hoc certissimum, istos
homines nullius pudere mendacij, modò sua do-
gmata apud imperitos rerù tueri, & catholicos vel
maximè inuisos reddere queant.

Concilium Hæc paulo fusiùs eò dicta sint, vt nôrit Lector,
quale Pro- Conciliù quidè sæpè petijisse Protestantè ordines,
estantes pe- sed fraude suorum concionatorù eò adductos esse,
dicunt. vt Còcilium verum & legitimum prorsùs repudi-
rint, atq; eiusmodi duntaxat voluerint, quod ipso-
rum concionatores suæ causæ iudicassent cùprimis
opportunum & accòmodatum. Nam cùm in omni-
bus ecumenicis synodis semper prima fuerit au-
thoritas Romani Pontificis, isti còcionatores Pon-
tificem prorsùs cogunt in ordinem, eumq; rei per-
sonam sustinere volunt, quod est impudentissimæ
insolentiæ, cùm non sint nescij, secùs in omnibus
Concilijs legitimis acitatum esse, licèt suis Princi-
pibus & ciuitatum magistratibus diuersum persua-
serint. Immo vsque adeò Romanum Pontificem in
odium & contemptum adduxerunt, vt apud omnes,
qui Luteri & discipulorum eius dogmata complexi
sunt, non alio quàm ipsissimi Antichristi loco ha-
beatur. Sic enim expedit istis Euangelistis, vt nulla
sit Romanæ sedis autoritas, cuius pondere sciunt
superiorum temporum hæreses omnes mirabiliter
oppressas & elisas.

Elizabeth Huius anni mense Septembri Elizabetha, Anna
filia regis. Boleniæ filia, nascitur Henrico Anglorum regi, Ma-
Anglia. ria Catharinæ Cæsaris materteræ filia, regni titulo
se abdicare coacta, quæ tamen postea mirabili rerù
permutatione in regnum euecta, hæc Elizabetham,
quod malè sentiret de religiõne, captiuam detinuit,
nec capitis discrimen, vt ferebatur, Elizabetha eua-
sisset, nisi Philippi Hispaniarù Catholici principis,
qui

quintum Mariam in matrimonio habebat, precibus
seruata fuisset. Atquè cùm paucis annis rerum potè-
ta esset Maria, & heroica quadam animi virtute Ca-
tholicam religionem apud Anglos egregiè instau-
rasset, mortua est non sine multa, vt quidam aiebāt,
veneni suspitione: porrò Elizabeth illi substituta,
rursùs religionem mutat, aliquot Catholicos Epi-
scopos in carceres conijcit, & execrabilem Iohánis
Caluini hæretici Sacramentarij doctrinam toto re-
gno propagat. Nectamen ea sola ibi grassatur, sed
multiplex portentosarum hæresum confusio illud
opulentum regnum miserè deuastat.

Hoc anno Clemès Pontifex rogatu Francisci re-
gis Massiliam profectus, nuptias Catharinæ ex iuni-
ore Laurentio Medice neptis suæ, quæ iam antè Hè-
rico Valesio Francisci regis filio desponderat, incre-
dibili totius Gallix studio & alacritate celebrat, fa-
miliariter admodum, id quæ crebrò, cum rege Fran-
cisco colloquia miscens. Ea verò res Caroli Cæsaris
animum non parùm offendit, quòd novos motus
& turbas præfagire videretur. At Pontifex, qui Cæ-
saris filiam notham domi suæ tanquàm nurum ha-
biturus erat, regiæ quoquæ & nobilissimæ stirpi san-
guinem suum inserere maximè decorum arbitra-
tur, communemq; vtriusq; & Cæsaris & Regis ami-
citiã sibi coleadam existimabat, quemadmodum
deceret Christi in terris Vicarium, cuius est com-
munem omnibus se parentem exhibere, cunctisque
se ex rectæ rationis præscripto præbere æquabilem.
Præter materna oppida in Aruernis, centum millia au-
reorù cum vniõibus multisq; gemis & preciosa to-
ri supellectile dotis nomine Hèrico accesserunt. Po-
terant plerisque, vt etiam accidit, eę nuptiæ impares
videri, sed Franciscus rex non frustra putadus est Põ-
tificis amicitiam varijs hominù suspitionibus ante-
posuisse. Habebat apud se pontifex vnicornis biva-
bitale

*Nuptiæ Hè-
rici Gallix
regis.*

*Dotis nuptis
Pontificis.*

bitale cornu, aureæ cælatæ basi inclusum, id regi Francisco ad depellendâ epulis venena dono dedit. Ferūt eū sudare cornu, si venenū mensis inferatur, Rex in signe aulæum rependit, Belgica arte affabrè elaboratum. Dedit item Hippolyto Medici Cardinali mansuefactum leonem eximia præcicitatis, quem è Mauritania Hariadenus Barbarussa cum legatis transmiserat. Vbi demùm Romam Pontifex redijt, alij atque alij eas nuptias aliter atque aliter interpretabantur, vt solent in libera ciuitate liberi. ūs interim iactari sermones in quolibet. Cæsar interim adinonebatur ab amicis & socijs, vt à Francisco rege sibi caueret, qui conquiescere minimè posse videretur. Erat enim rex ille præcelfo animo, nec facile concoquere potuit eam ignominiam, quam in Ticinensi pugna captus & in Hispanias abductus acceperat: & certè, vt infra dicitur, nõ diuturna pace afflictõ orbi Christiano frui licuit. Hoc obidèr annotare libet, quanto illi in errore versentur, qui opibus cumulandis perpetuò inbiant, cùm videant potentissimos reges in summa rerum omnium affluentia quietos esse non posse. Essent autem quieti, si suis affectibus & cupiditari potiùs, quàm vel toti orbi terrarum, dominari ex animo studerent.

Lutherus cõtra Xuinglianos. Hac tempestate Lutherus, contra Marpurgensem pacificationem, scribit Francofurdienfisibus, nõ communiceat cum Zuinglianis. Bucerus profectus Tigurum, purgat se à defectionis suspitione, atque interim nihilominus versipellis homo Tigurinis ministris persuadere nititur, Lutherū verbis potiùs quàm re ipsa à Zuinglo dissentire, quod tñ illi non crediderunt. Erat hoc in illo homine prodigiõse cuiusdam audaciæ, quòd cùm sciret Lutherum penitus execrari Zuinglianos, tamen persuadere Zuinglianis voluit, non dissidere Lutherum ab illis, nisi verbis. Quid autem isti ausi non erunt, qui in re tam

per-

perpicua præstigijs quibusdam id volunt efficere, vt apertis oculis non putent homines se id videre, quod vel maximè videant? Hi nimirum sunt, qui incredibili temeritate palàm asserere non dubitant, hætenus Germanos non habuisse verū Euangelium, ipsos demùm hoc in lucè protulisse. Et certè cùm tam impudens mēdacium, cum intolerabili stultitia & amentia coniunctum, nullam prorsus fidem mereretur, tamen innumeri illud haud secus atque ipsam Euangelij veritatem amplexi sunt. Sed hæc de re posteritas iudicabit, nec fatis mirari poterit, tantum potuisse versuta ingenia apud homines Christianos.

Zuinglianus quidã hereticus Sebastianus Francus grande scripsit volumen Germanico idiomate, quod Chronica inscripsit. Tres eius operis partes sunt: Prima, ab Adam vsque ad Christum gesta commemorat: Secunda, à Christo vsque ad coronationem Caroli Cæsaris: Tertia ceteris prolixior & extitior, omni ingenij cõtentione oppugnat Ecclesiam Catholicam. Sed tanta fuit eius scripti impietas, vanitas, impotentia, vt Magistratus Argentinensis authorem quidem iusserit ex vrbe emigrare: typographo verò eius vendendi facultate prorsus interdixerit. At tamen per fraudem multa clàm sunt distracta exemplaria, quæ leguntur à miseris non minori pernicie quàm voluptate.

Hoc quoquè anno Lutherani, vt prophetiæ gratiæ opinionem sibi conciliarent, multa spargebant in vulgus non solum de iam iamq; impendente iudicio extremo, sed etiã de certa eius die, cùm tamen Christus ipse dicat, De die autem illa & hora nemo scit, neque Angeli cælorum, nisi pater solus: vt neque plerique ciues ædificare, neque agricolæ rus colere vellent: nobiles verò aliquamulti, tantum quàm certo eodemque supremo mundi die mori-

Chronica Sebastiani Franci.

Lutherani prophetiæ.

*Matth. 24.
Marc. 13.*

turi.

turi, Eucharistiam acciperent. At ea pseudoprophetarum vana persuasio in risum & ludibrium abiit, resque ipsa docuit, quam sint isti preclari prophetae. Accidit hoc Vitréberge & in alijs nonnullis oppidis. Eiusmodi terribilissimi etiam Anabaptistae libenter imponere soliti sunt rerum imperitis. Cautior longè fuit Manes vetustus heresiarcha, qui nè in suis vaticinijs coargueretur mendacij, si de futuris prædiceret, de præteritis prodigiosa signamenta contexit.

Anabapti-
sta occupat
Monasteriũ

ANno 1534. mense Ianuario Anabaptistae audax facinus aggressi, Monasterium Vuestphaliae metropolim occuparunt. In eam urbem, quæ multo sit Clero insignis, tardius irrepsit Luterana lues. At ubi ea semel irrepsit, sensim Anabaptistarum quoque perdita fex sese, quadam via modestia, in id oppidum insinuauit. Cumque paulatim suum gregem increuisse cernerent, seditionem mouet, forum occupant, ceteris non magnopere resistentibus, siue quod abhorrent a fundendo ciuium sanguine, siue quod Episcopum, non longè ab urbe peditatu & equitatu instructum, vererentur per eam occasionem in oppidum irruitum. Porro Anabaptistae Magistratum loco mouent, & primo quid est eos, qui ipsi confecti non essent, patiuntur abire cum rebus suis, non tamen esculentis & poculentis, quas exportari nolebant. Deinde verò rebus omnibus spoliatos, ex urbe exiunt, quotquot ab ipsorum secta abhorrent, adeo ut etiam infantibus corallia detraxerint, nec à conuicijs in abeuntis iactandis sibi temperandum putarint, impios & ethnicos eos vocitantes. Hoc enim ea hominum pestis sibi persuasum habet, quid eam cum ipsis sentire nolint, eos ethnicorum loco haberi oportere. Itaque non modo Catholicis, sed etiam Lutheranis fugam arripere coactis, Anabaptistae urbem

Mouent loco
Magistratum

sem sibi vendicant, & des pulcherrimas Canonico- rum, Patriciorum & Senatorum aliorumque homines profligati & perdiri sibi usurpant, funestum aliquid haud dubio in totius orbis perniciem meditatur, nisi Deus illorum cruenta consilia anteuertisset. Mouit ea res non immerito Episcopum Monasteriensem, ut de reprimenda sceleratorum hominum audacia maturè deliberaret.

Fuit in urbe sartor quidam natione Batauus, quæ illi miseri, miserè ab illo tanquam diuinitus admonito delusi, sibi regem creauerunt. Nam ille mirabili vafricie persuasit insanis, Deum ipsi per spiritum mandasse, ut rex fieret Israel & iustitiæ instar Davidis, & in totum orbem suæ dominationis iura proferret, perderetque omnes, qui ipsius fidem amplecti & iustitiæ subditi esse detrectarent. Non est dubium, quin ex Luteri scriptis multam hauserint pestilentissimi erroris occasionem Anabaptistae, ut quæ eum discipuli eius excusare nituntur. Quid enim aliud ille docet, quam turpissimam quandam carnis libertatem, omnes ferè humanas leges respuentem? Igitur ille sartor promotus in regem, non defuit sibi quæ ad corporis voluptates assatim explendas attinet, duxit uxores multas, (nam plerumque Euangelici omnes valde sunt eam in rem intenti, nè, si solis cubadum sit, frigore enecti, miserè pereant: & hoc habet ex schola Euangelistæ Luteri) aulam regiam & proceres instituit, quorum essent diuersæ functiones & officia, eosque; & se quoque holoseruicis, aureis & argenteis vestibus, quas è templis abstulerat, splendide exornat: in capite gerit diadema triplici corona insignem, ex auro lectissimo, catenamque; auream gemmis coruscantibus conspicuam: pomum item aureum, cui exigua crux aurea esset infixæ, cum hac inscriptione, *Rex iustitia super terram*. Denique ensẽ aureum cum Regium. capulo argenteo. Reginam quoque, inter uxores

Anabapti-
sta multa
hauriunt ex
fontibus
Luteri.

Sartor fit
rex.
Eius uxores.

Aula.
Proceres.
Vestes.
Diadema.
Pomum aureum.
Ensis aureus.
Regina.

V quas

quas complures habuit, primariam, eiusque puellas mirifico splendore afficit. Certos quoque per hebdomadam dies constituit, quibus audiret civium actiones & quærimonias. Cum in publicum prodiret, stipatus erat aulae suæ proceribus & officariis: proxime cum sequebantur in equis bini adolescentuli, à dextris erat, Biblia & coronam gestabat; alter eum genatum ense. Certè enim Anabaptistæ non minus quam Lutherani Evangelium & scripturas crepant, nec alia ratione Melachthon, cum in eos scriberet, vincere eos potuit, quam Traditione Ecclesiastica, cum tamen alioqui nihil extra scripta diuina recipiendum blaterent Lutherani. In foro sublimis ei collocatus erat thronus, aureo tapeto vestitus. Ibi qui causam dicturi essent, prius bis curuato poplite, deinde semel proni in terram prostrati, regem venerabantur. Longum esset, prodigiosæ insanix deliramenta omnia enarrare, quæ in ea urbe tum viscebantur. Ut verò dogmata sua longè lateque propagaret, quosdam in vicinas vrbes emitti voluit: quod irrogatum est. Propheta quidam tubæ cantu conuocat eos ad primariæ ædis atrium. Venerunt armati ad quantum hominum millia, cœnam inueniunt & elixis & assis, carnibus instructam: discumbunt omnes, Rex & Regina ministrant. Iam propemodum peracta cœna, rex ipse panem singulis porrigit, his verbis: Accipite, comedite, nunciate mortem Domini. Regina poculum porrigit, dicens: Bibite, & annunciate mortem Domini. Quid nã enim sacerdotum sibi munus vendicarent, cum Luterus docuerit omnes homines esse sacerdotes? Sed eiusmodi Eucharistiæ integro, ut ipsi vocant, sacramento digni sunt, qui in Ecclesiæ Catholicæ sententia nolunt acquiescere, sed calicem quoque putant necessariò sumendum esse ab omnibus. Cum autem comedissent ij, quos iam diximus, etiã illi cœnarunt, qui interim in excubijs

Processus in publicum.

Thronus in foro.

Cœna regis.

Nota insaniam.

fuerant circiter mille. Cœna absoluta, Propheta suus prædictus ex editiori loco percontatur, num omnes Dei verbo morem gerere velint. Illis asseueratibus, ait eam Patris esse voluntatem, vix quinatuor orbis plagas dimittantur ex urbe, qui doctrinam, quã ipsi essent amplexi, disseminarent. Deinde è scheda nominatim recensentur ad viginti octo, è quibus sex Qsnaburgum, totidem Cosfeldiam, octo Susatum, & totidem Vuarendorpium iussi sunt petere. Deinde rex & regina cum reliquis ministris & Apostolis ad profectiõnem designatis, cœnatum abeunt. Ibi inter cœnandum rex surgit è mensa, ait sibi quippiã à patre demandatum: militem proditiõnis accusat ipse, & suis manibus caput illi amputat: redit ad cœnam, & cruento commemorado facinore funestas epulas homo prophanus magis etiã polluit. Post dimittuntur illi portentosi Apostoli, quibus singulis singulis nummi aurei à rege erant attributi, præter ea quæ essent victui parando necessaria, ut eos ijs locis, vbi illorum non esset recepta doctrina, in possessionis testimonium relinquerent. Mira hæc sunt omnia, & plena insanix, & quæ vix creditura sit posteritas. Sed quid non faciunt homines veritatis lumine destituti, & malorum demonum potionibus dementati? Eunt illi insani homines, ut iussi erant, & suis quisque locis horredos edunt clamores, homines ut pœnitentiã agant admonent, alioqui breui perituros: prætorium quoque adeunt, coram magistratu vestem humi expandunt, in eam aureum nummum quæ diximus, conijciunt, à patre pacis annunciandæ causa missos se testantur, quam si recipere velint, iubent facultates suas omnes in commune conferre: sin minus, hoc se nummo contestari, quòd pacem oblatam repudiãrunt. Iam enim venisse tempus illud à prophetis omnibus prædictum, quo deus toto orbe velit coli iustitiam: & cum rex,

Facinor pro digrosom.

Dimittit singulos rex in orbem Apostolos.

Evangelium suum legatum promunt.

suo functus officio, in orbem vniuersum iusticiam
 propagarit, tum Christum traditurum regnum pa-
 tri suo. Habent Anabaptistæ in verbis & moribus
 pleraq; quæ miram præ se ferant religionem: sed est
 reuera genus hominû à malo demone miserè factu-
 natum & quasi arreptitium, ita vt eam religionem
 multis pudendis & turpissimis flagitijs permixtam
 re ipsa demonstrent nõ ex pietate, sed insaniam & im-
 monum illusionibus proficisci. Capti sunt autè Apo-
 stoli Monasterienses stoli isti, & primò blandè, post per tormèta ro-
 ti de sua fide, vrbs munitio, & plerisque alijs, lu-
 ter cetera responderunt, se solos habere veram do-
 ctrinam, quemadmodum Lutherani quoque cum Gre-
 grege, & Sacramentarij cum sua factione, item cum
 singulatim hæretici oēs. Porrò vbi Apostoli, quos
 diximus, à sua sententia deduci non potuerunt, ca-
 pite damnati sunt, sed vnus euasit. Interim vrbs Mo-
 nasteriensis grauissima obsidione premebat, & tan-
 dem cõ redacti sunt, vt mures & glires in delicijs
 habuerint, corioque & pellibus confusus & coctus,
 panis loco vteretur, rege interim non ad necesse-
 ritatem modo, sed ad luxû etiã rebus omnibus aban-
 dante. Plerisque verò inedia pereuntibus, quedam
 ex reginis illorum miserata calamitatem, dixit ce-
 teris, non sibi videri eam miserorum cladem Deo
 gratam esse. Id vbi rex resciuit, in forum illam cum
 cæteris suis vxoribus producit, caputque illi præ-
 cedit. Ad tam præclarum facinus alia captillanti,
 gratias agunt cælesti patri: Rex quoque choream
 ducit, populo vt idem faceret, persuaso, cui vix esse
 quod ederet. Luterus per hoc tẽpus scripsit in Ana-
 baptistas monasterienses, de quibus agimus, & ceteris
 illis reprehendit mirabili versutia & simulatione,
 quæ ipse docuerat. Inter cætera scribit, nullum esse
 eorum tam absurdum & inconditum, quem nõ si-
 tianus persuadeat. Hoc quidem verissimû esse vel in
 ipso

*Capiuntur
 Apostoli Mo-
 nasterienses*

*Monasterijs
 obsidentur.*

*Rex reginã
 decollat.*

ipso Lutero cernere licet, cuius sunt multa tam fœ-
 da & pudenda & absurda tum in moribus, tum in
 doctrina, vt nihil maiorem habeat admirationem,
 quam vel vnum aliquem potuisse inueniri, qui illi
 dictis fidem adhiberet, id quod aliquoties non fru-
 strã à me repetitur.

Vbi tandem summa inopia obsessos in vrbe pres-
 sit, duo ad castra Episcopi profugerunt, è quibus il-
 ledidicit, qua via vrbs posset capi. Tum verò Epi-
 scopus hortatur obsessos vt se dedant, volēs parce-
 re multitudini. Erant em̄ in vrbe non pauci, qui cu-
 perent suæ saluti consultum: sed rex duodecim du-
 ces crearat, quorum opera fiebat, vt nihil posset po-
 pulus sese commouere. At præsentem rege oppidani
 per Bernardû Rotmannû, qui in ea vrbe primò Lu-
 teri, postea Anabaptistarum Euagelium docuit, re-
 spondet se à proposito minimè discessuros. Itã ergò
 duce perfuga milites circiter quingenti per fossam
 in vallû euadunt, occisis vigilijs portam minorè pa-
 tentem inueniunt, vrbem intrant, & aliquandiu an-
 cipiti Marte cum oppidanis congressi, portam reli-
 quo exercitui patefaciunt. Tum verò copijs omni-
 bus irruentibus, fit atrox cedes hominum: parci-
 tur tamen quibusdam veniam implorantibus. Rex &
 Cnipperdollingus eo ipso tempore capiuntur. Rot-
 mannus perditus nebulo, qui primus ferè author
 fuerat mutaræ in ea vrbe veteris religiõis, in cõfer-
 tos hostes desperabundus incurrit, ab ijsque con-
 sossus, impiam animã ad stygias paludes transmisit.
 Deindè Rex & eius cõsiliarij, Cnipperdollingus &
 Crechtingus aliquot menses ludibrio & in vinculis
 habitû, anno M. D. xxxvj. horredo supplicio exani-
 mati sunt. Nam palis alligati, diù ignitis forcipibus
 lacerati, & demùm adacto per pectus mucrone per-
 empti sunt. Ad extremum caucis ferreis illigantur
 singuli, & ad summã vrbs turrim suspèduntur, rex

*Vrbs prodi-
 tur.*

*Vrbs capi-
 tur.*

*Supplicium
 regis &c.*

quidem medius & ad hominis staturá ceteris excel-
sior. Is fuit exitus hominum sceleratorum, qui te-
uerá quiddam Gothicum, vel Cimbricum aut Vi-
dalicum iam meditantur, nisi Dei prouidentia,
quæ nunquam deest rebus humanis, illorum furio-
sa consilia retardasset, & impios conatus perfregis-
set. At nec sic tamen ea hæresis extincta est, immò
hodieq; multis locis magno numero id genus ho-
minum versatur impunè quidem, sed non sine ma-
gno eorum apud quos degunt, periculo.

Huius anni mense Decembri habita est Synodus
pastorum Evangelicorum Constantiæ. Bucerus eius
habendæ author fuit, nescio qua autoritate. In eâ
Synodo, rectius conciliabulo, rursùm actum est de
pace cum Lutero in Eucharistiæ negotio cõponen-
da. Dicit vix potest, quàm in id tot⁹ mira vafricie &
verborù inuolucris, quæ Tigurini quoque in ipso
reprehenderêt, Bucerus ille incubuerit, vt Lutera-
ni cum Zuinglianis cõciliari possent. Videbat id facile
astutus ille, q̄ turpis esset & probrosa illa dissensio.
Euocarat ad hoc conciliabulum etiã Tigurinos
pastores, sed illi non venerunt: Porro scripto suam
sententiam de Eucharistia declararunt, & quatenù
cum Lutero concordia possit iniri. Hoc scriptum
Basileenses, Schaffhusiani & Sangallenses, itemq; ali-
quot Sueuici ecclesiastæ approbârunt, Bernenses
autem quædam in eo reprehēdebant. Summa sum-
marum, Non est pax impijs, dicit Dominus: neque
potuit inter dogmatistas sectarios concordia con-
stitui. Euocatus est ex hoc conuentu Bucerus literat⁹
Lantgrauij & Melancthonis, vt de concordia ce-
tioris rationes inirentur: sed laboratum est frustra.
Vtraq; pars suam sententiã pertinaciter tuebatur,
nec Tigurini Bucerasas prestigias admittebant.

Hac terè tempestate Luterus euulgauit scriptum
longè pestilentissimùm de Angulari (vt ipse vocat)

Missa.

Missa, cõsecrationeq; sacerdotum. In præfatiõe mi-
nas intetat de profligado rancido, vt ait, Christa-
te, rasisq; coronis. Ibi quoque per Dei verbù iacti-
tat indulgentias abolitas, Purgatorium extinctum,
peregrinationes suppressas, & multas alias Papista-
rum idololatrias, & Dei Mammonę cultus prostra-
tos: vt rectè in eum cõpetat illud scripturę diuinę,
Qui letantur cùm malefecerint, & exultat in rebus
pessimis: Itemq; illud, Impius cùm venerit in pro-
fundum peccatorum, contemnit. Sed quia non Dei
verbo, sed ipsius Satanę opera & hortatu multa ex-
iam dictis apud quosdam Germaniæ populos pro-
fligauit, vt tandem id totus orbis perspicuè posset
intelligere & videre, ipsemet in hoc libro sese tur-
pissimè prodit, aitq; se cum diabolo in disputatio-
nem ingressum de Missa, & quibusdã alijs, tã demq;
ab eo victum ac superatum rationibus illius, illas se
pro inuictis acceptasse: vt iam nemo tam stupidus &
plumbeus sit, quin vel digitis tãgere possit eius in-
fausti hominis doctrinam, non Christi, vt solet ia-
tare, sed diaboli esse. Fatetur ibi diabolus aliquo-
ties sibi noctu apparuisse, atque itã affixisse, vt sibi
planè mortem appetiturus videretur: addit etiã
se persuasum habere, Ocolampadiũ & alios quos-
dam eiusmodi ignitis satanę telis & lanceis in subi-
tariam mortem impulsos esse. Non est autem dispu-
tandũ cum malo demone, & neq; tunc ille mēdacijs
parens audiendus est cùm vera dicit. Et tũ Luterus
cõtra missę sanctissimũ sacrificiũ illũ adiuuit. Certè
postq̄ hoc ille de seipso scribit, eã iam in suas tene-
bras cũ illo suo à diabolo edocto Euãgelista, quot-
quot ei⁹ dogmata sequunt, iactentq; purã doctrinã
Luteri, nos nõ à diabolo, sed à Christo & ei⁹ Eccle-
sia discere & doceri volum⁹. In eodẽ libro Papã vo-
cat regem gliriũ, q̄ cõtumelia etiã in Cefarē & oēs
catholicos reges, principes, magistratusq; redũdat:

Synodus
Euangeli-
corum Con-
stantiæ.

Isaie 57.

Luterus de
Missa an-
gulari.

Prou. 2.
Prou. 18.

Diabolus
vincit Lute-
rum, & in
suam adigit
sententiam.

Luteri bla-
sphe mia im-
manes.

Episcopos dicit fures dei, sacrilegos, sacerdotes an-
gulares, damnatos, fatuos &c. Missam vocat abomi-
nationem: tremèdum altaris sacrificium vocat ster-
cus, lutum, sordes, illuuiem, quod ipse Lucifer dice-
re vix auderet: sacros ordines dicit rancidum puu-
dumq; Chrisma. Quę sunt quidè eiusmodi, vt non
argumentis, sed tormētis & supplicijs omnibus se-
uerissimè & atrocissimè vindicata oportuerit. Qui
enim sanę mentis dubitare possit, hæc nõ nisi à sce-
leratissimo & longè impijssimo pectore proficisci po-
tuisse? Vbi iam, obsecro, zelus ille est, quo Maiores
nostros p̄ditos fuisse nõ ambigimus, qui certè ta-
blasphemum & execrabile hominem ne ad punđam
quidem tēporis, huius lucis vsura frui permisisissent.
At nostra ætas miro applausu eius hominis dicta fa-
ctaq; omnia excepit, quod sanè quid mali portēdat,
& nos indies experimur, & posterī lōgè etiā acer-
bius, vt verendum est, experientur. Verum cum hoc
de angulari Missa scripto Luterus plerisq; suspectis
se reddidisset, q̄ cum Zuinglianis & Vualdensibus
consentiret, Germanicè Epistolam edidit, qua lon-
gè etiā horribilius in Missam debacchatur. Inter
cætera sic habet: **D E V S** Christianis omnibus eam
mentem adspiret, vt cum Missę nomen audiunt, ter-
tercantur, & tanquā contra satanę abominatio-
nem cruce se muniant. Quid verò hoc est aliud, q̄
iuge Ecclesię sacrificium, quod omnes retrò etate
reuerenter agnoscunt, velle abolitum, quod eadē
Antichristus efficit? Immo potiùs Christiani om̄e
frontem atque pectus crucis signò muniant, que-
tiès vel verbo vno Missam sacrosanctam violari au-
dièrint. Porrò ante nõ multos annos scripserat Lu-
terus in visitatione Saxonica quædam in Missarum
laudem, easq; viuus præcipuè vtilis dixerat. In Con-
fessione quoquè Augustana & Apologia sacentur
Luterani, apud se Missam summa cum reuerētia ce-

Luterus im-
precatur
Missę.

lebrari.

lebrari. Sed horum oblitus Luterus, dum Missam
proscindit, seipsum toti orbi luculenter prodit, &
quā nihil suę doctrinæ didendum sit, ostendit, dū
de vna eademq̄ re intra paucos annos tam lon-
gè dispari ratiōe scribere nõ veretur. Atq; eiusmodi
antilogiæ & pugnātes sententię, tam multę sunt
in Luteri & eius similibus tenebrionum & sectario-
rum scriptis, vt nemo illis enumerandis sufficiat.
Cum autem fateatur Luterus à diabolo se didicisse
ea, quę in Missæ contumeliam & abrogationem fa-
ciunt, nos ex hoc ipso tanto magis certi esse debe-
mus, Missam Deo vel maximè gratam esse, quā alio-
quin non esset impugnaturus satan, si sciret Deo in-
uisam. Non enim ille damnatus & perditus spiritus
ea infestat, quæ scit non esse Deū, sed quę in illius no-
uit honorem cedere, & eius voluntate fieri.

Per hoc ferè tempus Sigismundus Poloniae Rex
pius & Catholicus, seuero proposito edito, om̄es
Polonorum liberos, qui Vuittēberge literis operā
darent, indè reuocat, alijsq̄ue, nõ eò proficiscantur,
interdicir, Præuidebat sapientissimus ille Princeps,
si iuuentus corrupta exitiale illud Luteri virus se-
mèl hauisset, difficile postea curari posse, immò il-
lorum opera totum Poloniae regnum, quod hoc
tempore adhuc religionis Catholicę erat tenacissim-
um, infectum iri. Atque vtinam ea seueritate alij
quoquè Principes vsi fuissent: non tam latè serpsis-
sent dogmata Luteri.

Poloniae Rex
contra Lu-
teranos.

Hoc anno Parisijs in ipsa aula regia atq; alijs eius
vrbis & regni locis scripta quędā atfixa fuere Zuin-
gliani dogmatis, quibus sacrosancta Eucharistia in-
dignis contumelijs lacerabatur. Ea res Franciscum
regem vehementissimè commouit, indiciatq; publi-
ca processione, in qua ipse aperto capite pedes in-
cessit, ardentè gestans facem, sequente cum Regina
Leonora, regijsq; liberis & aula p̄ceribus, om̄ique

Zelus Chri-
stianissimo
rege digno.

populo, scelus hoc expiare conatus est: ac deinde à meridie grauissima oratione ad eius teterrimæ hæresis extirpationem oēs hortatus est, aitque palam, se ipsum quoque brachium suū excisurū, si ea peste infectum sciret. Grauiissima quoque de quibusdam hereticis supplicia sumpta sunt, vt & alij eorū exemplo detererēt. Erat genus supplicij lentū & valde terribile. Nam ad machinam alligati, in sublime tollebantur: indè in subiectum ignem submissi, iterumq; sursum sublati, tandè carnifice præcedente restim, in flammam præcipientes ruebant.

Fuit cerè ille rex in suo regno, quod est amplissimum, tuendæ & afferendæ Catholicæ religionis perquam studiosus: potuissentque facilè hæreses omnes è Luteri schola profectæ, penitus extingui, si nõ intercessisset illi perpetua ferè cum Carolo Cesare simulas, quæ Christiano orbi maximam & incredibilem attulit calamitatem. Ea, quam diximus, processio siue supplicatio incidit in mensem Ianuarii anni 1535. quam Sleidanus, vt pleraq; alia, malignè commemorat, inter alia dicēs Parisienses & Galliarum populos ad D. Genouesem virginem in summis rerum difficultatibus, tâquam ad supremam ancoram & portum vnica salutis cõfugere. Eiusmodi mendacijs & calumnijs tota Luteranorum & reliquorum sectariorum turba Catholicos apud rudes & imperitos semper odiosissimè traducere consuevit, quasi Dnos pro Deo colamus, nec vt intercessores, sed vt deos imploremus. Quanq̃ nec hoc illi ferre volūt, vt sanctos inuocemus, vel ab eis auxilium petamus: sic em̃ loquitur Melancthon in suis totiè recocta cõfessione. Et tamen hîc quoq; varij sunt. Ait Oecolampadius: (Nam Luteri hæc de antilogias iam suprâ partim adduximus) Sancti in cælis sua charitate flagrantes, nõ desinūt pro nobis intercedere. Cur ergo nõ pudet istos arcere nos ab inuoc.

*Calumnia
Sleidani.*

inuocatiõe sanctorum, quos Oecolampadius semper pro nobis dicit intercedere? An verò turpe nobis est ab illis petere, quod illi nõ dubitant pro nobis facere? Sed hæc Sanctorum inuocatio tot habet illustria ab omni Ecclesiæ antiquitate exempla & testimonia, vt istorum impudentiam nemo satis & mirari & detestari possit, quòd eam exagitare & criminari non verentur. Certè autem dum Sanctorum inuocatio multis locis hodiè abolita est, tam propitio fruimur Deo, & aureū experimur seculū, vt propemodum nemo sufficiat cladibus, calamitatibus, malisque innumeris, quibus continenter opprimuntur prouinciar, dinumerandis. Olim verò cum id genus calamitates existerēt, solebant publicæ fieri litanie, & ad placandum citius Deum, adhiberi sanctorum supplices implorationes: atque ita redibat tràquillitas. Noui Euāgelij spiritus has curauit explodi, nè scilicet sui conatus impediatur.

Eundem in modum passim miseris persuaserūt, nos bonis operibus nostris eam Vim tribuere, vt illis solis gratiam Dei iustificationisque beneficium & vitam æternam possimus promereri, quasi nos CHRISTVM & eius gratiam reijciamus: quæ licet sit valde crassa & absurda calumnia, tamen suis & verbis & scriptis id assecuti sunt, vt plerique omnes verum eos dicere putent. Atque indè factum est, vt Monasticæ vitæ professores omnes planè contemptui habeant, tanquam qui suis operibus, non Christi gratia, nitantur: vocantque eos sanctulos operarios, vulgò *Werkheiligen*. Porro ipsi nullam merendi vim tribuunt operibus bonis, quantumlibet in gratia & charitate peractis, sed sola fide aiunt nos iustificari. Cum autem scriptura euidētissimè dicat, Qui non diligit, manet in morte: certum est, eam fidem, quæ sit sine charitate, iustificare prorsus non posse. Nam vita fidei, cha-

*Calumnia
hæreticorū.*

I. Iob. 3.

Fidei vita.

ritas

ritas est. Vbi ergo fidei iustificatio attribuitur, necessè est eam intelligi fidem, quæ sit cum spe & charitate coniuncta. Tolle charitatem, & fides mortua est. Qui verò iustificare, & vitæ conferre possit fides mortua? Sed quid tandem illi hac inanisi fidei buccinatione effecerunt? Nimirùm quòd iacet apud illos studium omne bonorum operù, & viuitur planè genialiter, immò & bacchanaliter, idq; perpetuò, & plerùquè tum vel maximè, cum ipsa temporis ratio hortatur ad continètiã, victùs parsimoniam, penitentiam, vitæ compositionè & pietatem omnem, nempe in ipsa sancta hebdomade, qua Christi passionem toto orbe celebrare solet Ecclesia DEL. O quoties illa hebdomade, atq; adeò in ipsa sacra parafceue, quæ saxa possit prouocare ad luctum & lachrymas propter passionem filij Dei, visi sunt apud istos prodigiosos Evangelicos laruis induti discurrere, comestationibus, copotationibus, libidini, atq; omni generi lasciuie, petulatiæ & obscœnitatis vacare, & in ijs ipsis tanq; p̄clare & ex Euagelicè libertatis p̄scripto gestis, impotenter & scurriliter gloriarì? Sed hæc vberius fortassis, quàm pro instituto.

*Nota Euan-
gelicorum
amentiam.*

*Angliæ rex
abaliena-
tur à Ponti-
fice.*

Hoc quoquè anno 1534. Angliæ rex, grauissimè ferens à Pontifice contra ipsum latam sententiam de diuortio Catharinæ Cæsaris matertera, totum se ab authoritate & obedientia Romanæ sedis subducit, atq; in conuentu Parlamèti Vuestmonasterij se supremum Ecclesiæ Britannicæ caput vocat, eoq; nomine sibi sacròrum prouentuum annatas, vt vocant, decimasq; deinceps persolui iubet, & id genus alia facit, quibus eam laudem, quam superioribus annis pro Catholica tuenda religioe aduersus Lutherum & eius farina homines susceptis laboribus sibi compararat, prorsùs oblitterauit. Sunt qui eum regem scribant cuiusdam magni viri adulationibus deprauatum, à pristina virtute deflexisse. Ità est

certè

certè rerum humanarù còditio, vt iuxta Pauli sententiam, qui stat, aut stare sibi videtur, merito videre debeat nè cadat. Est verò adulatorù genus longè pestilentissimù, quod dum suis priuatis commodis frudet, assentando omnia aut interdum etiã praua suggerendo sub quadam honesti specie, non rarò etiã optimos Principes corrumpit.

Non diù post Clemens pontifex diurno stomachi vitio tabefactus, 6. Calendas Octobris diem clausit extremù, anno Pòtificarùs vndecimo, ætatis vetò 57. Rex Galliæ bellum moturus erat Francisco Sforciæ principi Mediolanensi, sed obitus Pontificis moram & impedimentum intulisse putatur. Ferrur Pontifex consilio medici cuiusdam vitæ ratioe commutata, cum alioqui firma esset valetudine & innato mèbrorum robore præualidus, celerem sibi vitæ finem conciuisse, nò sponte sua, sed quòd medici consilio parùm cautè sese accommodâset.

*Clemens
VII. mori-
tur.*

Per id tempus inter Cardinales principem locum obtinuit Alexander Farnesius patria Romanus. In eum propèso admodum fuit animo Clemens, adeò vt si Pontificatus hæreditate posset obtingere, eum se testamento sibi hæredem scripturum affirmaret; hortareturq; Hippolytum Medicem Cardinalem, vt modis omnibus eum sibi substituendum curaret. Quod etiã factum est. Nam simulatquè Clemens inter viuos esse desijt, non diù post 35. Cardinalibus conclauè ingressis, in Alexandrum Farnesium, qui & ætate omnes anteciret, & iam quadraginta annis Cardinalis fuisset, vota ferè omnium rara quadam concordia, simplicitate, religioe collata sunt. Non enim syngraphis suffragiorum ob signatis, & de more in urnam coniectis, sed publico consensu & præclara voce Cardinalium omnisi, Pontifex est salutarè, & secùdo Non. Nouèb. ità vt moris est, coronatus, Alexandri nomine in Pauli tertij mutato.

*Alexandri
Farnes. cõ-
cors electio.*

Eodem

*Lantgravius
restituit
Vintenbergicum.*

Eodem anno Lantgravius Hassiæ, pactus primo cum rege Gallorum, copias conscripsit, & bellum movit regi Ferdinando, q̄ profligato Vlricho Vintenbergensi principe, eius dirid̄ em occuparat. Ferdinandus volebat iure & legibus agi, sed ille in arim producit exercitum, & apud Laufenum oppidum in fugam actis copijs Ferdinandi, quibus presuit Philippus Palatinus, Vlrichus princeps restituitur. Tandem certis quibusdam conditionibus pax inter Ferdinandum & Lantgravium atque Vlrichum conciliata est Restitutus Vlrichus, mox Catholicis pulsus, Luteranos & Zuinglianos concionatores recipit. Sturgardiæ Luteranus, Tubingæ Zuinglianus concinator regnabat. Ea res contentionem peperit, quam bucerus versipellis componere nitabatur, sed princeps voluit, ne ab Augusta cõfessio discederetur. Itã Luteri dogma Zuingliano fuit ijs in locis efficacius. Eodem quoque tempore inter Ferdinandum & Saxonie Electorem pacem fecerunt Moguntinus Archiepiscopus & Saxonie Princeps Georgius. Aegre enim hæc adduci potuit Saxo elector, vt Ferdinandum pro Romanorum rege agnosceret.

Saxo conciliatur Ferdinando.

Carolus sine det paci Italis.

Per hoc tempus Carolus Cæsar non obscure veritus, ne quid in ipsum Franciscus rex moliretur, presertim cum nõ ignoraret, quas ille sibi copias & legiones peditum veteri Romanorũ more in Galilijs pararet, quidq̄ cum Germaniæ quibusdã Principibus haberet commercij, licet adhuc res quietæ esse viderentur, in eam curam diligenter incubuit, vt pacem in Italia conseruaret. Iam enim elapsam erat tempus induciarum, quas Bononiæ cum Pontifice & alijs quibusdã fecerat, quo tempore Hispani milites ex Italia ad Pontificis preces deducti, in diuersa loca abiere, magno Gallorum cõmodo, si in Italia bellum facturi essent. Quæ quidem in re, vt plerisque

plerisq; alijs, Carolus optimus Cæsar plus Pontificis precibus tribuisse videri possit, quàm esset ex vsu & dignitate ipsius Cæsaris: sed multa faciebat pacis studio, licet plerisque nunquam posset satisfacere, quæ eius potentiam & prosperos successus parum a quis animis ferre videretur. Itaque vt Franciscum Sforciam arctius sibi deuinciret, è Belgio accitam Franciscam Christianam, Christierni captiui regis danorum filiam, suam è sorore neptem, illi matrimonio iugit. nuptiæ Mediolani celebratæ sunt regio sumptu, & qui populis vix esset tolerabilis, sed tamen æquioribus toleratæ est animis, quod diuturnæ pacis spes amplissima oblata videretur. Alios quoque Italiæ proceres magnis affecit muneribus, & Andreã Auriam Melphitano donauit principatu, & eius ppria quis ac trierarchis auxit stipendia. In eius enim viri consilio & virtute totius Liguriæ opes & classes copiarque nauales sitæ erant. Atque hunc in modum confirmatis Principum & procerum animis, Cæsar rebus suis prospexit.

Iisdem sermè diebus, quibus Pontifex Clemens è viuis excesserat, Aloysius Gritus, Andreæ Gritti Ludonienorum Principis filius, cum iam apud Solimannum Turcarum Tyrannum summa flagraret gratia, & amplissimi ei honores offerrentur, iussu Solimanni cum mādatis & autoritate missus in Hungariam, vt consilij omnibus pacis & belli interesset, tanquàm Solimanni legatus, ab Hungaris trucidatus est: vt bladiensis fortunæ ludibria discant mortales contemnere, & animum ad amplissimos regni cęlestis honores appetendos transferre. Eo serè tempore, quo Solimannus iter habebat in Armeniam, & Hariadenus Barbarussa cum ingenti classe Turcica in Italiã & Africã pperabat, Gritus Constantinopoli pfectus cū multis & equitibus & peditibus Turcis, aliquot etiã Italis & Hùgaris, supato Da.

danubio, venit in Valachiam, quæ olim quidē mœ-
 sia superior fuit, at hodiē in Moldauiam & Trāfal-
 pinam fecatur. Indē conciliata prius amicitia Petri,
 qui tū apud Moldauos rerum potiebatur, in Trāf-
 syluania deflexit, cui tunc præfectus erat Americus
 episcopus Varadinēsis, de quo mox plura dicemus.
 Porrò verò plurima vsus autoritate Grittus, ad se
 tāquā ad Solimanni legatū passim iussit res con-
 trouersas omnes deferri. Habuerat ille Byzantij vil-
 lam suburbanam cum hortis amœnissimis, quæ do-
 no dederat Abraimo viro primario inter Bassas.
 Eius verò commendatione multam iam Solimanni
 gratiam erat adeptus, relictusq; ab Abraimo in Pa-
 nonia, Budam cōtra Ferdinandi exercitum fortissi-
 mē defenderat: atque adeò ab ipso quoquē Ioanne
 Vaiuoda regni Hungarici quæstor erat effectus, &
 filius ei⁹ Antonius ab eodem donatus est sacerdo-
 tio Agricensi admodū opulento. Verūm his fortu-
 næ ardentis successibus factus confidentior, eti-
 ām contra Transsylvanię præfectum ea molitus est,
 quæ illi certissimum exitium attulerunt. Eratis, vt
 iam diximus, Americus Cibachus Episcopus Vara-
 dinensis, vir illustri nobilitate, magna potentia, &
 virtute eximia, dignitate à rege id temporis prox-
 imus, multaquē autoritate præditus. Idem autem
 ipse molestissimē ferebat, Turcas paulatim in opu-
 lēto illo regno nidificare & augeri viribus: atq; eo
 nomine Grittum quòquē minimē passurus videba-
 tur. Hunc ergò virū opera Hungari cuiusdā Grit-
 tus opprimēdum curauit, quanquā incertum est,
 vtrum trucidari eum voluērit, an tantūm viuū capi
 & ad se adduci, quò vincitū catenis sub custodia By-
 zantiū mitteret. Vt cūquē sit, Americ⁹ nihil tale me-
 tuens, Hungari ducis perfidia capite truncatus est.
 Caput ad Grittum allatum est, quo ille conspecto,
 paulò post visus est pœnitere, præsertim quod He-
 rononymus

*Americus
 Episcopus
 Varadinen-
 sis caditur.*

eronymus Laschus qui tum aderat, id factū impro-
 barer, aitq; Americum iurē quidem cefum esse: sed
 se eū capi potius, quā interfici cupiuisse. Vbi autē
 ad hominum aures Americi cedes perlata est, incre-
 dibili dolore perciti, necē eius magna animorum
 consensione & contentione quamprimū vicisci
 decernunt. Fit magnus hominum cōcursus, & pau-
 cis diebus supra quadraginta millia peditū & equi-
 tum confluūt, duce præcipuē Mailato, qui Americi
 fuit studiofissimus. Grittus interim passim ab omni-
 bus, quibus plurimū fidebat, destitutus, vt est ple-
 runquē mortalium genus in rebus dubijs parūm
 cōstantis fidei, in magnas adductus angustias, insu-
 p̄r morbo corripit. Tādē ad Moldauos receptū
 se habiturum speras, in fugam se dedit, sed non in-
 uentis Moldauis, in hostes incidit, atque itā ad ex-
 tremū ingēti machæra caput ei detruncatum est.
 In eius autem sanguine, quæ fertur esse eius gentis
 consuetudo, proceres & propinqui Americi penu-
 las militares intinxerunt, vt esset apud illos diutur-
 na expetitæ vltionis memoria. Quæ quidem barba-
 ra videtur esse consuetudo. Porrò Hungarus ille,
 qui Americum occiderat, infestioribus animis &
 atrociori supplicio affectus discerptusque est. Grit-
 ti cadauere postea nudato, in eius femorali loculus
 inuentus est, gemmas habens precij inæstimabilis,
 itā vt omnis illa p̄da quadringentis nummū aureorū
 millibus æstimata sit. Sunt qui putēt Grittū Byzātij
 natū, & apud Turcas educatū, studioq; Abraimi, q̄
 apud Solimannū facile principē gratiæ locum obti-
 nebat, Solimāno egregiē cōmendatū, atq; ad sum-
 mos honores, si Christianā religionē abiurasset, p-
 mouendū, nō multū ab hac execrabili defectione
 abhorruisse. Sed id nō est admodū verisimile, ma-
 ximē quòd parentem haberet iam grandæquam, Ve-
 nectiarum principem, quem nollet tam immani sce-

*Grittus vna
 caditur.*

*Præda Grit-
 to caso ab-
 lata.*

lere in summos animi dolores mortemq; ipsam precipitare: tum etiã q̄ res facultatesq; suas in Pannoniam absporsisset, vt illic procul Byzantio inter Christianos vitam exigeret. Porro verò discūt hoc eius repentino interitu, qui huius mundi prosperis successibus fruuntur, nē se illis dedant. Nam tunc vel maximè fallit vitæ prosperitas, cum precipue aridet. Sed quis hæc miseris persuadeat mortalibus? Volunt esse beati in hac vita misera, & tamen tum plerunquē supremam adeūt calamitatem, cum iam se fore putant omnium beatissimos. Exempla extant innumera, sed fascinata hominum pectora pergunt suo more. Suprà diximus, Hieronymum Laschum Poloniam Byzantij id effecisse, vt Solimānus ingentibus copijs in Hungariam proficisceretur, & Iohannem Vaiuodam in regnū restitueret. Is igitur Laschus à Gritti cede Budam, Iohāne rege iubēte, vocatus, tormentis subiectus est, vt Gritti cōsilia & machinationes proderet. Atq; orante pro illo Sigismundo Poloniæ rege, tandem euasit, & in Poloniam profugit. Non omninò præter meritum in eam calamitatem is incidisse videtur, quippe qui ausus fuerit turcas immanissimos Christiani nominis hostes in Hungariam euocare, scilicet vt dum Iohanni Vaiuodæ gratificari vult, totum orbem Christianū in summum discrimen vocaret.

Turca bellū mouet Persis & Afrijs.

Hoc ipso tempore, quo Gritus è Thracia in Pannoniam abiit, Solimānus Turcarum princeps duo ingentia terra mariq; bella mouit, impotenti quadam arrogātia totius orbis imperium sibi pollicēs, si Persas & Afros sub iugum misisset. Ex Africa em facilem se videbat aditū habiturū in Hispanias, Siciliam & Italiam. Erat tum illi Africæ inuadendæ author & incensor Hariadenus Mitylenæus Barbarussa, Algerij rex in Numidia proxima Mauritanie, cuius crebræ victorię celebrem illum apud Soli.

limannū reddiderant, adeo vt Byzātium ad se euocatum, inter Bassas annumerārit, & mari præfecerit. Is Hariadenus fratrem habuit Horuciū: vterq; patre Mahomerano in insula Lesbo nat⁹ est, arreptaq; biremi, piraticam exercere cœperunt sub Camale archipirata. Interim aucti viribus, nauibus, copijs, multaq; præda, Mauritaniam prædabundi adierunt. Algerij tunc duo fratres de imperio contendebāt. alter in suam perniciem Horucij opem implorat. Eam non negat Barbarus, sed interea gentis ingenium & vires explorans, animaduertēsque Mauro- rum mobilitatem & inter se discordiam, ea occasione opportunè arrepta, Algerij regnū multis profigatis occupauit. Multa deinde prosperis successibus fortiter gessit: sed nō diū ea prosperitate fretus, captus ab Hispanis & mauris equitibus, neci datus est, eius ferocissimi piratę capti in Hispania circunlatum, multis lætitiã attulit: sed ea diuturna non fuit, succedente illi Hariadeno fratre eius, qui iam totius Africæ imperium spe deuorārat, maximisque sæpè cladibus Afros & Christianos deinceps affecit, multis isdemq; prosperis terra marique partis victorijs, non è Christianis modò, verum etiã Mauris & Numidis, quos vehemēter attriuit. Eius igitur, vt dixi, fama permotus Solimanus, cum è Pannonia turpiter fugiens Byzātium reuertisset, eū ad se acciri iubet. Ille hoc accepto nuncio, incredibili afficē lætitiã, moxq; cū egregijs aliq̄ munerib⁹ Solimāno presentandis, se dat itineri. Fuit eius aduentus gratissimus Solimanno, coram quo multa acutè & grauer dixit præter alia de rebus Christianorum, & quàm illi scæda inter se discordia distraherentur: de profligando item Muleasse tuneti rege, quem multis modis criminabatur. Nec tamen interim deerant, qui inuidia quadam torquerentur, cum sum cernerent existimatione

crefcere apud Solimannum, & iam cunctantiùs ad-
 mittebatur ad Solimáni confpectum, tan demq; ab
 ipfo Solimáno iuffus eft adire Abraimū, qui tum
 in Syria erat cum exercitu. Quanuis autem fentiret
 id ad fuam ignominiam pertinere, at tamen imperij
 cupidus, terreftri itinere adijt Abraimū: à quo ho-
 norificè receptus, & per literas Solimanno cgragie
 cōmendatus, Byzantiū redijt, fufceptusq; ob Abra-
 imi commendationē magna animorū propenfiōe,
 coram Solimáno rursùs multa de gerendo in Afri-
 ca, cōtra Muleaffem præfertim, bello perorauit. Ha-
 bebat autē fecum Rofcortem muleaffis regis fratrem,
 ante annos aliquot domo pulfum, quē Bassis oſtē-
 tans, belli in Africa gerendi occasionem captabat.

Barbaruffa à Barbaruffa dicta, illum Bassam creat, totius maris imperium ei defert, vexillum, fceptum, gladium de manu tradit, & vt dicta factis p̄ſtet, hortatur. Ità ille cum ingēti claſſe octoginta triremiū & aliquot biremium, multa onuſtus pecunia ex ærario deprōpta, vela ventis permittit, maximaq; Italiae littoribus damna dat, aliquot vrbibus captis & direptis, multis Chriſtianis caſis & interceptis. Indē adeo celeriter in Africā fleſcit iter, vt priùs eò perueniret, quàm ab Italia deflexiſſe putaretur. Fuit tum etiā Romæ non parūm trepidatū, & niſi præpotens Deus rebus Chriſtianorum proſpexiſſet, longè deterius ora ab illa immani belua pati facile potuiſſent. Ea autem in Africam traiciendi celeritate vſus eſt, vt Muleaſſem Tuneti regem imparatum opprimeret.

Solimannus multo iudicio perpenſis, quæ erant
 à Barbaruffa dicta, illum Bassam creat, totius maris
 imperium ei defert, vexillum, fceptum, gladium de
 manu tradit, & vt dicta factis p̄ſtet, hortatur. Ità il-
 le cum ingēti claſſe octoginta triremiū & aliquot
 biremium, multa onuſtus pecunia ex ærario deprō-
 pta, vela ventis permittit, maximaq; Italiae littori-
 bus damna dat, aliquot vrbibus captis & direptis,
 multis Chriſtianis caſis & interceptis. Indē adeo ce-
 leriter in Africā fleſcit iter, vt priùs eò perueniret,
 quàm ab Italia deflexiſſe putaretur. Fuit tum etiā
 Romæ non parūm trepidatū, & niſi præpotens De-
 us rebus Chriſtianorum proſpexiſſet, longè deterius
 ora ab illa immani belua pati facile potuiſſent. Ea
 autem in Africam traiciendi celeritate vſus eſt, vt
 Muleaſſem Tuneti regem imparatum opprimeret.

Libet hīc pauca quædam de Africa, itemque Mu-
 leaſſe & Tuneti regno commemorare, quæ legiſſe
 iuuet. Africa multas olim Romanorū colonias ha-
 buit, eò deductas ob ſoli fertilitatē, poſtquam Car-
 thago Romani imperij æmula deleta fuit. Regebat
 autem proconſulari adminiſtratione vſq; ad Van-
 dalorū

*Africa hiſto-
 ria breuis.*

dalorum irruptionem, quos Beliffarius protriuit.
 Poſtea verò redacta eſt in Græcorum imperatorum
 prouinciā, qui quotannis duces & præſides eò mit-
 tere conſueuerunt. Poſtremò Saraceni Mahometi-
 cam ſuperſtitionem, pulſis Chriſtianis, in eam vi &
 armis expugnatam inuexerunt, adeo vt etiā in Il-
 liberi, quam nunc Granatam vocant, Mauri ſedem
 ſuam ſtauerint, & Cordubæ gymnaſium cum inſi-
 gni bibliotheca ſit conſtitutum, vbi Arabicæ literæ
 ex profeſſo iuuentuti traderentur. Fuerunt ibi non
 pauci egregia eruditione & præclaris ingenijs viri.
 Atqui nō ſolis literis dabatur opera, ſed etiā mi-
 litia: quo factum eſt, vt tota penè Hiſpania Punicis
 armis ſubacta ſit. Verū poſt ſexcentos demū annos
 noſtra ferè memoria Ferdinádus Hiſpaniæ rex
 inſigni virtute & ſingulari Numinis fauore è tota
 Hiſpania, præfertim verò Granatæ ſue Beticæ regno,
 impuros Mauros exturbauit. Hiſce temporibus in
 Africa plurimū omnium opibus & imperij am-
 plitudine valent Tunetani & Feſtani reges: ſed Tu-
 netani & imperij antiquitate & generis nobilitate
 præcipuam ſibi compararunt authoritatem. Ab ijs
 enim ſacra & iura omnia peti ſolebant. Supra Tune-
 tum itinere tridui vrbs eſt Caruenna: in ea templū
 eſt peruetuſtum, & ſacerdotum pro ei⁹ gentis ritu
 ſanctiſſimorum collegium: eaque cauſa vrbs libera
 eſt & immunis: ibiq; Mauri & Numidæ p̄ceres eti-
 à è remotis apportati tumulantur, quod putent
 illorum ſacerdotum præcipuam eſſe vim & efficiaciā
 ad impetrandam ijs, qui illic humati ſunt, cæleſtem
 beatitudinem. Ditio Tuneti regis octingentis ferè
 millibus paſſuum in ora ab occaſu ad Oriētē ex-
 tendebatur. Feſtani verò in Tingitana Mauritania,
 quod plurimū armis & equitatu polleat, cum Lu-
 ſitanis perpetuò belligerantur. Reliquæ regiones &
 oppida, præcipuè circa orā, regulis, quos Scecos vo-
 cant,

*Granatā ob-
 tinēt Mau-
 ri.*

*Carnennæ
 vrbs.*

*Ditio Tu-
 neti regis.*

Arabes.

cant, parēt. Porro mediterranea loca Numidā, vno nomine dicti Arabes, vagabundi incolūt, cum Afris bella gerunt, & pro more bella cient, alunt controuersias, perpetuo militiā studēt, pecoris & agri colēdi operam in seruos, praesertim Aethiopes, reijciunt, quandoquidem gentes omnes nobilitate se facile anteire persuasum habent, originem suam ab vetusta Pænorum stirpe repetētes. Diuisi in multa agmina à Nilo amne introrsus ad Atlanticū Oceanum extenduntur, & cum incertis vagētur sedib⁹, certis tamen pagorum finibus imperia praescribūt. Viuūt admodum parco & tenui victu: sicca, daētylis, pulcica atque acido lacte conuiuia capiunt; Si quid verò ex venatione aut falconum aucupijs, quibus praecipuè delectātur, prædę ceperint, tum quiddem epulātur. Equum pernicitate in lignē immenso precio, alioqui seminudi & egētissimi homines, sibi parant: is totius patrimonij eorum census est. Nam si desint bella, tota vita in latrocinijs & venationibus agitur. Vxores admodum seruiliter viris officia etiā vilia exhibent. Utuntur verò equites estate iuxta à hyeme pellicea talari tunica, quippe quę & vêtos possit arcere à corporib⁹, & in magnis solis ardoribus ab estu corpora tucatur. Itā quidem illi persuasum habent, licēt apud nos ridiculum videri queat, estiuo cælo corpora pellib⁹ operire. Habent quoque corporum frictions, artuū plicationes & cōtentiones, quibus exercitatiōibus & morbos depellunt, & à pharmacorum molesta vexatione sese tuentur, atq; ad multā pertingūt senectutem, itā vt plerūque sinē vllō doloris sensu inter familiaria suorum colloquia mortis debitum persoluere videantur. Ex hac gente traxit originem Lentigesia Mulcassis Tunctani regis mater, cui⁹ & horatū & industria Mulcasses regnum vsurpauit, qui sanē fratres suos ferē oēs, cum essent duo & viginī,

*Victus Arabum.**Vestitus.**Corporis exercitationes.**Lentigesia mater Mulcassis.*

barbarica

barbarica crudelitate partim peremit, partim cadenti ferro oculorum vsu priuauit: quosdam etiā fratrum filios iugulauit, multaq; alia sanē crudeliter gessit in suum sanguinem & paternos amicos quosdam atque etiā nouercas, vt non immeritò omnibus inuisum & odiosum se reddiderit, ob suam feritatem regnò tandem exutus, vt dicemus. Habuit fratrem ipso natū maiorem, Roscetem nomine. Is multorum Numidarum ducum fretus studio, bellū Mulcassī fecit, sed re parūm feliciter tentata, ad barbarissimā confugit, à quo nō multò post Byzantium ad Solimānum perductus est, & licēt in libera custodia, tamē in catenis ibi derelictus, sparsa interim fama, Roscetem Solimanni beneficio & operam Tunetanum regnum restitutum iri. Erat enim Mulcasses iam plerisque admodum inuisus, porro Roscettis nomen longè gratiosius. Hac simulatione Hariadenus quædam loca Mulcassis ditioni subiecta occupauit, persuasis populis Roscetten esse in classe, qui mite ac liberale ingenium præ se ferens, in ipsa quoque Tunetana vrbe miro studio expectabatur, praesertim aduentante iam classe Turcica, quę ex Tuneti arce cōspiciebatur. Interim Mulcasses pessimè sibi cōsci⁹, à quibusdam admo-

*Mulcasses**netur vt fuga sibi consulat.**Et ille quidem fugam fugit.**Turca occu-**pant Tunc-**tum.**Mulcasses**netur vt fuga sibi consulat.**Et ille quidem fugam fugit.**Turca occu-**pant Tunc-**tum.**Mulcasses**netur vt fuga sibi consulat.**Et ille quidem fugam fugit.**Turca occu-**pant Tunc-**tum.*

apud eum vsque ad Caroli Cæsaris aduentum, qui fuso fugatoque Barbarussa, eum in regnum restituit, vti post referemus.

Porro Hariadenus magna annonæ penuria alijsque rationibus permotus, cum Tuncetanis inducias paciscitur, blandaque oratione persuadet, vt in Solimanni verba iurare non dubitarent. Rebus Tuncetani compositis, Numidarum principes, vt est eius generis admodum venale & mobile ingenium, facile sibi conciliauit, ac deinde missis Turcis, vrbes tum mediterraneas tum maritimas deditione recipit intra dies non multos. Ità tum Solimanno cessit Tuncetani imperium opera audacissimi pirate Hariadeni Barbarussæ. Non dubium quin ea res summopere incommodatura fuerit Christianorum vicinis prouincijs, nisi Caroli Cæsaris virtute ex illo nido paulò post Turcica barbaries exclusa fuisset, vt breui dicturi sumus.

Hoc etià anno cum Barbarussa Byzantio excederet, Solimannus cum ingenti exercitu in Persas mouit, bellum illaturus Tammafo Persarum regi. Iam enim Ismaël Sophus eius parens, qui ob multa fortia facinora Magni cognomen adeptus fuit, desierat esse in humanis, quatuor relictis filijs, è quibus natù maximus Tammafus patri in imperio successit: reliqui fratres amplissimis sunt præfecturis ex patris volùtate honestati. Porro Tammafus Ottomanorum genus vehementer exorsum habens, bellum animo meditabatur in Solimannum, vturus iniuriam, quam à Selymo pater ipsius accepisset, Persico imperio subiectæ gentes, hodiè vno nomine Agiamij vocantur, & diuersam à reliquis Mahometanis plerique superstitionem sectantur, de qua iam supra diximus, cum de Ismaële Sopho ageremus. Fiebant interim excursiones tum Persarum in Turcicas, tum Turcarum in Persicas ditiones, quæ quasi pre-

*Tuncetani
inuant Soli-
manno.*

*Solimannus
in Persas
mouet.*

*Agiamij di-
cantur oēs
Persis sub-
iecti.*

ludium graui inchoando bello facere viderentur. Vbi enim Solimannus didicit, quid Persæ molirètur, vt erat excelso & elato animo, vehementer in bellum Persicum accendebatur, dolens nihilo minus haud mediocriter, à Christianorum infestatione hac se occasione distineri.

Erat inter Turcicos Bassas lógè princeps Abraimus, qui in suu exitium, vt post dicemus, Solimannum vt bellum Persis faceret, plurimum incitauit, quando quidè incredibili & summa apud Solimannum gratia & auctoritate pollebat. De hoc Abraimo pauca referte opere præcium fuerit, vt eius exemplo discant sapere, qui huius vitæ secundis vêtis ad omnem voluntatem perpetim fruuntur, sintque memores conditionis humanæ, & quam nihil certum, nihil stabile, neque diuturnum habeat vita præsens. Abraimus ergò ignobili Epiri vico natus, Scandarabassæ magno apud Turcas principi à prima pueritia seruiuit. Ibi ergò Mahometica superstitione imbutus, (licet sint qui putent eum nunquam ex animo Christianismu deseruisse) pro mira ingenij dexterritate celerrimè didicit Arabicè legere & scribere, & pleraque alia, quibus longè gratissimum esset tum Scandarabassæ ipsi, tum ipsius gynæceo, adeo vt Solimanno etiamnum puero, ceu festiui & elegantis in primis ingenij ac moris seruus, dono missus sit, cum quo pariter educatus, sensim ad amplissimos ab illo honores, præfecturas, opes & dignitates euectus est, Vestris etià inter Bassas dignitatem adeptus, qua nulla maior dari potest. Quin etià regij scribij sigillum Solimannus ei tradidit, & non modò ab intimis eum cõsilijs, sed etià voluptatù horarumque omnium comitè habere voluit, ità vt iam tanquam Imperij consortem etià potentissimū quique eum suspiceret & colerent, hac ipsa immodica grã haud dubiè certum illi exitium breui paritura. Hac ergò

*Abraimus
princeps in-
ter Bassas.*

*Abraimi his-
toria.*

*Vestris apud
Turcas di-
gnitas.*

fretus fiducia, Solimannum in Persas concitabat, Germanos omni tempore inuictos, minimè bello laceffendos dictitans: breuè fore, vt ipsi mutuis contentionibus & dissidijs cõfecti, nullo negotio Turcis se absque villo periculo diripiendos & occupandos præbeât. Eius crebris adhortationibus inflammatus Solimannus, maximo Christianorum commodo ab Europa in Asiam arma vertit. Fuit sanè idè Abrahimus erga mercatores Christianos, haud obsecurè id moleste ferètibz Turcis, animo liberali & perquam humano, perpetuo atque mirifico eos patrocinio & fauore persequutus. In diuersam autem sententiã trahebatur Solimannus tum à matre sua, tum vxore Roxolana, quæ ambæ Abrahimũ oderât, nec rarò pseudoturcam & ex animo Christianum per contumeliam vocabant. Verùm muliebria consilia Solimãnus facile contempsit, Abrahimum secutus. Itaque euocato vndiquè milite in Persas, Vlamane (qui à Tammaso profugus, ad Solimãnum se contulerat) itineris duce vsus, in Armeniam cõtendit. Vbi ad Caim eiusdem Armeniæ urbè peruenit, summa cepit admiratio Turcas omnes, quòd nullus eis Persarũ exercitus longo itinere occurrisset. Verùm Tammasi consilium erat, relictis vrbibus montes petere, donèc Hiberi & Albani leuis equitaturæ, qui Persas cataphractus antecedere consueffent, suu peruenirent. Ea re per exploratores cognita, Solimannus castra mouit, rectaq; ad eum perrexit. In eo itinere Taurisũ amplissimã vrbem absq; villo maleficio ingressus, moxq; egressus, Sultaniã petijt haud procùl indè distãtem, q̃ olim Persarũ regia fuit, sed à Tamerlane Tartaro deuastata, adhuc vetusta dignitatis suę templorũ ornamenta retinet. Ad eã vrbem aliquandiu herète Solimãno, ex vicinis altissimis mōtibz, quos niues perpetuę obsident, tenuissima erupit tēpestas paulò ante æquinoctiũ estiuum,

*Tammesius
abit in mon-
tium recess-
sus.*

*Sena tēpe-
stas vexat
Turcas.*

vt ex ipsis montiũ iugis præalta nix in cãpos, vbi Solimannus Tammasum sustinebat, vëtis propellētibus decideret, & ea immanis procella Turcarũ tabernacula dissiceret, iumenta & vel maximè camelos gradinũ numero perimeret, milites permultos extingueret, adeò vt nec Solimannus ipse multũ à periculo absuerit. Auxerunt eam cladem noctis tenebræ, & timor hostis propinqui, licèt is longè abesset. Nõ deerant, qui magorum incantationibus eam tēpestatem excitatam autumarent. Postera luce solis radij multis attulère remedium iam frigore & metu attonitis. Solimannus non nihil recreato exercitu in Assyriam proficiscitur, hortante Vlamane transfuga, ac nullo negotio potitur Babylonia. In ea vrbe Caliphæ sacrorũ principis sedes est, quem Mahometani reges omnes obseruant, isq; ex veteri instituto & adoptat & confirmat Assyriæ reges, itã vt etiã Solimannus ab eo insignia atq; ornamenta eius regni accipere voluerit. Vrbs illa, si veteris structuræ ambitus expédatur, longè omniũ amplissima est, libuitq; Solimanno in ea hyemare: sed iam multa illic vastitas conspicitur, horti innumeri edificij coniuncti, agri quoquè aratris proficisci, ferarumq; captiuarum & inclusarum nemora. Frequens indè nauigatio est ad Ormutiũ Persici freti vrbem clarissimam, in qua hodiè Lusitanæ rex suũ habet præfectum, & fides Christi catholica mirificè propagatur agète eodem rege, & ea in re Maiorum suorum clarissimorum Lusitanæ regum, pietatè egregiè sectante. Nec fide carent quæ ab antiquis scriptoribus de hortis pèsilibus, de regia structuræ admirandæ, & murorũ incredibili magnitudine prodita sunt, cum hodieq; carũ rerũ vestigia nõ desint. Excepto est Solimãnus ab Assyrijs & Mesopotamię populis mira propensione, itã vt p vrbes illarũ regionũ exercitus in hybernis collocaretur. Quæ dein-

*Turca potitur
Babylonia.*

*Babylonia
Vrbs qualis*

cèps tum Solimanno, tum Abraimo acciderint, an-
no sequenti referemus.

*Turca redit
in Persidem.*

ANno 1535. Solimannus, hortante Abra-
imo & Vlamine, in Tammafum arma
instaurat, egrègia quandoquè, vti spe-
rabat, ex Persis victoriâ relaturus. Itaq;
Taurisum reuertitur, Tammafo indè
ad eius inopinatum aduētum in Coraxenos iterum
abeunte: urbemq; amplissimam, licèt iussa facere
paratis incolis, sèua barbarie militi diripiendâ obji-
cit, & ipse quoquè multa ornamenta ex regis pala-
tio parùm liberaliter secum absporat Byzantium,
præter artifices sericos, seruos quoquè & delectam
vtriusque sexûs iuuentutem, quorum erat ingens
multitudo. Ea præda onustus, cùm iam aduentantis
Tammasi fama increbrèsceret, redit in Mesopota-
miâ: nec eo in itinere abfuisset à periculo exercitus,
nisi falconum & sclopotorum ictibus Persæ abster-
riti fuissent. Verùm enimuerò iam Tāmasus Tauri-
sium redièrat, eumq; persequi statuit, sed cata-
phracti Persæ leuissimos Turcas equites insequi nō
poterant. Interim Delimethes satrapa fortissimus
petit à Tammafo certum expeditorum equitum
numerum, cum ijsq; per nota itinerum compen-
dia Turcas insequitur, eosq; iam nihil aduersi for-
midantes vndiquè inuadit, perturbat, opprimit, ità
vt Bassæ ipsi vix euaserint. Vix vsquàm Turcæ ma-
iorem cladem vel in pugna cruentissima feruntur
accepisse, ablatis præsertim tormentis atque taber-
naculis, cunctisq; vas castrensibus & impedimē-
tis, atque insuper plusquàm dimidia equorum par-
te desiderata. Fuit hoc ad tertium Octobris, quem
diem postea celebrem Persæ habuère. Ea clades So-
limanni animum vehèmenter afflixit, omninoq;e
Byzantium redeundum statuit, interim profundè
ac dissimulanter inexpiabili odio in Abramum cō-

*Ingens Tur-
carū clades.*

ce-

cepto, qui ei huius infelicis expeditionis suafor fu-
isset. Vbi Byzantium redijt, atrox Abraimo multo-
rum procerum conspiratione, quibus iam immo-
dica eius potentia nimisquàm inuisa esset, inuidia
constata est, atque apud Solimannum gratia eius
omnis conuulsa est, matre quidem & coniuge Soli-
māni, primis eius exitialis odij authoribus, quæ fer-
re non poterant, ad ferui vnus arbitrium tantum
principem huc illucq; impelli. Nam certum est,
nulli ferè vnquàm tantum apud principem tributū
fuisse, quantum ipsi Abraimo: sed ea gratia in sum-
mum odium repètè mutata est, vt rectissimè admo-
nerit propheta Regius: Nolite, in quies, confidere
in principibus, in filijs hominum, in quibus non est
salus. Plurimum verò Abraimi existimationem præ-
grauabat, quòd haud obscuris indicijs compertum
esset, eum Christianorum rebus fauere, proptereaq;
Solimannum à Carolo Cæsare & Ferdinando re-
ge, itemq; Venetis infestandis ad Persas reuocasse.
Erat enim Solimannus acerbo in Venetos animo,
tum quoquè Carolum Cæsarem vehèmenter ode-
rat, quòd didicisset eum per legatos cū Persis egisse,
suspicareturq; eum Tammafo tormenta per Lusi-
tanos è finitima India suppeditaturum. Itaque Ab-
raimus ingrati & perfidiosi erga Solimannū animi
conuictus, cùm circiter Idus Martias in regiam fuisset
admissus, acerbissimis verborum flagellis cæsus
est, feuerissimeq; à Solimanno obiurgatus, nec vlla
lachrymis ad Solimanni pedes prostratus, sèuum
eius animum flectere potuit. Nocte indè proxima,
in puluino dormitans in cubiculo, cultro adunco,
quem Solimannus carnifici de manu tradiderat, iu-
gulatus est. Porrò sole orto supellex & pecunia eius
omnis in fiscum relata est, nihilq; ferè præter do-
tem miserimæ coniugi relictum. Is hominis longè
fortunatissimi exitus fuit. Contemplantur hæc, qui

*Abraimus
perdit gra-
tiam.*

Psal. 145.

*Abraimus
ingulatur.*

tan-

tantoperè venantur hominum gratiam, & nihil nõ agunt, vt Principum fauore conciliato, ad dignitates, honores, diuitias capeffendas prouehantur. Ex tant aurea cuiusdam doctiffimi viri carmina, quæ huc adscribere vifum est:

*Felix ille animi, Diuisq; fimillimus ipsis,
Quem non mendaci refplendens gloria fuca
Solicitat, non faftofi mala gaudia luxus:
Sed tacitos finit ire dies, & paupere cultu
Exigit innocue tranquilla fientia vita.*

*In Angliis
mutatio re-
ligionis.*

Hoc anno per Angliam facta est religio in fau-
fta & funefta mutatio, rege ob odium Pontificis, q
eius nuptias probare noluit, cõnuente, licet antea
Luteri dogma acerrimè oppugnaffet. Hoc quoque
humana mutabilitatis exemplum fuit non facile
obliuioni tradendum, vt qui ftat, videat nẽ cadat.
Erant per id tempus in illo regno inter alios duo
precellentes viri, pietate & eruditioẽ clariffimi, Io-
hannes Fifcherus Roffenfis Epifcopus, & Thomas
Morus regni Cancellarius, qui est apud Britannos
proximus à rege magistratus. Ij, vt potè viri
neque diuortium cum Catharina probare, neque
regis, caput Britanniaẽ se profitentis, fententiẽ sub-
fcribere volebant. Id verò rex tulit animo perini-
quo, & Roffenfis quidem maioris odij auctoriũ fuit,
quod captiuum Pontifex in cardinalium ordinem
cooptrauit. Extant eius reuerendi antiftitis aliquot
preclara volumina, quibus tum Luteranam, tum
Zuinglianam hærefim grauitate & maieftate Pon-
tificæ digna fic confutat, vt vix quisquam vnquam
illi refpondere aufus fuerit: quanquam vt illi non
magnoperè refponderent, vel eo nomine adduci
poterant aduerfarij, quod Latinè fcripiffet, nec vul-
gus eius fcripta poffet intelligere. Id enim femper
hæretici omnes noftrorum temporum vel maximè
curarunt, vt popularis gratia auram captarent, fci-
licet

*Scripta epi-
fcopt Rof-
fenfis.*

licet vt illis liceret fuauiter & molliter ætatem age-
re, nihil interea morati, quod tot miferos, fim-
plices & idiotas homines in grauiiffima falutis fuę pericu-
la conijcerent. Hoc certè ex illorum fcriptis palam
editis, tum ex quotidiana viuendi ratione tam po-
teft planum teftatumq; effici, vt qui fecus homini-
bus perfuadere volunt, quod conati funt homines
quidam medijs vel neutrales, ij fuam impudentiam
toti orbi plus fatis prodant. Quod quidem nos de
feftarum authoribus & cõcionatoribus dictũ pre-
cipuè volumus, quos plerofque perfpicuum est cõ-
tra fuam mentem & confcientiam longè aliter &
fcribere & docere, quam rem ipfam fe habere non
fint nefcij. Nam feptiffimè apertè mentiuntur: quod
non facerent, nifi de industria in errore verfari de-
creuiffent. Sed ad rem reuertamur.

Rex Anglię cernens neque Roffenfem neq; Mo-
rum fibi obtemperare velle, vtrunque capite dana-
uit per fuos adminiftratos. Roffenfis quidè ad X. Ca-
lend. Iulij, Morus autem ipfius Iulij 7. die capite ple-
xus est. Roffenfis certè multis annis diligenter inui-
gilando gregi fuo, adminiftrandis facramentis, affi-
duitate docendi tum voce, tum fcriptis, mira quoquẽ
liberalitate in egẽos, benignitate in ftudiofos, verũ
ac legitimum egerat Epifcopum, ita vt eius aula ni-
hil ferè à monafterio differre videret. Nec dubita-
uit conatib; regis verbo ac fcripto fe opponere, nẽ
fuã cõfcientiam negligeret, tametsi ea re exitũ fibi
pararet. Nolebat enim falutem Regis diffimulando
negligere, fed vt verus Epifcopus veritatem libera
voce profeflus est ad fupremum vfque fpiritu, a deo
vt tum quoquẽ cum in eũ proditorũ immane fup-
plicium efferet conftitutum, atque pronunziata eius
horrendæ necis fententia, hilari & placido vultu
intrepidus permaneret. Sed quia fenio grauis mul-
tisq; vigilijs & ftudijs confectus erat, in mitiorem

*Roffenfis ca-
pite damna-
tur.*

ea sententia mutata est, quòd vererentur antè exhalaturum spiritum, quàm rheda trahàve, vt moris est, tractus ad supplicij locum perueniret. Itaque X. Calendas Iulij productus in planitiem, constanti & alacri vultu populum est allocutus, ac primò quidem regi & regno benè precatus est: deindè prece ad Deum fusa, illi se commendauit, atque ità securi caput præcidendum obiecit. Apud Anglos enim non ense, sed securi plectuntur rei, capite in truncu inclinato. Is exitus fuit clarissimi atque doctissimi Pontificis, postquam iam diurni carceris molestias perulerat.

*Morus capis
e plectitur.*

Breui pòst etiàm Thomas Morus, qui Regenouas res moliente, vltro se Cancellariatu abdicarat, eundem vitæ exitum habuit. Videbat enim vir prædentissimus quorsùm tenderent Regis consilia, itaque nè cogeretur de innocentibus sumere supplicium, illi amplissimo muneri spontè renunciauit. Cùm autem Regis nuptias probare nollet religione prohibitus, bonis omnibus exutus, & perpetuo carceri addictus est. Porrò hoc anno mense Iulio eductus ex arce Londoniensis, sistitur iudicibus à Rege designatis. Ibat debilis scipione fultus longo itinere, sed vultu animum minimè perturbatù præ se ferente, donè ad locum ventum est. Ibi primùm hortari eum cœperūt ad respiciètiã: sed ille Deum rogat, vt in sententia ipsum confirmet. Deindè obiecta diluit, licèt multùm iam debilitato corpussculo ex carceris diurnitate & morbo, q̄ res permouit iudices, vt allata sella dum se purgat, sedendi habeat facultatem. Ijs peractis, vocati sunt ex gentis instituto Duodecim viri, vt inter se còsultarent, num Morus in decretù Parlamèti malitiosè peccasset. Illi breui inter se habita deliberatiõ, reuersi ad Iudices, aiunt, *Gylst*, hoc est, Reus est mortis, *Mox* à Cancellario in eum prolata sententia est. Tum ille

men.

mentem suam coram omnibus explicauit de Decreto Parlamenti, quòd rex esset habèdus caput Ecclesiæ Anglicanæ, aitq; totis septem annis se diligentissimè veterum scripta & concilia euoluisse, nec tamen vsquàm inuenire potuisse, hominem laicù vel secularem caput esse posse Ecclesiæ in rebus Ecclesiasticis, sed inter strepabant quidã, nec oratiõ eius permoueri potuerunt, licèt esset solidissima. Indè rëducitur in carcerè, vbi priusquàm ad turrim ventum esset, miserandù accidit spectaculum. Erat Moro filia Margareta elegãti forma, optimis moribus, rara eruditione. Ea vbi cognouit in patrem mortis prolata sententiam, pietate in parentem & acerrimo animi dolore permota, per medios satellites vi qua poterat perripit, & in patris amplexus ruens, quod voce non poterat, nimio præpedita mœore, lachrymis vbertim testata est, nempè summam peccatoris sui ægritudinem & angores. Verùm pater, satellitum permisso, constanti vultu iussit eam missos facere eiusmodi singultus, & animo infractò ferre præsentem rerum statum. Sic enim, inquit, visum est Deo: & tu iam pridè conscio es arcanorum peccatoris mei. Iam verò Patre ab illa decem vel duodecim passibus progresso, illa non ferens immodicos doloris auleos, ex tam præsentis parentis amantissimi periculo eius animum vèhementer pungentes, rursus occurrit ad Patrem, amplectitur abeuntè, sed ab illo neq; lachrymas vllas fundète, neq; faciè in rugas aut mœrorè còtrahente, hoc solùm audit, *Vale,* & Deum ora pro salute animæ meæ. Fuit ea haud dubio grauis têtatio tanto viro. sed qui iam pro veritate semèl vitã cum sanguine p̄fundere prorsus de liberarat, Christi amorè omnè quantumvis propinquorum amorè posthabuit, vt se verum & inuictù Christo martyrem consecraret. Ità quidem nos de tali viro sentire congruum est, qui cùm posset in il-

Mori oratione.

Ad Morum filia accurrat.

Virilis peccatoris constantia.

lo regno rebus omnibus esset florentissimus, tamē nē Deū offenderet, ipsam quoque vitā perdere maluit. Idem autem ipse, cum esset regni Cancellarius, quandiu rex catholicam tuebatur religionē, seuerē in eos animaduertere solitus erat, qui Luteri aut alterius dogma hereticum sequeretur. Deinde se primo Iulij caput illi precipitum est.

Calēdis Iulij
dānatus
est, 7. Iulij
capite truncatus.

De eius itemq; clarissimi Roffensis Episcopi morte ita quidam scriptum reliquit: Sexto Nonas Iulij (alij, septimo Iulij, vt diximus) obtruncatus est in Britannia Thomas Morus, non minorem constantiam in iudicio & supplicio prę se ferens, quā iniquissimo Atheniensium senatusconsulto condēnatus Socrates: Paucis diebus ante illum interfecto Episcopo Roffensi, in quem regis furor nō alia causa vehementius exarsit, quā quod is in Cardinalium ordinem à Pontifice esset coopatus. Sed audi, quod vincit omnem feritatem. Caput Roffensis inditum stipiti, multis diebus omnium oculis fuit expositum: quod non modō non contabuisse, verū etiam multo venerabilius esse factū ferebatur. Vbi is rumor percrebuit, mox amotum est loco. Et nē quid in Mori capite existeret, quo populus religione turbaretur, audi iam facinus immanissimum. Renouata est Thyestę fabula, & caput eius non nisi longa coctura maceratum, quō celerius diffuere, hastili est impōsitum. Hęc ille.

Reginaldus
Theologus.

Eodē anno 15. Aprilis Reginaldus Doctor Theologus omni virtute, & trium linguarum atq; omnium rerum diuinarum cognitione preclarē instructus, ex Abbacia Londinensi, quā Sion vocant, professione Brigittanarum, itemque alij nonnulli religiosi & secularis iudicibus sistuntur, tanquā qui sententiam Parlamēti nollent admittere. Ibi Doctor ille Reginaldus inter alia palām dixit, Si rex sciret quā malē ipsi persuasum esset à quibusdam regni pro-

scribis, grauissimē indignaturū malis cōsultoribus. Tū verō mox illi indictū est silentiū. Hoc enim malē fortassis sibi cōscij ferre nō poterāt. et dolendum est certē, q̄ non rarō optimi principes improbissimorū hoim prauis cōsilijs trāsuerim agunt, & faciūt plerūquē quod alioqui nunq̄ attentassent, si aliena fraude deprauati nō essent. Deinde iussus est ad quædam respōdere, quod cum faceret magna libertate, rursus flere iubet. Vbi porrō audiuit mortis in se latā sententiā, Hoc est, inq̄, iudiciū huius mundi. Petijt autē bidui triduiue spatii sibi p̄mitti, q̄ se ad mortē p̄pararet: sed respōsum est illi, hoc iā nō in iudiciū, sed regis arbitratu & clemētia strū esse. tū ille, Credo, ait, videre bona Dñi in terra viuentiū.

Iohan. 12.

Psal. 26.

Per idē tempus Carthusiani quoque Londinē in regis irā incurrerūt, q̄ nollēt cū caput Anglicanę Ecclesię agnoscere. Erant in ea Carthusia multi religiosi fratres & Patres, imprimis p̄fectus cœnobij, quem Priorem vocant, Iohannes Houhthōn, cuius fuit insignis pietas in Deum. Dum autem hæc procella in Regno grassaret, & iam Carthusianis periculum impenderet, casu Londinū alij duo Carthusiani Priores venerunt, Robertus Laurens, & Augustinus Vuebster. Cum ijs Prior Iohannes Houhthō accessit Thomam Cromuel regni Cancellarium, sperans se ab illo impetraturū, nē ipse cum suis cogere in regis verba iurare. Vbi preces suas submissē admodū proposuit Cancellario, hoc solum consecutus est, quod mox tanquā regi rebellis, cū alijs duobus Prioribus in carcerem cōiectus est. Ibi Tres Priores hebdomadam vnā exegerunt, Cancellarius cum plerisq; alijs Regis cōsiliarijs venit, hortaturq; vt abiurato pōtifice, Regem caput Ecclesię tam in ecclesiasticis quā in politicis rebus profiteantur. Responsum est illi à patribus negatiuē. Non crū sic didicerant ab Ecclesia Catholica. Itaq; iussi sunt

Carthusiana
Londonē.

Ibi Tres Priores in carcerem cōiecti.

iterum in custodiam recipi. Deinde ad certum diē producti sunt in Concilium, rursumque vt consentirent admoniri, constanter responderunt se nec in minimo velle ab Ecclesiæ sententia discedere. Mox adhibiti sunt Duodecim viri, iussiq; inter se tractare, num mortis rei essent Patres illi, qui nolent in Parlamēti sententia acquiescere. Illi deliberandi spatium proferūt in crastinum. Interim cum essent viri boni, statuunt illos innocētes p̄nunciare, & nequaquam mortis reos. Subodoratus Cancellarius rem sicuti erat, misit ad eos qui percontaretur, cur sententiam cunctantius proferrent. Respondent se nō esse aulos in tam inculpata vitæ homines necis sententiam promulgare. Vbi hoc Cancellarius percipit, ira percitus, euectigio iubet eis renunciari, si quidem illi non inueniant vnde eos reos pronuncient, ipsos reorum p̄nam subituros. Cum verò necesse flecterentur, ipse eos adiit, & crudeles minas intendens, eō parum firmos adigit, vt maiestatis eos condemnārint. Quod cum postera luce fecissent, à iudicibus lata in eos sententia est, quæ solet in reos maiestatis. Inde iterum in carcerem rapti, quinque diebus illic manserunt, multas in terram perpeffi molestias. Postea ad mortem duci iubentur 4. die Maij. Itaq; trahē impoſiti, immò refupini toto corpore alligati, per totā urbem ad locū vsq; supplicij, qui à carcere milliari Gallico aberat, equis trahentibus modò per aspera, modò per cœnosa & lutulenta passim obuia loca raptantur. Vbi eō ventū est, primus soluitur Prior Londinēsis Carthusiæ. Carnifex flexo poplite, vt habet patrius Britanniz mos, rogat veniā crudelis ipsi mortis inferendæ. Id ille magno facit affectu, cōplexus hominē, & tum pro illo, tum pro ceteris Deū orans. Tum verò scalam ascendere iussus, obtēperat incunctanter. Ibi vnus ex consiliarijs Regis, qui illic cum multis hoīm millibus adstant,

Damnantur à Iudicibus.

bant, rogat, num regi & Parlamēto cōsentire velit, impunitatē pollicens, si id faciat. At ille palam testatur, se solo Dei timore, nō vlla in Regē suum rebellioe adductū, id facere neq; posse, neq; velle: immò malle pari omnia, quàm vel latū vnguem à decretis Catholicæ Ecclesiæ deflectere. Porro, inquit, orate pro me, & misereat vos fratrum meorum, quorum Prior immeritus sui. His dictis, breui spatio impetrato, legit sex primos versus Psalmi 30. Mox euerſa scala, mansit pendulus, crasso fune de industria illigatus, nē p̄ſocaretur. Atqui subito alius quidā funē p̄ci dit prius quàm moreretur, sicque lapsus in terram, paulum palpitans ad se redijt. Nec mora, raptus in vicinū locū, & vestibus omnibus magna vi nudatus, trahæ rursus nudus alligatur. Primò carnifex vereda p̄cedit, deinde ventrē scindit, & viscera omnia in ignē projicit, corde transfixo. Quæ omnia vsque adeo cōstanter & placidè tulit, vt & p̄sides & reliqui omnes non mediocriter admirarentur. Caput inde trūcatum est, & corpus quadripartitum. Idem supplicij genus reliqui duo Priores & Doctor Theologus Reginaldus, & quidam presbyter secularis Ioānes Hailus, magna constātia p̄pessi sunt. Nullus in his omnibus neq; in vultu pallor, neq; in sermone trepidatio, neque in vilo corporis gestu mortis formido apparuit: eodē habitu in teterimo supplicio perseuerarūt, quo fuerant in columes, nimirum spiritu eos veritatis corroborante. Alia ratio est eorum, qui pro suis sceleribus vel prauis opinionibus p̄enis subditi, hilaritatē & constātiā p̄ſeferūt. Ea enim nō constātia, sed pertinacia est, prauo animi errore, non recta ratione, concepta, cum vtiquē nō p̄na faciat martyrem, sed causa: ita vt valdè ridiculi, immò insani sint huius ætatis sectarij, qui magna conscribunt martyrologia eorum, qui non fidei, sed hērescos nomine apud Catholicos suppliciant.

Prior Londinens. suspenditur.

Horrendum supplicium.

cij's affecti sunt: quasi verò apud posteritatem illorum memoria venerationi, & nõ excretioni potius, futura sit. Sed his omi illis, ad nostros reuertamur: quicũ tam immaniter excruciantur, rogabant principes: & reliquos circumstantes omnes, vt cõstanter ad supremum vsq; spiritũ benẽ viuere, Regi fideliter seruirent & obtemperarent in omnibus, quæ non essent à Dei & Catholice Ecclesie placitis aliena. Corporum membra aliquandiu cõcta, diuersis Londini locis suspensa sunt, & capita stipitibus infixa.

Nondum tres clapsa erant hebdomada: ab horum patrum necesse, & ecce quidam vilissimi homunciones à Cancellario copiam petunt & facile impetrant quosdã alios Carthusianos Londinenses diuexandi. Itaque Carthusiam aduolant, & Vicarium Hum-

*Tres alij
Carthusiani
mittuntur
in carcerẽ.*

fridum *Widdelmore*, Vuilhelmũ ex *Wewes* & Sebastianum *Wendegate* sacerdotem impotentia infania adducunt cum ignominia ad putentissimũ carcerem, atque illic dies quatuordecim catenis ferreis colla & crura cõstringunt atrociter, itã vt perpetuò erecti starẽt, nulla permissa facultate corporis exonerandi, quod necesse erat magnam illis ex fœtore & communi verecundia molestiam creare. Postea seorsum concilia sunt exhibitã, & cum cõstanter responderent se nolle ab Ecclesia Catholica deficere, & validis rationibus & scripturę sententijs ostenderent, Regẽ sibi nõ posse vindicare Ecclesiasticam

*Afficiuntur
supplicio.*

*9. alij Car
thusiani mo
runtur in
carcere.*

authoritatẽ, idem supplicium, quod superiores, perpesti sunt die 16. Iunii. Erant quidẽ omnes tres grati iuvenes, sed animo cani, & præclara profapia, nec mediocriter eruditi. Et Sebastianus quidem in ipsa Regis aula fuerat enutritus. Verum edocuerunt illi nos suo exẽplo, pro Christi & veritatis amore cõtemnere omnia. Deindẽ anno 1537. decem alij Carthusiani Londinenses in fetidissimum carcerem protrusi, inibi vitã breuẽ cum morte commutarũt,

vno

vno dẽpto, qui annis quatuor vixit ibi in columis, sed tandem idem supplicij genus perpestus est. Multum laboratũ est annis aliquot, vt Carthusiani Londinenses Regi cõsentirent, & modò blanditijs, modò terroribus pulsati sunt, pauci quidam verfutissimis hominum fraudibus decepti, specie quidẽ vifi sunt in verba Regis iurare, sed animo, prorsus detestabantur. Verum horũ imprudens simplicitas hoc smij adepta est, quòd cum seruadẽ Carthusie Londinẽ causa simulatẽ iurassent, illa prima oim deleta est, monachis indẽ omnibus expulsis. Alij quoquẽ duo Carthusiani Londinenses anno 1537. quinto

*2. alij in cruce
acti.*

Idus Iunii suspensi catenis, tam diũ in patibulo hæserunt, doncẽ ossa omnia deciderent. Dicebãtur illi Iohannes *Rochester* & Iacobus *Wannet*. præter hos ob eandem causam supplicio affecti sunt Iohannes Trauersius Doctor Theologus in Hybernia, & Iohannes Stoneus Augustinianus Caruarie in Anglia. Stoneus quidẽ tenebat aliquandiu in carcere, ibiq; ad solita Christianorũ arma cõfugiens, precibus & ieiunio triduano sine intermissione se dedit. Ibi tum ad eum vox facta est, licet neminem videret, q̃ eius appellato nomine, fuffit eum infracto animo pro ea, quam professus erat, sententia mortem oppetere. Multum indẽ ille confirmatus, permanfit constans, nec vllis vel minis vel terroribus potuit à sententia deduci, maluitq; fortiter mori pro iustitia, quam regis parere voluntati. porro Trauersius scriptis q̃-

*Iohannes
Stoneus.*

*Iohannes
Trauersius.*

buldam Romani Pontificis primariam autoritatem cum defendisset, eo nomine accusatus est: & raptus ad tribunal, nõ negauit, sed extensis digitis, His ait, ea cõscripsi, nec me eius facti vnq; vel poenituit, vel Deo benẽ propitio poenitebit. Igit dictata in eum mortis sententia est, grauiusq; de more supplicia supra. Accidit ibi res admiratioẽ digna, quã narrãtũ illi, qui p̃sentes huic spectaculo interfuerunt.

Y 4 Cũ

*Miraculum**Franciscani
in carcerem
mittuntur.**Cromuel
capite ple-
bitur.*

Cum carnifex manum illam amputasset, & spectate populo in ignem coniecisset, reliqua parte exulta, concipiens cum proximis duobus digitis, quibus solemus literas pingere, nulla ratione ignis, licet idem inflamatus, absumere potuit. Quo insigni miraculo Deus, martyrem suam causam bonam tuendam suscepisse, declarare voluit. Causa enim, ut re- & ait Augustinus, martyrem facit, non poena. Præterea male habitus sunt & ad unum omnes in carcerem coniecti patres Franciscani, qui Observantes dicuntur, quod etiam illi, regi assensum præbere nollent, Ecclesiæ Anglicanæ caput sese discutiant. Vtrum autem ex eorum numero aliqui neci dati sint, incertum habeo. Hoc pacto accepti sunt, quæ in bona causa defendenda eam declararunt constantiam, quæ & religio Christiana, & ipsius causæ equitas flagitabat. Verum non diu impunè tulerunt, qui illas cedes innoxiorum hominum patrarent. Nam ipse Thomas Cromuel Cancellarius, post Carthusiam Londinensem directam & vastatam, intra biennium capite punitus est, uti nec quis confidat in principibus. Certè valde impium est, ut possis humanam aucupari gratiam, omnem contempere legem diuinam: & qui huiusmodi sunt, non immerito principum alienissimos etiam post summam gratiam animos experiuntur. Alij quoque alias perpessi calamitates, non diuturno gaudio potiti sunt. Porro insignis illa Carthusia mutata est in officinam scelorum, ubi scortationi, palæstræ & ludis vacaretur. Et hæc quidem & id genus alia tolerat Luteri Euangelium: Diuinas laudes, Ieiunia, Preces, Vigiliæ, Carnis castigatioes, quibus antea illic vacari solebat, tolerare non potest, et ea causa est, quæ hæc noua noui Euangelij dogmata, tam cupidè à plebisque cæcia mortalibus suscipiuntur, quia iucunda sunt & plausibilia carni. O satanæ versutiam. Sed illi timere debet, quod in Iob dicitur: ducunt in bonis dies

dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Et Iob 21. quod Christus ipse in suo Euangelio, Væ qui ride- Lucæ 6. ris, quia flebitis. Hoc sanè permultis locis fecit Luteri Euangelium, ut monasteria vel prorsus euerfa, vel in prophanos vsus mutata sint, scilicet ut extincto cultu diuino, ad Mahometanam insaniam sensim deuoluamur, aut certè in Ethnicismum, ut iam aliquot sit locis, relabamur. Oportet reuerè non Christiani, sed satanæ spiritum esse, qui ferre non potest laudes Dei, studium perpetuæ continentie, contemptum mundi & voluptatum omnium, vigiliæ, ieiunia, preces, voluntariam paupertatem, propriæ voluntatis abnegationem: quæ quidem & id genus alia pietatis exercitia certum est nusquam magis, quam in benè institutis monasterijs, viguisse & vigere. Sed ea, hor tante Luteri, vastata & prophanata sunt, adeo ut ipse Luterus Cœnobium Augustinianum occupauerit, ubi antea multi fratres solebant Deo seruire. Ea ipsa quoque Carthusia Londinensis, de qua nunc agimus, postmodum data est cuidam militi, qui ex ea struxit sibi palatium, templum mutauit in triclinium, & totum serè cœnobium euertit. Paulo antè in eius Carthusiæ templo Regis tentoria & arma bellica tanquam in armamentario reponebantur, imagines non modo diuorum quorumlibet, sed etiam ipsius crucifixi Seruatoris, quæ nos tantæ charitatis admonere debent, cultris cõciderunt, & pedibus calcarunt. In ipsis sacris aris saltarunt, & aleis lusarunt, choreas duxerunt, multaque alia valde detestanda perpetrarunt, cuiusmodi & Arrianos olim fecisse legimus. Ea verò cœnobiorum euersio etiam si nihil præterea mali haberet, tamen vel ob hoc perniciofa nimium est, quod innumeri homines inopes, mendici, calamitosi fraudantur eleemosynis, quæ illic largissimè præstari solebant. Nunc postquam à nobilibus vel alijs prophanis hominibus sunt occu-
pata,

*Carthusia
mutatur in
castrum.*

*Mercatores
Luterani
vellēt salua
cœnobia.*

pata, citius lapidē quàm panē ad fores stipē poscens retuleris. Est & aliud, quod mercatores pelimē habet, qui etiā licet infecti Luterano dogmate, tamē māllet cœnobia pleraque minimē eueria, quāquā ferre non possunt Mendicantium Ordinum monasteria. Causā huius quādoquē audiui ex quodam mercatore egregiē Luterano, qui quoties Luteri nomen promebat ore, nudabat caput honoris causa. Aiebat ille propterea se dolere extincta monasteria, quod olim nobiles consueuissent proles suas in ea intrudere, & facultates suas relinquere, illis liberis, quos domi retinendos censuissent, & tum nobiles fuisset locuplette, nec opus habuisset rapinis & cupidibus. At nūc postq̄ delera sunt Cœnobia, puellōs & puellas intrē coniugia, in dē grande exāmē nobilitium liberorum existere, qui cūm ex parentū facultatibus, inter ipsos pro rata cuiusq; portioē distributis, non possint tantum consequi, vndē sic viuunt quemadmodūm habet nobiliū cōsuetudo: iam nobis, inquit, mercatorib⁹ iter agentibus insidiantur, merces nostras diripiunt, atq; ex rebus nostris p̄das agunt. Itā ille Luteranus nō propter Iesum dolebat subruta monasteria, sed q̄ ipsis iam nō liceret tutō iter facere. Verūm si malū est esse monasteria, ut Luteri habet euangeliū, nō debēt tolerari priuati causa cōpendij vel lucri. Si autē malū nō est ea esse, cur nō etiā ferant Mendicantiū fratrum domos, cūm tamen ex illis plerunq̄ plurimūm capiant solatij & subsidij spiritalis, dum ab illis vel in confessione, vel in facris cōcionibus & multis alijs modis, rectē ac piē instituūtur? Sed hoc ipsum scilicet dolet malo demoni, & idē dedit operam, vt Mendicantium Ordines prorsū profligati sint, vbicunq̄ Luteri Euangeliū dominatur. Sed & alia omniū Ordinum cœnobia innumera aut destructa, aut miserē expleta & deformata sunt, iacetq; prorsū omnis cultus diuinus,

*Cœnobia
euerit Lu-
teri euāge-
lium.*

diuinus, nisi quod Dominicis dieb⁹ apud sectarios in templo conueniūt Evangelici fratres & sorores, & ibi aliquem Germanicē vel alio idiomate vulgari psalmum cātillant, suamq; cœnam peragūt, nihil à prophano conuiuio discrepantem, cūm plerunq̄ nō sint facris initiati, qui illis cornā suam cōficiunt, vt idē quoq; corpus & sanguinem Domini cōficere nō possint. Si qui verō inter eos sunt apud Catholicos sacerdotio initiati, illi si cōficiūt Eucharistiam, tamē negant manere corpus & sanguinem Christi extra sumptioem. In dē fit, vt æditus quod superest vini, plerunq̄ secum domū absportet, hilariter cum suis inter edendū illum positans, non absq; summa cōtumelia tanti sacramēti. Nam licet illi negent esse verum sanguinē, nō tamen p̄pterea desinit esse verus sanguis, si sit semel ritē consecratus. Sed ad institutum redeamus.

Hoc anno rebus tam prosperē ad Luteri voluntatem in Anglia præter eius expectatiōem fluentibus, magis etiā ferocire cœpit. Scripsit acerbē & suo more calumniosē in principes & ordines Catholicos Imperij, inter alia vocans eos seditiosos & rebelles Cæsari, atq; fures Dei, vt q̄ neque Deo, neque verē Ecclesię Christi, (scilicet Luteranę) neque Cæsari aut vlli potestati obedire dignātur. Sed hæc citra dubiū in nullū verius quā Luterū ipsum & eius similes quadrant, qui sic Papę iugū excusserūt, vt nullum omninō imperium ferre velint. Inuehitur deindē, & quidem vel maximē seditisē, in Cardinalē Mogūtinum, idq; in hunc modum, quanuis Teutonicē: *Si ciues Hallenses & subditi prouinciales* Nota seditio-
Archiepiscopatūs Magdeburg. Episcopum Moguntinū tyrā- osum scri-
num suū Cardinalem expellerent aut interficerent, is sic fa- ptum.
cerent ei. Vbi verō Christus vnquā dixit Iudæis, Si
pontifices, scribas & Phariseos vestros interficiatis,
rectē facietis? An nō potius dixit, Super Cathedram
Moïsi

*Luterus in
Catholicos
principes.*

Matth. 23.

Mois̄s federunt scribe & Pharisei: Osa quecunque dicunt, facite? Quod si Catholici scriberet subditis principū Luteranorū, Præclare egerit, si tyrannos principes vestros tuleris è medio, quas turbas Luterus cum suis concitaret? Quid verò futurum est in orbe Christiano, si liceat subditis priuata auctoritate vel expellere, vel trucidare suos principes? dignus ergo Luterus erat, cum ad huiusmodi nefariū scelus, Cardinalis Moguntini subditos incitaret, qui seditiosorum pœnas lueret. Mirū est, nusquam videre potuisse homines, quam nihil Luteri Euangelium cōsentiat cum Euāgelio Christi: tum quoque, quam ille nusquam sibi cōstet, sed tam sit in doctrina varius & inconstans, quam se illi diuersa scribēdi argumēta obtulerūt. Hęc verò idcirco sepius repetuntur, vt vel posteritas discat nostro magno malo sapere. Vt autē in moguntinū Principem tam impotenter Luterus incurreret, ea res in causa fuit, quod is princeps iusserat subditos suos Luteri fermento deprauatos, rebus suis distractis, aliō emigrare, nē reliquos inficeret: que quidem non tyrannica fuit, sed admodum tolerabilis multa, nisi quod Luterani licuit dicere quiquid libuit. An non verò Luterani magistratus in Anabaptistas gladio animaduertunt? Cur id non reprehendit Luterus?

Per id ferrē tempus fuit quidam Hallæ Saxonica ciuis, eiusdem Cardinalis subditus, nomine Casparus Querhamer, homo laicus, sed non planē stupidus. Is mira Dei prouidētia in summā Luteri ignominia miro studio magnaq; soletia ex diuersis Luteri scriptis collegit 36. pugnātes & planē cōtrarias sententias de communione Eucharistię sub vna vel vtraq; specie, casq; in magnā digessit tabulam, que possit ad parietem suspendi. An nō verò longē turpissimū est, in re tanti pōderis tam esse variū & nūquam sui similē? Et itā quidē in hoc vno articulo il

Caspar
Querha-
mer.

le lubricus & varius fuit. Quis verò etiā de alijs articulis eius antilogias vel numerare sufficiat? Verū ille laic⁹ postea in bello Smalcaldico malē multat⁹ est ab euangelicis. Feri em̄ ad virilia ligato fune demiss⁹ in puteū, illicq; diū tort⁹ cum in catholica fide cōstantissimus permaneret, rursus extrah⁹ fuisse. Eant sanē Luteri symmysta, & quantum velint, sui Luteri Euangelium laudibus vehant: veniet, veniet ille dies, quādō eos vehementer pœnitebit, sed serō, tam inconstantem doctrinam nō toto pectore esse execratos: ne habeat quod in sui excusationem adferant, quādō ea inconstantia vel sola abundantissimē docere potuit, Luteri Euangelium non alium quam ipsum mendacij parentem, satanā habuisse authorem, vt iam sepius dictum est.

Hoc anno ipsis ferijs diui Iohannis Baptistę Monasteriū Vuestphalię metropolis expugnatur. Que ibi tum gesta sunt, iam supra diximus.

Eodem anno conati sunt Anabaptistę Amsterodamum in signe Hollandię emporiū fraude & dolo obtinere, sed frustra. Fuit per id tempus Frisia quodā ab ea hominū peste vindicata. Inuaserunt Anabaptistę Amsterodamum nocturnis horis, Senatū vi occupant, vigiles & plerosq; ex Senatu perimūt: sed tādē superati, pro meritis pœnas luunt, easq; valdē acerbis. Habuerunt episcopum quemdam suum, cui⁹ caput affixum palo, in vrbis turri collocatum est. Iam paulō antē in signe quoddā Frisicę cœnobium aquarum ambitu egregiē munitum occuparant, sed Frisicę præfectus opportunē illorum conatibus occurrens, iugulauit omnes fortissimē repugnātes, in quibus etiā virgines quędam erant, quas ob pertinaciam eadem pœna inuoluit. Faxit præpotens Deus, vt ea hominum lues principum & magistratū negligentia & dissimulatione non maiora indiēs accipiat incremēta, & rebus Christianis

Anabapti-
ste inuadūt
Amsteroda-
mum.

maximam adferat cladem & calamitatem. Iam enim non paucis Germaniæ locis licet eis impunè degeret, atque sensim apud Catholicos quoque in magnas urbes irrepunt, & sic paulatim coalescunt & augetur magno Reipublicæ detrimento.

Hoc anno 8. Idus Ianuarij in Anglia diem vite extremum clausit optima & constantissima Herois Catharina, quam rex Angliæ Henricus VII I. malè persuasus, à se separarat, cum iam viginti annis eam in matrimonio habuisset. Ea quidem post diuortium illud infaustum, se contulerat in Comitatum Bedfordiensem ad villam regiam, quam appellant Kymbalton, cælo parùm salubri sitam, vixitque illic admodùm religiosè & sanctè, magnoque animo illam separationem fortiter perferens, quanquam non dubium est, acres illam interdùm animi dolores sensisse, quòd videret regem parùm memorem salutis suæ, ipsa contempta, Annam Boleniam sibi copulauisse. At hoc mensè & anno grauitè laborans aduersa valetudine, missa ad illam ab Henrico rege Cæsaris Oratore, saluere iussa est. Porro sexto post die sentiens mortem adesse pro foribus, vocat ad se ancillam nõ indoctam, cuique ad regem dicit Epistolam in hæc verba: Domine mi Rex marite semper charissime, salua. Iam aduenit hora mortis meæ, in quo temporis puncto amor facit, vt te paucis admoncam de salute animæ tuæ, quã debes cunctis mortalibus rebus antepondere, neglecta præca omni corporis cura, propter quam & me in multas misérias, & te ipsum in sollicitudines plures coniecisti: sed hoc tibi ignosco, ac Deo tibi ignoscat tam velim, quàm precibus pijs oro, quod superest, commendo tibi filiam communem nostram, in quam (quæ ego) officium illud paternè totum conferas, quòd ego à te aliàs desiderauì. Prætereà precor summè, vt ancillas meas respicias, easque suo tempore

benè

benè locare nuptijs placeat: quod multum non est, cum non sint nisi tres: & dare meis ministris stipendium debitum, atque in vnum etiã annum ex tua gratia, benignitate, liberalitate futurum, nõ deserti vel inopes esse videantur. Postremò vnum illud testor: Oculi mei te solum desiderant, Vale. His literis scriptis, eodem die mortua est, facile autem hinc liquet, quàm castè matrimonij iura coluerit etiã in ipso diuortio, cum se scripsit, nullum nisi Henricum petere. Rex certè literis his lectis, lachrymas tenere nõ potuit. Corpus optime principis ad Burgum Petri delatum, in cœnobio monachorum D. Benedicti, honorificè tumulatum est. Quidam vir impensè doctus, annotauit huius optime & sapientissimæ reginæ dictum memorabile, quod huc adscribere visum est: Aiebat illa, se quidem temperatam & mediam quãdam fortunam malle, quàm vel

Apropheta
gma eius.

asperrimam vel lenissimam: alterutrũ tamen optandum si esset, electurã citiùs tristissimam, quàm blandissimam: Infelicibus non deesse cõsolationem, fortunatissimis deesse mentem. Fuit hoc dictum verè pudici pectoris & sapientis, vt ait idem.

nem

Eo ipso anno Carolus Cæsar inuictus, sentiens alieno in se esse animo quosdam Europæ proceres, non se deserit, sed vt erat mirabili prudentia, hostes suos anteuertere studet, vt sibi potiùs timerent, quàm ipsi bellum inferrent. Itaque in Africam ad opprimendum Barbarissam expeditionè parat, honestissimis & Christianæ Reipublicæ vtilissimis ad id rationibus inductus. Galliæ rex nullam interim feropem, sed potiùs animo in Cæsarem alieno visus esse, licet eius sororem in matrimonio haberet. Neque ea res latuit Italos. Itaque & Genuenses & Florentiæ Dux Alexander sese egregiè communièrunt, si quid fortassis vellent Galli moliri, porro Paulus Pontifex aliquot triremes in Africanam expeditionem

Cæsaris
AfricanamCatharina
regina desce
dit.Epistola
eius ad re-
gem.

*Apparatus
belli.*

*Classis Cæ-
saris.*

*Pontifex be-
nè precatur
classis.*

*Periculum
Cæsaris.*

nem Cæsari misit subsidio, nolens deesse publicæ fa-
luti & vilitati. Interim in Hispania magnus sit bel-
li apparatus, adeò vt rumores de Gallo, Britannoq;
rege & Helueticis sparsi, facile extincti sint. Veneti
ob fœdus ante annos triginta eum Baiæzete Turci-
co Imperatore percussum, nihil ad hoc bellum con-
tulerūt, huius sacre expeditionis spectatores futuri
potius quàm adiutores. Sed hoc quoque quoddam
fuit auctarium calamitatū afflicte Reipublicæ. Por-
rò vniuersa Hispania in hoc bellū egregiè incubu-
it. Andreas Auria ob singularem fidem & rerū ma-
ritimarum peritiā, à Cæsare suorum consiliorum
factus confcius, ingentem comparat classē, in qua
erat quadriremis vna, quæ Cæsarem ipsum vehe-
ret, cuius remiges omnes fericis erant vestiti tuni-
cis, & ipsa nauis multo ornata longè elegantissima.
Paulus Pontifex Andree Auria dono misit ensem
solemni ritu consecratum, cuius erat gemmis orna-
tus capulus, multaq; alia eiusdem gladij insignia
ornamēta. Misit etiā pileum è villoso serico mar-
garitis Phrygio opere depictū. Eiusmodi verò mu-
nus dari solet magnis regibus: nec tamen immeritò
datum est Andree Auria, maritimis contra Turcas,
mauros, & piratas bellis clarissimo duci. Ea res stre-
num alioquē seriem magis etiā ad res præclarè
gerendas incitauit. Interim Mediolani Cæsar reli-
quit Antonium Læuā, virum in rebus bellicis pro-
pè incomparabilem, qui sua diligētia res Italię tue-
retur. Porrò Paulus Pontifex ad Centum cellas subsi-
stens, indè benè precatus est exercitui in Africam
traijcieni. Venit autē ad Cæsarem etiā Ludouicus
Lusitanię regis germanus frater, cuius sororem in
matrimonio Cæsar habebat, cū classe viginti quin-
que nauū, in quibus præter nautas descripti milites
erant ad duo millia. Inter nauigandum verò accidit
casus inopinatus. Quadriremis prætoria, qua Cæsar
veheba-

vehebatur, hæsit in vado sabuloso, eratq; res plena
periculi, nisi q̄ Andreas Auria, mirabili industria
celerrimè ex illo arenæ tumulo nauim curauit ex-
trahi. Mouit ea res nō parūm Cæsaris animum, qui
sciret patrem suū Philippū in simile discrimē cōie-
ctum, minimè euasurum fuisse, nisi grādi miraculo
ingēs fluctus nauim, qua vehebatur, vltra sabuli tu-
mulos extulisset. Tota autem hæc Cæsaris classis se-
ptingentis ferè nauibus cōstitit. barbaruffa vbi cer-
tò comperit, Cæsarem ipsum in classe aduehi, vehe-
menter animo angi cœpit. Non enim putārat Bar-
barus Cæsare tam difficile & periculosum in steri-
li & sabuloso ac omnis penè aquæ indigo solo, sol-
stitialibus præsertim diebus, bellum susceperat, sed
illud potius per suos duces administraturum. Hor-
tabatur nihilo minùs suos, vt se viros præberēt, nec
de victoria quicquam ambigerent: inprimis autem,
vt Guleta defendendæ fortissimā operam nauarēt.
Est autē Guleta turris lateritia, circum adiectas ha-
bens munitiones, eamq; Barbaruffa multis tormē-
tis egregiè instruxerat. Vbi tota classis ad ancoras
cōstituta fuit, Cæsar iussit milites scaphis se in
continentem transferre: quod adeò compositè factum
est, vt mox Barbari omnes, nullo commisso prælio,
è littore profugerint, nostrorum bombardas mini-
mè ferentes. Descendit & Cæsar ipse in terram, bo-
næ spei & multæ alacritatis plenus, nō suis, sed præ-
potentis Dei viribus innixus, qui haud dubiò illius
& fautor & protector erat. missi sunt autem, qui ex-
plorarent omnia. Ibi tum Numidæ, velox, insidio-
sum & summi laboris militū genus, vbi què nostris
sefe offerebant valdè infestus, sagittis, iaculis, lapi-
dibus incautos atrociter vulnerātes. Verūm Cæsar
eorum feritate nihil deterritus, licet amici graues à
tam p̄senti periculo eum reuocare nitentibus, cum
paucis exploratum iuit, vndique volitantibus Nu-
midis,

midis, quos ille mira animi constantia contempfit. Pugnatum est interea aliquoties, irrupentibus Barbaris in nostros, & modo illi, modo nostri victores abierunt, donec tandem paucos post dies Cæsar oem vim expugnandæ Guletæ adhibere constituit. Iam enim militum corpora morbis vexari cœperat, quod interdum vehementissimo solis ardore torrerentur, noctibus verò nimio cæli rore perfusa, p̄p̄modum præ frigore rigere videretur. Huc accedebat, quod Barbarussa ingentes Numidarum copias mercede conductas in dies expectabat, quorum aduentum Cæsar antevertendum putavit: & quantum Cæsar insigni pietate agris opem ferret rebus necessarijs abundè suppeditandis, tamè in arenoso solo vix vlla dabatur copia dulcis aque, ita vt tum sani, tum ægri ex acrioribus pomis siti vtrunque mederi cogerentur, quæ res nõ erat commoda valetudini. Itaq; Cæsar bonis quibus ad Idus Iulias iussit tormetorum omnem apparatus ad Guletam oppugnandam adhiberi. Andreas Auria à mari eius munitionis diuerberandæ negotium suscepit. Tum verò ab aurora vsq; ad meridiem tanta tormetorum vis is locus est oppugnatus, vt nõ modò cõcuti tellus, sed tota passim hiscere videretur: porro mare, paulò antè tranquillum, mirabiliter concitari & exstare atq; feruere cerneretur: cælum autem ipsum, densissimæ fumæ caliginè omnium oculis eriperetur. Ea vi turris cum suo antemurali penitus prostrata, & munitiones omnes late dissectæ, non omnino difficilem nostris inuadendi aditum præbuerunt. Vt verò animis magis incalcesceret, quidam monasticæ vitæ professor ligneam crucifixi Seruatoris imaginem præferebat. Ibi iubente Cæsare alacriter nostri milites in Barbaros irruerunt, nihil morati tela omnis generis & missilem ignem tenaci flama armis adherentè, quæ ab illis in iubeentes conijciebatur, Quâobrem ter-

riti,

riti, fuga sibi consulunt immanes Barbari, quorum non pauci in illo itinere cæsi, & in stagnum detrusi perierunt. Porro paucis è Cæsaris exercitu desideratis, tormeta omnia & tota Barbarussæ classis, quæ intra Guletæ fauces subducta fuerat, in ius victoris Cæsaris concessit, magno quidem Cæsaris cõmodo & voluptate, sed summo Barbarussæ & feruissimorum piratarum detrimento, qui acerbissimè ferret sibi totius navigationis & maris facultatem ereptam. Illi verò qui è Guleta profugerant, vbi Tunetum ad Barbarussam venere, ab illo cõtumeliosè primùm accepti, sed mox repressa ira, ad audendum fortiter animati sunt, quod Afrorum & Numidarum auxilia iam appropinquarent.

Dum hæc geruntur, in castra Cæsaris venit Muleas rex tunetanus, quem Barbarussa è regno exturbat. Fuit is procera statura, suffusco vultu planeq; virili, sed admodum strabus. Vbi Cæsaris dextrâ deosculatus est, more patrio humi collectis cruribus, sedit in tapete substrato, & per interpretè supplex petijt ab Imperatore restitui sibi paternum regnum, multâ eo nomine pollicens Cæsari fidè & id genus alia. Cæsar illi omnia liberaliter daturum recepit, hortâs vt nõ Punica, sed integra fide pmissis staret. Erat in illo Barbaro & Mahometanè stultitiæ p̄fessore rege magna tum bellicæ exercitatiõis, tum rerum celestium ex aerrois disciplina peritia. Iussit autè Cæsar tedi ei tabernaculum, & hospitali liberalitate tractari hominem. Idem autem ipse in Cæsaris exercitu precipue mirabatur numerum atq; ordinem tormetorum, & incredibilem in foro rerum venaliu omnis generis copiam, & militum res necessarias ementiu modestiam ac tranquillitatem. Ab illo verò multa didicere duces exercitus, quæ Cæsari magno vsui fuere ad oppugnandum Barbarussam.

Guleta expugnata, Cæsar ad Tunetum iter intè-

Guleta oppugnatur.

Guleta expugnatur.

Muleas rex.

Numidarum
mores.

dit. Interim verò dum multa secù animo reputat, & omnia diligenter expèdit, commissà sunt varia cum Numidis prælia. Solent Numidæ ferociter aduolare, & rursus mira vafricie, si premantur, fugam arripere, vt insequentes longiùs proluciant: tum verò còuersis armis, paucos multi circumfisterè, & nullo negotio trucidare. Cæsar vbi animaduertit Hispanos à Numidis in pugna quadã premi, acriter cum grauis armaturæ equitibus in Barbaros inuectus, eos in fugam præcipites egit: eoq̃ue die non solùm strenui ducis, ante alios armatus in acie consistens, sed etiã fortissimi militis officiũ præstitit, ciuicamq; coronam meruit, Andrea Pontio equite nobili ab hostibus circumuento, & sua ope liberato. Erat per id tempus quidã togati homines, qui Cæsare hortarentur ad maturè discedendum ex Africa, quòd iam fatis multa laude potius esset, Guleta expugnata & piratis egregiè edomitis: verùm illos Cæsar graui oratiõne, vt erat vir longè prudētissimus, præclare compscuit, Guletam autem rursus cõmuniti iussit, imposito plùs mille Hispanorũ præsidio. Inde Tunetum versus promotus est totius belli apparatus. Cæsar Vastium eo bello, eaq; præsertim die, qua cum hoste cõstingendũ erat, Imperatorem pronunciãrat. Habebãt Itali, Hispani, Germani, singuli suos duces, qui eos hortarentur: verùm Cæsar ad omnes ordines adequitans, alacri vultu & ingētis fiducia hortabatur, vt fortiter cõtra Christi inermes inimicos decertarent, prædæ loco ipsos habituros urbem locupletissimam. dici vix possit, quantum ea Cæsaris alacritas inflammãrit militum animos, itã vt intolerabiles labores, præsertim sitis molestias, fortiter pertulerint, licet quidã egrè in officio cõtineri potuerint, quos tamen Cæsaris præsentia & feueritas ad sanitatem citò reduxit. Vt enim erat natura clementissimus, sic etiã vbi res poscere vi-

Guleta in-
flauratur.

debat, non deerat illi Imperatore digna feueritudo.

Iam ad Tunetum propinquabat exercitus, & ecce *Exercitus Barbarussa* immensas Barbarorum copias in aciem *Barbarussa* producit, quæ ceterum millia hominum excessisse feratur. Tum verò Vastius, quem (vt dixi) Cæsar Imperatorem eo bello esse voluit, antequam cum hoste manus cõfererentur, sic ait ad Cæsare: iure meo vtens, iubeo vt hinc abscedas ad mediam aciem, vbi sunt vexilla, nè fortuito incidetis pilæ casu vniuersa cõmunis fortunæ salus, vnius hominis periculo, inexpiabile subeat discrimen. Cæsar subridens, metu vacuum eum esse iubet, quãdò nemo Augustulorũ Cæsarem tormento sublatus esset: at nihilo minùs pro sua singulari modestia dictis illius obtèperans, confestim quò iussus erat, abscedit. Inde signo pugnae dato, tanto impetu nostri in Barbaros irruerunt, vt trecentos scelopettis peremerint ante cõflictum, reliquos omnes in fugam coniecerint, tormentaque ab illis relicta ceperint, præ dolore & ira dentibus frendente Barbarussa, & cum Turcis Tunetum properante. Erant Tuneti multa millia captiuorum Christianorum. Hos omnes ille immanis Barbarus, circumposito puluere tormetario, in carcere concremare voluit. Verùm dehortante quodã insigni pirata, sententiam mutauit. Eius autem crudelis cõsiliij fama iam in carcerem peruolãrat misericordia duorum libertorum, Frãncisci Hispani & Vincentij Dalmatæ, qui licet Barbarussæ essent alumni, tamè insigni pietate permoti, patefacto carcere, instrumẽta, quibus catenas frangeret, miseris illis obtulere, mox ruptis catenis, nudi homines *Captiuo oculo* alijsq; correptis rebus Turcas inuadit. Fugiant ex *cupiant arcẽ* arce Turcæ. Christiani captiuu totam arcem occupant, aliquot cæsis Turcis: regio thesauros omnes, omnem commeatum & arma intercipiunt, & è sum-

Congressus
pugna.

ma arce Christianis dudum ablatū vexillum expan-
dunt, vt Cæsari & eius exercitui captā arcē signifi-
cent. Barbarussa ad arcē reuertit, falsis dijs suis cre-
brò maledicēs, & nimio furore percitus, aperta que
ianua supplex & propè lachrymans orat Christiano-
nos, vt ipsum intrò cum suis recipiant, cūctis liber-
tatem pollicitus. At illi certatim in eum saxa conij-
ciunt, ità vt totus præ ira insanens, rebus deplora-
tis, cum septem Turcarū millibus, turpi arrepta fu-
ga Hipponam, vbi olim D. Augustinus incompara-
bilem egit Episcopum, properaret. Ea re cognita,
Cæsar propius urbem castra mouet, cui Magistratus
clauēs deditæ vrbis obtulerunt, id enixissime obse-
crantes, nè militem intra urbem admitteret. Ad id
Cæsare cunctantius respondente, milites frementes
& omnis morè impatientes, vel iniussu Cæsaris cer-
tatim in oppidum irruunt, frustra deprecante Mu-
leasse. Et ipsi quidem Cæsari vehementer suspecta
erat Punica fides, vt non sine causa cunctantius pre-
ces Tunetanorum admisisse videatur. Nam stipen-
dium per Muleassem pmissum, astute & vafre pro-
trahebant, visuri qui Barbarussæ successus forent,
Primus cum parua manu ad arcis portā accessit Va-
stius, quem Christiani paulò antè captiui, gratula-
bundi exceperunt. Arce in potestatem redacta, mili-
tes agminatim irruunt in urbem, Itali & Hispani in
prædas inhiant, Germani Mahometano sanguine
fundendo sitim suam explent, nulli omnino parcen-
tes neque ætati, neque sexui: quæ res permouit Cæ-
sarem, vt proposito edicto, capitis poenam minare-
tur omnibus, qui Tunetano ciui vim intulissent, Cæ-
sar arcem ingressus, captiuis Christianis libertatem
& nauigia atq; comœtatū, quibus in patriam redi-
rent, promittit. Porrò Frâcisco & Vincentio Barba-
russæ alumni, qui rumpendorum vineulorum au-
thores miseris fuerant, pecuniâ æ vestem largitur,

Tria

Tria præcipuè in arcis Tunetanæ direptione Mule-
asses deplorauit, Arabicos imprimis codices antiq-
simos, qui non modò disciplinas omnes, sed etiã
superiorum regum historiam, & Mahometanę sup-
stitutionis interpretationem continerēt, quorū Mu-
leasse iacturam tulit grauissimè. Secudò vnguenta
& aromata odoris incomparabilis, ambram, moscū
& zibetum, quæ plūbeis oculis & arculis eburneis
asseruabantur, & neutiquã vulgaris erant præcij.
Tertiò pigmèta & colores varios & admodum præ-
ciosos, quos milites dissipatos cõculcârât: multum
illic lazurij, multum cocci & laccæ Indicę pijsse do-
lebat Muleasse. Inuenta quoquè sunt in arce arma
& ocreæ Gallorum equitum, qui ante annos trecẽ-
tos cum Ludouico rege Tunetum obsederant.

Dum hæc geruntur Tuneti, Barbarussa venit in-
columis Hipponam, & ibi trirèmes quatuordecim
in stagno demersas celerrimè educit, seque egregiè
munit. Interim missis ex nostris, qui eius iter impe-
dirent, cum parum essent rei naualis piti, re infecta,
ad Cæsaris exercitum redierunt, nec sine magno
Christianorum detrimento illi sæuissimo piratę ad
Algieram primò, mox ad Byzantium elabendi in-
gens spatium præbuere. Ea res vehementer cõm o-
uit Andream Auriam, ità vt non planè desperans se
hostem posse consequi, Hipponam contendit:
porrò non inuento Barbarussa, urbem cepit, muros
destruxit, arci præsidium imposuit, quam tamè Cæ-
sar paulò post iussit funditus eueri. Deindè Mule-
assem Cæsar regem Tunetanum pronunciat, tribu-
tum imponit annuum falcones duos & totidem è
Numidia velocitate conspicuos equos, ea conditi-
one, vt Christianis amicus, turcis hostis, Cæsari ad-
dictus sit, & Hispanis, quos Guletæ amplius mille
præsidij loco imponebat Cæsar, stipendium persol-
uat.

Barbarussa
abit Byzantium.

Barbarussa
fugit.

Tunetum
diripitur.

*Cæsar venit
in Siciliam.*

His gestis, Cæsar ab Africa solvens, cum tota clas-
se Siciliam contendit. Ibi triumphali pompa excep-
tus, & passim pecunia donatus, inde Neapolim p-
uenit. In ipso itinere nunciata ei est mors Francisci
Sforciæ, qui non ita pridem Christianam Christi-
ni regis Danorum filiam duxerat. Eius mors nouos
in orbe Christiano, Gallis Mediolanum pertinacis-
simè repentibus, tumultus & clades excitauit, he-
reticis interim mirè exultantibus, quòd nò deesset
Carolo Cæsar Christianus rex, qui eum suis armis
ab ipsorum còercitione retardarèt. Quanto satius
fuerat, Mediolanum vel terrè hiatus absorptum ab
hominum conspectu penitus tolli, quàm eius causa
Christianum orbem tot mala perpeti? Putant pleri-
que potentes, se insignem sibi comparare gloriam,
si ius suum, quod tamen plerùquè vel incertum ha-
bent, vel etiàm nullum se habere non sunt nescij,
egregiè tueantur, etiam si interim totus debeat per-
turbari & perire orbis. Sed huiusmodi studijs non
valdè magnà sibi laudem parant apud cordatos &
Christianæ pietatis amantes. Verùm hæc Deus iustus
iudex iudicabit, nos ad alia transeamus.

Sub huius anni finè Saxoniz elector ex Austria,
ubi Ferdinandum regem conuenerat, domum pro-
ficiscens, Pragæ appellatus est à legato Pontificio
Petro Paulo Vergerio, qui illi Pontificis sententiã
de Concilio indicendo, itemq; de loco Concilij in-
dicauit, simul etiàm de sententia Cæsaris & Ferdi-
nandi regis certiorum eum reddidit, quòd eis non
displiceret Mantua, quam Pontifex Concilio desti-
nasset. Saxo respòdit, se cum socijs Smalcaldici fe-
deris deliberaturù. Decembris die 26. ex Conuètu
Smalcaldico responderunt Protestantes inter cete-
ra, sibi Mantuã nò placere, neq; perpeffuros ipsos,
vt in còcilio Pontifex sua authòritate vtatur, quòd
ille sit ipsorum aduersarius, qui dogmata ipsorum
damnàrit.

*Legatus Pon-
tificis agit
cum Saxonie.*

damnàrit. Itaq; eum iudicem esse non posse, sed ex
voluntate Cæsaris, regum & principum deligendos
idoneos viros, qui iuxta verbù Dei causam cogno-
scant atque definiant. Idoneos autem viros vocant
haud dubiè Luterum, Melancthonem, Bucerum,
Pomeranù, & id genus alios apostatas monachos,
quos certum erat hæreseos nomine damnatos esse,
& vel maximè reorum personã sustinere, atq; idèò
nulla ratione posse sententiam pronunciare. Atque
itã Protestantes Concilium quidem se vehementer
optare & expetere dixerunt, sed à suis còcionato-
ribus malè persuasi, tale Concilium petierunt, qua-
le nulla vnquàm ætas verum & legitimum esse pu-
tauit. Cùm verò verbum Dei aliter Luterus, aliter
Zuinglius, aliter Anabaptistæ, aliter Zuencfeldius,
aliter Seructus exponant, quis vnquàm sanè mētis
ex sola verbi Dei litera, nò adhibita Catholicæ Ec-
clesiæ interpretatione, aliquid certi in Còcilio sta-
tui posse credat? Itã his tergiuersationibus nouorù
Euangelistarum siue dogmatistarum id apud Pro-
testantes Magistratus effectum est, vt Concilii nul-
lum admittere velint, cui Pontifex ab omni antiqui-
tate recepto more præsideat, & ipsam quoquè Syn-
odum Tridentinam, cui grauissimi & longè doctis-
simi viri interfuere, non magnipendant. Sed abst-
r, vt Ecclesia DEI alium habendorum Conciliorum
modum à Sectarijs accipiat, quàm ipsi traditus est
ab Apostolis & Apostolorum successoribus. Quòd
si verò ex sectariorum sententia mutãda est Syno-
dorum habendarum ratio, iam faciliè quilibet ob-
tinere illi poterunt. Sed itã tñ, vt aliud statuatur Syn-
odus Luterana, aliud Zuingliana, aliud Anabaptis-
ta, aliud alia nupèr natorum schismatum. Porrò in
hoc Smalcaldico Protestantium Conuètu fuit eti-
àm Galliæ regis legatus. Rex ille Germanorù Prin-
cipum captauit gratiam, vt potè qui iam bellum in

*Concilium
non recipiunt
Euangelica.*

*Gallus ca-
piat amici-
tiam Ger-
manorum.*

Italia gerere decreuisset: atque interim nihilo minus in regno suo seuerissima sumpsit supplicia de nouorum dogmatum assertoribus vel sectatoribus. Itaque quod Luteranorum Principum captauit beneuolentiam, sui aduersus Cæsarem communiendi causa id fecit, non quod illorum religionem probaret: & rursus Luterani in eis se amicitiam eadem omninò ex causa insinuabant, alioqui propter diuersam religionem non magnoperè addicti Gallicis. Timebant enim utriusque Cæsaris potentiam, atque ideò modis omnibus communire se studebant.

Hoc tempore Zuingliani Tigurini, offensi scriptis quibusdam Luteri & complicitum eius, præsertim quod scripsisset Luterus Oecolampadium subito à diabolo præfocatum expirasse, synodum Tiguri conuocant sexta Augusti ministrorù Euangelij sui ex urbe & agro Tigurino, ubi definitum est, Apologiam Latinè & Germanicè edendam contra Luteri & gregis eius calumnias. Sed hoc tam egregij conuentus decretum vnus Vuolffgangus Capito Argëtoratensis ecclesiastes Zuinglianus, impediuit ad tempus non longum. Interim Luterus s. Octobris scribit ministris Argentinensibus, se nò alieno esse animo à concordia: itaque hortatur vt synodum indicant, in qua de illa tractetur. Mira res. Nolunt isti Romano Pontifici licere conuocare Synodum, & interim ipsi tam multas cogunt synodos autoritate prorsus nulla. Ista imposturas indoctum vulgus non aduertit, Principes alijs occupati, nò satis considerant, & ità impunè faciunt noui dogmatibus quicquid libet. Conuenerunt igitur Arouia, quod est oppidum ditionis Bernensium, quinque Euangelij Zuingliani predicatorum, qui tutissimam aliquam formam conscriberent concordia cum Lutero in eundem. O miseram Europam, quæ non videt, quid

*Synodus
Zuinglianos
vs Tiguri.*

*Synodus alia
Arouie.*

sub

sub prætextu Euangelij moliantur horum temporum pseudo euangelistæ. Si à Deo missi sunt, vt iactant, cur non idem docent? cur tam atrociter inter se digladiantur? An non meritò pereunt, qui tales duces sequuntur?

Hoc quoque anno & apud Cæsarem & Ferdinandum regem impensè laborarunt Protestantes, vt fas non esset Cameræ Iudicibus tueri causam Catholicorum, quibus ipsorum facultates essent sub religionis prætextu creptæ. Id quidem certè durum fuit, & nò multum à barbara feritate alienum, monasteriorum & Cleri bona diripere, nec tamen patere miseris per fugium ad imperij Iudices, quorum autoritate possent ius suum obtinere. Quid verò faceret vel Cæsar, vel Ferdinandus, cum & Gallus minime quiescendum sibi putaret, & Protestantes iam vsque adeo viribus creuissent, vt si quid minus impetrassent, facile vi extorquere posse viderentur? Interim valdè quiritabantur Euangelici, si quid à Cameræ Iudicibus contra ipsos hoc nomine decretum fuisset, & tamen ferre nolebant, vt de suis iniurijs quererentur Ecclesiastici, vel res suas repeterent. Atque hæc quidem & id genus alia vocantur purum Euangelium, pura doctrina, purum verbum dei. Sic olim Iulianus apostata fertur dixisse cuidam locupleti Christiano: Christus vester in Euangelio præcipit, vt relinquatis omnia: Da ergò mihi facultates tuas conuenienter Christi Euangelio. Sed nò præcepit Euangelium, ait Christianus, vt diuitibus, sed vt pauperibus res nostras largiamur. Porrò Luteri Euangelium nò hortatur, vt tua relinquas, sed permittit etià, immò & præcipit, vt aliena tibi usurpes. O prodigiosam rerum omnium in deterius mutationem. Olim Germani Principes, Augusti Cæsares celeberrima passim in Germania collegia, episcopatus, Cœnobicia fundarunt, & amplissimis redi-

*Protestantes
volunt silere
Cameram.*

Matth. 19.

tibus

tibus donarunt: hodie ea multis locis vastata, diruta, dissipata cernuntur: nec tamen licet extrema calamitate affectis, ius suum prosequi.

Hoc anno Bruxellis nubit Dorothea Christierni Danorum regis filia Friderico Principi Palatino, quod hoc nomine quandoquē ius sibi vendicauit in Daniæ regno: quod tamen, Cæsare multis bellis implicito, non est satis prosecutus. Et Cæsar quidem, si non defuisset opportunitas, videbatur Friderico in eius regni iure repetendo opem laturus.

*Facinus
atrox.*

Eodem anno in Ducatu Vuirtenbergenfi caupo quidam hospitibus carnes porci, rabidi canis morsu infestati, edēdas proposuit parūm hospitaliter. Vbi homines eius reiignari carnes comederūt, mox versu in rabiem, mutuis se morsibus lacerarunt.

*Gallus petit
Mediolanē-
sem princi-
patum.*

Hoc ipso anno è rebus humanis ablato Frâncisco Sforcia, Gallorum rex à Cæsare petijt sibi concedi Mediolanense Imperium. Verūm Cæsar non ignarus, quantum ex ea ditione ipse commodi haberet, tum etiā non immeritò veritus, nè opulentissima Italiæ parte potentissimo Galliarū regi permissa, ille non contentus eo imperio, etiā alicuius, sua præsertim regna, mox inuaderet, quod superiores Galliarū reges fecisse meminerat, nullis precibus adduci potuit, vt Mediolanensem principatum Gallo concederet. Ea res nouas rerum perturbationes peperit, vt iam suprâ attigimus. Porrò nè Franciscus rex in Cæsarem primus arma vertisse videretur, Sabaudiarū principem auunculum suum sibi inuadendum statuit, vt eius ditionibus in potestatem redactis, expeditum in Italiam iter haberet. Porrò eius principis cōiunx, vxoris Cæsaris germana soror erat. Eius belli causam hanc prætexebat Gallus, quòd Sabaudus nollēt ipsi Niceam Prouinciæ urbem, persoluta pecunia, qua olim à Gallis oppignorata fuerat, restituere.

Anno

ANno igitur 1536. ineūte vēre, aut circiter, magnis copijs Sabaudi Principis ditionē Galli inuadunt, multa que loca Duci destituto ab omnibus eripiūt, & nisi Antonius Læua Cæsaris dux egregiè valida manu eis occurrisset, Vercellas, quas obsidiōe premebāt, & multa alia miserò principi facile eripiūssent. Ex nē quid illi ad summā calamitatē deesset, etiā Bernates Heluctij ad Lemanium vsq; lacum, quæ illius erant, vi abstulerunt. Causa hæc erat: Geneuēses Zuinglianū dogma cōplexi erant. Est autem Genœua ferè in medio regionis Sabaudiæ. Princeps igitur, tum Zuingliani dogmatis profigandi causa, tum alijs rationibus permotus, Geneuam obsidet. Geneuēses sociorum Bernatum fidem & opem implorant. Illi nolentes socios negligere, bellum Sabaudis faciunt, multa que illi auferunt. Itā & à Gallis & ab Heluctijs oppugnatus, ad Cæsarem confugit, qui tum ex Africana victoria reuersus, vbi que in Italia summo omnium studio & maxima pompa excipiebatur. Neapoli quidē amœnissima in vrbe hyemabat, vbi tum filiam notham Alexandro Medici celebratis nuptijs in matrimonio collocauit. eximia cum laude verè ac integerrimæ probitatis, quòd fidem Clementi Pontifici datam, licet is iam pridem excessisset è viuīs, inuiolatā seruaret, nihil permotus quorundā Florentinorum patriciorum precibus, qui ei quotannis grandē aui summam offerrent, si repudiato Alexandro, pristinam ciuitati libertatem restitueret.

Sub id tempus Hippolytus Medices, qui Alexandri erat frater patruelis, quorundam adulationibus deprauatus, licet amplissimo esset Cardinalatus titulo, opulentis que sacerdotijs, multisq; opibus insignis, adspirare cœpit ad Etruriæ principatum, eiusque obtinendi causa necem Alexandro molitus est: ea in re vsus fertur opera cuiusdam magni viri.

Sed

Galli inuadunt Allobroges.

Itemq; Bernates.

Nuptiæ principis Florentini.

Hippolytus Medices adspirat ad principatū.

Sed Alexander insidias deprehendit, scripsitq; Paulo Pontifici, qui ex Hippolyti familia quēdam eius facinoris conscium comprehendendi iussit. Ea re territus Hippolytus, ex vrbe excessit: deinde ad animum rediēs, tam immanis sceleris ductus pōnitētia, cum Alexandro in pacem redire studuit. Itaq; Cēsarem, qui tum in Africa erat, adire omninō voluit, sed à Prorēge Siciliaē negata ipsi naue, in quodam oppido agri Fundani consilij inops substitit, ibique febre pestilenti correptus sexto die obiit, iuuenis lōgē omnium elegantissimus, rebusq;e omnibus florētissimus: scilicet vt infani mortales discant nullis neque corporis & ætatis viribus; neque quantunlibet amplissimis opibus fidere, neque vitę huius voluptatibus, sed vni viuo & vero Deo totos se se dēdere, cum in hac vita tam sint incerta & caduca omnia, vt ne puncto quidem temporis certa nobis sit huius lucis vsura. Porro Cēsar cum esset Neapolī, certo nuncio didicit Barbaruffam classe apud Algieram reparata, Byzantium abeuntem, & in itinere apud Mangonis portum Christiana vexilla præferentem, Mangonianos omnes in miserā seruitutem in Africam captiuos abduxisse. Dolebat illi immani piratę, quōd tanta clade affectus fuerat expugnato Tuneto, noluitq;e Christianis id omninō impunē cedere.

Fœdus Cæsaris cum Venetis.

Interea Cēsar multa vsus prudentia, cum Venetis fœdus percussit. Vt eam in rem Veneti propensioribus animis cōsentirent, nō parū in causa fuit, quōd sperarent Cēsarē principatum Mediolanensem alicui traditurum. Nam neque Cēsarem, neque Gallum æquo ferebant animo tam opulenta Italia ditione potiri, sed infirmiolem volebant, cuius vires & potentia ipsis neutiq;am formidolosa foret. Deinde Cēsar per Ferdinandum fratrem & amicos principes in Germania militem cōscripsit. Interim

verō

verō Nonis Aprilibus Romā venit, ingenti triumpho exceptus tum à Clero, tum à populo.

In Cœna Domini lauit pedes duodecim pauperum singulari pietatis affectu, & non mediocri admiratione eorum, qui huic spectaculo intererant. Lotos verō, egregijs donatos muneribus, nempe omni argenti abaco mensę illato, à se dimisit. Fuit in illo principe, vt antè diximus, modestia & humilitas incredibilis, amica & grata præpotenti DEO, qui superbis resistit, & humilibus dat gratiam. tri duo autē Romę moratus, pridē quā in dē abscederet, grauissima & ardenti oratione regem Franciscum, circumstante Pontifice & Cardinalibus, multorumq; principū Legatis, perstrinxit, quōd fœdus abruptisset, & totum ferē terrarum orbem contra se concitasset. Demum is exitus oratiōis fuit, vt se paratum diceret cum Francisco singulari certamine de ditionum iure contendere, vt reliquo Christiano sanguini parceretur. Erat tum commotus Cēsar calamitate Caroli Sabaudiaē principis, nec Iohannē Lotharingaē Cardinalem, qui à Francisco pacis cōciliandę causa ad eū missus, apud Senas postea ipsum cōuenit, admittere voluit, totus iam ad bellum regi inferendum intentus. Pontifex verō Cēsarem cōplexus, orauit vt nē vel non iniquo dolori plus tribueret, quā clementiæ & pietati. Cēsar deinde reiectis Galli legatis, Senas proficiscitur, honorificentissimē à Senensibus exceptus, oblati vrbis clauibus cum hymnis ad eadem summam deducitur. post Florentiam abit, & Alexandri generi summo studio colitur: quem hortatus est, vt ab insidijs sibi caueret, non ignarus quōd ea in vrbe principem ageret, quæ omnis iugi impatiens, immodica cupiditate ad libertatem semper adspirasset. Atque vitinā Alexanderijs monitis diligenter obtemperasset, quæ à grauissimo & experientissimo Imperatore

verō

Idem miser perit.

Cæsaris præclarum facinus.

Iacob. 4. I. Petr. 5. Oratio Cæsaris.

Cæsar venit Senas.

Florentiam.

toro non temerè illi promebantur, non tam horrendum vitæ suæ exitum habuisset. Sed de hoc suo loco,

Lucam.

Cæsar deinde apud Lucenses quoquè triduo moratus, maximum eius vrbs studium, propensionem, liberalitatem est expertus. Postea ad Antonium Leuam peruenit, qui parùm tempestiuo consilio, diuersum hortantibus Daualo Vastio & Ferdinando Gonzaga, Cæsarem impulit, vt in Prouincia Gallo bellum inferret. Egeratiam Antonius cum quibusdam, vt Massiliam Cæsaris exercitui proderent, sed ea res successum non habuit. Denique eò eadè rem redijt, vt ex insperato superuenientibus Heluetiorum viginti millibus ad Franciscum regem, & iam morbo castra Cæsaris vehementer affligente, Cæsare in festâ Genuam redierit, interim in Gallijs mortem oppetente Antonio Læua. Atque eodem tempore exercitus, què Maria Cæsaris soror, virilis animi fœmina, in Belgis conscriptum, duce Henrico Nassauio ad Peronam Gallorum urbem duxerat, in Belgas reuersus est. Magnus quidam Parisiensis tumor inuaserat, tantis copijs in Gallias penetrantibus, ad eò vt iam vrbi muniendæ in cumberent. Interea verò nouo in Italia conscripto milite, Gallus genuam occupare mirabili astutia nititur: sed is conatus frustrâ fuit. Porro Paulus Pontifex missum tum ad Cæsarem, tum ad Franciscum regem Legatis è ceetu Cardinalium, ad pacè hortatus est, & licèt id nõ impetrârît, specimè tamè exitiæ pietatis de se præbuit, functus optimi Pontificis officio.

Cæsar frustra tentat Massiliam.

Delphinus excedit è vitæ.

Dum ita in Gallijs bella feruent, Franciscus Delphinus Galliæ regis primogenitus, incredibili totius regni dolore ex hac luce morbo subitario subtraçtus est. Eratis quoquè iuuenis annos natæ octo, decim, eximijs præditus ornamentis, in ipso ætatis & fortunæ arridentis flore positus: tam inopinato casu

casu admohens mortales omnes conditionis sue, vt eius tempèr memores, quæ admodùm sapientissimè hortatur D. Augustinus, omnem diem, supremum putent vitæ suæ diem, & sic Deo placitos mores ad extremum vsque perducât diem. Sed hæc quis persuadeat hominibus? Erant qui dicerent, veneno interijssè præstantissimum iuuenè, & eo nomine quidam Sebastianus Montecuculus in quæstionem raptus, cum se id crimen doloris impatiens admisisse fateretur, ab equis in diuersa nitentibus discerptus perijt. Verùm is præcipiti suspicione appetitus, victus doloribus, vt alij volunt, crimè à quo erat alienus, ita falsus est, vt Antonium Læuam & Ferdinandum Gonzagam eius sceleris auctores diceret. At illi viri egregij detestabile facinus à se depulerunt, nullis præsertim veneni indicijs in extincti corpore existentibus, & affirmantibus plerisque, ex pilæ iudo immodico æstuantem, ac sudore disfluentem Delphinum, nimis auidè aquâ potasse, eaq; re sibi mortem conciuisse, obruto nativo calore.

Hoc anno cum pessimè audirèt Lutherani & Zuigliani concionatores ob dogmatum discordiam, rusticis quandam inter se cõcordiam sarcire conati sunt, idq; in Synodo Vuittembergensi in ædibus Patriarchæ & Euangelistæ Luteri. Sed cum verissimè dicat Sapiens, Inter superbos semper sunt iurgia: cõcordia illa simulata fuit, non sincera. Nec potuit suum habere effectum, quia propter aliorum absentiam & absque magistratuum suorum consensu nihil statuerè ausi fuère: sed nec ipsa quidem illius egregij cõuentûs acta in lucem edere sunt ausi, tametsi scripta erant. Fuit ille syncretismus quidam, qualis olim inter Cretenses, qui cum perpetuo intestinis ac mutuis se bellis infestarent, vbi ab hostibus imminebat bellum, quandam inter se pacè conciliabant, vt iunctis viribus facilius hostes propulsarent. Ità etiam

Conuentus Vuittembergensis.

Prou. 13.

Cretensium mos.

Zuingliani cum Luteranis quandam simulabant pacem, vt signis infestioribus in Christi Catholicam Ecclesiam pariter inueherentur. Atq; in eo quidem inter ipsos conuenit, panem & vinū minimè transubstantiari, vtq; eo nomine Catholicos, qui diuersum docent, atrocissimè idololatriæ insimularent. Sed Ecclesia Dei hæreticorū calumnias irridens, in Eucharistia Christum viuum & verum Deum adorat cum omni antiquitate: & Christo ipso dicente, *Math. 26.* Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus, ijs verbis certissimam fidem adhibet, sciens non esse impossibile apud Deum omne verbū. In hoc enim tremendo Sacramento oportet omnia humani ingenij argumenta procul abscedere, & vel maximè fidem exorcisci, quæ tanto est maioris meriti apud Deum, quanto minùs rationibus fulcitur.

Hoc anno multas Synodos habuere Zuingliani, quatuor Basileæ, vnam Tiguri, & generalem quandam, si dijs placet, apud Bernates, cui interfuerunt ex pagis & vrbibus coacti 300. parochi, minùs quatuor, fortassis pleriq; desertores monachi. Non dubium quoniam istorū cōuenticulorū decretis plus tributū sit ab hominibus miserè seductis, quàm vel tridētinæ, quæ tot habuit pstantissimos viros, vel cuius alteri à Catholicis habitæ Synodo. Fuit etiã alia quædã Synodus Helueticorū Zuinglianorū Arouic, in qua decretū est, neminem ex ministris Helueticarū Ecclesiarū mittēdum ad Synodum generalem Euingelicorum, quæ ad 14. Maij diem indicta erat Isenaci, quod est Duringiæ oppidū, sed postea Vuittēbergæ, vt iam diximus, celebrata est. Hanc Synodū viderur indixisse Luterus, & eo nomine recusasse Helueticos ministros ad accedere. mirum est, non fulminasse in eos Luterū, pro sua scilicet autoritate, & repentè omnibus diris deuouisse refractarios. verū Zuingliani necdum Luterū pro Papa suo agnoscebant:

bant: nec tamen eius fulmina euadere potuerunt. mirabiliter laborauit versipellis Bucerus, vt qualiscunq; posset in speciem consari cōcordia: sed quibus non aderat spiritus Christi, qui vnus Catholicæ ecclesiæ & Doctor & moderator est, à qua se separant sectarij omnes, non mirum est, certam inter illos concordiam iniri non potuisse. Atque vtinam soli cōcionatores inter se mutuis arisissent dissidijs, & nō etiã miserimam plebem in tam varias easq; pugnantissimas opiniones & sectas distraxissent. Nullis Buceri quantumuis versutis declarationibus & machinationibus Heluetij Zuingliani eò permoueri potuerunt, vt Luteri sententiæ aut Buceranensis figmentis subscriberent. Nitebatur enim Bucerus illis persuadere, nullam in rebus ipsis, sed tantum in verbis inesse discordiam: quasi nō è diametro pugnent inter se, Christus est substantialiter p̄sens in Eucharistia, & Christus non est illic p̄sens substantialiter. Ità inanes fuere Bucerani conatus, qui vir, vt antè dixi, non magnoperè curasse videtur, vtrū huic an illi sententiæ accederetur, licet miram præ se ferret in verbis & scriptis religionē: qua re permultis imposuit, qui hominis vafriciem non aduerterunt.

Eodem tempore Ioachimus Vadianus Sangallensis Consul, insignis Sacramentarius, scripsit sex libros Aphorismorū de consideratione Eucharistiæ, quibus apertè docet, quàm non conueniat Zuingliani cum Lutero. Facebant ergo qui dicunt, pacem inter istos vnquam synceram cōciliatam. Dissentiunt acerbissimè in hunc vsque diem, & in dies è suis scholis nouorum dogmatum monstrosos & abominandos producant archicretos, qui simplex & incantum vulgus miserabiliter perdunt.

Eodem anno mortuus est Basileæ Erasimus Rotterdamus, vir certè excellenti doctrina, sed qui in

plerisque scriptis suis non minimam præbuerit Luterō & alijs perditis ac seditiosis hominibus tumultus in religione concitandi occasionē. Extant libri eius, quibus id potest euidentissimè doceri. Et ipse certè in Epistola ad Albertum Pium Carpōrū principem ingenuè fatetur, quædam à se facta scriptaq; quæ nec facturus erat nec scripturus, si hoc seculū exoriturum diuinare potuisset. Sed interim in Colloquijs, vbi multa sunt ab eo nō solūm incautè, sed etiā perniciosè scripta, nihil ferè correxisse videtur. Quid autem necesse est imperitè iuuentutem crebrò inculcare ea, vndè nihil discat aliud, quàm Ecclesię cōstitutiones, cęremonias, instituta vel cōtemnere, vel in dubium vocare? Non dicam quā multis locis odiosè suggillet monachos & Theologos, alioquē plūs satis huic nouo euāgelio inuisor hoc vnum in confesso est, multa eum scripsisse, quæ præstaret nūquā in hominū venisse manus, quā sæpè pueriliter hallucinatus sit in Cęsuris suis, Augustini & Hieronymi præsertim operibus præfixis, facile demonstrari possit, si res postulare. Est quædam in Hieronymi Tomis Epistola, eam negat esse Hieronymi, sed vel Tertulliani eam esse ait, vel alius cuius vetustioris: & tamè in eadem Epistola fit mentione D. Ambrosij Mediolanensis Episcopi, & ab ipso repertorum corporum Geruasij & Protasij martyrum. In Augustino opus 50. Homiliarū libenter tribuit ipsi Augustino: alibi quandam ex ijs separationem in iisdem Augustini Tomis excusam Homiliam, negat esse Augustini. Nec mirum, errare eum plerūquē dum nimium suo iudicio tribuit, & omnia et stylo vult metiri, qui sanè apud Augustinum admodum varius est, dum plerūquē ad vulgi captum sese accommodat, cui tanquā Episcopus debuit pastoralē curam impendere. Non fuit illis sanctissimis Patribus tanta cura exoliendæ dictionis, quā

*Censura
Erasmi
quales.*

pro captu illorum, quibus vel scriberet vel loquerentur, suam quoquē orationem libetè interdum deijcerent: id quod D. Hieronymus de seipso quodam loco apertè fatetur. Quantum eius scripta nocuerint monasticis Ordinibus, immò veriùs monasticę vitę cōtemporibus, quales ex eius libris multum euasere, vt verendū est, nihil attinet dicere, nē videar odio potiùs, quàm veritate, ad hæc scribenda impelli. Cōsulit certè, nē quis ante annum 28. monasticę vitę genus aliquod amplectatur, multa que adfert, q̄ possint iuuentutem nō mediocriter à vitā monastica abstrerrere. Vbi in monasterijs omnis disciplina monastica iacet, & planè dissolutè viuunt, meritò non debent ea peti. Vbi autem religiosè viuunt, quid (oro) necesse est abstrerrere homines, nē eo se conferant ante annum ætatis 28? Scilicet vbi iam planè vitij affueuerint, vel etiā matrimonij contraxerint, quod plerūquē ante eam ætatē fieri videmus, tum cœnobium petent. Nos verò cum tota Dei Ecclesia cōstanter asseueramus, cœnobicia esse saluberrimè instituta, & eos suę salutis vel maxime cōsulere, qui in tenera ætate, cum iam sunt rationis benè compotes, ad ea se conferunt, deo illic perpetuò non inuiti, sed sua sponte libenter & alacriter seruituri, quādò præsertim tot sunt hodiè inter homines praua exempla, quibus tenera ætas ad horrèda plerūquē scelera & flagitia prouocatur. Nec enim cogitur quisquam inuitus monasticam vitam profiteri, sed datur satis iustum deliberandi spatium, quò abudè possit quisq; vires experiri suas, & tum demum id statuere, quod videat suę salutis cōducere. Quòd si Erasmus posito monachi habitu māluit in hoim frequentia degere, nō absq; multorū graui offendiculo: nos cū beatissimis Patribus, Basilio, Gregorio Nazianeno, Hieronymo, Gregorio Romano & innumeris alijs, hominum turbas tāquā

*Cœnobicia
petenda.*

periculosas fugere malumus, aut certè si institutum monasticum id poscat, vt inter hoies versandũ sit, alieno potius q̄ nostro arbitratu viuere, cum nulla sit peior libertas, q̄ cum sic licet viuere, vt liber, que quidè omnia idcirco dixerim, vt nè q̄s nimium tribuat Erasmi scriptis plerisq; sed meminerit hoies eum fuisse, & qui nõ semel lapsus sit, sicut paulatim res ipsa euidentius & docet, & docebit. Heretici vbi pro ipsis facere videtur, libèter eum amplectuntur, aliàs cõtemnunt. Atq; vtinam res theologicas aut nunq̄ attigisset, aut religiosus & modestus tractasset. Ipse quidè fatetur in memorata ad Pii epistola, se primũ oim subodoratũ fuisse ambitioe corruptũ Luteri animũ: sed vtinam tam se p̄buisset strenuũ in oppugnando Lutero, q̄ res ipsa flagitabat. Quid illi mouerit, cur nõ omnibus ingenij viribus causam religionis cõtra nouos dogmatistas tueretur, ego certò affirmare non possum. certũ est aut, si vti suadõctrina & eloquẽtia voluisset, plurimũ eum Ecclesie cõterre potuisset, maximè quod apud multos ingens eius esset authoritas. Audiui ego ex quodam docto & graui viro, extare quandã Thomæ Mori, non tamen typis excusam, ad Erasmus Epistolam, qua illum hortatur, vt scripta sua retractet & corrigat: alioqui fore dicens, vt ab Ecclesia reijciantur. Non omnino vanus fuit vates ille eximius vir: nam videmus hodiè Ecclesie de Erasmi scriptis iudicium. Quauis aurem, vt dixi, multa de monastica vita incautè scripsit, non tamẽ eum ab ea vita prorsus abhorruisse, non vno eius ipsius testimonio doceri potest. Fuit apud nos eis manu scripta epistola ad quendam Carthusianum, in qua inter cetera ita dicit: Vereor nẽ imponat tibi quorundã præiudicij qui iactant hodiè splendidi verbis libertatẽ Evangelicam. crede mihi, si rem propius nõsses, minus te tæderet istius vihi. Video genus hominũ exoriri, a

Thomas Morus hortatur Eras. ad Palinodiam.

Erasmus de Luterano.

quo meus animus vehemẽter abhorret. Neminẽ vido fieri meliorẽ, deteriores oes, quotquot ego fanẽ nouerim: vt vehemẽter doleam, me quõdã in libris meis p̄dicasse libertatẽ spiritus, & post pauca: Ciuitates aliquot Germanie implenẽ desertoribus monasteriorũ, sacerdotibus cõiugatis, plerisq; famelicis ac nudis: nec aliud q̄ saltat, editur, bibitur, subatur: nec docet, nec discit, nulla vitã sobrietas, nulla sincertas. Vbicũque sunt, ibi iacet oes bonẽ disciplinẽ cum pietate. Plura tibi super his scriberẽ, si tutum esset literis cõmittere, & rursus: Quenam Libertas est hæc libertas, vbi non licet dicere preces, non licet sacrificare, nõ licet ieiunare, nõ licet abstinere a carnibus? Cogita qd talib; possit esse miser; etiã in hoc seculo. Itemq; post pauca: emoriã, si vel tantillũ roboris haberet hoc corpusculũ, vt saltẽ viuere posset, nĩ malim isthic tecũ agere, q̄ in palatio Cesaris esse primũ episcopus. Proindẽ mi charissime in Dño, & p̄ veterẽ, immò p̄petuã amicitia nostrã, & p̄ Christũ oro, obsecro, obtestor, vt istud tediũ pentitus excutias ex animo, nec aurẽ p̄beas exitalib; hominũ fabulis, q̄ nihil opitulaturũ sunt tibi, sed irrisuri potius, vbi te in foucã pellexerint. Hęc Erasmi ante annos plurimos ad Carthusianũ quendã, quẽ etiã tum, licet iam senẽ, videntur quidã improbiẽ instigasse ad excutienđũ cucullũ, à quo sceleris cum Erasmo vehemẽter deterret. Sleidanus libèter adferre solet in suis cõmentarijs, si qd habeat Erasmi qd possit facere contra catholicos, cetera vel silet, vel floccipedit. Et nos igit non grauabimur vel vnã Erasmi de Luteri & satellitũ eius cuãgelio sententia adscribere. Ait ergò in libro illo, quẽ tertiu scripsit de libero arbitrio: Certè multi Luteri discipuli ad publicã tràquillitatẽ adeo sunt inutiles, vt Turca quẽ quẽ feras Luteranorũ nomẽ execrari seditiois odio, cũ Chãianos toleret ab ipsis dogmatibus alienos.

Libertas Luterici euangeli.

Turcas execraturus.

Quid hic commemorem, quanta inter euangelistas (sic enim ipsi se vocant) dissensio, quàm atrox odium, quàm amarulenta contentio, immò quanta inconstantia, cum ipse Luterus toties mutarit sua placita, & subindè noua paradoxa suppullulèr? Sed de his satis: quoniam non erit alienum, si de hac dissensione quid sentiendum sit, ex ipso Lutero audiamus, ut hæreticus proprio ense iuguletur: Christus (inquit in Psalmum 5.) non alia ratione configit cum hæreticis, quàm ut inter illos existat factiosus quidam dissensionis spiritus. Ex illorum enim discordia, interitus quoque eorum & perditio consequitur. Sed ad historiam reuertamur.

*Anna Bole-
nia suppli-
cio afficitur*

Eodem anno Henricus Anglorum rex Annam Boleniam, quam repudiata Catharina regina sibi copularet, palam capite plecti iussit, atque altero post die Ianam Semeriam virginem sibi coniugè accipit. Persuaserat quidam ex Angliæ proceribus, ut antè diximus, Hærico regi iurè cum repudiare Catharinam, quæ fuisset Arturi fratris eius vxor. Verùm Arturus quatuordecim annorum puer Catharinam ut acceperat virginem, ita quoque ea ætate mortuus virginè reliquit, quod Henricus ipse tum Cæsari, tum alijs confessus fuit. Est istud quidem inter alia grauiter in scripto quodam suo obijcit Henrico Reginaldus Polus Cardinalis, ex regio Anglorum stemmate ortus, vir doctissimus atque integerrimus, quem virum incredibili impudentia (ut hoc obiter Lectorè admoncam) non vno loco nugator ille Sleidanus secularè traducit, tanquam is Lutheri insano dogmati fauerit, cum illo viro nihil fuerit grauius, & in Catholica religione constantius, cuius etiàm causam postea in regno Angliæ multa præclare gessit. Cur autem Henricus rex Boleniam trucidaret, hæc causa fuit: Sentiens Bolenia nullam se ex rege masculam posse prolem concipere, quòd dictu quoque nefas est,

*Sleidani
calumnia.*

est, germanum fratrem suum Georgium ad incestu concubitum prouocauit, scilicet nè quis omninò suspicari de adulterino conceptu posset. Atqui nec sic voto potèta suo, frustra que fratris experta complexus, procax mulier Norrelium, Vesteniū, & Breertonum equites ex aula illustres, ut secum cõcumbant, inuitat, denique etiàm Marco artis musicæ magistro se prostituit. Accidit deindè, ut ancillam cum amico ludentem seuerius castigaret. Id illa indignè ferens, omnia desert ad regem. Is quæstione de supradictis habita, iubet eos interfici, plata etiàm mortis sententiã in Boleniã à iudicibus, inter quos suum quoque tulit suffragiū Thomas Bolenius Annæ parens.

Hoc anno potentissimus idemque Christianissimus Lusitanæ rex Iohannes, insigni potètus est victoria apud Indos, in potestatem redacta Cambaia vrbe inprimis insigni potentia atque opulentiã, & regis omnis generis frumenti copia. Construxit illic idem rex arcem munitissimam, & paulatim mirum in modum in illis Barbaris regionibus propagata est fides Christi, dum interim in Europa alix super alias hæreses existunt, quas miseri homines pro verbo Dei cupidè amplectuntur.

Paulus 3. Romanus Pontifex, sollicitate etiàm piissimo Carolo Cæsare, volens perturbatæ Ecclesiæ mederi, hoc anno Concilium Oecumenicum apud Mantuam celebrem Italiæ vrbe in dicit. Verùm is locus non placuit Germanis Protestantibus. Allegabant multa pericula, quæ tamen longè iustius alleganti Pontifici cedere volebant, incitati à versutis cõcionatoribus, qui Pontificem in summum odium & contemptum adducere non cessabant.

*Indicitur
Concilium.*

ANno 1537. mense Aprilii Aetna mons Siciliæ, materia plenus sulphurea, quam humida gignunt nutrimenta, ingentem ignis massam euomit, quæ non repentinò,

Aetna incensum.

tinò, sed passim decidens, colles, memora, saxa, rupes, pagosque duos (nam multos ille mons pagos cõplectitur) flammis vastauit, arbores, homines & pecora magnis affecit cladibus. Eius montis: gnis sulphureus interdù obscurum & subnigrum, noctibus verò prorsùs horrendù se spectatibus ostendit. Ratio naturalis terribilis ignis huius, à Philosophis eiusmodi adfertur, quòd Sicilia intrinsecùs in ipsis visceribus sit planè cauernosa & referta sulphure, alumine, igne, aqua, & id genus rebus alijs ignè fouentibus. Porò ignis nõ potest esse sinè respiraculo, sed vbique sese exerit. Iadè fit, vt in Sicilia nõ pauca reperiantur admodùm calidæ thermæ. Ceterùm ignis in cauernas sese proripiens, flammam excitat, quæ foràs erumpere cupiès, fumum & igneos vomit globos, multisq; locis suos quærit caminos, per quos respiret. Nonnunquàm verò in ipsis terre visceribus tanta est ignis violentia, vt vnà cum globis igneis vel flammis etiàm lapides exustos & arenam eiciat. Trogus libr. 4. sic scribit de hoc monte: Sicilia terra est cauernosa & fistulosa: quo fit, vt ventorum flatibus pateat, vndè ignis cõcipitur. Intrinsecùs sulphur habet & bitumen: vbì ventus per spiramenta cauernarum incubuit, diù luctatus concipit ignem. Sic Aetnæ durat incendium. Motus ergo ventorum, causa incèdij est. Strabo scribit se in eius montis cacumine fuisse, & omnia diligentissimè lustrasse. Feruntur in summo vertice mirabiles esse mutationes, interdùm erumpète igneo flumine, aliquādò vel flamma, vel obscuro fumo. Id verò summam habet admirationem, quòd illius ignis calor neq; villo frigore temperari, neque frigus depellere potest. Nostro xuo nihil ferè præter obscurum vaporè ex eo monte erumpere visum est, vsq; ad hunc 1337. annù, quo ignè supradictù euomit. Verisimile est, quicquid dicant Philosophi, ijs in locis quædam

De Aetna
Trogus
sententia.

Nota miri
quiddam.

dam esse Tartari ostia, aut loca punicidis animabus destinata: quemadmodùm etiàm in Islandia insula, quæ in Oceano sita, ætiuo solstitio noctem nullâ, *Hecla mons in Islandia.* brumali nullum diem habet, mons est Occidentem versùs, Hecla dictus, à quo non longè absunt fodinæ sulphuris, quod inde copiosissimè plenis nauibus euahitur, mons ille cùm furit, haud secus atquè horrenda tonitrua insonat, proijcit ingentia saxa, sulphur euomit, cineribus egestis terram circuncirca tam longè operit, vt ad vicissimum lapidem vel milliare coli non possit. Sunt ibi multæ voragines, ità cineribus operte, vt vix euitari possint ab illis, qui vt eius incendij naturâ explorent, propius montem accedunt, è quibus pleriq; viuia voraginibus absorbètur. Emergit illic ignis quidam, qui aquam absumit, stuppam non absumit. Visuntur illic mortuorum spiritus, qui in nota specie offerunt se familiaribus colloquijs hominum, idque ad eò, vt adhuc viuere putentur ab illis qui eos nesciunt vel submersione, seu alia violenta morte perijsse. (Nam tales præcipuè apparent.) Cùm autem orant eos amici vel noti, vt domum redeat, dicunt cum ingenti gemitu se petere montem Heclam, illicoque dispàret. Voluit autem omnipotens Deus eiusmodi in terris extare loca terribilia, vt certius nõrint mortales, quæ pœnæ maneat impios post hanc vitam, & sic discant timere Deum, vt possint æternos ignes euadere.

Carolus Cæsar cùm aliquandù valetudinis confirmadæ causa Genuæ hæsisset, priusquàm in Hispanias proficisceretur, res Italiæ non negligendas putauit. Itaq; cùm Montisferrati dominium à tribus magni nominis competitoribus, singulis sua iura allegantibus, magna cõtentione peteret, Cæsar erecto tribunali illud Frederico Gõzagæ adiudicauit. In eius em̄ matrimonio cernebat foror Bonifacij, nõ dubia

Mirum.

dubia hæres fratris sui, qui repentino lahentis equi casu interiêrat. Porro àrci mediolanensi, toto orbe celeberrimæ. Hispanum quendam præfecit: ijsque rebus confectis, secundissima vsus tēpestate, in Hispanias nauigauit, vrgēte præsertim Andrea Auria, vt ante brumales dies eam profectiōem maturaret.

Huius anni mēse Ianuario accidit crudelissimum facinus, quod potest multos non mediocriter ad agendam salutis suę tum temporariæ, tum æternæ curam extimulare, viros præsertim principes, qui nunquam satis possunt esse circumspecti ob multorum insidias: quas tamen facilius euadent, si Deum vita innocenter transigēda sibi propitiū reddant. Fuit Florentię dux & princeps Alexander medicus, Cæsaris potentissimi gener, iuuenis robusto ac vegeto corpore, vigintifex aut circiter annorum, qui etiã iure dicendo ciuibz æquum & moderatum se præberet. Verum in tanta rerum affluētia, iuuentutis accedente feruore, admodum in Venerem p. cliuis fuit, ita vt coniugis toto contentus nō esset, parum interim habita tum dignitatis, tum valetudinis, tum salutis suę cura. In ei⁹ intimam familiaritatē se mira vassificie insinuauit Laurētius Medices, ex medicis omnibus illi sanguine maximè propinquus, cui incautus princeps tantum tribuit, quantum vix vlli alij. Is verò cum Alexander esset Neapoli, vbi tum quoque erant exules Florētini, incredibili perfidia & Alexandrum ferè quotidie apud exules se iactitabat è medio ablatum, ore maledicētissimo crebrò in illū inuectus, & rursus exulū consilia ad Alexandrum ilico deferebat. Quod cum exules persensissent, eū vehemēter detestati sunt, & Alexandri stultitiã perstrinxerunt, q̄ tam perfido homine vsque adeo delectaretur. Detulit id quidam ad Alexandrū, & is accito ad se Laurentio, quid audierit, indicat. Athomo versutus vera ipsum audisse

con-

cōfirmat, sed hac demum ratione, si se simulet apud exules principi quàm infensissimū, illorū machinationes faciliè posse perdiscere. Credidit princeps in suam certam perniciē impudenti mendacio. Accidit interim, cum iam sesquianū & amplius exitium Alexandro molitus esset, vt matronam quandã pernobilem & constantissimè pudicitia Laurentius tandè expugnatam se polliceretur media nocte ad Alexandrum perduciturum. Credidit miser scelerato homini, & passus est se ab illo duci in ipsi⁹ Laurentij cubiculum, cuius domus principis edibus erat coniuncta. Eò vbi ventum est, dimittere à se cubicularios duos iubetur, & in ipsi⁹ proditoris lecto repositus, vt somno se tradat paulisper, monetur, donè matrona possit in ipsius amplexus adduci. Porro etiã monetur deponere gladium, quo erat accinctus, vt suauius cubet. Id vbi factum est, ita capulum gladij inuoluit Laurentius, vt si fortassis eū sui defendendi causa princeps velit educere, nō facile possit. Ità iam cædi maximè opportunus, tradit se quieti, ignarus miser proximè impēdentis extremi periculū. O cæca mortalium pectora, quæ breuis cuiusdam eiusque nefariæ voluptatis explēdæ causa, sæpè seiplos in ipsam & corporis & animæ sempiternam mortem præcipitant. Laurentius deindè exit è cubiculo, corripit enfem, iuuenem homicidam, cui princeps vitam donarat, orante pro illo Laurentio, ad fortem sibi nauandam operam pellicit, adiuncto etiã alio quodam nefario homine: quaquàm sunt, qui scribant vnus tantum opera in hoc patrandò parricidio vsum cum esse. Cum ijs clam in cubiculum ingreditur, infelicissimum principem iam somno correptum adacto per costas gladio confodit, & aliquandiu reluctantem sociorum opera interficit. Audiebatur quidem à familia strepitus & clamor ingens, sed nemo semouit: quòd

Lau-

Cædes horrenda principis Florentini.

Nota veritas.

Alexander credit se merere.

Princeps confoditur.

Laurentius iam antè consuèffet crebrò eiusmodi in eo cubiculo excitare tumultus, tanquàm iocosa exercitatione cum sodalibus animum oblectas, vt scilicet eam in diem dolum pararet. Quòd si princeps ille animo benè constituto eam horrendam necem ab illo perditissimo nebulone pertulisset, tametsi immane haud dubiò id esset parricidium, tamè moderatius dolendum foret, quòd mors illa nihil animæ noceret. Atquè verò eo in statu, quo tum erat ille princeps, tam inopinatam & nihil penitus prouisam mortem adferre cognatum cognato, multum auctum beneficijs liberalissimo principi, id omnem excedit modum sauitiæ & immanitatis. Sed iusto tamen Dei iudicio effrenatam principis libidinè tam terribiliter castigatam esse nemo ambigit. Debebat ille princeps fidem seruare coniugi, debebat verè tremenda Dei iudicia, qui nò respicit personam principum, sed indiscriminatim plerumquè seuerissimè in hominum flagitia animaduertit. Quod quia nò fecit, in id genus horrendæ mortis incidit, vt suo summo malo doceat sapere mortales, nè ipsis similia eueniant. Nam vt sint fortassis permulti, qui diu impunè vitam viuunt impuram & sceleratam, tamè etiàm innumeri inopinatis omninò casibus in ipsi sceleribus opprimuntur, & ruunt præcipites in sulphureas gehennæ æstuantis carnificinas, nunquam inde emerfuris quo quid possit esse horribilius. Ea cæde patrata, animo consternatus homicida execrabilis, nihil iam præter fugam meditari potuit, licet antè decreuisset, Florentinis ad libertatem vocatis, gloriam sibi ex ea perfidia parare. Itaq; in ipsa nocte ex vrbe excedens, quod nulli alteri facile permisum fuisset, re necdum còperta, incitatis equis primum Bononiã, inde Venetias cum suis scarijs peruolauit. Fuit deinde altera luce principis mors prudentissimè dissimulata, donè accitis in vrbe & ar-

*Laurentius
fugam ca-
pessit.*

cem

cem militibus, tandem triduo post mira præpotentis Dei prouidentia in defuncti locum subrogatus est Cosmus Medices, adolescens summe spei, anno-
*Cosmus
Medices
Alexandro
substitutus.*
rum decem & octo, qui vsque in presens magno ciuium studio & amore patriæ suæ principatu, nisi forte breuè è vita migravit, moderatissimè potiss, studiosissimus semper Caroli Cæsaris longè optimi, cuius in se ppenissimam voluntatè, in cõfirmando præsertim principatu, expertus erat. Porrò ille detestabilis parricida Laurentius ex Gallijs profugit ad Solimannum Turcarum principem. Præsum Solimannus ubi scelus ab eo patratum didicit, execratus hominis perfidiam, capiendum dedendumque decreuit ipsum Cosmi principis iussu persequētibus: sed ille properè redijt Venetias, ubi tamè paucis post annis, à duobus Volaterranis militibus, Alexandri principis studiosis, trucidatus est.

*Laurentius
caditur.*

Hoc anno Galli in Atreabates irruerunt, oppidum & arcem Hefdinum egregiè munitam intra mensem deditioe accipiunt, imposito firmiori p̄sidio. Abeuntibus Gallis, Cæsariani par pari relaturi, oppidum D. Pauli vi capiunt, ac diripiunt magna strage edita, denique incendunt. Idem faciunt Monstrolio, cum deditioe id in potestatem illorum venisset, prius tamen passi sunt ciues incolumes abire. In oppido S. Pauli vel Simpolio, vt quidam vocat, quod rex Franciscus præsens egregiè communièrat, vnico horè spatio quinque lectissimorum iuuenum Gallicorum millia caesa sunt, multique præfecti & ipse prætor Parisiensium capti sunt. Monstrolium latissimum & copiosissimum Picardiæ oppidum est: eo compilato, & miserandum in modum incendio deformato, irum est ad Teruanam Morinorum. Iam fame laborare cœperant qui intra urbem erant Galli, cum ecce opportunè illis suppetias tulerunt Annibaldus & Pionestus, duo fortissimi

*Galli capi-
unt Hefdi-
num.*

*Monstrolium
incensum.*

mã

mi Gallici proceres: verum ij dum se ad suos recipiunt, p̄lio commisso capti sunt. Inde iussu regis Francisci percussæ sunt decem mensum, vel vt alij habent, trimestres induciæ cum Maria Cæsaris sore, quæ spe future pacis incitata, exercitum dimisit. Vtinam verò hæc arma in Christiani nominis hostes versa fuissent, quorū vires mutuis Christianorum principū dissidijs in dies augetebāt. Interim nihilo minus in Taurinis bellum perseuerabat.

*Conuentus
Smalcaldie*

Huius anni mense Februario Protestantæ conuentum egere Smalcaldie, Aderant illic etiã illorum concionatores, qui cū deliberaretur de Concilio à Paulo 3. Mantuæ indicto, de mandato principum atque vrbium euangelici nominis professi sunt, se iuxta capita confessionis Augustanæ & Apologiæ sentire & docere in suis Ecclesijs. Hoc quidem illi persuaserāt principibus: sed quā verè, ipsi viderint. Certè ipsa confessio sæpè in alias formas mutata est. Nitebantur quidā in hoc conuentu efficere, vt de cœna Domini & ecclesiasticis ritibus certum aliquid, quod omnes sequerentur, statueretur. Principes verò, misso ad eos Saxonis Cancellario cum altero quodam nobili, de solo concilio illos agere iusserunt. Videbant enim hisce de rebus inter istos p̄claros euangelij buccinatores nulla ratione posse pacè cõfici, Luterus morbo correptus, missus est Gotham à principe Saxonie, atq; eiusdè principis voluntate adierunt eum Bucerus & Bonifacius Lycosthenes, qui eum ad respondendum Heluetijs hortarentur. At Luterus vi morbi seate à scribendo impediti, licet interim Basileensi consiliario Iacobo Meyero scriberet, Heluetiorum scripta sibi esse reddita. Sed nunquā adduci Luterus potuit, vt Heluetijs cederet.

*Luterus
egrotat.*

Hac tēpestate orta fuit inter cõcionatores Zuinglianos de cœna Domini rixa. Itaq; habita est syno-

cus Bernæ vltima Maij, in qua decretū planè sacramentariū editum est, & sic calis vel sublata est, vel vtrūquè in speciem sopita. Nihil em̄ ab istis concionatorib; sincere & bona fide agit. Huius anni mense Iulio Parisijs turris Belliaca ad Sequanā, in qua magna vis nitri, sulphuris & pulueris tormentarij cõdita seruabat, fulminis ictu fuditus euersa est.

Turris incēditur.

Hoc ferè tempore Paulus, Pontifex maximus Reginaldum Polum, ex Margarita Eduardi 4. Angliæ regis nepote prognatum, quem paulò antè in Cardinalium ordinem adscuerat, in Britanniam legatum misit, vt Henricum regem ad faniora complectēda consilia reuocaret. Verum Henricus rex iam scripserat Francisco regi, vt legatum ad se captiuum in Britanniam mitteret, eius rei cõmonit̄ Polus Cardinalis, ex Gallijs in Flandriam profectus, aliquandū hæsit Cameraci. Inde Leodium abiens, aliquot menses liberaliter habitus est à Cardinale Erardo: post Romam repetijt. Sleidanus suò more pessimè eam legationem interpretatur, tanquā propterea missus fuerit ad Franciscum regem, vt eum in Anglum inflammarer. Ità semper improbi homines ex animi sui prauitate, etiã alios metiuntur. Et valdè hoc familiare est Sleidano & sectarijs dogmatistis oibus, vt Romanos pontifices & catholicos quosq; magnoperè studeant apud omnes in summum odium & inuidiam adducere, licet interim illi piam doctrinam, & purum ac sincerum Euangelium, & incredibilem vitæ innocentiam sibi impudenti vanitate tribuere non vereantur.

Polus mittitur ad regē Angliæ.

Mense Octobri Iana Semeria, quam ab Anna Bolesia Rex Angliæ Henticus suo iunxerat matrimonio, filium Eduardum peperit, sed ipsa duodecimo post die vitam cum morte commutauit.

Eduardus nascitur.

Per id tempus quo paulò antè diximus in Belgio viguisse bellum, multa Gallis apud Allobroges eris-

puit Daualus Valtius Cæsareanorum dux inelytus, & cum iam binis castris obsideret Taurinū & Pinarolum, Gallosq; ad summam alimentorum penuriam adduxisset, in ipso tempore Hêricus Delphinus cum exercitu superueniēs, reb⁹ necessarijs grauissimè pressos subleuauit. Inde verò de pace tractari coepum est, istis primū trimestrib⁹ inducijs, & ijs rursus in alias trimestres, deniquè in longiores prorogatis. Ea in re cōficiēda præclaram sanè Reip. Christiane nauauit operam Paulus 3. Romanus Politicæ, cui dolebat illud bellum intestinum.

Legatio ad Cæsarem.

Cum Cæsar in Italia esset, miserunt ad eum legatos suos Protestantium ordines. Illos Cæsar quidem audiuit, sed occupatus rebus bellicis, respōdit se p legatum illis responsa daturum. Hoc cum Protestantibus renunciatum esset, illi conuentum in dicunt Smalcaldicæ ad septimū Februarij anni huius diem, ubi omnes adessent. Adduxerunt eò primi nominis cōcionatores suos, Luterum, melancthonem, Bucærum, Osiandrum, aliosque multos: qui tamen ita inter se erant animis concordēs, quicquid interim extrinsecus simularēt, vt quōdā Cadmęi fratres. Et vt parū aliquid lector nouerit, concionabatur illic isti sectarij theologij: Luterus iustificatiōis sue fundamentum esse uoluit Relationem, quæ est minimum entitatis, hoc est, nihilū, vt ipsius habet disputatio typis excusa. Osiander verò prorsus è diametro cum illo pugnans, fundamenti loco posuit ipsam diuinam essentiam, quæ est simul omnia. Vult enim, eadē iustitia qua Deus essentialiter iustus est, nos quoque iustos esse oportere. Luterus autē, nea reuera, sed tātū imputatiuè corā Deo iustos nos haberi dicit, perindè vt olim Alexander Magnus apud Lacedæmones his uerbis in deos relatus est: Alexander uult esse deus: Deus esto. Et licet hæc inter se maximè sint diuersa, tamen Principibus & reliquis

Conuentus Smalcaldicus.

Luteri & Osiandri sumdameta diuersissima.

liquis Ordinibus illis ueruti homines uisi sunt purum putum euangelium & ipsissimum Dei uerbum predicare: nec anima duertebāt, quibus dolis & fraudibus ab istis Euāgelistis circūscriberentur. Interim mirè execrabantur summum Pontificem & Doctores Catholicos tanquā Antichristi (sic enim uocant Pontificem) ministros & satellites, & nō uidebāt eos, qui isthuc ipsis persuaserāt, re uera ipsissimi Antichristi præcursores & præuocios esse. Sed quid hoc magnoperè mirādum in principibus, cum etiā plerisq; doctissimis uiris satis interdū negocij facebant importuni & uersipelles homines, dum omnia ubique rimātur & excutiunt, & si quid uispiam occurrat, quod uel in speciem pro ipsis facere uideatur, id mirè exaggerent, illud mirificè iactitent, adeo ut sæpenumero nō pudeat ipsos impudētissima uanitate ad suum sensum detorque, quæ tamen sciunt nihil pro ipsis facere, scilicet ut indoctis & imperitis aliquid dixisse uideantur. Has fraudes si perentescere potuissent Principes, puto equidem suis dentibus infidos homines discerpissent potius, quā uilla in re sibi sequendos statuissent.

Sed ut ad legationem Protestantium reuertamur, Summa latria potissimum illi à Cæsare petebant: primū, nē commodaret fidem sparso de ipsis rumori, quasi cum Gallo & Anglo fœdus fecissent: deinde, ut Camerę iudicium cohiberet: postremò, ut qui post pacificatiōem Noribergicam in fœdus Smalcaldicum recepti essent, eius quoque pacis beneficio fruerentur. Cæsar ad illos misit Matthiam Heldum procellarium, uirum eloquentissimum, qui in publico omnium confesso die 15. Februarij accuratè respondit. Hortabat inter alia Cæsaris nomine, nē Cameræ præscriberent, nec ius ipsum impedirent, passim enim ad Cæsarem & Camerę iudices deferebantur

Legatio Cæsaris ad Protestantium.

miserorū querimonie, qui se reb⁹ & fortunis om̄ibus exutos, in integrum restitui rogarent. Illorum verò preces Cēsar, vt erat pijissimus, negligere non potuit, licet interim Protestantes, à suis ecclesiasticis instigati, rem se DE O gratam præstare arbitrarentur, si ecclesiasticos, præsertim monachos, profligarent. Hoc verò Christi euangelium non docet, res alienas priuata authoritate, immò legibus om̄ibus & summo Magistratu acerrimè vetante, sibi vsurpare, aut pro suo arbitratu alijs conferre. Et quia Camerę iudices plerunquē sententiam ferebant, qua iuberentur ablata restitui, Protestantes eos ferre nolebāt. Ità oportebat miseros rerum suarum ferre direptiones, nec tamē vllum à iure subsidium petere. Quis verò hoc docuit? Luteri scilicet Euangelium. Sed hoc Euangelium iura omnia, & totus orbis Christianus damnat. Prius videndum erat, quæ æquitate, quo iure, quibus rationibus hoc euangelium niteretur. Certè illi, penès quos summa est apud Christianos authoritas, quibus diuinę & humanę leges nos obtemperare volunt, hoc Euangelium iam pridem execrati sunt. An non verò plus tribuendum est toti⁹ orbis iudicio, quàm vnus detestabilis apostate, cui nec id quidem tribuendum est, vt aliquo numero habeatur? Verùm Protestantes, vt à Lutero, & id genus alijs edocti erant, omninò pati noluerunt, vt aliquid cōtra ipsos ecclesiastica bona sibi vendicantes, Camerę, id est, Cæsareæ Maiestatis iudiciū valeret: putabant enim sceleratos homines & idololatrias, hoc est, monachos (vt de alijs taceam) omninò profligandos, & interim apostatas monachos, haud secus atquē Christi Apostolos cōplectebantur, quorum omnium parens Luterus in summo apud eos honore fuit, qui si nihil aliud fecisset, quàm quòd, omni abiecto pudore, ausus est virginem Deo sacram suis nuptijs copulare, hoc

*Protestantes
recusant
Cameram.*

solo nomine dignus erat, qui flammis cremaretur. Nouimus Iouinianum imperatorem religiosissimum iam olim ante mille annos legem sancivisse, vt capitaliter in eum animaduertetur, qui sacrā virginem, non dico rapere, sed attentare tātummodò iungendi matrimonij causa, aut oculos impudicos ei adijcere auderet. Impius ille apostata Iulianus Impator ad eiusmodi incestas nuptias cōnixisse legitur, sed certè Christiani principes conuiuere minimè deberent. Multa præterea alia in eo conuentu dixit Heldus: postera verò die cum Saxo de priuatim locutus, multam ei Cæsaris erga ipsum beneuolentiam indicauit, sed quam hæcenus ob disparem religionem in eum declarare satis nequiuert. Ita que hortabatur eum ad concordia, ad adeundū Conciliū vel legatos eò mittēdos, ad ferēda auxilia cōtra Turcam, ad contribuendam pecuniā in Camerę iudicium, Saxo se cum suis communicaturum respondit. Deinde 24. Februarij ad omnia fœderati omnes responderunt prolixè, quæ quidem commemorare nihil attinet. Nolebant Cameram contra se procedere, nolebant à suo fœdere excludere quenquam, licet Noriberge conuentum esset, nè quis ante Concilij definitionem religionem mutaret: porrò in id fœdus non admittebantur ferè nisi Luterani & id genus homines: Orabant Cæsarem, vt Cameræ iudicibus nè ipsis molestiam vllam crearent, interdiceret, & quædam alia: sed ità orabant, vt precibus armatis vti viderentur, nam si secus attentaretur, & si qua vis fœderatis inferretur, se focijs minimè defuturos indicabāt. Quòd si Cēsar permitat omnibus aditum ad veram doctrinam, (sic enim vocant Luteri dogmata) tum se propèsius præstituros, quæ de turca & Cameræ Cēsar postulārit. Multa deinde de concilio dixere, quod liberum esse voluerunt, vbi Luterus cum suo grege aut parem, aut superio-

*l. si quis e.
de piscop.
cler.*

*Heldus cum
Saxo agit.*

*Protestantes
responsum.*

*Pōtifer per-
stringitur.*

rem etiā præ Romano pontifice locum & authoritatem obtineret contra morem omnium seculorum. Multa ibi acerbè in Pontificem dicta, quod doctrinam nō solum verbo Dei, sed etiā vetustis concilijs atq; doctoribus contrariā inuenerit atq; defendat, cum tamè reuerà nō Pōtifer, sed Luterus cum suis concilia & doctores oēs nō sine cōtumelia reiecerit, & sua pestilēti doctrina, quæ in multis ipsius quoquē Alcorani impia cōmenta lōgè super impietate, florētissimum Germaniæ regnū, ad eōq; totā ferè Europam in summas calamitates, bella & odia intestina, incredibiles animorū diffensioēs, & nullū non malorū genus præcipitārit. Sed hæc & id genus alia multa licet Principū & fœderatorū nomine proponerentur, non tamen à Principibus, sed eorum concionatoribus petulanter conficta fuere. Non desunt vitia in Ecclesia Catholica: sed q̄ doctrina eius pugnet cū verbo Dei & concilijs & Doctoribus antiquis, id isti sycophantæ nunquam docere poterunt. An verò nō scateret omni flagitiorum genere istorum nouorum dogmatistarum vita? An non Luterus ipse fatetur, suæ sectæ homines vel decuplo Sodomitis peiores euasisse? Sed hoc illi importuno solius fidei buccinatori imputandum est. O si in Christianorum pectoribus non penitus lux omnis rectæ rationis extincta fuisset: vidissent quæ dogmatum horrenda monstra, quam prodigiosa & immanes tenebras pro Euangelij luce, quas deniquè tigrides, quosve lupos pro veris pastoribus complexi essent.

*Heldus re-
spondet.*

Vbi dicendi finem Prætestantes fecerunt, Heldus euestigiō eis respondit, inter cætera periniquū esse dicens, quod cum ea negocia, quæ ipsi dicat religionis esse, alij prophana esse contendunt, nolle ipsos alterius partis rationes & argumēta cognosci, cum tamen & legibus, & equitati & diuinis literis contentane.

taneum sit, vt in omni controuerfia pars vtraq; ex æquo audiatur, neque secundum alterutrius narrationem, etiā si ea nihil à vero abhorreat, quicquam pronuncietur. Tum quoquē nullo iure fas esse, quenquam vel religionis, vel alia quavis de causa, rebus suis spoliare. De Concilio ait grauissimum fore Imperatori, si ipsi iam exceptiones contrā facere velint, cum non sint nescij, quanto perè eam incuram Cæsar incubuerit, vt Cōcilium quandoquē cogeretur. Quod ad Pōtificem attinet, sperare Cæsarem, illum tanquam præcipuum ordinis Ecclesiastici caput, pro sui muneris ratione, Christianè sese gerere, nec de illo quicquam omnino sinistrum suspicari. Licere tamen ipsis, si quid secus de illo nōrint, in Concilio modestè proponere, itemquē de forma & modo Concilij: namq; vt in ea re ipsi alijs nationibus prescribere velint, id sanè minis æquum esse: neq; ipsos persuasum habere debere, ipsorum theologos solos sapere, reliquos omnes bardos & bliteos esse: alijs quoquē locis passim viros & eruditione & pietate præstantes inueniri. Hæc & id genus alia dixit ibi Heldus, vt erat excellēti doctrina & mira ingenij dexteritate.

Eodem autem die venit eò legatus Pōtificis Episcopus Aquisensis, sed à Protestatibus nō magna eius Legatus fuit habitatio, cum tamen etiā Turcarum tyrānus legatos Christianorum comiter excipiat. Die quodam voluit is legat⁹ cum Lātgrauio colloqui. Ille respondit sibi non esse integrum, & eodem ferè momento adiit Luterum ex calculo grauior decubentem. Poterat id è sua domo facillè videre legat⁹, sed debuit equo ferre animo, apostatam monachū Pontifici maximo, cuius ipse legatus erat, longè anteferri.

Ad Heldi dicta vltima Februarij iterum Protestantes plixè admodum responderūt sed referre piger.

quia eiusmodi sunt, vt præclare Germanicæ nationi apud exterarum nationes oēs ignominia potius quam laudem sint paritura: verum hæc quoque non Principes, sed cōcionatores ita cōposuerat, vt identidē splendidē mentirentur. Denique in hac responsione Concilium à Pontifice indictum rececerūt. Assit enim iudicandi potestatem non ad solum Pontificem & Episcopos, verum ad Ecclesiam pertineret: quo quidem in numero sint etiã reges & ceteri ordines: diceret apertius, etiã cerdones, listores, carnifices, garrule anus, ambubaiarū collegia, phar-macopole. Quis verò ista nō irrideat? Scilicet pronūciare de Ecclesiæ dogmatis p̄tinet ad laicos, im-mō & ad cocos & subulcos. O vastissimam dogmatistarum Evangelicorum cecitatē. Et isti sunt purę doctrine & germani Euangelij syn̄ceri atque integerrimi præcones. Oportebat sanē germanos ad eiusmodi credēda nō temerē adduci, oportebat p̄fice Germanorum constantiē meminisse, & in rebus grauissimis summa, vti par erat, vti grauitate & maturitate. Verum hæc & id genus alia versuti homines parum cautis faciliē peruaferunt. Prius autem quam is cōuentus dissolueretur, quod fuit 6. Martij, ad Gallię regem datis literis, eius beneuolentiam & amicitia captarūt. Rex eis liberaliter respondit, licet ex animo Lutheri dogmata detestaretur: sed mutuis se auxilijs vt communirent, res ipsa poscere videbatur.

Scriptū regis Angliæ.

Per id serē tempus etiã rex Anglię scriptū edit, quo se ostēdit nō multum tribuere auctoritati summi pontificis, neque venturum; neque legatos missurum ad concilium Pontificiū: & alia pleraque satis acerbè in Pontificem, quem Catholici tanto propensius obseruare & suspicere debent, quod ab illis tam hostiliter oppugnatur, qui Lutheri quam Christi Euāgelium sequi mālunt. Multum hæretici

plerique

plerique omnes quiritantur de tyrānide Romanorum Pontificum; scilicet extinctam vellent illam summā auctoritatem, qua hæctenus hæreses omnes oppressæ sunt.

Hoc anno Solimānus Turcarum Imperator mo-^{Turca in sen- sus Lusitanis.}lestissimè ferens Lusitanorum potētiam in Indiam vsq; prolata, maxima ipsius regionibus detrimēta adferre, interclusis Arabici sinūs nauigatiōibus, quibus Memphim (hodiē Cairum vocant) atq; Alexandriam omnis generis aromata & mercimonia, & indè in Europam aduehi solerent, quæ iam per vastissimū Oceanum in Lusitaniā auerentur, atq; indè porrò in Angliā, Belgij, Germaniē aliarumq; regionū empōria dispēsarentur, hortatu Aegyptij præfecti ingētem triremium & aliorum nauigiorū classē magnis impendijs institutam, cōtra Lusitanos misit, vt eos ex tota India, vbi iam illi munitissimas aliquot arces construxerant, exturbaret. Iam paulò antè in bello Persico contra Tammasum infeliciter suscepto, didicerat Lusitanos quosdā sclopetarios & tormentorū magistros, qui maiora tormenta & fundere & peritè dirigere Persas docerēt, regi Persarum militasse. Id verò eius animum vehementer in Lusitanos exacuit.

Obiter hîc cōmemorare libet, in intimo Arabici sinūs termino montem Sina situm, qui natura faxe-^{Mons Sina.}us & abruptus in cælū exurgit, difficilimumq; præbet in superiora nitentibus ascensum. In eius summo cacumine, vndè est latissimus in maria prospectus, positum est delubrum, Diuę Catharina præclarissimæ martyricatum, quod confluunt peregrini D. Catha-^{Delubrum Catharina.}Christiani religionis ergo, licet non absq; periculo pateat accessus. Nec dubiū, quin illo in loco singulari quodam gaudio afficiantur pię visitantium animi, non solum ob tātę martyris facras reliquias, sed etiã quod indè prospiciēdo mari rubro liceat

grata mente reminisci, ibi olim submersum periisse Pharaonem cum infinitis equitum turmis, cum is persequeretur filios Israel, presenti Dei beneficio ex eius manib' grãdi miraculo elapsos: tum etiã, quòd eo in monte olim lex vetus data sit Hebræis: quanquã hodiè pleriq; irrident eiusmodi peregrinationes religionis ergò susceptas, cum ipsi potius sint irridèdi, qui ea carpant, q̃ Christiani omnes semper religiose admodum sibi obseruanda statuerrint. Legãt scilicet isti (vt innumera alia omittamus) vitam D. Paulę matrone Romane, à D. Hieronymo conscriptam, & indè discant, quã non sit nouum in Ecclesia, loca sacra inuifere.

*Triremes
plicatiles.*

Porro verò Solimannus, vt ad institutum reuertatur, egregia classe instructa triremium plicatiliũ, quę lōgo terrestris itineris spatio ad Suetiam vsq; maris rubri portum camelorum opera traheretur, itemque aliarum nauium, itã vt omnes simul octoginta circiter numerum implerent, in quibus erant ad viginti quatuor hominum millia, Aegypti præfectum misit expugnatum Lusitanos.

*Solimannus
Venetis in-
sensus.*

Eo tempore Solimannus leuibus de causis alieno, immò & infenso in Venetos erat animo, iusserratq; contra fidem abrupta pace Venetas triremes apud Alexandriam intercipi, & aliquot patritios mercatoresque Venetos, nautasque complures in carcerem conijci. Ex ijs autem eos qui idonei viderentur, in classem contra Lusitanos instructã distribuit præfectus Aegyptius. Sunt qui scribant, Solimannum id temporis à Christianis quibusdam, qui nimia Cæsaris Caroli felicitate offenderentur, non mediocriter in nostros incitatum fuisse: quod quidem miserimum est, vsque ad eò torqueri felicitate aliena, vt propterea non dubites orbem Christianũ prodere Christiani nominis atrocissimis inimicis. Verum hoc nos in medio relinquimus. Itaque Aegypti

gypti præfectus Solimannus Eunuchus (sic enim vocabatur, adiuncto sibi Moro Alexandrino, sinus Arabici angustias egressus, præteruectusque Perlici maris sinum, ad Indum vsque fluiuium peruenit.

Vt verò Lector rem melius perspectam habeat, *Dua in In-* nouerat duas ex Europa in Indiam fieri nauigationes. *duam nauigaliones.* Vnã ab Hispania vel Lusitania p littora Aphricę & Aethiopię in Arabiam vsque ad urbem Aden, indè porrò ad Ormurium nobilissimum emporiũ, ab Ormutio verò ad Cambaiam ciuitatem, atq; indè Calecutium, à Calecutio verò lōgè vterius vsq; ad auream Chersonesum, quam Malacham accolę vocitant, quę vrbs est mirę magnitudinis, regē habens Maurum: (Nam eousque, proh dolor, impia Mahometis secta peruaferat.) Eam autem Lusitani vi expugnatã occuparunt ac diripuerunt, denique flammis permiserunt. Multa ibi præda cecidit Lusitanis, & præter homines captiuos septemque elefantos, æneorum omnis generis tormentorũ ad duo millia. Porro Lusitanie rex munitissimã ibi construxit arcem, apud quam diuersarum nationũ mercatores multis opibus atq; diuersis aromatibus & odoribus eam urbem complentes, sibi ædes cum bona venia præfecti Lusitani cõpararunt, itã vt iam longè insignius quã antea ibi sit instauratum emporium. Turcę igitur vbi ad Indum amnem peruenerunt, Diuim urbem munitissimã, apud quam Lusitani insignem habebant arcem, sibi totis viribus oppugnandam sumpserunt. Verum Lusitanorum ea fuit industria, ea indomita virtutis constantia, vt turpiter profligati Turcæ, incepto desistere & relictis maioribus tormentis, ad Aden retrocedere compulsi sint, quod est felici Arabië celeberrimum emporium. Vbi classis præfectus Solimannus Eunuchus acerbè ferens tam improsperos audacissimorum conatum successus, fide data, ad classem euocat

*Aurea Cher-
sonesus di-
repta.*

*Diuim oppu-
gnat Turcæ.*

cat Adenium regē, qui tributarius erat regis Lusitani. Credidit ille miser fraudulēto homini, & cum quatuor regni proceribus venit in nauim, gratificaturus potentissimo Turcarum imperatori Solimanno Ottomanno. Porro Eunuchus perfidus iurebet eum & reliquos proceres in antenna prætoria nauis laqueo suspendi. Indè urbem capit, militibus prædæ datam. Interfecit etiā Zibitinū regē, (licet is præclaris muneribus impotentis hostis gratiam ambiret) vnā etiā omnibus aulæ eius præsidij tradidatis contra fidem datam. Indè abiit Mecham terrestri itinere, vbi impijssimi Mahometis sepulcrum

Mechā vrbs

inuisitur magno studio perditorum hominū, quos ille insanus sua superstitione dementauit. Vrbs Mecha totius Arabiæ clarissima est ob Mahometis cineres ibi conditos: quanquā ex recentioribus nō desint, qui scribant corpus eius apud Medinam urbem asseruari. Piget referre, quantum operæ & olei perdāt miseri mortales in medinæ vrbs amplissimo delubro, dum illum scelera tum nebulonē longè supra Christū colunt, quæ aiunt ad pedes Mahometis federe. Hoc autē obseruandum venit, Turcas Mahometanos, cum in templo Christianorum sacrificare volunt suo more, prius templum expiare, dirutis aris omnibus, cunctisq; imaginibus exturbatis:

Turca expiant templa.



quem morem sequuntur hodiè Zuingliani & Calviniani & pleriq; alij heretici, vt noueris eos non è Christi, sed Mahometis disciplina eum hausisse, sicut & pleraq; alia. Porro aras & imagines sacras è templis abolere, qd est (obsecro) aliud, quā ex rudis & simplicis plebeculæ animis omnem Christi Domini ac ingentium beneficiorum maximè que acerbissimæ passionis eius memoriam, omne quoque veræ virtutis & pietatis studium euellere: an non hoc planè Turcicum & Tartaricum est? O quā miserè deluditur plebs Christiana ab istis Mahometanis euangeli-

euangelicis, idq; sub ingentis pietatis prætextu. Sed ad rem. Eo igitur successu pugnatū est à Turcis contra Lusitanos, quod quidē Christi Opt. Max. bonitati acceptum ferēdum est, qui noluit impuros mahometanos Lusitaniæ regis sanctissimos conatū retardare, quibus ad ipsius cognitionem iam tum vocabantur & traducebant innumeræ ijs in locis gentes, quæ ad id tempus stultissimis & absurdissimis erroribus implicite, longè aberant ab omni vera salute. Nanq; Calcutani & quidam alij ipsium caco-demonem incredibili vecordia adorabant & colebant, multos que illi mortales immolabant.

Demon adoratur.

Porro huius anni autumnō infeliciter à Ferdinandi exercitu ad Exechium pugnatū est. Multum aucta est Turcarum potentia, dum Germania nullis vnquā Romanorum Cæsarum armis domita, & cunctis semper nationibus formidolosa, ab auita Maiorum pietate & religione discessit, & in portētosas easque valdè inter se diuersas & pugnantes hæreses se abduci passa est. Nam antea verissimè dici de ea potuit:

Legibus antiquis stat res Germana virisq;.

Et nisi pijsissimos principes atque monarchas, Carolum & Ferdinandum Imperatores habuissemus, quorum pietate potius quā viribus, licet ex quoque minimè contemnendæ fuerint, sepè fracti sunt immanes Turcarum impetus & conatus, profectō iam pridem actum esset de Germania: tamen si id nō sunt agnoscere homines ingrati, q̄ grauissima periculis patriæ suæ pericula aut non vident, aut effusi etiā irrident, scilicet nondū experti graue iugum Turcicæ captiuitatis, sub quo iam tot amplissimæ Christianorum ditiones miserabiliter suspirāt, nec minus tamen velint nolint illud perferre coguntur magno suo malo, quod vtiā vel serò nō sapere doceret. Sed hoc quoque est diuinæ animad-

Turcarum vires vult aucta.

uersionis

uerfiois genus quoddam vel maximè formidandū, cum sic excæcantur hominum pectora, vt in præfentiffimo positi discrimine, illud tamen vel non videant, vel paruipendendum putēt. Verùm ad Exechianum bellum veniamus.

Exechiū occuparat Turcicus exercitus duce Mahomete Iahiangole, idq; egregiè cōmunitum, totū belli contra Ferdinādum regem arcem fecerat, vnde multa & ingentia Christianis damna dabat, plerunquè ex insidijs magno terrore nostris arma inferens licèt interim certa maneret induciarum conditio, quæ minuta prælia, ijs in locis & extraordinarias in cursiões, quæ vix vnquam satis prospici queant, admittere videretur. Non enim pax intercepta censebatur, nisi iusto exercitu adhibitis tormentis muralibus vis inferretur. Verùm eiusmodi induciarum, quæ planè simulatoria essent, perreus Ferdinādus rex, statuit bellum facere Turcis. Itaq; equitum octo millia, peditum sedecim millia coëgit, magna tormentorū omnis generis vi illis adiūcta, erat is exercitus vsū belli & animis haud vulgaris, si cuncta rectè administrata fuissent. Mahometes Turca, vbi sensit in se arma parari, non defuit sibi, sed ipse quoquè magnas conscripsit copias, nostris neq; numero neque virtute contemnendas. Habent enim Turcæ paratas semper, equitum præsertim, ingentes copias, nec defunt Turcarum imperatori expediti sumptus ex immensis tributis ac vectigalibus, quibus eos perpetim liberaliter alat in exitiū Christianorum, Nostrī indè Exechium obsident, & facta non semel Turcis qui intus erant, prælij in eundē copia, Turcæ Mahometis imperio nihil se commouere sinuntur. Iam enim fames cœpit totū debilitare Christianorum exercitum, quod Mahometem minimè latebat. Erant quoquè ducū non eadem rei gerendę cōsilia, alijs aliud suadentibus. Interim tēpus te-

*Exercitus
Ferdinandi.*

*Exechium
obsidetur.*

rebat,

rebat, nulla re præclare gesta, motis subindè castris, nec paruis acceptis incommodis, dum Turcæ in oēm nocendā occasionem diligenter sunt intenti. Porrò vbi Mahometes nostros ad iter capefendū instructos vidit, expeditos Ianizatos & Martellosios eos iussit anteuertere, nec tñ vsquàm pugnandi copiam præbere, sed falconum globulis atq; sagittis continenter nostros appetere: quæ res plurimū nostris nocuit, præsertim mira velocitate Turcis nostros egregiè fallētib; ità vt à nostris facta impressione repentè dilaberentur: sed mox è fuga se recipiētes, nostros paticos longiūs progressos, multi circumfisterēt & trucidarēt. Eo modo periit Petrus Raschinus Boëmorum Marefchalchus cum Boëmis non paucis. Periit etiā paulò post Paulus Bachitius insignis dux Hungaris, cum plerisq; alijs fortibus viris Hungaris: dumq; nostri inter se cōsultant, quid potissimū attendandum sit, nec tamen idem omnes sentiunt, Mahometes omnia illorum incommoda pexploratores faciliè cognouit, nec iam de victoria dubitans, itinera omnia velut lunato flexu circūdidit, vt nusquàm ferè nostris effugiendi aditus pateret. Fugerunt autē Vfaronet Hungari, & clari alii quot duces, itemq; Sciriani omnes. Post hos fugit etiā ipse supremus belli dux, & quidem inermis, deserto prætorio, quod erat argentea supellectile, ceterisq; ornamentis opulentum. Remansit Ludouicus Londronius dux peditum, vehēmenter quidem dolens, se à magna equitum parte turpiter destitutū, sed nihilo minùs pedites ad fortiter conandum præclare adhortans. Ad eum verò confluxere equites Carinthij, Saxones, Misnenses, Düringj, Fræcones, Austriaci & Boemi, qui ignominiosę fugę comites esse noluerant, obsecrantes vt imperij munus susciperet, ipsos quę iuberet, incūctanter facere paratos, & pro religione atque pro optimo re-

*Christiani
fugunt.*

ge, donec vires suppetereent, constantissime cum impuris hostibus dimicatueros. Londronius quidem se imperatoris nomine indignum professus, tñ quoad licuit, strenui Imperatoris munus impleuit. Porro cum iam iter arpererent, aduolant sauiissimi Turca truci vlulatu edito, nostrosq; vndique circumdant, ita vt multa simul prelia ab equitatu fierent. Multi ibi egregij viri ex nostris ceciderunt, hostium multitudine superati. Denique, quod miserandum est, ad vnum ferè omnes tum equites tum pedites, qui ante prælium illud non aufugerant, ab immanissimis barbaris trucidati sunt. Londronius cum tribus cohortibus hortatu Turcarum, qui iam in paludem quandam vi equitum irruentium adactus, cedendo fessi erāt, sese tandem post fortissimè nauatam operam dēdidit: verum in itinere ex vulnere faucius, quominimè videretur Byzantium viuus adduci posse, a custodibus est interfectus, & caput eius Solimanno transmissum. Barbari cæsis nostris, auidissime præde inhiabant, eosq; qui se effugere ex prælio. posse sperauerant, multa velocitate insectantes, non paucos ex ijs interceperunt, in duram redigendos seruitutem. Mahometes verò direptis castris nostris, se locunditati dedit, in pratulo quodam prius à cadaueribus repurgato epulatus hilariter. Eo autem ad se adduci iussis captiujs nobilibus, splendidis spolijs, maximè verò vexillis, suos præfectos, qui eo in prælio se strenuè gessissent, verbis egregiè commendauit, & militibus donatiui nomina aureos, & argenteos nummos sua manu elargitus est: porro captiuorum insignium nomina & dignitates annotari iussit. Solimanno postea in argentea pelui oblata sunt tria præcipuorum ducum capita cum vexillis, inauratis thoracibus, galeis &c. Hęc verò fuit Christianis longè turpissima strages, quam pleriq; conferunt in ducis culpam & temeritatem, Certè Christiani.

Caduntur Christiani.

ianos admonere potuit, vt tandem positis animorum dissensionibus, religionis dissidijs compositis, vitijs quoque & flagitijs, quibus supernum Numen offenditur, & barbarorum vires crescunt, egregiè castigatis, Deum sibi & orbi Christiano propitium efficere maturarent. Certum est enim, nulla re magis aduersum nos augeri vires & potentiam immanium Turcarum, quam vita flagitiosa, bellis intestinis & deprauata religione. Certè insignis hæc victoria illis impuris & execrandis Mahometanis nullo ferè sanguine constitit, cum ex nostris flos equitū & peditum ferè ad internecionem deletus sit. Qui autem viui in hostium potestatem venerunt, ijs plerisque in summā ignominiam nares à barbaris truncatæ sunt, & dura seruitus imposita. Fuit ea clades Ferdinando regi haud dubiè longè acerbissima: sed pius princeps, quod aliena temeritate contractum erat, infectum reddere non potuit. Ipsum tamē ducem primarium eius belli, aliquandiu honesta sub custodia detinuit. Porro ille veritus, nè capite damnaret, (nam multi eum proditi exercitū nomine deferebant) è custodia elapsus, ad Turcas profugit. Porro vt cum aliquo insigni munere ad Mahometem Turcarum præfectum veniret, alium quandam regulum, vt secum aufugeret, sollicitauit. Ille se futurum promittens, aut se promittere simulās, eum hospitio receptum post epulas obtrūcauit, caputq; illius regi Ferdinādo misit, qui illi castellū omnemq; substantiam cæsi ducis dono dedit. Ea fuit perfidiæ pena. Iam multa illi liberaliter promiserat Mahometes, eius opera vsurus contra Ferdinandum regem: sed Deus perfidię consilia tam inexpectata cecidanteuertit.

Victoria Turcarum incruenta.

Transfuga vilis necat.

Classis Turcica.

Hoc ipso anno Solimannus Turcarum imperator Italiam inuadere constituerat. Habebat classem ornatissimam, & multo milite instructam. Ea in re

tanta fuit vsus celeritate, vt du centa armatorũ milia prius ad Macedoniã orã adduxerit, quã è Byzantio profectus crederetur. Nec deerant illi transfugæ Christiani, qui ei Christianorũ consilia explicarent. Ante annos quinquaginta auus eius Mahometes, occupata Hydrunte, summum Italiã terrorẽ attulerat, iam quẽ de Italia actum fuisset, nisi illum sanguinarium tyrãnum subita mors, deo Christianis maturẽ opem ferente, è medio abstulisset. Cũ iam Solimannus in Italiã conspectum venisset, misit è suis, qui Salentinorum animos explorarẽt. Illi Castrum oppidum deditiõne acceperunt, quod tamen contra fidem datam, ducibus quidem inuitis, à barbaro milite direptum est, & captiui florentiãtate in classem abducti sunt. Interim noctũ aliquot Turcæ equites hippagogis subuecti, ab Aulone in Salentinum agrum traiecerunt, & magnum omnis generis hominum & armentorum numerum interceperũt. Maior verò Christianis clades imminabat, nisi eam cuiusdã Veneti Trierarchi temeritas, Deo Christianis parcente, auertisset. Is enim paulò antè passus damnũ à Turcis, in Triremes quasdam Turcicas incidit, suoque indulgens dolori, aliquot ex eis demersit. Ea res Solimannum in Venetos non medio critere concitauit, licet insciete senatu accidisset. Eodem quoque tempore Andreas Auria Cefareanę classis prefectus, casu in classis culam quandã incidit, omnis generis commearũ & linum Alexandrinum Solimanno aduchẽtem, quam mox totam cepit, viris ad trãstra triremium damnatis, & præda omni in suas triremes illata: porrò nauibus incensis, quòd sibi fortasse minimè vsui futuras iudicaret. Incendit etiã duas Turcicas triremes, quibus Solimanni legatus Inusus beius ad Venetã classis prefectũ, qui tum in Corcyra insula morabatur, aduectus fuerat. Sed is quoque malè acceptus à Venetis,

*Castrium
direptum.*

*Capti Chri
stiani.*

*Classis
Turcica
capta.*

& in grande discrimẽ coniectus, irã vt à latronibus Acrocerauneis, quẽ cum in littus euadentẽ ceperant, præsentem pecunia se redimere cogeretur, vbi ad Solimannum redijt, acerbissimè de Venetis cõquectus, Solimannum in bellum Venetum inflammauit, licet Venetus prefectus id factum multa ratione excusaret. Hũc accedebat, quòd Auria noctũ ac diũ sulcando maria, atque omnes portus explorãdo, alias duodecim Turcarum triremes cruentissimo prælio captas deleuerat iisdẽ ferẽ diebus, non paucis è suis propugnatoribus atque remigibus & magistris triremium desideratis. nam duodecim Turcicẽ triremes cũ trigintaquinque; instructissimis Aurianis triremibus audacissimè cõgredi nõ dubitarũt, & cum iam milites Turcæ grauissimis faucij essent vulneribus, defessiq; pugnando tamẽ occumbere, quã se dederẽ, maluerũt. Porrò enses incuruos, quos magno parat precio, in mare iactarũt, nè Christiani illis potirentur. Ij erant Ianizari milites prætoriani, & selecti equites, quos Spaches appellat: quorum utroque est summa & incredibilis in hostes audacia & pugnandi pertinacia: quod plerique Christiani ignorantes, putant Turcas imbelles esse hominum genus, sed fallũtur, cum sint reuera apud illos inuidiã virtutis & summæ constantiã pedites & equites. Nec medio critere ad perferenda & subeunda quouis vitæ discrimina illos accendit, quòd sciunt certam sibi imminere perniciem, si per ignauiam minus fortiter & strenuè egisse deprehendantur. Misertum contra Auriam Solimannus Barbarussam cum octoginta triremibus, sed Auria abductis Turcarũ aliquot integris nauibus, fuga sibi cõsuluit: Porrò Solimannum ea ab Auria accepta clades, & à Venetis geminã cõtumelia, acerrimis iracundiã stimulis pupugit, quos mirificè acuebant aliquot Turcici proceres, quorum hortatu cõputato belli cõsilio,

*Duodecim
triremes
capte.*

quòd Italia non tam facilis expugnata videretur, Veneris bellum fecit.

*Facinus au-
daciſſimum*

Per id tempus Acroceraunij latrocinij aſſueti, feri & agreſtes hoſes, nullos certos deos colentes, incredibili temeritate conſiliū ceperunt Solimanni noctū interficiendi: ſed ea res à vigilibus prætorianis facilè deprehenſa, magnā illis cladem attulit, Solimanni iuſſu immiſſis in illos militibus, qui eos ad ſatietatem uſq; trucidârunt. Indè ad Corcyram itum eſt. Eam oppugnare cōſtituit, tanquā Venetitionis. Itaq; immiſſi Turcæ in inſulam, Corcyram vrbe fruſtra obſederunt, tandemq; poſt multas clades paſſim Corcyræ inſulæ illatas, innumeros homines Chriſtiana religione initiatos, in terribili ſeruitutè abduxerunt, quorū numerus, quod eſt ſumprimis triſte & acerbū, ſexdecim milliū exceſſit, omnis ſexūs & ætatis. Præerant tum Corcyræ duo Veneti patricij, qui (quòd ſic ſalus publica poſcere videretur) ſuburbia oppidi pulcherrimis & egregijs ædificijs ornata demoliti ſunt, nè à Turcis occuparentur in vrbis exitium. Hoc erat quidem triſte ſpectaculum: ſed rolerabile tamen, quòd teſta diruta facilè inſtaurari poſſent: illud verò longè triſtiſſimum, quòd cūm vererentur non ſuffecturam vrbi annonā, ſi à Turcis obſidione premeretur, imbellem omnem populi multitudinē ex oppido eiecunt, quæ cūm in foſſis pernoſtare cogeretur, vi turbulentiffimæ tēpeſtatis & metu barbarorū multo ex ijs, præſertim pueri matrum cervicibus inharētes, miſerandum in modum extincti ſunt. Verūm Solimannus & Italiæ & Corcyræ belli parūm felici euentu poſitus, non abſque pudore Byzantium, nulla re præclare geſta, redijt: ſed interim tamen diuerſis in locis iuſſit ſuos duces bellū inſerre Venetis. Porrò priūs quā obſidionem ſolueret, vbi dicit Caſtri oppidi incolas contra fidem datam ab-

ductos

ductos eſſe in captiuitatē, uſque adeo eam rem moleſtè tulit, quippe qui nollet crudelitatis & ſequitæ argui, vt eius maleficij authores iuſſerit ſupplicio aſſici, & Caſtrenſes captiuos omnes magno ſtudio conquiſitos, in locum ſuum reſtitui. Tandem ſub æquinoctium autumnale Corcyra ab hac Turcarū inſeſtatione liberata eſt.

Sub huius anni finem pleraque omnia Geldrenſes oppida à ſuo principe Carolo Egmūdano deſiciūt ad Guilhelmum Cluiæ & Iulix ducem. *Geldrenſes deſiciunt à ſuo duce.* Deſectio. ſuo duce. nis occaſio fuit, quòd Carolus dux videbatur eam munitiffimam ditionem in ius regis Gallorū, cuius fuit ſtudioſus admodū, trāſferre cōſtituiſſe, quod Geldrenſes minime ſibi ferendū putârunt, nè Germani Gallis ſeruire cōpellerentur. Nouiomagenſes in ea deſectioe primi fuère, qui etiā principis arcem intra vrbe ipſorū ſitam, munitioibus eius nouis ſolo æquatis, occupare non dubitârunt. Porrò Principi Iuliacenſi eius ditionis fuit inauſpicata uſurpatio, vt poſteā dicemus.

Eodem anno tumultuatum eſt in Angliā, multis hominum millibus arma in regem ſuum corripien- *Tumultus Anglicus.* tibus. Ij erant Lincolnienſes & Eboracenſes, q moleſtè ferebāt innouatum regni & religionis ſtatum, tum quoquē frequentes exactiones regias. Fucrut ad quinquaginta millia, ſacram expeditionem militiam ſuam appellantes. Verūm callida ducum regis ſimulatione perſuaſi, cūm pacem à rege oblatā atq; concordiam expectarent, arma deponunt. Sed non diū poſt pœnas luerunt, aliquot eius turbæ capitibus vltimo ſupplicio affectis.

Diuerſis vicibus Paulus Pōtifex aliquot inſignes viros in Cardinalium collegium cooptauit. In ijs fuit Caſpar Contarenus patritius & ſenator Venetus, Reginaldus Polus, Iohannes Bellaius, Fredericus Fregofus, quibus etiā opportunè adiunxit Sa-

dolerum, Aleandrum, Bembum, &c. Hoc factū eum Sleidanus improbare non possit, animum & consilium Pontificis pro sua modestia sibi carpendum sumit, eam tamen bonorum virorum sit, etiā dubia in meliorem partem interpretari. Scilicet Sleidanus videre potuit arcana Pontificis consilia, quae suo in pectore versaret. O quam longè abest ab omni animi candore eiusmodi sibi hominum genus, tametsi valdè velint Euangelici videri. Ait Pontificem idoneos sibi ppugnatores parare voluisse: videlicet romana sedes peritura est, nisi paucorum hominum scriptis & eloquētia à Lutero & eius infauusta sobole vindicetur. Immò verò illa sedes, quae trecentis & amplius annis à tot ethnicis, iisdemque longè potentissimis, Romanorum Imperatoribus, Christiani nominis atrocissimis persecutoribus, quae ad Magnum vsque Constantinum totius ferè orbis imperio positi, immanissimis in Christianos constitutis supplicijs, Christi fidē penitus extirpare & abolere voluerunt, à tot præterea tyrannis & haereticis euerti haec nō potuit, Christo Domino suā ecclesiam aduersus omnes inferorum portas fortissimè propugnate, etiā demceps ad supremū vsque mundi diem in columis perdurabit, quātunlibet in eam debacchentur horum temporum infauisti dogmatistae, à malo daemone in multorum perniciem incitati, vt amplissimas futuro Antichristo vias muaniant, & interim innumeras animas secum trahant in tartara, nulli omnino deterius nocituri, quā si bijsis & miseris illis, quos sub Euangelij & verbi Dei pretextu in varios inducunt errores.

ANno 1538, Carolus Caesar & Franciscus rex in mutuos venere complexus. multum pro suo munere egerat Paulus Pontifex, vt apud Niceam convenirent, sed efficere nō potuit, vt ipso presente in collo-

loquium venirent. Id tamen impetrauit, vt in nouē vel decem annos inducias inter se pacificerent. Per id tempus Caesar Pontificis nepoti Octauio despondit filiam suam notā margaritam, quā prius habuit in matrimonio Florētij princeps Alexander. Quāuis autem Caesar & Franciscus rex, licet plurimum annitente Pontifice, id temporis familiariter congressi non fuerint, Caesar tamen per internuncios indicauit Fráncisco, se prius quā in Hispaniam nauigaret, in eius cōplexum venturū & tum Caesar ipse, tum Franciscus rex ambo more Christiano Pontificem venerati sunt, ita vt vnā cū rege multi quoque eius proceres dextrū Pontificis pedē oscularentur, idem tamen facere recusantibus Christophoro duce Vuirtenbergico, Guilhelmo Furstenbergio, Marescallo Marchiano, & Danię regis legato Georgio Gluchio, qui erant cum rege, quos vtique, nē id facerent, Luteri & eius similibus scripta vehementer deterruerant. Verū si ipse præpotētis Dei filius ad pauperum piscatorum pedes se amantissimè demisit, eosque beneuolentissima sedulitate & lauit & extersit: quid, obsecro, piaculi est, si homines Pontificis nō quidem nudos, sed tectos pedes supremis labris Christianæ cuiusdam declarandæ modestiæ causa deosculentur? O quātum interest inter spiritum Christi, & spiritum huius mundi. An non Christus ipse dicit omnibus, Discite à me, quia mitis sum & humilis cordis? O quā facile perspiciunt cordati omnes, quo spiritu imbutus fuerit Luterus, qui tan toperè à Christi humilitate abhorret, suosque abhorre facit. Et hæc certissimè vnica causa est, quod inter sectatores eius tot existūt dissensiones & discordiæ inter-

Induciae inter Caesarem & Gullos.

Ioban. 13.

Matth. 11.

Causa dissensionis inter sectarios.

Romana sedes inconcussa.

Matth. 16.

quod tot millia imperitæ plebis horrendum in modo pereant ac ruunt in Tartara.

Porrò dum de pacificendis inducis apud Niceam tractaretur, Cæsarsq; ad Villafranchâ subsisteret, accidit vt in quadâ villa villicus quidâ in area fabarû acorû cribraret & vtilaret, idq; nõ vno, sed multis per interualla locis. Indè verò dẽfæ nubes instâr fumi in altû eleuabantur. Quę res vehementer perterruit Cæsareanos omnes, q̃ putarent Barbaruffæ classem superuenire ad perdendû Pontificẽ & Cæsarem. Verûm cunctis mirẽ trepidâtibus, Cæsar stetit imperterritus, tametsi & Andreas Auria & Daualus Vastius ad arma se pararêt, & omnes nõ mediocriter animis perterriti viderentur. At paulò post vbi cognitum est, eam trepidationem temerẽ susceptam fuisse, in risum & cachinnos versa est, non obscuro pudore perfusis principibus, qui tam inaniter timuissent, maximè cum viderent Cæsarem prorsus impaudum. Indè solutus est ille apud Niceam conuentus, & Franciscus rex in suum regnû abiit. Pontifex primûm Genuam, deindè Romam peruenit, vbi quẽ ob studiû inter illos summos principes pacis conciliandę summo cum honore pompa triumphali acceptõ. Cæsar verò, vt erat pollicitõ, ad aquas Mortuas profectus est. Eo quoquẽ accessit rex Franciscus, & in duas scaphas se demittens cum Henrico Delphino & Carolo Aureliano Duce, multisq; p̃ceribus, à Cæsare ad latus quadriremis suæ obuiam accurrente, cum omnibus suis & liberis & proceribus summo animi candore in arctissimos amplexus susceptus est. Andreas quoquẽ Auria, qui ante decem annos à rege Francisco defecerat, impetrante Cæsare, in gratiam à rege receptus est. Postea Cæsar cum rege diu secreta miscuit colloquia, ita vt omnes in certâ spem cõponendę inter ipsos pacis venirêt, Deindè regem à se humanissimè dimissum, ad scalas quadrire-

*Cæsar ex
Franciscus
rex conueniunt.*

quadriremis suæ deduxit. Altera luce per oēs triremes denūciat, nõ quis ipsi in iussu in terram exeat: ipse verò cum aliquot aurei velleris illustribus viris ingressus est urbem Gallicam, cum rege pransurus. *Cæsar cum Apparet indè candidû pectus optimi Imperatoris, rege prædet.* qui ne de hoste quidẽ malè suspicaretur. Vbi verò in continentẽ perlatus est, rex & regina cum duob; liberis illum humanissimè complectuntur, & in palatium regis abducunt. Iam appetente crepusculo Cæsar Andream Auriam, qui ad classem remâserat, *Apud regẽ certiozem reddit, se apud regem pernoctaturum. Id enim rex & regina ipsius soror ab illo impetrârunt, licet non sinè magno discrimine id fieri videretur. Sed præpotens Deus, cui Cæsar egregiè confidebat, non est passus quicquam illi sinistrum accidere. Voluit autem Cæsar eius rei Auriam certiozem facere, nõ quid ille aduersi suspicaretur. Altera luce Cæsar redit ad mare, comitante illũ rege & multa procerum frequẽtia. Indè postquàm in puppi Cæsareanæ quadriremis rursûs hilariter cõpotatum fuit, amicissimè discessum est. Franciscus rex per id tẽpus certam cum Cæsare contraxit amicitia, ita vt sub Cæsaris vexillo, & in tẽtorio Cæsaris Caroli cum maximis terra mariq; coactis copijs se Turcis bellũ illaturũ polliceretur, Cuius quidẽ amicitie fidutia Carolus Cæsar multa in itinere, quo Hispanias repetebat, cum Andrea Auria de bello Asiatico, Græco & Africano suscipiẽdo locutus est, & de pace cum rege conciliata, reges & principes Christianos omnes certiores reddidit. Sed rex Franciscus Mediolanensem ditionem sibi omninõ adiudicandam sperauerat: ea spe frustratus, postea in nouas belli cogitationes pertractus est, magno totius Reipublicę Christianę detrimento: quãquam etiã alię rationes ad bella instauranda illum fortassis mouerunt.*

Circa hæc ferè tẽpora mortuus est Erardus Car. *Erardõ epi-*

*scopus ma-
visus.*

dinalis & Episcopus Leodiensis, qui multos Lutera-
næ sectæ addictos malè acceperat, quod Sleidanum
malè habet: ideoq; scribit, illū sibi sepulcrū & ex-
quias anniuersarias lōgè ante obitū fieri curauisse,
non tam pietatis quàm ostentationis causa, quod
esset gloriæ cupidissimus. Itā Sleidanus magna fidu-
tia profert sententiam etiā in arcana pectorū cō-
silia, quæ solus Deus nouit. Sed hoc licet Euangeli-
um Luteri complectētibus, verūm Christi sectato-
ribus non licet, quid enim sibi non permittunt Lu-
terani dogmatistæ? Quisqualis certè fuerit vita il-
lius Cardinalis, scire tamē nō potuit Sleidanus, qua
mēte ille uoluerit etiā ante obitum exeqs anni-
uersarias sibi fieri. Ait ibidē, Pōtificio sacrifico-
rū operib; attribuire merita, quib; eternæ uitæ pre-
mium debeatur. Itā quidē Sleidanus, ut ubiq; Ca-
tholicis suo more traducat. Certè Missæ sacrificiū
& uisus & uita sanctis pdesse, tam est certū ex san-
ctissimorum Patrum irrefutabilibus testimonijs, ut
meritō pudere debeat omnes, qui id negare audēt.

*Bona opera
undē merita
toria.
Philsp. 2.*

Bona uerò opera, quæ faciunt Christiani, nō est du-
bium fieri gratia Christi, non tamē absq; liberi ar-
bitrij quadam cooperatione. Deus enim operatur
in nobis & uelle & perficere, ut ait Apostolus. Indē
ergo est meritum bonorum operum, quod fiant ex
gratia Dei. Tolle gratiam ab operibus humanis, &
parū aut nihil gratia erunt Deo, sicut uidemus in
Turcis, Iudeis & Ethnicis, qui nullis suis operibus
possunt placere DEO, cum sine fide impossibile sit
placere illi. Porro uerò si Deus per nos, non tamen
sine nobis, efficit bona opera nostra, num ille indi-
gnus cēsendus est, cuius operib; debeatur uita eter-
na, maximè eūm ipse innumeris scripturæ locis pol-
licitus sit uitam æternam rectè agentibus? Sed aiunt
Luterani nos itā fidere operibus nostris, tanquā
illis solis absq; Christi gratia debeatur uita æterna,

*Luteranos
rum calus
mnia.*

Ve: ūn

Verūm hoc illi cōtra suam conscientiā mentiūtur.
Nos enim etiā cum bonorū operū sumus studio-
sissimi, nō tamen illis, quæ nos facimus, certō uitam
æternam deberi affirmare audemus, cum scriptura
dicat: Nescit homo utrū amore an odio dignus
sit. Itaque cum multa uideamus etiā ab improbis
hominibus fieri, quæ speciem probitatis, pietatis &
charitatis præ se ferant, pij omnes suis operibus nō
sunt ausi præfidere, maximè q̄ non sint planè certi,
an ex gratia & charitate, sine qua nihil potest gratū
esse Deo, profecta sint, uel potius ex quodam natu-
ræ instinctu, aut alijs id genus incitamentis, quæ cer-
tum est uitam sempiternam mereri non posse. Hinc
est illa Apostoli insignis & suspicienda prædicatio:
Si linguis hominum loquar & angelorum, si omnē
fidem habeam, itā ut montes transferam, & pleraq;
alia, charitatem autem nō habuero, nihil mihi pro-
dest. Ergo nec fides prodest absque charitate. Et ta-
men Euangelici isti incredibili quadam confiden-
tia & temeritate aiūt, si quis firmiter apud se statuat
per Christū sibi remitti peccata, illū, si sic moriatur,
ē uestigio euolare in cælum. Verūm hæc est omninō
compendiaria uia in mortē sempiternam. Scripturæ
diuinæ omnes eiusmodi temeritatem & insanā cō-
fidentiam longè à nobis abesse uolunt, propterea
quod longè alia sunt iudicia Dei, quàm hominum:
nec tamē hac ratione impellimur ad desperationē,
sed inuitamur ad cautelā & circumspectionē, nē in-
ter tot uitæ huius pericula usquā nimium securi-
simus. Tanto autē certè securiores erim; quāto bo-
norum operum sincera animi intētionē studiosio-
res fuerimus: non q̄ nostris operibus præfidere de-
beamus, sed q̄ uita piæ & religiosæ transacta, ma-
gnam præstet homini fiduciam, ut multis scripturæ
locis doceri potest, sed nō est huius loci. Itā nanq;
& Apostolorū princeps hortat nos, ut p̄ bona ope-

Eccē 9.

1. Cor. 13.

*Temeritas
harcticorū.*

2. Pet. 3.

ra certam faciamus vocationem nostram. Sed hæc tam sunt manifesta, vt mirum sit vsque adeò perfricuisse frontem istos euangelicos, quicquam vt contradicere ausing. Atque eorum impudentia facit, vt propter minùs peritos interdùm his & id gen^o alia explicandis diutiùs immoràdum sit, quàm alioquò huius scripti institutum admittat: præsertim verò, quando Sleidanus in illis suis pestilētissimis Commentarijs sparsim sua diffundit venena, totusq; ferè versatur in Luteri & sectatorum eius placitis fucandis, & lectori incauto exitiabiliter instillandis. Atque hoc ferè loco ille bon^o vir prolixè recitat formam reformationis cuiusdam, quam aliquot Cardinales Pontifici clam obrulerint. Deinde addit, Nicolaum archiepiscopum Capuanum, omnis emendationis impatientem, à Pontifice submissum (vt certò creditur, inquit) magna cōtentione reclamasse, nè quid omninò reformaretur: itaque passos esse patres atque pontificem sibi persuaderi, nè quid mutaretur. Rursus addit, eundè ipsum Nicolaum, emissò clanculùm in Germaniam libello, voluisse pōtificem atq; reformatores illos p̄bere deridendos: ita em̄ ait plerosq; id accipere: alios putare dicit, non nescio pontifice exiisse libellū, vt sic aliquod ipsius studiū appareret emendationis. Quis hīc nō videat hominis istius malignum in Pontifice traducendo animum? Ait certò credi, ait plerosque ita accipere, ait alios putare, qui tandè illi sunt, nisi Sleidanus & eius similes, Pontificis & Ecclesię Catholicę obrectatores: qui si Pontificem vlla in re lædere possint, videntur sibi facinus designasse euangelicum. Fuit autem reformatio quædã oblata Pontifici, sed illam ipsam tum Luterus Germanicè, tum Ioannes Sturmīus sua illa præclara conuiciandi licetia atrociter oppugnârūt. Et tamen non pudet Sleidanum impudèter affingere Pōtifici, quod ipso instigante

Archiepi-

*Sleidani
in Pontificem
calumniam.*

Archiepiscopus Capuanus reclamârūt, nè quod omninò reformaretur. Nam etsi fortassis commodè nō poterant statim reformari omnia, quæ emendatione digna viderentur: tamen nihil omninò voluisse reformari Pontificem, impudentissimam habet vanitatem. Itaque his & id genus alijs calumnijs hoc consecutus est ille Sleidanus, vt nulla in re tutò illi fides adhiberi possit, nisi aliundè constet vera eum scribere. Et Luterus certè hanc reformationem vertit Germanicè, & à margine sua adscripsit scholia, nō alio magis quàm tali viro digna: ipsos autè reformationis authores, quorum, etiã Sturmio facente, erat multa eruditio & vitæ integritas, non est veritus appellare perditos ac deploratos nebulones. Sed quid ille talis vir aliud faceret, cuius o maledictiōe plenū erat, & amaritudine, & dolo? Nec Sturmīus à conuicijs & contumelijs abstinuit, id quod in eo repræhendit doctissimus Cardinalis Iacobus Sadoletus.

Per hoc ferè tempus Luterus cum suo grege varijs machinationibus & scriptis, Concilij à Paulo Pontifice indicti autoritatè cōuellere nitentur, vt rudem plebeculã arctiùs suis fraudib; implicatã tenerent. Scribebantur tum ab illis noui Pasquilli, nouæ Beelzebul epistolę, fabulosę Legendę de Iohãne Chrysofomo, quas Concilio impudenti vanitate affingebant: præterea quatuor Epistolę Iohannis Hussi, & libellus de donatione Constantini Magni. Itã illi apud suos facilè efficiebant, vt quã vna re grauissimis religiōis distidijs vel presentissima semper remedia adferri cōsueuissent, ea in contemptum & risum adduceretur, & miserè euerfis, & in diuersas casq; sceddè dissectas factiones distractis, nihil prorsus opitularetur. Traxerūt etiã in suas partes Saxonie Ducem Henricum, fratrem optimi & constantissimi in Catholica religione Principis Georgij,

*Luteran^o
oppugnant
Concilium.*

Georgij, quē Luter⁹ tā multis iniurijs & calumnijs mirabili quadam audacia sibi diuexandum sumpserat. Edebant igitur nouas caeremoniarum ordinaciones, nouos passim Catechismos etiā illi, q nullis initiati sacris, parcecias administrandas suscipere non dubitārit. Qua in re obseruādum est arcanum Dei iudicium, quōd illi, qui cōtra Ecclesie sanctionem calicem sibi vsurpare voluerunt, Catholicosq; sacrificios criminabātur, quōd ipsis alteram speciem malignē suffurati essent, tales accepere pastores, q cū nullam haberent conficiendæ Eucharistiaē potestatem, ac nihilo minùs sacramenta illis porrigerent, non aliud sanē quā merum panem & vinum præberent, veraque illis specie penitùs subtracta. Et sic quidem par fuit puniri obstrēperos & refractarios, qui desertoribus ac se ditio sis monachis potiùs, quā totius Ecclesie iudicio obtemperare voluerunt. Porrō Henricus Princeps per nouos Visitatores nouos constituit articulos, quos & à Clericis & à Laicis suæ ditiōis voluit obseruari. Verūm illi articuli non solūm à sacris literis, sed etiā ab ipsorū Augustana Confessione & eius Confessionis Apologia discrepabant. Certē Luterus ipse in libello de seculari potestate dānat eos Principes tanquā inanos & peruersos, qui eis in rebus, quæ ad fidem & Ecclesiam pertineant, subditis suis leges præscribāt, Verūm hæc Luteri sententia nullius tum ponderis fuit: quanquā eiusmodi articuli non tam à Principe, quām prophanis illis Visitatorib⁹ editi fuere. Itā res passim in deterius mutabantur, & mirabilis atq; incredibilis in religione confusio magis ac magis increfcebat, cū illi sacra obirent munia, qui nullis prorsus sacris initiati, nulla legitima auctoritate vel promoti, vel missi essent. Et hæc tamen omnia summē erant Evangelica, & purum putum verbum DEI, effusē haud dubiō misfororum mor-

Horrendū
Dei iudici-
um.

Mutatio re-
ligionis.

talium cæcitatem & delirationem ridentibus malis demōnibus, qui ijs rebus mirificē delectarentur.

Hoc tempore Argentoratenses, qui Zuinglij dogma sequebātur, illis, qui ex Gallijs & Belgio sectarum nomine profugere compellebantur, in ipsa vrbe sua templum occupādum tradiderunt, vt Ecclesiam constituerent. Huic aliquandiu præfectus fuit Iohannes Calvinus ex Gallia profugus, qui postea Geneuēsem in Allobrogibus Ecclesiam occupauit. Hunc Calvinum à patria sua ob vitæ improbitatē exulasse quidam scribit, eundemq; alius dicit inter dissolutos suę vrbis viros dissolutissimum, inter inconstantes & scēdifragos incōstantissimum. Is nouam quandam de Eucharistia opinionem è suo parum sano cerebro commentus, negat cum Zuinglianis veritatem corporis & sanguinis Christi in Eucharistia, sed horum tantūm energiam illic vult haberi. Non putauit Calvinus sua maiestate dignū, vt ipse minus aliquid, quā cæteri, posse videretur. Itaq; hæc nouam mundo iam planē vccordi doctrinam inuexit. Ne hoc contentus, etiā multa alia p̄clara & tali viro digna scripsit, quę quidē eiusmodi sunt, vt citra horrorē legi vix possint: quanquā ea quoq; in felicissimis mortalibus non alio quā ipsius verbi Dei titulo obtruduntur. Sunt autē cum intolerabili in Deum blasphemia coniuncta, vt, q scelera & flagitia omnia Deus in homine operetur, q lex & voluntas Dei sapē inter se cōtrarię sint, q diabolus iubēte & volēte Deo mentiat in cordib⁹ hominū, & multa alia, nō verbis, sed flāmis Tartareis vindicanda, q tamen ausus est quidā eius sectator Theodorus Beza defendēda suscipere. Proh nefarios homines, si tamē homines dicēdi sunt, q certē in humana effigie Tartarei cacodemones esse vident. Vt autē suā egregiā doctrinā Calvin⁹ ille, cūm iam Geneuæ multa præditus auctoritate degeret,

Calvinus
nouum fin-
git dogma.

Caluini sine
manes bla-
phemia.

miraculo quodam confirmaret, rem fecit sempiter-
na memoria dignam, vt cognoscat posteritas, quib-
dolis, fraudibus & imposturis vti non dubitarint,
qui Catholicam Ecclesiam nostro quo sub Euāge-
lij instaurandi pretextu sibi oppugnādam sumpse-
runt. Persuasit quandoquē misero cuidam, vt se pa-
teretur tanquam mortuum in templum deportari.
Fecit ille, consentiente etiā eius coniuge. Porrò
Caluini consiliū erat, vt hominē coram populo iu-
beret redire ad superos seu reuiuiscere, hominēque
mox sese erigente, tam inaudito miraculo certam
omīnō & sacrosanctam in orbem terrarum doctri-
nam inuexisse videretur. Sed ò Dei clemēsiā, que
perfidiosi hominis actum incredibilem noluit late-
re mortales, vt sic maturē ab eius cōsortio se remo-
uerent. Miser ille qui viuus in tēplum illatus fuit,
mortuus indē elatus est. Cū enim Caluinus propi-
pius accessisset, & si sua doctrina vera esset, eum iu-
beret resumpto spiritu surgere, vt homo callidus
laqueo, quem alijs tetenderat, ipse strāgularetur,
& omnes intelligerent falsissima esse que miseris p
verbo Dei venditaret, nihil prorsus sese commouit
homo, quippe omni huius lucis vsura repentē pri-
uatus. Porrò coniunx illius, ea re comperta, eiulatu
& clamore animi sui testatur necopinatum dolorē:
sed Caluin⁹ eam egregijs pollicitationibus delini-
uit, nē rem latius propalaret. In hoc verò facinore
deprehen sus, fertur mox rediisse in suggestum, di-
xissetq; populo, Ecce hinc appāret imbecillitas fidei
vestrę, quòd homo iste non potuit excitari à mor-
tuis. Et fortassis persuasit hoc miserrimē illi conci-
oni. Hęc quidem de illo Caluino, multaq; alia spar-
sit fama, que iam ferūtur Gallicę conscripta, & La-
tinē cōuersa, olim in lucem proditura. Aiunt etiā
Parisijs repertas aliquot Caluini, theodori Beze, &
aliorū eī⁹ farinę hominū Epistolas, q̄ illorū negri-
am

Miraculum
Caluini
horrendum

Astutia
Caluini

am egregiē declarēt, quas speramus quādoq; in pu-
blicum edendas. Sunt enim eiusmodi, vt vbi in ho-
minū notitiā venerint, facile oēs intellecturi sint, q̄
sint illorum nihil min⁹ quā Euāgelica cōsilia,
& admodū perniciosi conatus. Hęc itā scripti,
quemadmodū à fide dignis accepi. Infrā quoque,
Deo volente, Luteri quoddam miraculum refere-
mus. Et nondū intelligent pl⁹ quā lethargo
eorrepti mortales, quā infidelis pastoribus anima-
rum suarum salutem & curam committant? Scilicet
istis hominibus hoc studio est, vt animas Christo, &
non poti⁹ Orco, lucrifaciant. Porrò anima duertē-
dum est, Caluinum, dum sibi præclarū apud omnes
tū Zuinglianos, tū Luteranos nomē parare cu-
pit, mirabili vafricie itā in re sacramentaria tractan-
da versari, vt quādo illi res est cū Zuinglianis, pla-
nē ab illis stare se simulet: quādo cum Luteranis,
quib⁹ ceu simplicioribus fucum se facere posse cō-
fidit, ad nauseam vsq; realitatem & substantiam cor-
poris & sanguinis Domini, atq; id genus alia Lute-
ranis plausibilia, inculcet & repetat. Interim nihilo
min⁹ nouū ille dogma fingit & tuetur, & cū
vtrifq; se fauere incredibili calliditate præ se ferat,
vtrifq; suspēnsos & ambiguos detinet: nec tamen
homo versutus perfidiam suam a deo celare potuit,
quin Bernę quādoq; illam proderet. Nam ibi in
publico colloquio cōtra Zachariam Flandrū quē-
dam cū vehemēs esset in defendēda Zuinglij sen-
tentia, idem Zacharias Caluini ad D. Falesum epi-
istolā ptulit, perōtatus ex homine, num suā agno-
sceret manū: quā cū ille suam esse non nega-
ret, Zacharia postulāte, publicē lecta est, multo ma-
ioribus scateis in Zuinglium conuicijs, quā co
in colloquio eius essent ab illo celebrata encomia. Et
ausus certē est Caluinus palām edito libello, quem
dici voluit, Summam confessionis de Sacramentis,

Caluini in
scribendo
mura vafri-
cies.

Caluinus
se prodit.

id omnibus persuadere conari, eos qui Augustana sunt confessionis, in eadem esse cum Tigurinis, qui vel maximè Zuinglium sectantur, sententia. Sed hoc scriptum à Lutheranis est confutatum. Porro Caluino illis respondente, exortum est odiosissimum certamen inter Caluinum & Lutheranos, scriptisque contrarijs egregiè sese inuicem ornant, ut insignes scurras inter se commissos iurè dixeris. Longum esset, egregia illa emblemata omnia hic referre: pauca ex Caluini annotabimus vltima admonitione ad Ioachimum Vuestphalum Lutheranum, in qua simul aliquot Saxonicas ciuitates, quæ eius dogma damnauerant, scœdissimis lædorijs & maledictis pro Euangelij sui modestia infectatur. Sic dicit esse suo errore fascinosos, ut quod pueri in Catechismo traditur, veterani Theologi nõ te-
neant: quid valeat Cœna, quorsum spectet, nunquam gustasse brutos istos homines: ne guttam quidem ingenui pudoris in eis esse: nimis largam illis copiam cauillationum profluere, dum Lutheri sui hyperbolas proijciunt, modò plebeculam suosque fraterculos fascinet, popularis theatri plausu contentos, nec DEI, nec angelorum iudicium magnoperè curare. Tribuit illis furiosum impetum, nugatoriam leuitatem, cæcam temulentiam, caninam improbitatem, diabolicam superbiam, quòd eis superbia sit loco pietatis, quòd eos ferocitas omni humanitate spoliauerit, quòd obstinatio nil moderaminis reliquum fecerit. Vocat eos vertiginosos homines, Cyclopes, superbam factionem gigantum, latratores phreneticos, bestias, proteruos, fastuosos, pertinaces, &c. Tum verò etiam queritur de illis, quod se suosque indignos esse clamitent, quos terra sustineat, ita quòd nisi repente exterminentur è mundo, non posse cum eis melius

*Caluini de
Lutheranis
sententia.*

*Nota studia
hereticorum,
ab heretico
expersa.*

agi,

agi, quàm ut ad Scythas vel Indos ablegentur: ac-
cutare eos principum segnitiam, quòd non exerto
gladio protinus deleant Sacramentariorum me-
moriã. Hæc ibi Caluinus, in quem pulchrè qua-
drat illud Ecclesiastici: Dum maledicit impius di-
abolium, maledicit ipse animã suam. Quæ enim hæ-
retici alij in alios iactant maledicta, ea in illos ipsos
recidunt, cum plerunque aut peiores, aut paulo ad-
modum meliores sint illis, quibus maledicunt. Et
reuerà quales hic Lutheranos depingit Caluinus,
tales sunt plerique omnes hæretici, qui dati in re-
probum sensum, per præcipitia falsitatis ruunt in
omne genus flagitiorum. In Caluino sanè vel maxi-
mè cernere licuit ea omnia, quæ Lutheranis ille
tribuit, & tamen à suis tantum non pro DEO col-
latur. Et quia mendacium nunquam diù constare
sibi potest, mira quadam versutia ita suum de Eu-
charistia dogma vanissimum tractat, ut neque Lute-
ranis penitus accedat, neque Zuinglianis, sed
vtrisque quibusdam præstigijs illudat, dum ait car-
nem CHRISTI naturalem & esse & non esse in
Eucharistia, quorù illud Lutherani, istud verò Zuingli-
ani docent: ad extremum tamen in Zuinglij parte
propensior est, dum affirmat, in cœna Domini
per fidem excipi efficaciam quãdam & vim, de car-
ne CHRISTI in cælo sita defluentem: sed nihilo
minus de re tanta (quòd necesse est à vero aber-
ranti accidero) ferè semper pugnantia loquitur:
quam ob causam Lutherani eum præstigiatorum
& Sophistarum vocant: quibus sic respondet, ut im-
postorem eum & esse & agere, verba illius facile de-
clarant. Habet ille miser multos hodiè sectato-
res, & ingens est turba Caluinistarum, qui noui à
quibusdam vocitantur Sacramentarij, propterea, ut
habet Confessio Mansfeldensis, quòd noua quadã
strophã Sacramenti virtutem eludere conantur.

Ecc'i 21.

*Caluinus
præstigia-
tor & so-
phista.*

*In vita
Caluini.**Eccles. I.**Antinomia.*

Sed has imposturas heu nimis cæcum mortalium genus non aduertit, immò verò infanus Caluini discipulus Beza affirmare non veretur, vni Caluino post Christum & Apostolos deberi veram & germanam de Cœna Domini intelligentiã. Quod etsi est insolentissimè & stolidissimè dictum, tamen creditur à multis. Et quid mirum, cum stultorum semper infinitus sit numerus? Caluini antilogias pugnantesque sententiã viri doctissimi annotarunt, & possent vel ex hoc solo, quòd in doctrina varius est, homines satis superq; intelligere, miserum illè longè alienum esse ab incommutabili Dei veritate, videre non volunt.

* Accidit hoc anno quiddam memorabile apud Vuittenbergenses. Extiterunt quidam de Luteri schola, qui legem operum reijcerent, dicerentque homines Euangelicos non obligari ad bona opera diuinæ legis. Et sic quidem Luterus ipse ab initio docuerat. Verùm homo contentionibus & rixis natus ac destinatus, vbi hæc vidit ab alijs doceri, acriter in eos inuectus est, cum tamen hæc doctrina ex ipsius schola prodijisset: nec vidit homo inconsideratus, quicquid in huius dogmatis assertores scriberet, id ipsius iugulum vel maximè petere. Ferunt Iohannem Illebiũ huius dogmatis præcipuum fuisse defensorem, sed à Lutero admonitum, ab eo rescijisse. Itã licuit Lutero vnam atq; eandem rem modo asserere, modo confutare: nec quicquam tam absurdum ab illo fieri potuit, quod non putarent homines perperam ab eo instituti, purum putũ esse euãgelion.

Menſe Aprili Synodus Zuinglianorum doctorũ Tiguri fuit, cui etiã Bucero & Capito rogatu Basileensiu interſuere. Ibi Bucero mirificè se purgat, quòd hætenũs tantoperè paci conficiebat studuerit, id se non sua voluntate, sed impulsu Lantrauij

&

& quorundam aliorum fecisse dictitans. Disceptatum est ibi triduo cum illo de responsò ad Luterum dato. Nam hic quoque astutus ille, vt quidã Zuinglianus scribit, ambigua loquendi forma solidam concordiam sarcire nitēbatur, quam ambiguum loquendi ratione Tigurini non probabant, nec instar Buceri obscure & captiosè, vt idẽ Zuinglianus ait, loqui volebãt, sed liberè & apertè, nè cõcordia fucata & insidiosa, qualem Bucerus efficere voluisse non immeritò illis visus est, postea maiores turbas pareret. Alij tamen à Bucero p̄suasi, Lutero à Zuinglio in Eucharistiæ doctrina non tam re ipsa, quàm verbis discrepare, quod fuit falsissimũ, sicut Luterus ipse testatur nõ vno loco, cum Lutero visi sunt in quandã redire cõcordiam, sed quæ re vera nulla esset, sicut ipse euentus paulò post docuit. Immo & Bucerus ipse, qui hanc simulatam concordiam tantoperè vrsit, cum à Tigurinis imperare non posset responſionem ad Luterum, qualem ipse vellet, ab illis non parũ abalienatus est, licet antea non mediocriter illos coluisset. Sunt etiã alij quidã ab illis facti alieni, licet videri nollent, & non pauci Luteranis accesserunt. Vrebantur autem isti, à Bucero, vt apparet, edocti, hac in re verbis & sententijs ambiguis & perplexis, nè fraus cuiquã appareret, qua tamen vel maximè creuit hoc prodigiosum euãgelion: adeoq; Bucerus ipse in Euãgelium Matthæi & Ioannis scribès, doctrinam de eucharistia, quam antè propugnãrat, vt Lutero gratificaretur, retraxit. Et tamen hunc Proteum quidam neutral'es, id est, qui nec Catholicè Ecclesie, neq; Sectarijs ad dictos se videri volunt, licet interim non obscure nouas ipsi fabricet sectas, nõ dubitat pacis & pietatis inprimis studiosum vocare: scilicet pacis & pietatis studiosus est, qui vt sese offert occasio, modo hoc, modo illud de vna eademq; re dogma propu-

*Bucerus
ambiguus.**Bucerus sit
alienus à
Tigurinis.**Synodus
Tigurina
Zuingliana
norm.*

Zuingliani
norum de
Bucero sen-
tentia.

gnat, facile etiã Mahometis Alcoranum approbat-
turus, si nõ desit opportunitas. Zuingliani quidam
Buceranę cõciliationi, qua ille tam crebrõ nifus est
Zuinglianos cum Lutero in concordiam qualem-
cunque redigere, hoc tribuerunt, quod illis tribuẽ-
dum est, qui præ nimio vini deliderio etiã facces
hauriant. Nemo neque potest neq; debet ambige-
re, hanc inexpiabilem dissensionem propterea inter
istos novos Euangelicos extitisse, vt sibi Catholici
melius prospiceret, & à tam superbis, turbulētis &
inconstantibus ingenijs rectius cauerent.

Cineres D.
Thomæ cre-
mantur.

Apud Anglos hoc anno facinus insolens rex Hé-
ricus designauit in cineres & ossa beatissimi marty-
ris Thomæ, Cantuariensis quõdã Archiepiscopi.
Eius corpus in theca gemmis & auro mirificè exora-
nata asseruabat iam aliquot seculis, eratq; eius marty-
ris celeberrima memoria ob edita diuinitus ad ei-
us sacros cineres innumera miracula. Visebant illic
gemmę incomparabiles: quẽdam vincebant oui an-
ferini magnitudinem, pietatis causa eõ missæ à mo-
narchis & regibus, ad martyris memoriã ornãdam.
Verũm Héricus rex nescio quorum instigatus con-
silio, non contentus gemmis & auro nudasse eius
monumentum, etiã ipsas venerãdas reliquias ex-
ussit. Nihil quidem sanctissimo martyri nocitũ est,
qui vitam cum Deo viuere beatam & sempiternam;
sed mirũ profectõ est, regem illum, qui paulõ antè
tanta constantia fidem Catholicam scriptis euulgã-
tis defenderat, potuisse ad id infaustũ consiliũ de-
uolui, vt in martyris ossa ante annos ferè quadrin-
gentos pro pietate cæsi, tam atrociter desãuieret.
Sed id genus multa audent Luteraui & reliqui se-
ctarij, apud quos pleraque templa hodiẽ non mul-
tũ discrepant à ferarum cubilibus, & locis planè
desertis, & in horrendam vastitatem redactis: qua
quidem, nisi DEVS rebus nostris prospiciat, nihil
viden-

videntur significare aliud, quã propediẽm in his
Europæ locis cultum DEI omnem penitus exun-
ctum iri.

Cũ indictum esset à Paulo Pontifice Conciliũ *Luteri arti-*
ob certas emergentes rationes nõ iam Mantuę, qui *culi, Conci-*
locus visus erat opportunior, sed Vincentiæ cele- *lio offeredi.*
brandum, Luterus certos euulgauit articulos, quos
vellet suo nomine Concilio proponi. Verũm illi
tam absurdi & impij erãt, vt nõ defuerint, qui Ger-
manos dehortarentur, nõ proponerēt eiusmodi ar-
ticulos Concilio, nisi vellent Germanos reliquis
nationibus irridẽdos & ignominia notandos pro-
pinare. Erant enim in ijs, qui ab ipsa quoquẽ Augu-
stana Confessione dissiderent. Verũm etsi turpissi-
mum est, in religionis negocijs diuersa sentire, &
quod hodiẽ affirmãris, crãs negare, hodiẽ asserere,
quod heri negaueris, tamen hoc apud Luterum &
eius præclaram sobolem non valdè turpe putatur,
immõ verõ frequens & solene est, vt eorum scripta
testantur, licet id imperita concio non facile ani-
maduertat.

Hac tempestate in Anglia direpta atque euerfa *Monasteria*
passim sunt monasteria: & vitę monasticę cultores *euertuntur*
vestem mutare coguntur. Cæsi etiã fuere aliquot *in Anglia.*
illustri dignitate proceres, quod nolent regis im-
probandę sententię subscribere. Multũ in eo re-
gno sanguinis fufum est: & sectarij quidem egregi-
um conscripsere martyrologion, in quod retulere
etiã nomina illorum, qui sub regina Maria, de
qua pòst dicitur, hęresis nomine plexi sunt. Verũm
illos nemo Christi, qui veritas est, martyres dixerit,
qui non pietatis, sed perniciosę doctrinæ causa tol-
luntur è medio, nõ multos sua peste corruptant.
Videmus hodiẽ summo omnium dolore, quõ pro-
gressa fit quorundam, initio non seuerè vindica-
ta, audacia. Quæ non hodiẽ hęresum monstra exi-
tant.

Oscelus.

stunt? In Lituania sunt multi Arriani & Nestoriani, nec parum multas occuparunt ecclesias homines valde athei & execrabiles, qui summam & summè venerandam Trinitatem, prohi nefas, vocant cerberum tricripitem, & Symbolum non Athanasianum, sed Sathanasianum, & multa alia nimis horrèda. Si principio seuera fuisset adhibita animaduersione, poterant omnia hæc mala facile auerti. At nunc vique cò increuerunt, vt nullum appareat remedium.

*Naufragiū
Barbarussa*

Hoc anno Barbarussa in signe fecit naufragium, amissis viginti millibus hominum, cum iam classe educa, in nostros cogitaret. Illis it eas triremes tempestas oborta Acroceraunice cauitibus, quarum fragmenta toto ferè Dalmatico littore eiecta visebantur. Paulo antè in signem contra illum classem exerant Paulus Pòtifex, Carolus Cæsar, & Veneti ducè Andrea Auria, & Vincètio Capellio Veneto, vrát simul naues supra CC, & quinquaginta, ad eò vt nuquam ferè maior nostrorum in Ionio mari classis conspecta sit, plurimumq; sibi metueret Barbarussa, homo alioqui audax & imperterritus. Verum cum Veneti nollent præsidium Hispanorum militum in suas triremes accipere, vt quidam asserēbant Ligures, nec Auria Venetis triremibus planè confideret, licet Veneti culpam alio conferant, vt solent libenter homines, si quid perperam gestum sit, à se omnem culpæ suspicionem in alios amoliri: orta interim tempestas est, & nostri omnes, in sequente & insultante ac irridente Barbarussa, in foedissimam fugam versi sunt, cum potuissent facile, vt quidam autumant, illo die totam Barbarussæ classē delere & perdere. Et iam quidem resumptis animis volebant Barbarussam inuadere quaterna acie: sed cum cunctantius sua consilia expedirent, Barbarussa retrocessit in suum Ambracium. Magnam eo die Christiani tulere ignominiam, quod tante occasione nõ

*Fuge turpis
Christiano-
rum.*

solùm

solùm deesse, sed etiã in turpem fugam se cõijcere non dubitassent. At tamen paulò post, vt dixim⁹, incomparabilem Barbari cladem accepere, multis amissis triremibus, deo Opt. Max. haud dubiè Christianorum rebus opem ferente. Verum id damnum breui postea Solimannus sarcuiuit, vt est immensis opibus prædiues, noua instructa classe. Magnam vero indè cepit voluptatē, quòd Barbarussa omnibus propè rebus inferior, nostros toto mari effugere compulisset.

Hoc anno multis Germaniæ locis armati homines in aere visi sunt, & versùs Orientem stella inuisitæ magnitudinis, quæ cruentos spargeret radios: & iuxta illam crux sanguinolenta, cum vexillo per aera volitante.

*Visa horrè-
da.*

Sub initium Octobris rex Franciæ Cameraci conuenit Mariam Belgij præfectam, Caroli Cæsaris sororem. Indè pariter cum magna pòpa egressi, venerunt ad S. Quintini oppidum. Vbi què regina incredibili studio & apparatu excepta est. Exactis diebus sexdecim, alio itinere redijt in Hannoniã. Nihil nõ egit rex Franciscus, vt posset Mediolanum Cæsaris beneficio impetrare: sed Cæsar præalto consilio & exacta prudentia, potentissimis Gallorum regibus amplissimum illum Italiæ principatum vt adiungeret, nullis rationibus pmoueri potuit, veritè haud dubiò, nè illo minime contenti, maiora tentarent. Sunt qui Cæsaris auaritia & toti Italiæ dominandi libidine factum scribant, vt tam pertinaciter Gallis Mediolanum negaret: sed illi certè temerarij sunt, & iniqui cõsors, cum ante paucos annos eundè principatū, què maximis impedijs & difficultatibus bellicis obrinuerat, rogatu Pòtificis Clemèris, Frãncisco Sforcie liberalissimè restituerit. Florentiã quoquè ipsius armis amicitiam, Alexãdro Medici tradiderit, qui certè est insignis principatus.

*Calumia in
Cæsarem.*

DD 5 Ea

Eo tempore, quo apud Niceam Pontifex, Cæsar & Franciscus rex fuere, Ioachimus Elector Brandenburgicus Saxoni Electori per legatum indicauit, se certis nuncijs didicisse de Turcæ in Germaniam aduentu. Iam enim Vaiuodæ ipse Turcarum Imperator hoc significarat. Orabatigitur Brâdeburgicus, vt Saxo certam ipsi, quam cuperet, pacis in eudẽ rationem prescriberet: se cum Ferdinando rege porro acturum, vt apud Cæsarem intercedat. Hic princeps Luteri quidem dogma sic complexus erat, vt tamen pleraque cæremonias Ecclesiasticas retineret, & cum esset Cæsaris atq; Ferdinandi studiosus, noluit in fœdus illud Smalcdicum transire. Habebat autem in matrimonio optimi & Christianissimi Poloniæ regis Sigismundi filiam, quæ in hunc vsq; diem, raro & eximio insignis pietatis exemplo fertur in catholica religione constantissimè permanere. Saxoniæ elector rem omnem deindè cum Lantgrauio communicat, & illi simul respondent Brandenburgico, se quidẽ videre necessariò totis viribus obuiam eundum esse Turcæ hosti crudelissimo, sed tamen id fieri non posse, nisi ipsis certa & non dubia pax cõcedatur. Ea erat eiusmodi, vt iudices Cameræ nihil contra ipsos possint in causâ religionis, qua etiã comprehendere volebant direptionem bonorum ecclesiasticorum: atque vt ea pace frui liceat etiã illis, qui post Noribergicam transactionem accesserint & accedere voluerint ad ipsos, atq; ipsi etiã Daniæ regi, qui non erat subditus Imperio: quæ quidem omnia vehementer erant Catholicis onerosa, & tamen nisi permitterentur, illi contra Turcas parùm aut nihil se moturi videbantur. Indè socij omnes Smalcdici fœderis ad 24. Iulij monentur Isenacum se conferre. Eò non principes ipsi, sed legati venerunt, eadem pctunt, quæ antea principes pctierant, & alios ibi quoquẽ in suum fœdus rece-

Princeps
Brandenburgicus.

Commentus
Isenaci.

pe.

perunt. Habebant tum litem cum Henrico Brunsvicensi principe Goslarienses fœderati. Itaque orabant legati fœderatorum, vt Ferdinandus ab Imperatore peteret mandatum, quo princeps Henricus actioni se sistere cogatur: & tamen illi nolebãt Catholicis licere suum ius persequi in supremo imperij iudicio. Addebant autem minas, nisi id contra Henricum principem impetretur, ipsos Goslarienses socios minimè neglecturos. Ea tum erat Imperij per Germaniam habitudo, vt lachrymis potiùs, quàm scripto, prosequendum sit. Imminebat Germaniæ cruentissimus Turcarum tyrannus, & tamen sic erant plerique animati, vt nisi Cæsar ipsorum voluntati obsecundaret, non magnoperè recusaturi viderentur iugum Turcicæ captiuitatis, cum certum esset, eos suis viribus tanto hosti minimè posse resistere.

Penultima die Decembris Lantgravius Hassiæ haud procul ab oppido Cassello venationi intentus, incidit in scribam Henrici principis Brunsvicensis, qui nihil habebat commercij cum fœdere Smalcdico, quia Catholicus erat princeps. Vbi scriba dum autem Lantgravius didicit scribam illum esse huiusmodi Henrici principis, iussit comprehensum Cassellum abduci. Habebat ille apud se literas principis sui ad Archiepiscopum Moguntinum & Heldum Cæsaris legatum. Eas vtrasque & quedam alia secreta Lantgravius resignauit & legit, ipsumq; scribã captiuũ detinuit. Hoc vtrũm decuerit illum principem, alij viderint. Certè ea res primò quidem ipsi principi Henrico magnam calamitatem, sed non paulò maiorem Lantgrauio postea attulisse videtur, cum ijs ex iniurijs, licet aliæ quoquẽ causæ suppeterent, grauissima inter principes odia excreuerint: & Henricus quidẽ princeps primò à Lantgrauio captus sit,

ac

at ipse postea Lantgravius nō solum Henricum dimittere, sed in eius quoque captiui locum succedere coactus sit. Verum ad has diras animorum acerbitates, quæ sub hoc Luteri in fausto Euangelio inter Germanicæ principes extiterē, magna fomenta & incitamenta suggesserunt importuni concionatores Luterani, qui principibus suis sub verbi dei specioso titulo multa persuasere, quæ à verbo DEI prorsus abhorrent.

Isabella Imperatrix moritur.
Item Dux Geldriae.

Mortua est hoc anno Isabella Caroli Cæsaris coniux, idque in puerperio, edita quidem prole, sed quæ non diu superuixerit. Mortuus est etiam Carolus Geldricæ dux Catholicus, eique successit Guibelmus princeps Cliuensis, sed parum feliciter, ut ipse rei euentus declarauit. Galli cum in suas partes pertraherentur, ut haberet Cæsar in Belgio vicinū hostem; sed Deo bene propicio, princeps Cliuentis saniora consilia secutus, breui in gratiā cum Cæsare, quæ tum occupata Geldricæ ditione, tum Gallorum amicitia offenderat, rediit, ut infra dicemus.

Conuentus Fracosurti.

ANNO 1539. fuit conuentus Protestantium Fracosurti, ubi datæ sunt illis à Cæsare induciæ mensium 15. & decretum fuit, ut vtriusque partis viri docti & moderati deligerentur, qui inter se de rebus controversis colloquerentur. Eius generis colloquia multa idētidem fuere instituta, sed nullo felici exitu, quod neque Sectarij vellent à sententia decedere, neque Catholicis fas esset quicquam illis contra Catholicæ Ecclesiæ sententiam concedere. Multa autem in Protestantibus & nunc & aliis quoque Cæsar pijsimus dissimulauit, quod non facile pateret via & ratio secus cum illis agēdi. Protestantes enim non solum magnis iam erant ex Smalcaldico fœdere aucti viribus, sed etiam Luteri & aliorum concionatorum suorum seditionissimis tum scriptis, tum concionibus

tionibus eō propemodum impulsī videbantur, vt nisi Cæsar ipsis petita permitteret, nescio quid non molituri putarentur. Erant quidem non contemnendæ Cæsaris vires, sed eas tum Turcica, tum Gallica arma sic perpetuò ferè exercebant, vt cum Protestantibus nihil posset durius agere, licet plurimum illi doleret, paucorum impotentium Apostatarum monachorum scriptis & concionibus seditionis Germanicæ pacem penitus perturbari. In hoc ipso conuentu Saxonicæ Elector id inter alia testificabatur, se Ferdinandum non agnoscere pro rege Romanorum. Adeo iam erant in Germania perturbata omnia, eas turbas cientibus infaustis concionatoribus, qui Protestantes ordines egregie illudebant. Erant quoque inter principes acerbe suspiciones & similitates, ex religionis dispari habitu emergentes: vnde fiebat, vt Germanicæ vires, quæ habitus omnibus semper nationibus fuissent formidabiles, iam ita miserè distractæ & dissipatæ, haud dubiè supremam cladem iam pridem subiture viderentur, nisi præpotens Deus singulari quadam benevolentia rebus nostris prospexisset. Erant enim adhuc permulti, hodieque sunt in Germania, qui à sectis prorsus abhorreant, nec anili leuitate eam sibi religionem deserendam putent, quam tot seculis vniuersa Germania summa omnium consensione coluerit.

Intestina dissidia.

Hoc anno diem vitæ clausit extremū clarissimus & integerrimus princeps Saxonicæ Georgius, quem Lutheris egregiè cōuicijs & contumelijs, & quidem impune, sæpè profciderat. Fuit is princeps generosa & planè germana animi fortitudine, in auita Maiorum suorum religioe cōstantissimus, & Carolo Cæsari logè optimo semper deditissimus, dignus profecto multis nominibus, quem omnis posteritas laudibus vehat. Eius obitu maxima accepit incommoda

Obitus Georgij principis

*Mutatio re-
ligionis in
Misia.*

da religio Christiana. Nullos enim reliquit liberos, Itaque testamento scripsit heredem fratrem suum Henricum & eius filios Mauritium & Augustum, ea conditione, nè quicquam in religione mutaret. Missi fuerunt ad Henricum, qui hoc ei proponeret, sed interim mortuus est pius princeps, & continuò Henricus ditionem omnem occupauit, atq; in omnia Misnia, Durię & Saxonie loca, q̄ Georgio principi paruerant, Luteri dogmata inuexit. Iam enim Luterani, vt antè dixi, eum in suã nassiam pertraxerant. Is postea successorẽ habuit Mauritium, Mauritius Augustum, vt suo loco dicemus. In Misnia opido absq; vlla intermissione nocturnis atq; diurnis horis perpetuè Deo Optimo Maximo laudes promebantur, raro quodã eximie in Deum pietatis exemplo, diuersis cantandi & psallendi vicibus institutis in ipsa Ecclesia cathedrali: sed is cultus diuinus maxima ex parte tum abolitus est, antiqua religionis facie prorsus mutata. Hęc faciebant Principes persuasi à Lutero, alioqui præ insita Germanię principibus spectata generositate, nunquam talia facile atteratur: quãquam in eiusmodi grauissimis rebus nihil priuata authoritate, sed totius Christiani orbis cõsensu omnia cum summa deliberatione & exacta maturitate transigi oportebat. Non enim satis erat Luterum dicere, hęc & pleraq; alia rectè & ex verbi Dei prescripto fieri, cum hereticorum omnium ea perpetua fuerit cõsuetudo, vt quauis absurda & impia in orbem cõmentata inuherent, ea tamen verbo Dei consentanea & ex verbo Dei profecta assererent: sed oportebat Christiani orbis sustinere sententiam. id quidem generosos principes & reliquos Germaniæ magistratus magis decuisset. Porrò vbi Henricus princeps ditionem fratris in suam fidem adegit, Luterum è Vuitrenberga Lipsiam accersuit: eò quoque aduolauit ex eodem Luteri asylo ingēs

*Preces
Luterani in
Lipsiam ad-
uolant.*

con-

concionatorũ examen, quot currus capere posset. Ij Luteri inauspicatum Euangelium strenuè in illũ populum propnagarũt, quem tot annis catholicus princeps in catholica religioe cõtinuerat, est Lipsia paruum quidẽ, sed elegans oppidũ, insigni mercatu *Lipsia.* & vili rerum degende vitę necessariorũ precio, atq; etiã vniuersitate vel Academia tum celebre, tum perquam commodum studiosis, nisi q̄ Luteri Euangelium illic regnat, non tamen prorsus Luterice, q̄ in nõnullis à Lutero nõnihil deflexerint, voceturq; à quibusdã catholicis molles cõfessionistę, quẽadmodũ alij rigidi cõfessionistę, qui Luteri dicta fastig; omnia, quãtunuis putida & insulsa, sibi modicũs tuẽda statuerũt: qui etiã Lipsenses & alios quosdã acerbissimè proscindũt, q̄ à Lutero defecerint.

Sleidanus hoc tempore scribit à Lutero librum editum de Concilijs & Ecclesia, in quo inter cetera ille quoquẽ demõstret Canones Apostolorum esse adulterinos. Scilicet premere nos vult Sleidanus auctoritate Luteri, qui non modò hos Canones, sed multos etiã scripture diuinę libros reiecit, quòd si verò tanti sit apud Sleidanum Luteri auctoritas, discat quid ille sentiat de Zuinglianis, nec agrẽ ferat se in illis quoquẽ perfringi. Verum hęc ille bonus vir libenter dissimulat. Porrò verò ridiculum hinc nobis cõmemorat idem ipse, scribere Luterum *Ineptia Lu-
teri & Sleidan.* in libro memorato de contrarijs doctorum sententijs, de baptismo, Cypriani presertim & Augustini, dani. Quis verò negauit vnq; Cyprianũ de baptismo hereticorũ aliter sensisse, q̄ sentiat Ecclesia catholica? Sed interim Cyprianus sanctissim⁹ martyr neminẽ à sua cõmunionẽ repellebat, q̄ diuersum ab illo sentiret, quod euidentis signum est, nõ illum pertinaciter suam voluisse sententiã tueri, Sed quid sibi vult Sleidanus, quòd Luterum ait hãc de baptismo Cypriani diuersam ab Ecclesia sententiam proferret?

For-

Fortassis efficere vult, vt vni Lutero plus tribuamur
 q̄ omnibus patribus, propter eā quod Cyprianus nō
 idem cum alijs sentit. Sed si ideo minus tribuēdum
 est patribus, quā prorsus nihil tribuēdum est Lu-
 tero, immo verō quā ille planē exhibendus & con-
 spiciendus est, qui in rebus grauissimis etiā à seipso
 tam crebro turpissimē discedit? bellissimus certe vir
 Sleidanus est, qui id genus portētis farcit nugaeis-
 simam historiam suam. Addit deinde, Luterum ibi-
 dem recitare quatuor illa Concilia, quorum præci-
 pua est autoritas. Sed hæc ipsa Concilia q̄ nihil
 fecerit tum Luterus ipse, tum eius satellites & noui
 dogmatistæ, ex illorum scriptis satis superq̄; doceri
 potest. In summa, nullum tam sanctum est Concilium,
 quod isti non prorsus reiiciāt, si cum illorum
 prauis opinionibus non concordet. Tum quoq̄; vi-
 sum est optimo Sleidano commemorare ex Lutero
 hoc præclaro commento, quā densæ fuerint sub
 Pōtificatu Romano tenebræ, quā impura scdæq̄;
 religio, atque huic fuisse deuentum, vt etiā vestis
 monachorum ad æternam salutem non parūm cō-
 ferre putaretur. Sed quā densas tenebras Luterus
 cum suis in orbē inuexit, iam miseri mortales re
 ipsa experiuntur, dum ille miser toties suā mutauit
 paradoxa, dictisq̄; & scriptis suis id effecit, vt quod
 quisque non esse somniat, id nō dubitet pro Dei ver-
 bo stultis hominib⁹; obtrudere, adhibitis perperam
 scripturæ diuinæ, quam Luterus solam vult valere;
 sententijs: atq̄; eō iam res redijt, vt penē tot sint scdæ,
 quot capita, & miserandum in modum rudis &
 indocta plebs in absurdissimas easq̄; pugnatissimas
 hereses in dies inducatur. Neque nos mouet, quod
 recitat Sleidanus quosdam in habitu D. Francisci
 sepeliri voluisse. Fecit id Rodolphus Agricola, fecit
 Albertus Pius Carpōrum princeps, fecit Christo-
 phorus Longolius, viri summa eruditioe: in quibus

Dense tenebrae ex Lutero enan-gelio.

si reprehendēdum est, quemadmodum impius facit
 Sleidanus, quod pio quodā animi affectu in eo ha-
 bitu mori voluerunt, nō quod eum solum ad salu-
 tem sufficere putarent, sed vt suæ satisfacerent de-
 uotioni: quantoperē non modō reprehendendus,
 sed etiā execrandus & diris omnibus deuouendus
 est Luterus & eius similes apostatæ, qui habitū mo-
 nasticum petulantissimē abiecerunt, & cum illo si-
 mul omnem pudorem & religionem exuerunt, ha-
 bētes certissimam damnationem, quod primam si-

1 Tim. 5.

dem irritam fecerunt? Et certē nō illibenter credit
 posteritas, plerosque sub mortem voluisse S. Fran-
 cisci habitum indui, & in eo sepeliri, licet Sleidanus
 putet id eam fortē non credituram: sed egrē admo-
 dum fortassis creder potuisse sceleratissimos aposta-
 tas tantam mereri fidē & autoritatē apud hoīes, vt
 illorū impijssima & iā olim dānata dogmata, haud
 aliter atque ipsum Christi Euāgeliū, amplecterent.
 hoc em̄ eiusmodi est, vt nemo id vnq̄ neq̄; admirari
 satis, neq̄; p̄ dignitate deplorare queat. Sed de his
 alibi latior fortassis dabitur agendi occasio.

Hoc anno Angliæ rex scriptum quoddam edidit,
 quo Pontificem, qui Concilium tum Vicentiæ in-
 dixerat, acerbē perstringit. Ea res cum primis iucun-
 da fuit Lutheranis & relijs nouis dogmatistis, quic-
 quid enim Pontifici accideret, quod in eius contu-
 meliam & ignominia vergeret, id singularem huic
 hominum generi adferebat voluptatem: vt nō sint
 posteri om̄es, quo spiritu afflati fuerint, qui impla-
 cabili odio pastorem Ecclesiæ profequi non dubi-
 tarint. Verūm nē nimio Lutherani gaudio insolentis-
 sè exultarent, non diū post idem Angliæ rex non
 ferens in suo regno turbas, offendicula, seditiones
 (quarum rerum valdē ferax est Lutero Euāgeliū, Conspici-
 ita vt vix vsq̄; seditione & tumultu rece-
 ptum sit) ex Lutero irreperente dogmate grassari, co-

Anglia contra Lutherū.

mitia totius regni indixit, siue conuentum Ordini regni, (ipsi Parliamentum vocant) vbi pro stabilien- da religionis concordia propozita sunt sex questio- nes, de quibus in Actis publicis ita relatum habe- tur: Tandem post legam super his articulis delibe- rationem, post consultationes plurimas, post deni- que argumenta infinita, vltro citroque connexa, omnium tam regie Maiestatis, quam vtriusq; Sena- torij ordinis, ac plebis in huc Senatum coactę sum- mo cōsensu fuit & est resolutum, decisum ac statu- tum eo modo ac forma, qua sequitur: Inprimis, In beatissimo altaris Sacramento, per virtutem & effi- caciā potētissimi verbi Christi, simul atque illud sacerdos ore locutus fuerit, sub forma panis & vini, naturale corpus & sanguinem Dominicum, conce- ptum ex Maria virgine, realiter adesse: & post con- secrationē, nullam panis aut vini, aut aliam q̄ Chri- sti Dei & hominis remanere substantiam. Secundo, Communicare sub vtraque specie non est omnibus hominibus iure diuino necesse ad salutem: creden- dumque est & non dubitandum, quoniam in carne sub specie panis sit verus sanguis, & cum sanguine sub specie vini sit vera caro, tam diuisim quam con- iunctim. Tertiō, Sacerdotes postq̄ sacris initiati sunt, iure diuino nō possunt vxores ducere. quar- tō, vota castitatis siue viduitatis à viro fœminave non temerē facta Deo, iure Diuino sunt obseruan- da, Christianiq̄que populi libertate quadam eos pri- uat, qua, nisi vouissent, potuissent vti frui. Quinto, Missas priuatas in hac regis Anglicana Ecclesia ac congregatione admitti ac celebrari, simul & bo- num & necessarium est, per quas probi Christiani, quorum vita respondet, pariter & bona & diuina solatia & beneficia inde recipiūt, Missasq; celebra- ri iuri diuino quadrat. Sexto, expedit necesseq; est auricularem confessionem retineri in Ecclesia Dei.

Que.

VI. Articuli

1.

2.

3.

4.

5.

6.

Quocirca regie Maiestatis autoritate, ac summo vtriusque ordinis senatorij, plebisq; in hunc sena- tum coactę cōsensu in hunc modum, qui sequitur, latum est senatusconsultum: Qui vel in hoc regno Anglię, vel in alio quouis regie maiestatis domi- nio post 12. diem Iunij, qui proximē sequetur, ver- bo, scripto, prælo, ficticijs characteribus, aut alio quouis modo publicē cōcionantur, docent, dicūt, affirmant, declarant, disputant, aut ratiocinātur se- cis, quā iam dictum est, in illos tanquā hærети- cos grauissima constituit rex supplicia, atque etiā in eos, qui consilio aut re tales iuuerint &c. Hoc quidem præter omnem expectationem accidit Sa- xonico Papę Lutero & eius symmyctis, nouorū do- gmatum buccinatoribus, præpotente Deo non ni- mium eis laxate habenas, quemadmodum etiā sa- tanæ diuum Iob flagellanti certos quosdam sem- per præfixit cancellos, quos ille prætergredi neque posset, neq; deberet. Certum est enim, Lutero & totum nouorum dogmatistarum & ecclesiastarum gregem, ad tēpus accepisse diuinę iustitię permis- su potestatem vexandi Catholicam Ecclesiam: sed nec hætenus potuerunt, nec deinceps poterūt tan- tum sœuire, quātum vellent. Vtinām Catholici core- tigerent vitam: breuē pēsūm iret omnis illis diui- nitus permessa seuiendi facultas.

Hoc anno Gandau, quod est amplissimum Flan- drię oppidum, Caroli Cęsaris ortu clarissimū, nō- nihil tumultuatum est. Ea res vbi ad Cęsaris tum in Hispania degentis notitiam peruenit, eō maturiūs eundem sibi censuit, nē res in peius dilatione pro- cederet. Itaq; cum perpaucis principibus ingressus est Gallias per Baionam. Id enim vt maiori fiducia faceret, multis Francisci regis legationibus & literis inuitatus fuerat, licet omnes eius Consiliarij, nē id faceret, prorsus eum deterrerent. Verū optimus

Senatuscon-
sultum An-
glię.

Tumultus
Gandauēsis

Cęsar it per
Gallias.

princeps accepta à rege Fráncisco fide publica, illud certè periculosum iter arripuit. Nam tamen rex Franciscus putandus est non malo tum in Cæsarem animo fuisse, tamen quia in tanta illi detinendi oportunitate potuisset facilè humanum aliquid pati, non absq; ingenti periculo Cæsar illud iter ingressus est. Vtebatur autè tum veste pulla, & equis comodatius, ijsq; Gallicis. Sed certè eo ipso tempore deprehensus est à legatis sororis eius Marię, quę Belgio præerat, idq; non semèl, per noctem duabus aut tribus horis vtroque flexo poplite in cubiculo, nigris vndiquaq; pannis tecto, orare. Et haud dubiè Deus cui confidebat, non absq; multorum summa admiratione, toto illo itinere seruauit eum. Porro ea precandi oratione in omni vita, & loco, & ætate eum quotidie vsus fuisse constat. Orabat manè duabus plus minus horis, totidè nocte vel vesperè. Indè postquàm se induisset, accedebat etiàm manè ad auscultandum Sacrum. Sed de his alibi plura dicentur. Cùm esset in hoc Gallico itinere, & ad regè properaret, contigit regis filium Carolum, lectissimum iuuenem Aureliorum ducem, inopinanter insilire in tergum illius equo insidentis. Cùmq; eum Cæsar humanissimè salutasset, ille clamauit, Cæsar redde te captiuum, Cæsar redde te captiuum. At verò Cæsar nihil illi respondit, sed tantum ridentis in morem gratissimis & iucundissimis oculis illum intuebatur; sicque vno vestri equo, in chorum Gallicarum sceminarum & heroidum venerunt: Vbi Cæsar obiter salutata Leonora sorore sua, regis Francisci coniuge, longum miscuit sermonè cum Estampia heroide, quę tum in magna erat gratia apud regem, nec defuit qui putent eam consuluisse regi, vt Cæsarem in Gallijs detineret. Accidit quandoque, vt inter loquendum Cæsari inopinanti (vt quidem rebantur homines) annulus excideret gemmam habens

Cæsaris precas quotidianas.

bens nobilissimam. Eum cum leuasset illa è solo, vt Cæsari redderet, noluit eum recipere, sed illi dono dedit. Toto autè hoc spatio, quo Cæsar fuit in Gal
Cæsar hono-
lij, summi illi honores & omne humanitatis ac be-
riscentissi-
neuolentię genus oblatum est à rege Francisco & me habetur
omnibus regni proceribus, adeo vt etiàm regia plañe auctoritate ad aliquot dies vteretur. Non tamè longè abfuit tum Ambasię, tum Parisijs à grauib; periculis. Ambasię Gręci ignis fumo in gradibus turris cuiusdam immodicè excitato, propemodùm suffocatus fuit: Parisijs tabulatum in caput eius elisum, sanguinem sparsit. Rex Franciscus vbi comperit earum rerum auctores, mox in crucem eos tolli iussit, sed pijsissimus Cæsar multis precibus vitã illis impetrauit. Nolebat enim aduentum suum in Gallias cuiquã funestum esse, maximè cum nihil horũ de industria factum didicisset. Simul autem sororẽ suam Mariam tum de eximijs ipsi delaris honorib; tum de ijs improuisis euentibus mox certiore redidit, nè quid illa famę, quę tum varia spargebatur, temerè crederet. Ipse Franciscus rex id temporis ex vlcere cœperat meliusculè habere, & apud Lochias Cæsari aduentanti summa hilaritate occurrit, paratus etiàm duos liberos suos Henricum & Carolum ipsi obsides dare, si parùm regi fideret. At Cæsar obsides recusauit, & ita (vt dixi) toto regno mirificè honoratus & splèdidissimè habitus est, regijs liberis ex regno abeuntem Valencenas vsq; deducentibus, vbi tum à Maria Cæsaris sorore nihil prætermisum est erga Cæsarem ipsum, & Francisci regis regios filios, quod ad eximiam propensissimi animi testandã beneuolentiã pertinere videretur. Poterat facilè inter duos illos longè potentissimos reges pax firma & cõstitui, & coalescere, si rex Fran
Mediolani
ciscus à Mediolani amplissima ditioe repetenda paci q; remona.
animum reuocare voluisset. Porro dum inter se cer

tant reges de Mediolani imperio, interim Turcis animus creuit, & hereses in dies ita auctæ sunt, vt vix numerari queat. Sed nemo temerè culpam in reges conferat. Nostris peccatis prouocata diuina iustitia permittit interim eiusmodi perniciosas dissensiones oriri inter principes & pleraque alia mala, vt ijs castigati, respiscamus & ad meliorem frugem nos recipiamus, nisi acerbiora quoque experiri velimus. Extant exempla non pauca etiã in scriptis diuinis.

Hoc anno tanta fuit vini vbertas, vt non suppetentibus vasis, plerique grandes foueas egregiè tabulis vndique munitas, vino compleuissent ferantur.

Castronouum expugnatur

Eiusdem anni mense Augusto aut circiter, Turcæ duce Barbarussa Castronouum Dalmatiæ vrbe maritimam, in qua erat fortissimum Hispanorum presidium, non sine maxima suorũ cede expugnauerunt. Paulo antè Cæsareani id Turcis victis occupauerunt; sed ea res Solimanno impensè doluit, nec quieuit, donec id Christianis sentiret creptum. Sunt qui scribant, quosdam Dalmatas ex vrbe profugos, Turcis secreta vobis prodidisse. Habet Turcæ enses incuruos, quibus & galeas & loricas ferreas nostrorum sciunt: sed id inprimis nostris in cõmodè cecidit, quod in ipso acerrimo cum Turcis conflictu pluuia erumpente non potuere sclopettis uti. Porro Turcæ in nostris atrocissimè sagittas iaculabatur. Multa tum Christianorũ millia trucidata sunt, dolendum certè, tantum posse in populum dei impuros illos Mahometanos, sed nostris vitijs illorum vires aluntur. Obiter tamen aduertendum, ex Hispaniæ à Turcæ hoc loco cæcis plerosque interfuisse Romanæ vrbis sub Clemente 7. sceleratissimè direptioni, vt non immeritò hæc illis clades accidisse videatur.

Per hoc tempus, cum iam non pauci putarent sacramentarios cum Lutero redijisse in concordiam, quod tam multis colloquijs & cõuenticulis toties frustra

frustrà tentatum fuit, & Tigurini propterea à scriptis acerbis & contumeliosis in Luteranos abstinent. Ecce tibi Luterus libellum de Patribus & Concilijs edit, quem nè videretur in solos Catholicos scripsisse, in eoispo Zuinglium per summam contumeliam Nestorianum fuisse dicit. Hoc malè habuit Tigurinos ministros, magistrũ suũ tam honorificè predicari à Lutero, nec sibi hoc silentio trãseundum, putauerunt, sed datis ad Luterũ literis, admõnent hominem, nè contra vltimam pactionem tam malè de Zuinglio sentiret & scriberet, Luterus nihil illis respondit. Itã nunquã inter istos sectarios nisi ficta & simulata pax fuit, quippe qui non id spectaret, vt veritas vinceret, sed vt ipsi pro se quisque præclaram orbi doctrinam & nouã lucem inuexisse videretur, atque hoc nomine apud vulgus insigne sibi nomen cõpararent. Inde adeo est, quod cum Saxonici quidam Ecclesiastæ Lutero suum mirè prædicaret, & ipsi D. Paulo conferre non vererentur, atque omnes alios euangelij istius noui socios nihil esse diceret ad illũ suum Apostolum & Eliam, adderentque; tandem, ad hanc laudandi Lutero necessitatẽ ipsos ad egisse illũ Thraonicum Gallum, quem haud dubiè Caluinũ accipi volũt: Caluinus nõ ferens Lutero sibi anteferri, egregiè illos Saxones Luteranos perstringit, inter alia sic dicens: Vitia pro virtutibus exofculari, stultitiæ & preposteræ affectatiõis est, minus etiã excusabilis in cõsiderati zeli seruo, quod scripturæ turpiter & putandũ in modum corrumpunt, vt D. Iohannis Baptistæ spolijs Lutero exornent. Quãuis enim non neget etiã in Iohãne Baptista factum esse, quod de venturo Elia prædixerat Malachias, volũt tamẽ de Lutero intelligi hoc vaticinium, quia sic Elias ille, per quẽ restituenda fuerint omnia: & quod in Iohanne Baptista semel factũ est nõ obscure tam Prophetæ quã Christi testimonio, in Lutero fuisse

*Luterus
Zuinglium
Nestorianũ
vocat.*

*Caluinus
nõ vult Lu-
tero videri
inferior.*

iterandum. Qua falsitate non minùs fœdârunt Luteri nomen, quàm Aegyptij Ieremiæ, corpus sepulcrumque eius adorando. Atque vt Eliæ nomen Lutero concedatur, sacrilegè tamen est temeritatis, asserere vltimum Eliam, ac si præcisâ esset manus Deo, nè quem præstatiorem parèmvè postea emittat. Ità Calvinus, haud obscurè indicans, quàm velit ipse Lutero præstantior haberi. Sed ista non videt mundus, nescio quo lethargo oppressus. Verùm Sleidanus, qui ex Luteri libro de concilijs & Ecclesia, què eundem esse appâret, quem alij vocant de Patribus & Concilijs, non pauca citauit, quæ possent flagellare Catholicam ecclesiam, hanc de Zuinglio Luteri sententiam, qua eum dicit Nestorianum, pro suo insigni candore tacitus præterit: scilicet optimæ fidei historicis fraudulenter cælans, quæ contra se suosque faciant.

Legati Protestant. ad Cæsarem.

ANno 1540. rex Ferdinandus ab Austria venit Gandauum ad Carolum Cæsarè: venerunt eo quoquè legati Protestantium Ordinum, qui præter alia multa, quibus & sese mirificè purgare, & in Catholicos turbarum omnium culpam conferre nitebantur, coram illo Catholicæ religioni addictissimo Principe dicere non sunt veriti, hoc tempore Deum Euangelij sui cognitionem excitasse, quasi antehac Germania Euangelium nescierit, & ab apostatis demùm & votifragis monachis illud discere debuerit. eodem tempore Protestantium Ordines ad Galliæ regem non parùm blandas scripsere literas, vt si quid à Cæsare durius expectandum esset, haberent potentissimum regem sibi coniunctum. Cæsar cum legatos Protestantium audiuisset, se deliberaturum respondit, Multùm hic iterùm vtgebant legati illi, vt Cameræ iudicibus non liceret Legatorum, pro illis ferre sententiam, qui se quererentur rebus &

& facultatibus suis sub Euangelij prætextu, priuari, quales querimonie à Clero Catholico & Monasticæ vitæ cultoribus tum nõ raræ ad Cameræ iudiciũ deferebantur. Dicebant Catholici, se iniuria rebus suis spoliari: asserebant cõtrà Euangelici, iurè id fieri, quòd falsam colerent doctrinam &c. In hac autem controuersia non licebat Catholicis ad supremum Imperij iudicium prouocare, sed oportebat eam ferre sententiam, quam apostatè & incestis nuptijs polluti monachi, suis magistratibus persuasissent verà esse & pro rsus Euangelicâ. Hoc miserum erat & calamitosum, & tñ sic habebat pura doctrina noui Euangelij. Cæsar cogebat ob temporũ iniquitatem pleraque dissimulare, cum tam multis iisdemq; potentissimis premeretur hostibus. Indixit nihilo minùs Conuentum Principum Spire, qui tamen ob pestis sæuitiem translatus est Hagenoam, cui Ferdinandus rex Cæsaris nomine præfuit, Cæsare alijs occupato. In hoc conuentu Luterani noluerunt pondus aliquod habere eam quorundam articulorum cõciliationem, quam Augustus septem ab vtraque parte colloutores effecerat. Petierunt etiàm colloquium Vuormatiæ habendum, & impetrârunt. Sed in eo colloquio parùm confectum est. Hoc ferè loco Sleidanus recitat prolixissimũ scriptum Protestantium ad Granuellanũ, quemadmodum & aliàs passim multa superuacanea, immò & vana & perniciofa, ad nauseã vsque commemorat, vt docti quidam non immeritò affirmârunt, plura apud illum esse *ωδύρα*, quàm *ίψα*. Hoc verò scriptum satis appâret ex concionatorum & dogmatistarum officina profectum. Multùm illic bellissimi isti ecclesiastè & apostatè monachi suam causam facis quibusdam oblinere conâtur, sed ità tamè, vt nõ ipsi, sed Principes & magistratus loqui videantur. Nos verò ex vnguibus leonem facillè dignoscetes,

Conuentus Imperij Hæc gener.

istis apostatis & dogmatistis respondemus. Aiunt Catholicos magna crudelitate grassari in homines innocētes. Ijs verbis Imperatorem, Regem Franciæ, multosq; alios Catholicos principes obliquè crudelitatis insimulat, ppter eam quod de hereticis supplicium fumerent, quos ipsi vocant homines innocētes. Et tamē etiā Protestantes seuerè animaduertebāt, haudubiè instigati ab istis, in Sacramentarios & Anabaptistas, qui se non minùs atquè Lutherani, innocētes iactabant. Quæ verò illa innocentia est, homines à Christi corpore, quod est Catholica Ecclesia, abstrahere, & in pestilētissimos errores inducere, quos necesse est non aliud q̄ ipsam mortem sempiternā consequi? Latrones atroci plectūtur supplicio, q̄ corpora iugulent, & isti animarum parricidæ tanquā innoxij tantę immanitatis nullas pœnas dabunt? Aiunt se in suspicionem vocari, quasi non emendationem Ecclesiæ, sed commoda solū sua spectent, & has calumnias lōgè lateq̄ disseminari, quod vera religio & ipsi in odium adducantur. Quis hic non rideat istorū impudentiam? Si Ecclesię emendationem spectabant, cur non manserūt in suis cœnobijs? cur tot iam olim dānatos errores ab inferis excitārent? cum Germaniam fœdissimis religionis dissidijs horrendum in modū distraxerunt? Et has tantas errorum tenebras audēt vocare puram doctrinam, audent dicere se filij Dei nomen & euangelium profiteri. Sed nē impietatis arguantur, quod sua cœnobia deseruerint, & post nuncupatum Deo perpetuę continentię votum incestis se nuptijs polluerint, vitam monasticam vocāt pharisaicam & impiam. Itā nimirum dicere eos oportebat, si causę suæ consultum vellent. Sed erit apud om̄em posteritatem summę execrationi hæc ipsa vestra impudentia, quod non modò nō voluistis tantum scelus agnoscere, sed etiā in illo gloriari.

*Hereticorū
qualis innocētia.*

riari. Sic olim Julianus apostata cum à Christiana religione defecisset, sacras literas his verbis irrisit, scribens ad Primarios sui tēporis Episcopos: Legi, Constantini, Damnaui: Cui itā à nostris respōsum est: Legisti, sed non cognouisti: si em cognouisses, nō damnāsses. Ut ille impius irrisit scripta diuina, sic isti innocētes homines & belli euāgelici, lacerant vitam monasticam, quam ab ipsis Apostolis vsq̄ in præsens constat in Ecclesia Dei magnę venerationi semper fuisse. Sed cum illi per summū scelus ab eavita discesserint, si suæ velint existimationi consultum, nō debent nisi pessimè de illa & dicere & scribere. Et habent certè qui illos audiant, & eos rectè fecisse credant: sed quis interim explicare fatis queat, quibus illi noctes atque dies conscientię fœuissimis aculeis pungantur, licet id apud homines diffimulent? Sciūt em̄ om̄es illos veteres sanctissimos patres, adhibitis scripturę diuinę testimonijs, id cōstāter affirmare, vota cōtinētis & aliarū rerum bonarū deo semel p̄stita, pr̄sūs reddi oportere, illosq; impios & p̄sidos cēsendos, q̄ postquā Deo vouerūt cōtinentiā, audēt inire cōiugia. Hæc, in quā, illi nō ignorant, sed obstinata animi desperatione cōtinnunt: cumq̄ se videāt ab omni spe salutis, nisi respiciant, excidisse, summoperè in eam curā & cogitationem incumbūt, vt quā plurimos secum in damnationem adducant. Itaq; haud secūs ac pestes quædam fugiendi sunt, nē sua contagione alios inficiant. Verum id illis persuaderi nō potest, quorū oculos suis mendacijs itā perstrinxerūt, vt illorum scelus & turpitudinem videre nō possint. Iam verò

*Impudens
mendacijs
apostatarū.*

quantam habet vanitatem & impudentiam, quod aiūt in his literis, se nihil cōtra veteris Ecclesię formulam docere, cum certissimum sit, & à nostris abundè ostēsum, eos p̄ Euāgelio & Dei verbo hominibus nihil ferè obrudere aliud, quā crassissimos

& iam olim damnatos errores? Et nē parū sit tam sceleratē esse mentitos, adiiciunt mox aliud tam insolens & prodigiosum mendacium, vt nō stylo, sed magistratū scepro & seuera animaduersione vindicandum sit. De pœnitentia, inquit, in Ecclesia docebatur frigide & perplexē: de gratia per Christum accepta, de cōdonatione peccatorum ne verbum quidē. In re tā apta, quā ipsa lux meridiana palā coarguit, quid possumus aliud, q̄ & istōrum deploratam malitiam, & illis fidem commo dātium miserandam dolere cœcitatē? Quis verō possit mederi hominibus, qui sibi tam lacerenter imponi sinunt Legārū vel soli Doctorum Scholasticorū libri, & penē ad fastidium vsq̄e comperientur de Christi gratia & peccatorum remissione scrip sisse. Non ergo isti quadam animi imbecillitate aut ignoratiōe, sed destinata & deplorata malitia hæc & id genus alia multa in miserorū certissimam perniciem confingunt. Sed porro adiiciunt, Missam priuatam esse rem nouam & inuectam partim ignoratiōe, partim auaritia. Et hoc rursus mendacium est intolerabile: & certē ipsi in sua Augustana Cōfessione profiterentur missam apud se retineri & summa reuerentia celebrari. Quid verō, si rem ipsam spectes, interest inter publicas & priuatas Missas? Sed qcquid de Missa illi blaterent, certum est, eos summos esse Missamastiges: qua de re satis superq̄; Catholici illis responderūt. Pergunt viri optimi: Propter ablatum, inquit, sacerdotibus coniugium, redundabant omnia turpissimis exemplis. Sed omnis Oriens & Occidens iam antiquitūs non permisit sacerdotib⁹ coniugium. Vnius tantūm D. Hieronymi testimonium proferem⁹, nē prolixi simus: apostoli, inquit, vel virgines fuerunt, vel post nuptias continentes. Episcopi, presbyteri ac diaconi aut virgines eliguntur, aut vidui, aut in æternum certē pudici. Huic oēs

Patres

Patres adstipulatur. At hodiē sub isto nouo Evangelio videmus omnia redūdare incestis nuptijs sceleratissimorū & votifragorum monachorū & monialium. Aiunt boni viri, vt paulō antē audiuius, se nihil contra veteris Ecclesiæ formulam docere. Sed quæ vnquāq̄m vet⁹ Christi Ecclesia pmisit monachis & monialibus coniugium? Audiant perditī isti Canonem 15, celeberrimæ illius & toto orbe receptę Synodi Chalcedonēsis: Si qua virgo se dedicauerit Deo, similiter monachus, nō licet eis nuptijs iungi: si verō inuenti fuerint hoc faciētes, manent excommunicati. Sed hunc tantę Synodi Canonem istū omni lachrymarum fonte plangendi tenebriones prorsus contemnūt. Nam est scriptum q̄d-
 dam postea editum, vbi palām asserunt noui euangeliſtę, Chalcedonense Cōcilium tetra errore monachis & monialibus coniugium interdixisse: quo in loco etiām Nicenam illam primā & antiquissimam Synodum repræhendunt, quōd contra Ioannis Baptistę sentētiam de militibus decretum fecerit, multaq̄ue alia etiām veteris Ecclesię Concilia ceu censores quidam incredibili temeritate condemnāt, inter cætera etiām de Carthagine 3, cui Augustinus episcopus interfuit, ista ore impuro euomentes: Tertia (sic enim legendum apparet, non quinta, in qua nihil hinc agitur) Synodus Carthaginēsis inuexit impia sacrificia, oblationes & intercessionēs pro defunctis. Impia vocāt sacrificia, ipsi omnium impijssimi, simulq̄ue turpissimē mentiuntur, quōd tum primū cceptum sit sacrificari p̄ defunctis, sicut copiosissimē ostēdi posset, si locus pateretur. Addunt quoquē de Concilio Mileuitano, cui similiter Augustinus interfuit, statuisse illud, vt diuortio post adulterium alterius ex cōiugibus factō, nō liceat innocenti personæ denuō contrahe-
 re cōiugium, idq̄ue aiunt nimis durum & iniustum esse.

Aliud insigne mendacium.

In Apologia ad Pammachium.

Scriptum contra Synodi Tridentinæ continuationem à Pro 4. in-
 doctam.

esse. Durus ergo & nimis iniustus est etiam Christi ipse & apostolus, quod idē sanxerūt. Et certē Canonis verba hæc sunt: Placuit, vt secundū Euangelicam & Apostolicā disciplinam, neq; dimissus ab vxore, neque dimissa à marito, alteri cōiungantur, sed ita maneat, aut sibi met reconcilietur: quæ ab Apostolo Synodus mutuata est. En quod isti prouunt? Sed vt insigniter animi sui fraudem prodāt, adijciunt Fabiolæ nobilis Romanæ matronæ exemplum, quod illa, teste Hieronymo, post diuortium alteri nupserit. Hac tandem in re vnius scemine exemplū apud eos plus habet ponderis, quàm Christi ipsius, quàm Apostoli, quàm totius Ecclesiæ sententia. An nō apertissimè dicit Apostolus: Mulier, viuente viro, vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro? Atqui verò hoc ipsum Fabiolæ exemplum vsque adeo nihil pro eis facit, vt eos etiam planè pudefaciat. Nā vt in eius Epitaphio refert idē Hieronymus, ea post mortem secundi viri in semet reuersa, sacrum induit, errorem publicè falsā est, tota vrbe spectate Romana ante diem Paschæ in Basilica quondam Laterani stetit in ordine pœnitētium, episcopo, presbyteris & omni populo collachrymantibus, sparsum crinem, ora lurida, squalidas manus, sordida colla submisit. Hęc cum ipsi Hieronymi sint verba, qua vel mente, vel fronte audēt isti Fabiolam pro se citare? Sed his nefarijs dolis & fraudibus tam multos decipiūt, vt nemo satis deplorare queat. Si ergo aliquid apud eos valet exemplū Fabiolæ, imitent eius pœnitentiā, induāt saccū, errores suos, immo ter execranda mēdacia sua palām fateant, & clamēt ad Deū totis viribus, si fortè possint ab illo impetrare veniā tot immaniū parricidiorū, quib; tot animas Christi sanguine redemptas, horrendū in modū iugularunt. Sed sat scio, hanc Fabiolæ pœnitentiā more suo pharisaicam & impiam clamabunt. Et est certē ad.

admirationē dignum, hoc exemplum etiam à Melanchthone citari, idque cum reprehensione sanctorum patrum, tanquā sceddē prolapsorum, Sed ex his & id genus alijs istorum hominum fraudulentis citationibus, & impijs calumnijs tāquā ex vnguibus leonem, eorū malignos animos perspicuè cognoscimus, atque vtinā cognoscerent etiam illi, qui candidè & religiosè in religionis tractandis negocijs eos versari nimis malè sibi persuasum habēt. Et reuerà istorum improbitas cogit nos interdum his in rebus diutiùs, quàm aut velimus, aut institutū poscat, immorari, & speramus lectorem nostræ necessitati veniam facillè daturum, quippè qui his commemorādis id spectamus, vt simplex lector intelligere possit, quibus dolis & fraudibus tū Sleidanus, tū dogmatistæ euāgelici imponāt orbi Christiano. Nam alioqui mallemus simpliciter historiā texere, & ab alijs interm abstinere: sed cum isti suas historias & scripta alia tot mendacijs & fraudulentis machinationibus oppleant, cogimur nonnunquā illa proderè & vel paucis reprehendere, vt sibi ab illis cauere nōrint, qui per se talia nō facillè animaduertunt. Nec tamen studio nobis est omnia Sleidani vitia, quibus scatenet eius Commentarij, aperire: nam id proprium omnino & quidē prolixum opus flagitat: sed sat habemus obiter quædam indicasse, vt ex ijs discat lector, & quis vir ille fuerit, & quid de eius commentarijs, tum etiam de symmystarum eius & cæterorum noui euangelij præcorum scriptis, quæ tot fraudibus & mēdacijs scatenet, sentiendum sit. Atq; hęc quidem vt hoc loco paulò fufius scriberemus, occasionem nobis obtulit Sleidanus tam prolixè recitandis literis Protestantium ad Granuellanum, in quibus etiam hoc additur, Protestantes non defuturos colloquio & actioni conciliationis, sed ita, vt scriptura duce verum exquiratur,

In lib. de
Ecclesia.

&

*Cantillana
in auctoritate.*

& Christus solus pro iudice agnoscat. Quā can-
tilenam illi bellissimi theologi perpetuò cantillāt,
quasi nō eadem voce & multi alij superiorum tem-
porum heretici vñ sint. Sed aduertat dolum lector.
Volunt scripturam solam valere, sed itā, vt penēs
iplos sit facultas eam interpretandi. Quæ verò tam
impia possit extare hæresis, quæ nō libenter hac ra-
tione scripturā solam iudicem patiatur? O nimium
simplices Christianorum animos, qui hāc versuto-
rum hominum vafriem non aduerterunt. Non est
nobis cōtrouersia cum illis de scripturis, sed de sen-
su scripturarum. Hunc illi volunt petere ex suis pa-
rum sanis cerebris, nos illū petendum esse dicimus
ex perpetuo Catholice Ecclesie consensu. Verūm
hoc illi prorsus refugiunt, quia sciunt dogmata &
priuatas falsasque opiniones suas ab hoc publico
totius orbis Christiani consensu prorsus discrepare.
Interim scripturas crepant apud imperitos, sed
docti faciliē intelligūt tam nihil pro illis facere ger-
manum scripturæ sensum, quā nihil suffragatur
mendacio veritas. Et qui tandē fieri possit, vt bo-
na fide ad scripturas prouocent, cum ipsam suā cō-
fessionem Augustanam & pleraq; dogmata sua nō
semel mutarint? Potēstne verū esse quod variū est
aut potest cum tanta inconstantia vllū habere com-
mercium incommutabilis scripturæ diuinę veritas?
Sed tempus est, vt receptui canamus, nē nimium istis
respondendo, lectori tædio simus. Habebunt hæc
alibi fortassis locum opportuniorem.

*Conuentus
Protestantium.*

Sub hoc tempus Legati Protestantium ex Anglia
rediērunt, & in conuentu Smalcaldienſi, quē Pro-
testantes tum agebant, cui intererat Luteranorū
Doctores antesignani, Ionas, Pomeranus, Melan-
chthon, Cruciger, Bucerus, narrauerunt statum re-
ligionis in Anglia, & quemadmodū rex ipse Hen-
ricus in familiari colloquio dixisset, Protestantium

the-

theologos de præcipuis quibusdam cōtrouersis re-
bur non rectē sentire. Nam etsi rex ille propter di-
nortium, cuius antē non semel meminimus, à Pōti-
fice, qui illud probare noluit, abalienat⁹ erat, tamē
Luteri dogmata pleraq; prorsus è suo regno pro-
fligauit. Hoc verò nō placuit Evangelicis dogma-
tistis, qui suos principes vel maxime eò incitabant,
vt potentissimorū regum cōiunctis viribus & ami-
citiis, sese contra Pontificem & Cæsarem munirent,
quos timebant ipsi bellum molituros propter mu-
tatam religionem. Pōst dies paucos Theologi Pro-
testantium scriptū exhibuerūt, cuius hæc erat sum-
ma, non esse discedendum ab Augustana confessio-
ne & eius Apologia. Hoc quidem illi Theologi præ-
se ferebāt, sed mentita est iniquitas sibi, cum ab illa
confessione etiā author & architectus eius Me-
lanchthon discesserit, eamque non semel mutarit:
adeoq; Luterani plerique hodiē summa acerbitate
id Melanchthoni & plerisq; alijs Augustanę con-
fessionis professoribus obijciant, quod ab ea con-
fessione turpiter defecerint. Nec est contentionum
inter istos vllus finis: vt mirū sit nō aduertere Prin-
cipes, non posse illos homines Dei spiritu regi, qui
in doctrina Evangelij, vt ipsi vocant, tam impudens
ter vani sunt & instabiles ac varij, tamq; fœdis inter
se diffidijs distrahuntur. Approbat cōfessio liberū
arbitrium, quod tamen Luterus & Calvinus, mul-
tiq; alij Sectarij pertinacissimè negant, Deū ipsum,
quod sine horrore dici nō potest, scelerum omnium
authorem facientes. Non rejicit Missam Cōfessio,
licet ea Missa Luterana sit potius quā Catholica.
Sacramentarij verò, qui & ipsi sub hac confessione
delitescunt, aut se delitescere fingūt, ipsam quoque
Luteranorum Missam si nō superstitionis, certē lu-
di cuiusdam loco habēt. Non negat Confessio veri-
tatem corporis & sanguinis Christi in Eucharī-

*versus
Theologorū
Protestan-
tium.*

*Ab Augu-
stana Con-
fessione vt
Evangelicū
defecerint.*

stia, Sacramentarij irrident. Luterani alij bonorum operum merita asserunt, alij refellunt. Melanchthon ipse huius Confessionis author, in Confessione affirmat, in cœna Domini (sic enim vocant Eucharistiam) corpus & sanguinem Christi verè adesse: sed idem ipse in Caluini errorem, aut certè nouum Sacramentarium dogma postea deflexit. Quanti igitur, obsecro, ea faciendâ est Cõfessio, quam nec ipsi sequuntur, qui eam conscripsere, eam iactitant, eam perpetuò nobis obrudunt, & ab ea se discedere nolent turpiter mentiuntur? Nihil certè isti faciunt aliud, quàm quod grauisimum æternæ salutis negocium in ludum vertunt, & quod de medicis alia significatione dici solet, animas negociantur.

Legatio ad Venetos.

Circa hoc ferè tempus missa est à Cæsare & rege Galliarum Francisco splendidissima legatio ad Venetam Rempublicam, ita vt Veneti ipsi faterentur nihil ipsis vnquam specie legationis ad dignitatem honorificètius accidisse. Cæsaris nomine missus fuit Alphonsus Daualus Vastius, procerâ corporis statura & multa oris dignitate conspicuus, rerumque gestarum fama clarissimus, & Cæsaris in Italia dux summus: Porro regis Francisci nomine Hanibaldus Gallicarum copiarum ad Taurinum præfectus. Erat tum temporis Veneta Respublica vehementer afflicta à Turcarum tyranno, qui non solum Corcyram, Cretam & insulas Cyclades mirum in modum diuexarat, sed etiàm mercatores Venetos Byzantij atq; tota Syria & Aegypto in catenas coniici, eorumq; res & merces magni precij in fiscum refetri iusserat, adeò vt tum nequaquam tuta esset Venetis more solito nauigatio, atq; præterea summa rei frumentarię, quæ ex Macedonia & Græcia facile peti posset, inopia præmerentur. Atq; hoc quidem tempore, eum regu legati adessent, induciji cū Solimanno pactis fruebantur, quorū tempus iam ppe

effluxit.

effluxerat. Itaq; hoc rerum statulicet Vastius præsertim Cæsaris legatus diligenter in id incumbere, vt cum Cæsare & Gallo coniunctis armis Turcam pariter oppugnarent, tamen Venerus Senatus nihil adhuc certi & cõperti habens de Cæsaris & Frâncisci regis solida amicitia, ingenti quidem studio & omni honoris officio eos legatos profecutus est, at nihilo minus paulò post Aloisium Badoërium ad Solimannum pacis conficiendæ causâ misit, certis illi, quibus apud Solimannum ageret, conditionibus præscriptis. Eas conditiones Solimannus quorundam proditiõ, quæ multas perdit Respublicas, iam perceperat, & legatum Aloisium, ita vt iustus erat, quædam dissimulantem, seuerè corripuit, dicens se iam scire quid à Decemviris definitum esset. Ea ob iurgatiõ e territus legatus, supra etiàm, quàm Senatus permiserat, Solimanno cõcessit, vt pax conciliaretur. Ità tum Solimannus cum Venetis pacem fecit; traditis illi Nauplio & Epidaurò Peloponnesi vrbbibus, & Nadino atq; Labrana Dalmatię castellis, non sinè magno Venetę Reip. detrimento. Postea verò diligenti habita inquisitione depræhensu proditores, graui supplicio affecti sunt.

Venetis pacè à Turca petunt.

Eam impetrant.

Cum Cæsar Carolus esset Gandau, venit ad eum Dux Iuliacensis, qui iam Geldrensem quoq; principatum vtrò ipsi oblatum possidebat. Voluit ille Princeps cū Cæsare de pace trãsigere, sed nihil tum effectum est. Interim Gallia quoque rex, vbi se videt spe obtinendi Mediolanensis imperij frustratum, à Cæsare fit alienior, iungitque amicitiam cum Iuliacensi principe, despõsa illi, vt quidam scribunt, Iohanna è sorore Margarita Nauarræ regina nepte, puella longè omnium totius Gallia opulentissima. Ea amicitia non benè cessit Iuliacensi principi, vt postea referemus, neq; eæ nuptiæ suum habuere processum.

*Cromuuel
capite ple-
ctur.*

Hoc anno Thomas Cromuuel, ex humili loco ad supremam à rege Angliæ Henrico VIII. dignitatem euectus, ab eodem capite damnatus est. Fuerat is, qui in Episcopum Roffensem Ioannem Fischerium, Thomam Morum, & plerosq; alios religiosos viros seuerissimè iussit animaduerti, quod nollet regis cum Catharina diuortium & quædam alia approbare. Non desunt, qui se valdè beatos putet, si magnorum principum gratia fruantur, eiusque tum obtinendæ, tum conferuandæ causa multa plerunquè faciunt præter ius fasque: at præpotētis Dei iusto iudicio tales nō raro suæ stultitię meritas dat pœnas, gratia Principum in odium versa: quemadmodum legimus olim Perillum Atheniensem insignem fabrū, cum Phalaridi crudelissimo tyrāno, vt illi placeret, æneum fabricasset taurum, in què coniecti homines, & igne supposito dirè excruciatī, nō humanam vocem, sed bouis mugitum edere viderentur, ab ipso Phalaride, cuius gratiam venabatur, primū in illam sæuissimam carnificinam coniectum esse, malumque consilium ipsi consultori pessimè cessisse.

*Perilli sup-
plicium.*

Hoc anno Carolus Cæsar graui edicto proposito, per omnes ditiones suas hereditarias Germaniæ in inferioris omnibus interdixit lectione librorū Lutheri & quorūcunq; aliorum hereticorum, in immoderigeros capitis pœna decreta est. Hoc verò etsi pleriq; permolestè ferunt, putantque omnibus eiusmodi librorum lectionem permitti debere, tamè consultiusimè fit, nec est in Ecclesia nouum, sed etiā longè ante mille annos tempore Nicenæ illius sanctissimę Synodi non modò ipsa Synodus Arrii & sectatorum eius libros comburi iussit, verum etiā Constantinus Imperator Christianissimus capitulis sententiam tulit in eos omnes, qui eos occultassent libros, & nō statim cōbussissent, An non Apo-

*Cæsar
edictū cōtra
libros hæ-
reticorum.*

*Niceph. Ec-
cle. Histor.
li. 8. ca. 18.*

solus

solus ipse hæreticum hominem post vnam & alteram correptiōem vitandum dicit, & sermones hæreticorum instar cancri serpere? Pauci sunt eo iudicio præditi, vt possint verum à falso fecerere, & de dogmatibus iudicare: & multi quidem hoc iudiciū sibi tribuūt, & legunt indiscriminatim scripta quorūcunq; sed capti & illaqueari insidiosissima verutissimorum hominum blandiloquētia, dant pœnas confidentię & temeritatis suæ. Rectè igitur etiā ante mille annos Gelasius Pontifex eruditissimus libros hæreticos damnauit & cauendos iudicauit, itemque nostro seculo Pontifices seuerissimè prohibent hereticorum librorum lectiōem, nē scilicet incautus lector exitiale virus imis visceribus hauriat: dumque se non potest ex callidissimorum hominum argumentatiōibus extricare, falsum pro vero amplectatur, atque sibi ipsi mortem consciscat sempiternā. Certè de Apostolis & eorum discipulis Irenæus sanctissimus & Apostolorum ætati proximus scriptor, libro 3. contra hæreses testatur, eos ne verba quidem commutasse cum quopiam corū, qui veritatem adulterant atq; deprauant: nec dubium quin illi magistratus non rectè cōsulant subditis suis, qui in suis ditionibus & vrbibus permittunt palàm prostare dānatos codices & scripta hæretica. Nam nulla ferè alia re tam multi capiūtur & pereunt apud Catholicos, quàm quòd eiusmodi perniciosos libros facillè sibi comparare possunt, distimulante interim Magistratu, in quem illorum perditio, vt verendum est, redūdabit. Multi hæc modò paruipendunt, sed vbi ventū erit ad tribunal Christi æquissimi iudicis, iam paruipendere non licebit. Multis locis horū temporum Sectarij quidam non modò Catholicorum, sed etiā aliorū Sectariorū ab ipsis discrepantium libros, seuerissimè omnibus suis interdiciunt, Catholici verò plerique id negli-

Tit. 3.

*Dist. 15. Sæ-
cra Roma-
na.*

*Apostoli
quàm vitā-
runt hæretic-
cos.*

FF 3 gunt

Reste prohibetur le- Et: o librorū b:reticorū.
 gunt admodum perniciosē. Hoc obiter admonere visum fuit, vt pius lector nouerit, non solum nō reprehendendos, sed etiā præcipuō studio & amore complectendos Pontifices, Imperatores, Reges, Principes & Magistratus omnes, qui è totis suis ditionibus damnatos libros proscribunt, eorumque lectione subditis omnibus interdiciunt: perinde vt suis liberis parētes illi, qui modis omnibus cauēt, nē qd ab illis toxicū aut exitialis cibi potūsve sumatur.

Quinta nuptia regis Angliæ.

Hac tempestate Angliæ rex Henricus, clarissimi Principis Guilielmi Cluię Ducis sororem Annam, quæ illi quarta fuit coniunx, repudiat, & Catharinam Hauardā Ducis Nordfolcię ex fratre neptim, quinto matrimonio sibi coniungit. Porrō Londini tres nouo Euangelio addictos, atque in ijs Robertum Barnum, cremari iussit. His alios tres pariter pœna plectendos adiunxit, qui Romani Pontificis pri- matum, & Catharinæ Hispanæ coniugium appro- babant.

Obitus Budai.

Huius anni mense Augusto obiit Parisijs Guilielmus Budęus, vir citra controuersiam summa cruditio- ne, & apud Gallorum regem magna auctoritate. Multum illi viro debent studiosi omnes, qui- bus plerisq; doctissimis lucubrationibus suis nō pa- rum contulit. Illo authore & instigatore Fraciscus rex Galliarum doctissimos viros liberalibus stipen- dijs Lutetię auxit, vt bonas literas & linguas pte- rentur: quę res magnos attulit rei literarię progressus. Voluit absq; vilo fastu corpus suum sepultura tradī, modestię causa, vt opinor, vnico tantum lu- mine præeunte. Reliquit vndecim liberos, & non paucos libros ab ipso elucubratos.

Mors regis Hungariæ.

Moritur etiā hoc anno Ioannes Hungarię rex, relicto infante sub tutela Georgij monachi, qui Hungariam omnem quæ illi paruerat, in pueri eti- annum in cunis vagientis verba iurare compulit.

Ea

Ea res noua bella peperit, quæ Hungariam Turcis occupandam obiecere.

Fuit huius anni æstas memorabili siccitate gra- uis, & vini quidem preciosissimi ferax, & siliginis prouentu mediocris: sed sceni, olerum, & id genus aliarum rerum, quæ ad victum hominibus præfer- tim tenuioribus necessaria sunt, magna penuria.

Hoc anno à Pontifice Maximo Paulo III. appro- batum est institutum Societatis Iesu, cuius profes- sores licet hodię maximos toto orbe in vera pro- paganda pietate apud Christianos & ethnicos, Ma- hometanos & Iudæos fructus proferant, nihilo mi- nus nō desunt pio huic instituto multi neuitquam probandi calumniatores & obreçtatores, ex ijs præsertim, qui se Euangelicos dici quàm verè Euā- gelicos præstare mālunt: eapropter nō nihil hoc loco de eo ipso instituto dicendum est, nē quis rei ignorantia deceptus erret, aut maledicorum lin- guis vel scriptis fidem commodet. Instituti huius primus author & inchoator fuit Ignatius Loyo- la Cantaber, nobili Baronum familia ortus. Is ob singularem prudentiam & animi fortitudinem cum Galli arcem Pompeiopolitanam acerrimè oppugnarent, præfetti munus adeptus, strenuè se suosque defendit: sed tandem in vtroque crure grauissimè læsus, & à Gallis captus est. Ea cru- rum vulnera postea ei vitæ in melius commutandæ non minima causa fuere. Nam dimissus à Gallis, cum ex ijs vulneribus incredibiles noctū diuque ferret dolores, ad sese redijt, mundi vanitatem, cui iam plus satis addictus fuisset, & vitæ breuitatem al- tius perpendit, diuinisque & æternis, quas hacten- us non magnoperè curasset, rebus animum adijce- re cœpit. Contigit interim, vt animum integrum & eo ampliùs ex morbo decumbenti in manus veni- rent Vitę Sanctorum, quas cupidè legētem mira in-

Approba- tur Socie- tas Iesu.

Societatis Iesu insti- tutor.

cessit religio, dolor quoque ob admissa superioribus vite spatij peccata, denique cupidò vitæ deinceps asperè & seueritèr transigendæ, agédæque pœnitentiæ. Curatis igitur vulnerib⁹ ita se comparat, tâquam ad ducem Nagera profecturus, re aut vera spreto omnibus mundi huius voluptatibus & vanitatibus, relictis reb⁹ & facultatib⁹ suis, Christo deinceps militatur⁹, in ipso etatis flore (agebat quippe cum annum etatis XXVI. ad celeberrimū Montis ferrati templum se contulit, vbi vestibus lautioribus & Sericis exutus, quas pauperi cuidam dedit, eius laceras rursus induit: tamque rigidam & omnis virtutis studiosam aliquândiū vitam egit, vt permultos ad Dei amorem suo exemplo inflammârit. Degebat ad tempus solitarius in specu quodam ad litus fluuij per campum Manresanum decurrentis, faciens dignos fructus pœnitentiæ, quemadmodum Domini Baptista Iohannes in Euangelio hortatur. Id temporis literarum rudis fuit, sed Spiritus sanct⁹ & mirabili eum collustrauit lumine, & singulari erga proximos amore succedit. Indè in pauperis peregrini habitu se contulit. Hierosolymam, loca sacra supplex veneraturus, in quibus CHRISTI Dei etiam nūm expressa extant vestigia. Ijs verò locis vsque adeò delectatus est, vt nihil optârît magis, quam etatem omnem illic degerè: verum diuinitus est admohitus, vt in Occidentem reuertetur. Itaque in Hispaniam redit, & primò Complutū, post Salamanticam se confert, ibiq; literis dat operam: cumque in vili habitu, sacco coopertus, palam homines ad pœnitentiā hortaretur, nulla accepta ab Episcopis concionandi potestate, nec eruditione sufficienti pœditus, bis in carcerem coniectus, & ab Inquisitoribus tanquam de doctrina suspectus, examinatus est, sed tandè extra omnem noxam interger vitæ scelerisque purus repertus, è custodia dimis-

*Ignatius
meditatur
vitæ emen-
dationem.*

Matth. 3.

*Abit Hiero-
solyman.*

*Coniicitur
in carcere.*

missus, Lutetiam Parisiorum se contulit: atque vt alijs docendis & ad CHRISTVM conuertendis magis esset idoneus, decem annos literarum illic studijs, corpore debilis, & rerum propè omnium inops, nisi quatum aliorum liberalitate & propria mendicitate sustentabatur, impendit: tantumq; labore & diligentia assecutus est, vt breui artium magister creatus sit. Nec interim cessabat verbo & exemplo homines prouocare ad pœnitentiā, idque adeo, vt mirabili vitæ ac morum eius integritate & flagranti in Deum amore permoti aliquot insigniter docti viri, illi se socios & imitatores adiungere non dubitârint.

Postea in Hispaniam redit anno salutis 1536. atq; indè Romam proficiscitur, quò etiā socij eius viri cum primis venerabiles se contulerunt, vt vnà Hierosolymam religionis ergò proficiscerentur. Antea verò quàm Romam venissent, Venetijs illi egregij viri in domibus hospitalibus pauperū summa cum humilitate versati, incredibile studium ægrotorum morbis curandis, vulneribus obligandis, putidæ saniei detergendæ impenderant, atque ea raræ cuiusdam virtutis de se documenta præbuerant, vt iam omnibus admirationi essent. Roma deindè iterum Venetias reuersi, audiunt ob pacem inter Turcas & Venetos per id tempus ruptam, non patere aditum ad loca sacra Hierosolymorum. Mutata igitur necessario sententia, septem ex illis, Sacris iniantur, atq; ad sacerdotium promouentur: sed ita, vt contemptis facultatibus omnibus, ad pedes Veralli Archiepiscopi Rosonenfis, legati Apostolici, voluntariam paupertatem vltro professi sūt, vt liberioribus animis totos de lucris animarum impendere possent. Et ipse quidem Paulus III. Pontifex, eius legis Ecclesiasticæ, qua cauetur, nè quis Sacris initiatur, qui non habeat vndè possit honestè viuere, eis

*Exempla ve-
ra pœnitentiæ.*

gratiam fecit. Data tunc illis septem facultas est, vt confessiones peccatorum vbiquè recipere possent. Cœperunt tunc per vrbes Venetæ ditionis in Italia cum ingenti feruore & fructu incredibili prædicare verbum Dei. Postea simul omnes iterum Romæ petunt, vbi post multa rare pietatis, modestiæ, innocentia, eruditionis edita exempla, malo demone illorum pios conatus retardare cœnante, multis sunt & varijs molestijs exagitati, quæ tamen illorum institutum & nomen mirificè illustrarunt & amplificarunt. Inter eà temporis, cum nò pauci ad illorum sodalitatem accessissent, per Cõtarenum longè doctissimum Cardinalem petunt à Paulo III. Põtificè instituti sui confirmationem. Ea in re nihil se Pontifex difficilem præbet, non obscuris indicijs iam præsentens, quàm illorum viuendi ratio Christianæ Reipub. iuandæ esset accommodata & opportuna: nè quid tamen in re noua inconsideratiùs egisse videretur, principio cauit, nè vltra sexaginta in eam societatem reciperentur. Fuit hoc anno 1540. Cernens autem idem Pontifex, quantos illi in dies fructus facerent, rursus anno 1543, eorum Institutum, quod Spiritus sanctum habere auctoritatem & Procuratorem minime ambigeret, confirmat. nec iam certum sociorum præscribit numerum, quippe quos vel maximè auctos & multiplicatos optaret. Hæc sunt huius Instituti initia. Quis verò eius progressus fuerit, quãtùm breui tempore creuerit, & in omnè terrarum orbem, ad extremos vsq; Indos & Aethiopes atque Antipodes, se diffuderit cum incredibili animarum fructu, & barbararum quoquè nationum ad Christianismum translatione, hæreticorum ad Catholicam fidem reductione, innumerabilium iam planè deploratorum & desperatorum ad bonam frugem reuocatione, si dicere velimus, opus crescit in immensum. Quãuis aut in hac Societate Iesu mul-

Confirmatur institutum Societatis Iesu.

ti sint viri excellenti doctrina & rara virtute, non tamen faciunt, quemadmodum hodiè fratres Euangelici, qui à nemine missi, currunt, salcem quæ suam impudenter mittunt in messem alienam: sed Romano Pontifici atque totius instituti primario Præposito se totos permittunt, atque ab illorum voluntate penitus pendunt: quicquid illi iusserint, id citra Iesu. vllam tergiversationem imperterriti exequuntur, etiam si præsentissimum, quod sæpè fit, vitæ discrimen adeundum sit. Inde adeo accidit, vt cum non sua voluntate, sed iussu superiorum multa sæpè difficultia & ardua munia obeant, ea tamen singulari quadam dexteritate, præsentis Numinis fauore freti, exequantur: sicut euidentissimè videre licet in illis, qui apud feras & barbaras nationes Christi Euangelium hodièque prædicant, & hætenus prædicarunt, qui licet plerumquè supra vires humanas notè diuq; grauissimis baptizandi, concionandi, confessiones recipiendi, Sacramenta administrandi, & id genus alijs pietatis laboribus occupentur, nò tamen delassantur animo: quin & corporis ea fruuntur valetudine & robore, vt ægrè plerique credituri sint. Nec pauca ab ijs in Christi gloriam illis in locis sunt edita miracula, Domino illis cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Vt verò ad Germaniæ amplissimam & Romæ Sedis quondam obseruantissimam nationem copiosissimus ab hac Societate fructus manaret, præstantissimus vir Romæ Ecclesiæ Cardinalis Ioannes Moronus, qui in Synodo Tridèntina Pontificis legatus fuit, cum Ignatio huius Instituti Præposito egit de construendo Romæ Collegio, in quo maxima Germanorum adolescentium multitudo optimis disciplinis & vera pietate liberaliter & gratis instrueretur, nec tamèn eo nomine, vt in IESV Societatem adolescentes illi pellicerentur, quod quidam

Obedientia Societatis

Edita miracula. Marc. 16.

Collegium Germanorum Romæ.

dam falsò calumniantur, sed vt ab eius Societatis
cum primis eruditiss & religiosiss Patribus præclarè
instituti in Germaniã remitterentur, vbi sacris con-
cionibus & alijs pietatis exercitijs Germanos suos,
verfutia insolentium dogmatistarum in varios pu-
gnantesq; errores seductos, ad Catholicę fidei syn-
ceritatem & vnitatē reducerent. Quãtis verò sum-
ptibus & laboribus ea res constiterit, nemo facillè
dixerit: & possent indè, modò vellent, haud obscu-
rè colligere Germani nostri, quo animo pōtifex &
Cardinales sint in Germaniam, qui immensis im-
pendijs collegium illud ædificandum, & studiosos
Germaniã adolefcentes gratis illic rebus omnibus
necessarijs afficiēdos, optimisq; artibus egregiè in-
struendos curarūt. Et ipse quidem immortalis pro-
pterea nomine dign⁹ Cardinalis Moronus ad idem
Collegiũ sustentandum & amplificandum nõ mi-
nùs opis & adiumenti, quàm ad instituendum ad-
fert. Ea verò res, tamq; felices in Germania & alijs
locis huius præclarę Societatis processus, satanam
in primis, deindè nouos nouorum dogmatum sato-
res atq; buccinatores, mirum in modũ diseruciant.
Vident enim suis conatibus in dies magis ac magis
ab huius instituti viris obuiã iri: vident multos de
suo grege detractos, ad ouile Christi reduci: vident
non paucos Catholicos, superioris vitę impuritate
& fœditate damnata, redire ad studium puritatis &
innocētię: vident deniquè non solũ vitę integri-
tate, sed etiã multiplici & rara eruditioe plerosq;
huius Societatis adeo instructos, vt, quod alioqui
impotenter & petulanter nimis in Clero nostro fa-
cere solent, nec mores illorum, nisi planè impuden-
tes esse velint, carpere, neque vllum doctrinę ge-
nus in plerisque desiderare queant. Hinc illud plũs
quàm Vatinianum illorum in hanc Societatem odi-
um, hinc illa conuicia probraque iactãdi fœua libi-
do,

Cardinalis
Moronus.

do, quòd cum re vera mores reprehēdere non pos-
sint, nisi per calumniam in Societatis nomen pe-
tulanter incurrūt, modò Iebustitas, modò prima de-
tracta syllaba Suitas, in primis autē *Jesuwider* Ger-
manicè, tanquàm IESV aduersarios vocant: sæpius
etiã atrosequites, quòd pleriq; omnes pulla veste
vtantur: quasi verò eiusmodi cauilla quicquam no-
ceant laudatissimę Societatis patribus, & non poti-
ùs Sectariorum petulantiam declarent. Scilicet no-
cuit ipsi Christo, quòd dæmoniaco, quòd turbę se-
ductor, quòd vorax & potator vini à calumniato-
ribus dicebatur. Quancq; non ignoro, etiã quos-
dam bonos viros interdum aliquid erga hęc socie-
tatem humanũ esse passos: sed id indè accidit, quòd
nondum certam haberēt ipsius Societatis notionē.
Mouētur enim sinistris suspicionibus nõ nunquã
etiã homines nõ mali, quia homines sumus, & vt
homines, nõ rarò fallimur. Certò autem mihi per-
suadeo, quisquis eius Societatis res benè cõpertas
habet, eum nõ nisi benè de illa sentire posse. Multi
sanè hoc calamitoso seculo, quo tot emergūt iam-
pridẽ damnatę hęcerefes, nouis istis & mirè varijs
dogmatistis, qui vtplurimum literarũ politorum
& linguarum peritiã sese venditant, huius Societa-
tis professores esse diuinitus oppositos sentiunt, vt
illorum perniciosos conatus solida & vera eruditio-
ne atque minimè simulata vitę integritate pefsũm
premant. id quod multis locis Dei benignitate fieri
videmus: atque vtinã pleriq; illis viris tam se gra-
tos præberēt pro magnis & multis laboribus, quos
pro iuuanda Christiana Repub. bona fide cõtinen-
ter exantlant, quàm id illi benè merentur. Certè
Christianissimus imperator Ferdinandus quàm p-
penso in illos sit animo, aliquot eius instituti con-
stitutis Collegijs, iisdemq; non cõtemnendis pro-
uentibus, quibus studiosi alantur, attributis, regia
planè

Petulantia
hæreticorũ.

Io. 7. & 10.
Matth. 11.

Bonorũ sus-
spiciones ex
ignorantiã.

Cæsaris fa-
uor erga so-
cietatē Iesu.

planè liberalitate declarauit. Longum esset enarra-
re, quot præterea tota ferè Europa eius Societatis à
maximis Principibus collegia passim sint condita, è
quibus ad mortales omnes fructus vberrimi dima-
nant, ad Satanam verò & infauitæ doctrinæ, quam
miseri Euangelicam vocare non dubitant, buccina-
tores dolor incredibilis. In Barbaris regionibus, longè
gissimè à nostro orbe distitis, ex ea Societate ali-
quot pro fide sanguinem libentissimis animis fude-
runt. Illis in locis dominus Franciscus Xavier per-
multis illustribus claruit miraculis, & Prophetico
spiritu eximiaque virtute præditus, immensos pro
Christo labores tulit, non absque fructu vberissimo
in India atque vltimis Orientis regionibus. Alius
quidam non ità pridem anno Christi 1561. multa
nobilitate clarus apud Lusitanos, Goncallus de
Sylueira, flagrantissimo accensus amore, ex ciuitate
Mocambiguae, mercatorum frequentia florentissi-
ma, aliquot Lusitanis sibi adiunctis, in amplissimum
Manamotapiae regnum profectus est, vt regem iu-
uenem cum toto regno ad fidem conuerteret. Post
multas & inexplicabiles itineris difficultates, ità vt
maxima natando flumina non semel traiecerit, ves-
tibus interim sacris, quibus sacra facere deberet,
capiti impositis, tandem ad Manamotapam ciuita-
tem maximam peruenit, & à rege comiter excep-
tus, tanta dexteritate illis CHRISTVM annun-
ciauit, vt breuè rex cum matre sua & regni proceri-
bus quadringentis se baptizari voluerint. Eorum
exemplo tota plebs amplissimæ prouinciæ iam ac-
censa fuit, cum ecce satan per Mauros quosdam, iu-
ratissimos religionis nostræ hostes, regi persuadet,
virum illum sanctissimum, magum esse, atque eò con-
niti, vt eius latissimū imperium Lusitano regi pro-
dat. Credidit imperitus iuuenis impuris nebuloni-
bus, repudiataque Christi religione, misit satellites

quatuor

quatuor, qui Goncallum iam diuinitus de morte
impendente admonitum interficerent, & in flumen
demergerent. Eius verò mors adeo non deterruit
huius Societatis fratres ab illa adeunda prouincia,
vtnihil magis optent, quàm vel summo vitæ cum
discrimine illis miseris hominibus præreptam Euân-
gelij lucem restituere. Verùm in his commemoran-
dis fortè prolixior sum, quàm ferat præsens argu-
mentum. Vt igitur paucis absoluaui, nouerit candi-
dus Lector, huius præclaræ Societatis Patres cona-
tus omnes eò intendere, vt tum propriæ inprimis
saluti inuigilent, tum totos se proximis Deo lucifi-
candi impendant, fidem catholicam propugnet
& propagent, publicis concionibus, prælectioni-
bus, spiritualibus exercitijs, puerorum ac rudium
in Christianismo institutionibus, recipiendis con-
fessionibus, administrandis Sacramentis, sopiendis
diffidijs, captiuis & morbo affectis visitandis & con-
solandis, & id genus alijs exercendis pietatis studijs,
Dei gloriam & proximorū salutem, quoad eius
feri possit, promoucant, idque sanè gratis: vt meri-
tò pude fieri debeant noui præcones, qui se Euân-
gelicos vocant, qui hos sibi viros vel maximè laceran-
dos, & apud populum traducendos sumunt, nulla
quidem veritate sulti, sed more suo calumniando,
conuiciando, mentiendo. Vt autem iam antè dixi-
mus, cõfirmavit eorum institutum Paulus 3. ponti-
fex, neque is solus, sed post eum quoque Iulius 3. Pau-
lus 4. & Pius 4. Quin etiàm amplissima synodus
tridentina Sessione 25. Can. 16. vbi multa agit de Reli-
giosis, inter cætera sic habet: Per hæc autem sancta
Synodus non intendit aliquid innouare aut prohibe-
re, quin religio Clericorum Societatis Iesu, iuxta
pium eorum institutū, à sancta Sede Apostolica ap-
probatū, Domino & eius Ecclesiæ inseruire possit,
sed de his hæc tenens,

Goncallus
occiditur.

Synodus
Tridentina.

Anno

Franciscus
Xavier.

Goncallus de
Sylueira.

Manamotapae
parvbs.

Comitia
Ratisponæ.

ANno 1541, mense Aprili Comitia Imperij sunt habita Ratisponæ, tum Turcis resistendi, tum religionis componendæ causa. Fuit in illis Comitij Carolus Cæsar maturè admodum, diuq; aliorum aduentum sustinuit. Venit eò etiã rara tum doctrina, tum pietate insignis Cardinalis Caspar Contarenus, missus à Põrifice: nec principes Lutherani abesse voluerunt cum suis concionatoribus, qui in priuatis hospitij concionabantur, & Catholicæ Ecclesiæ ritus, cæremonias, & solène Quadragesimæ ieiunium, quod cõstat ex Apostolica Traditione ad nos vsque perductum, facillè contemnebant, permittebantq; nõnullis suæ factionis Principibus in sancta hebdomada, atq; in ipsa adeo sacrosancta Parasceue, qua die Christus Dñs tanta propter nos perpersus est, quãta nemo vnquam nedum verbis, sed nec cogitatione quidè consequi poterit, venationibus oblectare animum. Nouum enim hoc Euangelium in plerisq; ipsam quoquè Epicuri scholã, voluptatum prodigiosa indulgètia, longo post se relinquit interuallo. Cõscriptus aut̃ fuit liber quidam à nonnullis, quib; etiã Bucerus mirabili vafricie se admiscuit, isque liber oblatus est Cæsari, tanquam rebus componendis accomodatissimus. Institutũ est nouum colloquiũ, ab vtraq; parte terni collocutores designati, itemq; auditores aliquot, & duo Præsides, Palatinus Princeps Fridericus, & illustris dominus Granuellanus. Diũ multumque laboratum est, sepositis interim alijs Imperij negocijs, vt cõcordia fieret: & in quibusdam quidem articulis cõcordiæ ineudæ ratio, vt videbatur, non defuit: sed ad extremum tñ nulla certa cõstitui concordia potuit, cum neq; Catholici, neq; Protestates vsquequaq; ea reciperet, quæ in libro Cæsari oblato conciliata viderentur. Protestantium sanè theologi tam perplexas

Nulla certa
concordia.

& intricatas more suo articulorum conciliatorum interpretationes mox ediderunt, vt Oedipo quodã opus fuerit, qui quid sibi vellent, perspicuè declararet. Principes & Ordines Protestantes neq; librũ, neq; articulos conciliatos per omnia approbãt, sed in Confessione Augustana se acquiescere testabantur. Porrò concionatores Euangelici etiã in Contarenum Cardinalem longè doctissimum, & multa generis nobilitate illustrem, scripto acerbo inuecti sunt, quorum calumnijs Eccius doctissimus Theologus respõdit. Tandem perditio oleo & opera, non sinè maximo Cæsaris Caroli detrimento, quod Turcas in Africa inuadere decreuerat, solutus est ille conuentus, & Cæsar in Italiam, atque inde in Africam, iam hyeme appetente, contendit.

Sleidanus agens de Vuormatiens colloquio, quod *Sleidani* deindè Ratispona continuatum fuit, multa impudentissimè mentitur more suo, & ita suæ factionis theologos purgat, vt culpam omnem in Catholicis hæere velit, quos ait diem ex die duxisse, nouasq; & alienas cõditiones proposuisse, cum ab alia parte potius alienæ conditiones proponerentur, quibus id volebant, vt non solum nudæ sententiæ collocutorum, sed etiã argumenta & rationes & harum explicationes literis mandarètur, scilicet vt nullus vnquam esset colloquendi vel modus vel finis. Itaq; non dubium est, qui tam absurdam omnia conscribendi formã flagitabant, eos potius quæsiuisse effugia & diuerticula, non catholicos, vt ijs falsò affingit Sleidanus. Apparet in istis hominibus intoleranda quædã quidlibet in catholicos fingendi libido, vt suæ causæ cũ miserrimè plebis horrèda pditione vt-cunque patrocinetur. Et nè me lector temerè putet totiè Sleidanũ mēdacij insimulare, extant scripta grauium virorum, quibus possint coargui mēdacia illius. Immo ipse sua mendacia tam luculenter pro-

GG
dit,

dit, vt non sit opus teste alio, Et tamen eius vaniffi-
mi & perniciofiffimi Cōmentarij leguntur ab omni-
bus, quia fcilicet iuuat eſſe miſeros, & in fraudē im-
pelli. Sanè hoc ipſo loco, vbi de conuentu Ratiſpon-
nenſi agit, dicit Pontificis adminiſtros ducendo tē-
pus & neſtendo moram, diuerticula ſibi quærere &
effugia: & tamē paulò poſt dicit Eccium, quem cre-
bro perfringit, paratū ſe & inſtructum dixiſſe, cum
Cęſar deſignaflet eos, qui colloquium Ratiſponenſe
continuare deberent. Quæ verò cauſa eſt, vt catho-
lici diuerticula quærant, cum res nobis ſit non ferè
niſi cū apoſtatis monachis & eorū ſymmyſtis, iam
olim damnatarum hæreſum buccinatoribus, quos
ad ſuam originem reuocāſſe, viciffè & condemnāſſe
eſt? Scilicet ingentis cuiuſdam molis eſt, cum ijs in
diſceptationem venire, qui etiã ante mille annos
damnatos errores in orbem reuocant, & hoc ſolo
triumphant, quòd deterrimis mēdacijs faſcinatam
ſimplicem plebeculam in ſuas partes traxerit, quæ
ſi dolos & fraudes illorum poſſet intelligere, ne illi
haudduãq; orbi diutiùs illuderent. Verùm hic quo-
quē fortaiſis diutiùs quàm par ſit, immoror mēda-
cijs Sleidani conſutandis: itaq; ad alia tranſeamus.

Locuſtarum Fuit hoc anno incredibilis multitudo ingentium
copia. locuſtarum in regionibus Poloniæ regno ſubiitimiſ,

Hę primò nullas habebant alas, ſed magnos dabant
ſaltus: paulò poſt quatuor adeptæ ſunt, tâtaq; mul-
titudine prouolârunt, vt duo millia in lōgum &
latum cubito tenùs ita occuparēt, vt ſolis quoquē
ſplendorem à toto illo terræ ſpatio ſua dēſitate ex-
cluderent. Dicit non poteſt, quantum damni dederint
rebus humi naſcentibus, vaſtantes & depaſcētes
omnia ad radices vſque. Tranſuolabant aquas,
arbores, ædes & obuia quæque. Cùm alæ ſuccreuiſ-

Magnitudo ſent, erant magnitudine humani digiti, & tūc atro-
locuſtarum, cuius graſſabantur in fruges, & ea quæ in vſus homi-
num

num neceſſarios gignit hum⁹. Tota eſtate nulla ne-
que vi, neq; arte earum ſauitia retardari potuit, ſed
in autumno denique, cęlo frigefcēte, extinētę ſunt,
atro poſt ſe relicto ſemine, vndē proximo anno alij
vermes orti ſunt. Fuit ea proculdubio plaga & ani-
maduerſio Dei in hominum peccata: nē tamen tanta
damna nullo beneficio cōpenſāſſe vidētur, ipſas
mortuas pecus edebat auidiſſimè, porci inprimis,
qui ſe illis mirè farciebant: quodq; illis veſceretur
pec⁹, carnes craſſiores habere viſum eſt. Vulgus Za-
rantias eas vocabat, putanturq; nō abſimiles fuiſſe
Aegyptijs illis, quarum in Exodo fit mētio. Extire-
runt hoc anno primùm in Valachia, cunctaq; in
circuitu Leopolim vſque, milliaribus circiter ſexa-
ginta, ad ſolum vſq; deuorârunt. Huiuſmodi diris
cladibus ſolet Deus homines admonere, vt maturè
reſpiciant, ni deteriora pati velint.

Sub hoc tēpus, ſcilicet anno ſuperiori, Ferdinandus
Romanorum rex, cognita morte Iohãnis Hun-
gariæ regis, ad occupādum Pannoniæ regnum ani-
mum adijcit, multis ad id eum inſtigantibus regni
eius proceribus & nobilibus viris, qui eam occaſio-
nem minimè negligendam diſtitabāt. Idem & Ger-
mani aliquot duces aſſerebant. Porrò Hieronymus
Laſchus natione Polonus, generis nobilitate & inſi-
gni rerum peritia illuſtris, regem hortatur, vt omiſ-
ſis Martis conſilijſ, Solimannum Turcarum princi-
pem muneribus & precibus eò adducere nitatur,
vt beneficiarij iuris nomine, quemadmodum Iohã-
ni Vaiuodæ, regnum ſibi permittat. Non diſplicuit
id conſilium Ferdinãdo, & ipſum Laſchum, qui iam
in Solimanni aula eſſet inprimis gratioſus, id Lega-
tionis munus obire voluit. Atq; iſ quidem à Vien-
na Byzätium eſt profectus: at interim nihilo minùs
Ferdinandus à belli cogitatione minimè ſibi diſce-
dendum putat. Mittit itaq; legatum ad reginã Hun-
gariæ.

*Eſca porcos
vñ locuſta.*

Exod. 10.

*Ferdinãdus
mōitur bel-
lum Hūga-
ria.*

*Legacio ad
Solimannū.*

*Item in Hū-
gariæ.*

gariæ, qui eam admonet recentis cum Iohãne defuncto pactiois, cuius ea summa erat, vt Iohanne defuncto, regnum ad Ferdinandum deuolueretur; hortareturq; vt spontè regno decedat: id si faceret, Ferdinandum filio eius Scpusianam prouinciã concessurum, & reginã poramplos reditus. Legatus vbi Budam venit, egrè tandem ad reginã peruenire potuit, quibusdã proceribus id impedire conantibus. Postquã autè datus est accessus, id demùm ab regina, multo etiamnùm dolore ex mariti obitu affecta, responsum tulit, ipsã cum Sigismundo patre rege Poloniæ rem omnem communicaturam, neq; ab eius sententiã discessuram, cuius virtus & iustitiã Ferdinandum minimè lateret. Legatus ad Ferdinandum reuersus, postquã regni statum & quilibet rerum potirentur, explicuit, sua oratione id effecti, vt rex sine mora conscripto milite armis suis suum in Pannoniæ regno repetendo persequi statuerit. Mittitur igitur iustus exercitus Strigonium, vrbem Ferdinandi studiosam, Indè itur ad Vicegradum, cuius arx in montis supercilio posita, amœnissimum habet prospectum. Id verò summa vi Germani expugnant, atque à Vicegrado progressi, primò Pestum, mox Vacciã sine vulnere occupant. Indè promotis castris Budam petunt. Germani ducẽ habebant Leonardum Velsium. Is Budam non tam oppugnaturus quã obsessurus, ad aquas calidas castra locauit. Illic nonnihil moratus, rursus Vicegradum se confert, arcem expugnaturus: quæ licet præalto esset loco sita, tamen cessit ingentium pilarum perpetuis ictibus. Arce in potestatem redacta, ad Albam regalem contendit. Ea vrbs quantum vi & armis esset inexpugnabilis, tamen Pereni, qui Ferdinando cuperet ac studeret, consilijs faciliè ad Ferdinandum fidem redijt, presidium que accepit.

His gestis, ob certas causas Velsius Strigonium

cum

cum exercitu repetit, & exercitum in hyberna dimittit. Intereã vicini Turcæ à regina sollicitati, arma expediunt, vt Budensibus maturè opem ferant: nec tamen quicquam se mouent, donè Solimannus ex Reginæ legatis de omnibus certior factus, prefectis illarum regionum seuerissimè perscripsit, vt citra vllam cunctationem quamprimum Reginæ supplicias ferant. Ea res mirificè exhilarauit Legatos Reginæ, quibus insupèr non parui precij munera puero regi deferenda Solimannus dederat. Illis verò domum properantibus, Laschus Constantinopolim ingreditur: cumq; ad Solimannum admissus, multa de Caroli Cæsaris potentia immodica orationis libertate iactaret, iussus est custodiæ tradi, quibusdã dicentibus dignum capitali supplicio, qui pacem peteret, cum interim Ferdinandi exercitus iam Hungariam vastaret.

Dum hæc geruntur Byzantijs, Turcæ magnis coactis copijs, vt erant iussi, Reginæ opitulaturi, Drauum Sauumq; fluuios transmittunt. Vbi ad Danubium ventum est, vel inuiti coacti sunt tãtis per herere donè glacies, quæ margines latè constrinxerat, cælo mitescente solueretur. Fuit hoc anni 1541. primo vèrè, quo tempore Hungari cum Turcis coniuncti, Vacciam recuperant, trucidatisq; nonnullis incédunt. Mox Pestum oppugnât, sed frustra, egregiè se defendentibus Germanis & Hùgaris, qui illicin presidio erant. Turcæ demùm re infecta, relicta Pannonia, in suos se fines recipiunt. Id vbi Ferdinandus in Comitijs Ratisponensibus didicit, Ca-

rolo Cæsari faciliè persuadet, vt Rochãdulfus reginæ aulae magister, cum nouis copijs in Pannoniam mittatur. Is vbi ad veterem exercitum peruenit, Budam oppugnare instituit. In ea oppugnatione legatos ad reginam mittit, qui eam ad deditionem hortentur, sed nihil impetrârunt. Igitur duobus in locis fit ve-

Turca arma expediunt.

Turca movent in Pannoniam.

Turca abeunt.

Buda oppugnatur.

GG 3 hemen-

Bellum in Pannonia.

Alba regalis recuperatur.

hementissima murorum verberatio, iamque ingens patebat in urbem ingressus, cum ecce nocte aduen- tante ea capiendæ urbis occasio, cum summa Ger- manorum ignominia & Ferdinandi regis damno incomparabili, è manibus dimittitur. Differtur em̄ irruptio vsq; in alteram lucem, sed interim Buden- ses omnes summa contentione nouum erigunt ag- gerem, irrumpentesque postridiè Germanos fortia- ter repellunt, non parua militû cæde edita. Agun- tur deindè cuniculi, sed frustrà. Erat tum temporis Budæ quidam Hungarus nomine Bornemissa, qui ob priuatas quasdam simultates urbem se Ferdinan- do proditurum certa conditione polliceretur, sic tamè, vt Hungari, qui in eius essent exercitu, noctu per exoletam quandam portam intromitterentur, hoc eo consilio fecit Bornemissa, quòd ea proditi- one vellet parcere tot infantium ciuium sanguini; quibus Germanos multis modis laecessitos vereba- tur minimè paruros. Eam quoque tantam oppor- tunitatem Rochandulfus dux sua præpostera pru- dentia perdidit, introductis in urbè Germanis cõ- trà quam erat pollicitus. Bornemissa enim vbi sen- sit non adesse quos voluit, Germanis se ducem iti- neris præbere noluit, atque interim Budensium ex- cubiæ re (vt erat) anima duersa, cõclamant ad arma, tropideq; fugientes Germanos partim trucidant, partim capiunt, reliquis fuga dilapsis. Fuit hoc au- ctarium quoddam infamix Rochandulsi, quem iam etiã gregarij milites corruptæ tantę occasiois & victoriæ condemnarent. Indè verò obsidèdè urbis consilia expediuntur. Porrò Solimannus opportu- nè de omniabus admonitus, ingentem exercitû mit- tit in Pannoniã, qui reginẽ oblesse opem ferat. Ipse interim Adrianopoli subsistit, non immeritò Cesa- ris Caroli & Germanorum potentiam veritus, licet hoc quidem tempore vana ratione adductus, cum

*Amissiunt
occasio Tro-
bis capreda.*

Cesar minimè adesset. Vbi Germani de Turcarum aduentu cognoscunt, inter se quid agendum sit, cõ- sultant, atq; alijs alia dicentibus, vicit sententia Ro- chandulsi, qui inauspicatissimo consilio hostibus Turcis obuiam eundum censuit. Mota igitur sunt castra & Turcis opposita, pugnatumque est quoti- diè minutis prælijs, sed ita, vt hostibus animi cresce- rent, Germanis paulatim frangeretur multis de cau- sis. Nec tamen parùm damni interim Turcis allatû est, non paucis eorum trucidatis. Tandem eò res re- diit, maximè cum Solimannus ipse cum nouis co- pijs aduentaret, vt Ferdinandi exercitus relicta Buda Pestum se receperit. Sed vbi id Turcæ fenserunt, in ea fuga magna nostrorum cedes ab illis & Budæ

*Infansium
ducis consi-
lium.*

*Pestum Tur-
ca recipiunt.*

*Præda Tur-
capu ingens*

*Prædum spe-
ctaculum.*

gulari. huiusmodi spectaculo immanissimi Turcarum principes sese suauiter oblectabant. His ita gestis, Solimannus tum puero regi, tum Hungaris proceribus non contemnenda mittit dona, persuadetque reginam, vt puerum in castra ipsius mittat. Fuit ea res plena periculi. Allatus est verò puer ad Solimannum regalibus crepundijs exornatus, carpentoque aurato impositus, comitantibus plerisque proceribus, quos à Solimanno diximus muneribus affectos. Vbi in tabernaculum Solimanni ventum est, ille quidem puerum humaniter inspicit, blandè cum eius nutrice loquitur, liberos suos Selymum & Baiazetem, qui aderant, puerum complecti & amanter exosculari iubet: sed interim mira vafritie, dum Húngari proceres cum Bassis prandēt, immisiss in urbem cohortibus, Budam occupat, moxque sine tumultu ciues omnes, iubente Tyranni prefecto, arma tradunt, Turcasque iam in fidè recepti hospitio recipiunt. nihil quidem, illi ciuibus molestiæ attulerunt, disciplinæ militaris feueritatè coerciti: sed dubium non est, quin Budensum animos ea insperata rerum commutatio valdè perplexos habuerit. Iam nox suberat, & ecce Solimannus puerum remittit in urbem, sed proceres apud se retinet. In ijs erat Georgius Varadinensis antistes, in quem totius huius Hungaricæ calamitatis culpa precipuè confertur. Hos proceres non minimum perturbatos Bassæ, paulo ante blandi & affabiles, seuerè & impudenter de rebus grauissimis examinare cœperunt. Porro regina his omnibus valdè consternata, supplices literas scribit Solimanno, quibus est data fidei admonet, oratque vt proceres remittat. Deliberatur interea quadriduo de regno Húngaria, sed cum non idem Bassæ sentirent, Solimannus ter-

*Puer regius
venit in ca-
stra Turca.*

*Buda occu-
patur.*

*Solimannus
Budam in-
greditur.*

tio Calend. Septembris Budam ingreditur, & in templo celebri diuæ Virginis, priùs à sacerdotibus Turcicis mahometano ritu expiato, sublatis scilicet aris

&

& imaginibus diuorum deletis, (quod hoc diè quod apud nos faciunt plerique isti noui Euangelici, vt nò dubitemus Mahometis potiùs quàm Christi eos cultum & religionem inuerehere) sacrificat: indè reginam iubet ex vrbe & arce excedere, atque cum puero vltra Tibiscum in Lippam concedere, eiusque regionis dominio frui. paret regina nò sine lachrymis & gemitu, tyranni perfidiam detestata, tormentis & armis omnibus, omni que comætu relicto. sic enim tyrannus voluit. Proceres quoque cum ea profecti sunt. Non omnino præter meritum hæc Reginæ & proceribus illis acciderunt, qui sæuissimos Christiani nominis hostes non in Hungariæ modò, sed totius Reip. Christianæ exitium acciuisent. Debebāt stetitisse pactis conuentis, quibus regi Christianissimo Ferdinando regnum Pannoniæ optimo iure deberi non ignorabant. Sed ò cæca dominandi libido, quò non plerumque præcipites agis miseros mortales? Fortassis autem regina non se difficilem præbuisse ad ineunda pacis cum Ferdinando consilia, si non quorundam Procerum ad dignitates & imperia aspirantium sententiæ & monita eam retardassent. Sic piùm videtur sentire de pijsissimi Sigismundi regis Poloniæ filia, præsertim cum illa nò tam suis, quàm Procerum quorundam consilijs duceretur. Vbi porro Ferdinandus rex suorum stragè & Turcarum victoriam certis nuncijs cognouit, noua eaque insignia Solimanno munera mittit, quibus animum eius sibi conciliaret. Legati eius à Turcis honorificè excepti sunt, & postera die cum Bassis pransi, orizam & carnes veruecinas, nihilque præterea sibi esculentum apponi cernunt. Ea barbarorum temperantia nostræ gentis luxuriam proculdubio seuerè castigat, cum illi non tam gulæ desiderio quàm naturæ necessitati satisfaciant: nostrates verò tum se præclarè sua putent instituisse cõiunia,

*Legatio Fer-
dinandi ad
Turcam.*



si nullus sit iritadē gulę ventrisq; farcienti modus, ita vt verissimē dici de nostris possit, plures crapula quam gladio perire. Atq; sanē detestabilis ille apud plerosq; mos est cōiuiui in multas horas protrahēdi, cum nō animę dūtaxat, sed etiā corpori admodum sit perniciosus: sed scilicet faciēdum est, quod dicitur solet, Ede, bibe, lude, post mortem nulla voluptas. Legati regis Ferdinandi ad Solimannum inde introducti, eius animum oblati muneribus mirificē exhilararunt. Ea erant, poculum excelsum aureum, quali solēt vti Germani locupletes, insignibus ornatum gemmis, atq; insupēr admirabilis quedam machina argentea, quę tum spatia horarū, tum errantium siderum motus, menstruasq; solis ac lune coitiones exactissima ratione indicaret, intūs scilicet dentatis rotis certisq; ponderibus, admirabili momento, vel in multum æuum minutissimas temporum mensuras dispensantibus. Illata est ea machina coram Solimanno duodecim seruorum humeris, quę tum illius tum principum oculos & animos admiratiōe compleuit. Porrō cum Legati peterent Hungarię regnum Ferdinando beneficij nomine concedi, hoc biduo post responsum tulerunt, vt si pacem veller Ferdinandus, totius regni Hungarici finibus excederet, & præterea quotannis ex Austria Turcis tributum penderet. Fuit hoc arrogantissimi tyranni superbū & insolens responsum, sed aliud impetrari non potuit, ne induciā quidem tantilli temporis, quo Carolus Cęsar & Ferdinandus consulerētur. Obitēr admonendus est Lector, cum Legati ad Solimannum introducerentur, singulos à binis purpuratis Bassis in medio arreptis brachijs, tanquā honoris causa, ad manus dextre osculum perductos. Neq; enim ad Turcarum principem aliter patet accessus, nisi prius explorēt, num sub veste arma lateant, atq; ita constrictis brachijs,

etiā

etiā si quispiam quicquam attētare ausus sit, diffusulāter impediatur. Atq; interim nihilo minus asfidēt in toro adsunt ad manū Principi ensis incuruus, clypeus, claua ferrea, arc⁹ & sagittę. Itā qui vult omnibus esse terrori, semper in metu se esse significat. Dimissi sunt deindē legati, quibus pro regia liberalitate multiplices vestes & pecuniā dari iussit. Porro mox misit ē suis, qui Austriam & Morauiam *Turce rapinis, incendijs & cędibus vastarent, quibus tamē maniam.* magno impedimento fuēre plenis imbribus inflati amnes. Deniquē præficitur Budę cum imperio Hungarū quidā, qui ab incunte ætate bello captus, Mahometanam superstitionē sequebat. Lascius, quōquē Legatus Ferdinandi ē custodia dimittitur, sed paulō post in Polonia decedit, & Solimannus redit in Thraciam. Obitēr redeunti narratur, Transylvaniam quōquē magna ex parte in fidem concessisse. Fuit is illi nuncijs gratissimus, licēt demum permisit, vt Trásvlyani in pueri regis, cui suprà dixim⁹ Lippam regionem fuisse attributam, verba iuraret. Hodie totum ferē Hungarię regnum immanes illi barbari occupant, quod sanē viri graues & cordati vel maximē deplorant. Fuit illud regnum sub *Matthias Humiades.* Matthia Huniade longē florentissimum atq; potentissimū, & multis rebus fortiter gestis, rex ille nō modo Turcis, sed & vicinis omnibus terrori fuit. Illo defuncto, sub Vladislao, Casimiri Polonię regis filio, Hungari regis eius benignitate & clemētia abusi, ac deindē sub Ludouico iuuenē & rerum adhuc imperito rege, luxui, inertię, ocio & fastui sese corumpēdos dedidēre. De procerum quorundam regni luxu & pompa quidam grauissimē in suis scriptis cōqueruntur, cum interim regni limites necessarijs p̄sidijs destituti, ab hostibus Turcis vastarētur ac diriperent, hoc quidē mirū est, immō & cūprimis miserū, adeo incuriosum esse rerū suarū, & tam p̄pinquo

Sensū Turcarum responsum

pinquo hoste vsque adeo supinum agere, & summa pericula habere neglectui. In ea sanè tam crudeliù hostium propinquitate non luxui & fastui, sed placando inprimis Numini, moribus corrigèdis, vitijs & flagitijs exterminandis, regno opportunis præstatijs muniendo studendum fuit. Sed ò cæcas hominum mentes. Ecquid hodiè faciūt nostri Germani? An verò illi ex Hungarorù periculo didicère, ipsis quod ex vsu serè Bonis viris id minimè videtur. Immo vt nihil ad inflammandam in nos præpotentis Dei irâ desit, non sat habemus omnibus sceleribus diffillere, sed etiã in dies nouos fingimus errores, quos ceu idola quedam sub verbi Dei prætextu adoramus. Existunt alij post alios, immò multi simul passim prodeunt fanatici hoies, qui prodigiosis damnatorù dogmatù cõmentis in mille sectas germaniam distrahūt, & tamè habèt singuli suos sectatores, qui illos haud secùs à Christi Apostolos suspiciant & sequantur. Quis ergò dubitet, nõ aliud expectandum esse Germanis, quàm quod Hungari iam experiuntur? Et vt nullus sit externa metuendus hostis, hac religionis & rerum omnium scèdissima confusione, nisi Deus propicius nos respiciat, Germania pereat necesse est. De Hungariæ quidem regno, cum illic, vt diximus, pompa, fastu, insolentia, luxu plerique diffuissent, fertur quidam ex aulicis dixisse, nõquàm se vel vidisse vel audiuisse regnum vllum, quod maiore, atquè Hùgaria, gaudio & tripudio perièrit.

Porro verò cum illud opulentissimum regnum ademptum est Christianis, non mediocrem fecisse iacturam putandi sunt. Hoc autem stultissimum fuit, quòd cum ea esset in Hungaria vitorum confusio, rerumque desperatio, tamen à Solimãno Turca, cum is patri suo successisset, non solum pacem noluerūt petere, sed etiã Oratores eius captiuos detinuerunt.

Germania calamitas.

Hungarorù luxus.

detinuerunt. Ea cõ in iniuria laceratus Turca, Hungariam hostiliter inuasit, ac paulatim eò progressus est, vt Germaniæ vicinior esse vix queat. Fuit antea illud regnù Christiani orbis vel maximù præsidium & propugnaculù, vt iam quotidianè clades facillè restantur. Tm verò tãte sunt illius regni opes, vt nõ Hungari duntaxat, quãquàm illi vel maximè, vt potè pro patria, sed reliqui etiã Christiani omnes pro illo conseruando laborare debuerint, aut pro recuperando nullum non mouere lapidem. Nihil enim ferè ex ijs rebus, quarum vsus ad hominù solatia & commoditates pertinet, illic desideratur, & quæ eiusdem generis apud alios habentur, illic præstantiora pueniunt. Magna ibi auri, argenti, cupri, chalybis, ferri copia est, non aliundè importata, sed ex ipsis terræ visceribus eruta. Plumbi parùm habet, stanni nihil. Salem metallicum gignit humus optimum & purissimum: nec desunt aquæ, quæ ferrum in cuprum mutant. Vina profert non eiusdem præcij omnia, sed nonnullis tamen locis eiusmodi, quæ cum Cretico de dignitate certare possint. Frugum & fructuum copia est mirabilis. Feris & auibus sic abundat, vt rusticis venatione vel aucupio interdiceret, valdè insolè habetur, nec ferè plebei homines minùs quàm nobiles, leporibus, damis, ceruis, apris, turdis, perdicibus, phasianis, & id genus delicijs vescantur. Pecus habet copiosissimum, vt Italiæ, Boemiæ, Germaniæ assatim communicare queat, adeo vt obseruatù sit, vno anno in Germaniã, idè per solam viam Viennensem, (cum sint plures aliæ viæ, per quas pecora inuehantur,) supra octoginta millia bouũ acta esse. Denique vsque adeo pisciũ fertilitas est, vt ferè quàm minimo veniant, & propemodùm gratis dentur: quanquàm fieri potèst, vt dirahorum temporù calamitate illic quoquè rerù præcians non nihil creuerint, vel etiã irato Deo, eorum que

Hungaria opes.

Vis aquarum.

Copia pecoris.

Veritas piscium.

quæ diximus, minor hodiè prouentus sit, vt intra paucos annos alibi quoquè passim videmus omnium rerum maximam extitisse caritatem: sed id non tam regiõis, quàm hominum, vitio tribuendum est. Apud Budam, quæ Hungariæ regia est, multæ sunt aquæ calidæ, quas thermas vocamus, quarû aliæ regiæ, aliæ communes sunt, lauandis hominum corporibus valdè opportunæ: aliæ verò, nisi refrigerentur, balneis non sunt idoneæ. adco enim feruent ex his quedam, vt in eas missum ouum, celerrimè elixetur. Sed iuxta has fons est aquæ frigida, ità propinquus calidæ, vt in eodem vestigio calida & frigida simul hauriri possit. Hæc, quas diximus, thermæ apud Budâ aliæ superiores, aliæ inferiores dictæ sunt, quod aliq̃ supra, aliæ infra urbem sint. Turcæ hodiè (quippe qui mirificè lauacris & balneis studet, & aquas præsertim fluentes, summo honore dignantur, quibus etiã crebrius per diem nõ modò ob corporû, sed etiã animarû sordes ablundas vtuntur) has thermas egregiè ornârunt, apud vtrasque ceu cœnobijs quibusdam extructis, in quibus Deruisæ degunt, qui ferè apud illos sunt tales, quales apud nos Monachi è medicitate viuêtes. Habent enim etiã illi turpissimi Mahometis cultores suos Monachos, quemadmodum & ethnici suos philosophos, & Indi Gymnosophistas, quorum isti Deruisæ quedam videntur esse reliquiæ. Sæuiunt em̃ in corpus suum vel iniusticè stigmatum, vel nouaculæ incisione, vel vtroque modo. Ità habet sãtan etiã suos Monachos. Ecquis verò hoc illi inuidcat, cum habeat & suos martyres, sicut hodièq̃ videmus multos hereticos nomine damnatos, alacres & iucundos mortem excipere? Ex his Monachis cuidã facellû apud Budam extructû est, qui dũ viueret, Numinis cuiusdã loco à Turcis habitus, nũc defunctus & illo in loco cõditus, religiosè ab illis miseris colitur, cum alio-

qui

quò diuorum imagines ex templis omnibus eradat. Porro Buda ipsa vix vlli totius Europæ vrbi cesserit, vel amcœnitare sitûs, vel cœli salubritate, vel fecunditate soli, vel aliarû quarûlibet rerû vitæ degendæ cõducibilium, aut etiã ad splendorem & luxû pertinentiû vbertate. Atq; hoc tam omnibus rebus florētissimum regnum nulli magis atquè Christiani Christianos eripuerunt, dum cõtra Christianos Christianorum iuratißimi hostes accersuntur.

Per hoc tempus, quo Turcæ Pannoniam occupant, duo Galliarum regis Francisci legati, missi ad Turcarum principem, à Cæsarianis intercepti, in Pado flumine interficiuntur. Alter ex his Antonius Rinco nomine, ab Hispania exul, capitis pœna damnatus, putatur iure potuisse cædi, quòd ad hostes transfugisset, & omnibus Cæsaris imperij finibus prohibitus, nihilominus ausus fuerit in hostilis terræ flumine nauigare. Sed ytcunquè sit, ea cædes, licet præfectus Cæsaris Alphonsus Vastius se planè insciente factam crebrò testaretur, cruētissimo bello ansam dedit. Contigit tum ex Hispania venire Georgiũ Austriacum, Maximiliani Cæsaris filium nothum Archiepiscopum Valentinum. Is Lugduni in carcèrè conijcitur, necis, quam diximus, vlciscendæ causâ.

Hoc fermè tempore Franciscus Antonij Lotharingi Ducis filius, Christianam Christierni Daniæ regis filiam ducit in matrimonium. Id nõ valdè gratum fuit Gallorum regi, q̃ Christianam ex Cæsaris sorore Isabella, Christierni regis coniuge, natã non esset nescius. Venerût p̃ id ferè tẽpus in fœdus Gallicũ Christianus & Gustau⁹ Daniæ & Suediæ reges, ambo Luteranæ doctrinæ addicti, poterantq; Caroli Cæsaris res iam planè desperatæ videri, tot regibus in illum cõspirantibus, nisi pium principem sibi defendendum sumpsisset præpotens Deus, ma-

ximè

*Therma
Budenfes.*

*Turcæ cre-
brò lauant.*

*Deruisæ,
Monachi
Turcici.*

*Budæ enco-
mion.*

*Legati Gali-
lorum caßi.*

*Georgius
Austriacus
captus.*

ximè cum hoc ipso anno non minimam cladem in Africa accepisset, uti iam dicemus.

Cæsare Carolo in Comitibus Ratisponensibus militum temporis componendæ religionis causa frustrâ cõsumente, Turca (ut diximus) Pannoniâ sibi vendicat. Ea re comperta, Cæsar ut diuersis bellis tyrannum distineret. In Africa expeditionem parat: quò ramen etiâ nò mediocriter eum pertraherent Hispanorum querimoniam, qui à Turcicis prædonibus, quos apud Algeriam, siue Argieram Asanaga Barbarus præfectus in Sardinia natus, sed abiurato Christianismo, Mahometanam superstitionem cõplexus, fouebat, grauissima in Hispaniæ littoribus, damna patiebantur. Multa tum in Cæsarem etiâ à quibusdam proceribus scommata iactabatur, sed quæ ille magno animo contemneret. Interim tamen & ipse Pontifex Maximus, & Andreas Aurius, atque Alphonsus ob impendentem hyemem magnoperè ab Africana hac profectioe eum deterrebant: verum ille mansit in proposito, easque Pontifici sui consilij rationes exposuit, ut eum Pontifex prolixè demùm laudaret. Vbi ex Germania venit in Italiam, ubique incredibili studio excipitur, præsertim Mediolani, cum ille interim tantus princeps, omnibus eius visendi desiderio ardentibus, non nisi in atra penula & vili pileolo se spectandum præbuerit, atque etiâ in oculo eius parùm hilaritatis, nisi in aera affectus appareret, tanquam præsigni videretur cladem, quæ pridè ad Budam accepta fuerat. Cum Pontifice apud Lucam in colloquium venit: qua in re laudanda est eius propè decrepiti Pontificis pietas, qui multis ab hoc itinere, tanquam certam illi mortem allaturo, eum deterrentibus, nullo pacto adduci potuit, ut communi reipublicæ salutis deesset. Crebrò ille dicebat: Quorsum vitam hanc extraxisse attinet, nisi ut hæc suprema officia

Cæsaris expeditionis Africana:

Molestia Caroli Cæsaris:

officia iam in ruinam propendenti Reip. qua possimus fide præstemus? & certè optatius erit communi omnium expectationi, etiam si ea re mors optenda sit, satisfecisse, quam turpi ignavia vitæ spatia extendisse. Quòd si verò conatus nostros non par sequeretur effectus, habebit tamen ad omnem posteritatem optima certè voluntas præclari studij honestam famam. Hoc spatium, quo Lucæ sunt, ter Cæsar ad mutua colloquia Pontificem adiit, Pontifex Cæsarem semel. Admissus est quoque Francisci regis legatus, qui Fregosium & Rinconem captos repereret: nondum enim constabat mortuos: palamque Cæsar testatus est, quicquid illis accidisset, dissimulato habitu nomen suum celantibus, id suo iniussu & seignaro penitus accidisse. Petebat Franciscus rex pro filio suo Carolo Mediolanensem principatum, sed Cæsar suum ius grauissima oratione explicabat, aitque Gallum cæco liuore corruptum, suam inuidere fortunam, multaque alia, quæ hæc referre nihil attinet. Denique in eo colloquio decretum est, ut quod Cæsar vehemèter optabat, Concilium in annum proximum indiceretur. Cæsaris copiam omnes, quas ad hoc bellum conscripserat, ad viginti duo millia erant peditum, & paulò supra mille equites. Vbi ad Africam ventum est, Cæsar biduo expectauit Hispanos, magno quidem exploratæ propemodum victoriæ & exercitus sui detrimento. Interim mittit ad Asanagâ præfectum Algerij, ut urbem dedit. Ille cõtemptim respondet, licet Cæsar multa liberaliter polliceretur. Erat Asanaga in Sardinia natus, & Christiana religione initiatus, sed eam, ut diximus, abiurarat. Hortabatur eum Cæsar, ut veri numinis cultum reciperet. Omnibus verò ad urbem oppugnandam egregiè cõparatis, dum tormenta expectatur, ecce tibi repente imber à prima statim vigilia maximè gelidus & percellosus tota nocte in exercitum

Colloquia Pontificis & Cæsaris.

Copia Cæsaris.

Tempestas.

citum cōtinēter effusus, multū illi molestiq; & detrimētū adfert, sequissimāq; tempestas naues mirē iactat. Nō defunt illi opportunitati Turcē equites & Mauri pedites, magnōq; impetu in nostros irruentes, nō paucos trucidāt, sed mox à nostris in fugam cōpelluntur. At rursū Barbari in nostros sēuiunt, eosq; vehemēter affligunt, quibus tum Cēsār ipse, in tāta rerū difficultate prorsū imperterritus, cum Germanis opportunē opem tulit. Verūm cū nihil remitteret immanissima tempestas, multēq; naues sub militum adpectu collisā & confractā mergerentur, adeo vt de necessārio comēatu nō immeritō timor omnes inuaderet, Cēsār incredibili constantia & serena vultūs alacritate omnium animos recreabat: nullum militaris prouidentie, nullū humanitatis officium prēmittens, castris cōstitutis & firmatis contra barbarōrum vndiq; volitantium incursus, iubet vt defessū duces se dent quieti: cōsolatur sacros milites, & in ea tabernacula, quę contra vim ventōrum pertinaciter subsisterant, referri ac foueri curat, sibi ipsi interim loricato & madefacto minimē parcens. Desiderauit eo die ab hostibus cęsos milites circiter trecētos. Aliquot etiā nauē cum multis eneis tormentis mersi perierunt, iam alimenta deficiebant, coactusq; est Cēsār maiestatis equis exercitum sustentare. Hoc autem in illo principe obseruatu dignum est, quōd cū tantis rerum difficultatibus vrgeretur, non est impatientie agitur stimulus, nec stultum aliquid cōtra Dominum locutus est, sed eum potiūs placare studuit pura peccatorū confessione, & sacrosanctę Eucharistię perceptione, ad hęc pietatis opera totum eētiam exercitum prouocans: cumq; & ducebis & militibus Algerium facilē expugnari posse videretur, non conquiescentibus ventōrum iris, militem in naues se recipere iussit, dicens, se malle vnum Christi-

Naues elisa.

Cæsaris cōstantia & pietas.

Job 1. Exemplum memorabile.

stianum

stianum seruare, quā mille Mauros, Turcas, Pænosq; occidere. Hoc idē satis tum quoq; declarauit, cū iussit equos ad vnum omnes in mare projici, vt in nauibus locus superesset militi reducendo. Multę enim naues perierant, nec poterant vel angustē capere militem eę quę supererant. Māluit autē pius princeps equos perire, quā milites, licēt illa nobilium equorū iactura vehementissimē perstringeret dominorum animos. Post omnia demum maris superata discrimina, licēt rursū oborta rēpente, multi in ipso reditu perierint, & publica sparserit fama, Cēsarem vndis absorptum interisse, milites passim incolumitati restituti, canebant, Alibi Carolus agmina, Algerij sese, & aera, & maria vici. Nihil enim tantę clades infractum illius principis animum ē suo statu dimouerunt: quāquā nō omninō temeritate quadam caruisse videtur, quōd vsque adeo alieno tēpore importuosam Africę litus tentare voluit, pręsertim multis id dissiuadentibus. Verūm nonnunquā bonus dormitat Homerus, & certē optimus pij principis animus laudādus est, licēt parū ex sententia successerit.

Fortitudo animi in Cæsare.

Margarita Sarisbiritali supplicio affecta. Sarisbiritalis, enfructus datur.

In Anglia hoc tēpore iussu regis Henrici capitali supplicio affecta est Margarita Sarisbirientis, Georgio Edouardi quarti fratre germano nata. Nihil ei ad euadendū supplicium cōtulit neq; generis antiqua claritudo, neq; totius vitę spectata integritas, neq; ætas exacta, quippe quę iam annum ætatis septuagesimum excessisset.

Circa hoc ferē tēpore excessit ē viuus Nūburgēsis episcopus. In eī locū Canonici delegerūt Iuliū Pflugū, virū & generis nobilitate & spectata eruditōe conspicuū. Sed huic electioni se opposuit Saxonie elector, aitq; eā absq; suo cōsensu fieri nō potuisset. repellebat autē ppter eā Pflugius, q̄ Luterei euāgelio aduersaret, porro ab electore in locū eī intrusus est

HH 2 Nicola-

Nicolaus Amsdorfius, insignis Luteran^o, quem tamē aliquot annis post expulit Carolus Cæsar, restituito Pflugio. Et vt magis etiā miretur Lector, Amsdorfium Luterus inaugurauit. Bella profecto rerum mutatio. Apostata vilis, hostis Pōtificis, ipse sibi Saxonicum vendicat Papatum, & nulla auctoritate præditus, ercat episcopos.

ANno 1542. recruduit bellum calamitissimum inter Carolum Cæsarem & Franciscum Gallia regem. Cæsar ferabatur fluctibus maris obrutus. Itaque multa offerebatur Gallo occasio belligerendi. Erant tūm res Christianorū valde afflicte, Turcis in Hungaria grassantibus, & Germaniæ diraqueq; minitibus, heresibus quoque mirū in modum serpētibus, & in varias formas abeuntibus: at nihilo minus Galli Mediolanū sibi modis omnibus repētendum censebant. Itaque multis locis exercitū quīntuplici Cæsaris ditiōes sibi inuadendas sumūt. Actum videbatur de Cæsare: sed si Deus pro nobis, quis cōtra nos? Magnum præsidium contra aduersa omnia est pietas in Deum, qua Carolus Imperator egregiè præditus fuit. Gallia verò rex Mediolanum iure sibi debere putabat; iusque suum minime sibi negligendum ratus, arma corripuit. Huc accessit cædes Frégosij & Rinconis, quam vicisci voluit. Annam Momarantium magistrum equitum, quem Conestablium Galli vocant, fertur eo nomine à sua gratia & functionis suæ administratione amouisse, quod illi induciarum cum Cæsare pacificandarum parū commodus author fuisset. Igitur rebus omnibus ad bellum comparatis, duos filios suos cum instructis copijs mittit in Cæsaris fines, Henricum in citeriorem Hispaniam, Carolū in Lucemburgensem regionem, Henricus quidem ad Pyrenæos montes perrexit, vt Perpennianum occuparet,

Galli inuadunt ditiones Cæsaris.
Rom. 8.

Henricus reges Galloꝝ filius.

ret: Verūm eius conatus Hispanorum ducum vigiliantia facile elusit. Sunt qui putent id oppidum nō difficulter expugnari potuisse, si Henricus maiori celeritate fuisset vsus. Tandem re infecta retrō abiit ad patrē suū. Carolus verò, maxime spei adolescēs, in expugnandis aliquot Lucemburgensis principatus oppidis p̄peros in primis successus habuit, sed irā tamē, vt paulò post eius discessum Cæsaris exercitus omnia è Gallorum manibus breui extorsere, vno dempto Iudicio, quod mirifice communitum, Gallis per id tempus adiri non potuit. Hoc bello Galli Danuillerum cum arce miradè vetustatis & structuræ eximie incēdunt & evertunt itēq; alias aliquot vrbeulas & castra. Arlunum quoque, cum edificiorū magnificentia, tum ciuium frequentia & opibus percelebre oppidum, cum se ciues saluis corporibus dedidisset, funditus diruunt. Lucēburgo sex millium Germanorum præsidium imponunt. Alius Gallorum exercitus, duce Vindocinensi principe, in Atrebatē atque Morinos impetum facit, & aliquot castella occupat. Nec Pedemontio ab hoste licet esse securo. Nam ibi quoque Gallicæ copiar, ductore Guilelmo Langæo, hostiles declarant animos. Verūm hac in re, consilium regis minime probatur, qui suum militem in tot partes distraherit parū feliciter, vti rei probauit euentus.

Nec tamen contentus rex Franciscus tot locis inuasisse Cæsarem, etiā Longeuallum mittit in Germaniā, qui ex Sicambrijs & Menapijs, adiuncto sibi bellicę rei peritissimo Martino Rossemio, aliquot millib⁹ peditum & equitū coactis, cum iam in Germania inferiori bellū nemo suspicaretur, propter eā quod valida Germanorum manus in Pannoniam abiisset, Belgium inuadit, horrendisque passim incendijs & flagitijs designatis, parū abfuit, quin prodicione Antuerpiam, longè opulētissimum Europę

Carolus Francisci filius.

Gallo militauisse Cæsarem, etiā Longeuallum mittit in Germaniā.

Belgij deuastatio.

ropæ emporium, caperet, Louanium quoque celeberrima Academia in sine oppidum, dolo in potestate redigeret. Verum ille quoque exercitus, præterquam quod miseris & innoxios agricolas in censibus pagis innumeris ad summam inopiam redigit, nihil laude dignum gessit, & tandem Aureliano principi Carolo se in Lucemburgensi ditione coniunxit. Hæc sæua Belgicæ vastationis procella eo fuit calamitosior, quod nullum esset bellum indignum, & planè imparati obruerentur. O si scirent Principes, quam immaniter peccent in Deum, dum ita crudeliter sentiunt in turbam innoxiam, & rapinis atque incendijs omnia longè & latè populantur, profectò cum tantius bella suscipere. Dum enim miseri sic opprimuntur, clamant haud dubio in cælum, nec Deus despicit miserorum gemitus.

Hoc anno bini sunt Principum conuentus habiti, alter Spiræ, alter Noribergæ. Vtrobique præcipue deliberatum est de expeditione contra Turcas in Pannonia. Decreta sunt subsidia ex tota Germania, quibus præfesset Ioachimus Elector Princeps Brandeburgicus: sed oleum & opera periit, mansitque Pestum & Buda, vt prius in Turcæ potestate: quin & de exercitu, qui fuit amplissimus, multa millia morbi contagione perire. Miserat eos Paulus Pontifex ad tria millia peditum, qui hoc bello strenuam nauarunt operam. Hoc tempore Luterus li bellum edidit de precibus contra Turcas, siue Concionem castrensem vel militarem, planè contrariam alijs quibusdam scriptis suis. Ex hoc libello multa recitat Sleidanus, sed homo verus de industria id omittit, quod Zuinglium Luterus medium inter Anabaptistas & Thomam Monetarium, rusticæ seditionis in Germania authorem, collocat, causamque ferè omnem Turcicæ fauitiæ in Zuinglianos confert. Habet etiã in eodem libello Luterus precatio-

Conuentus
bini Principum.

precationem contra Turcas, in qua Romanum Pontificem cum diabolo & Turca coniungit, vt in eum rectè quadret illud Dauidis, Fiat oratio eius in peccatum. Multi tum hortabantur Tigurinos, vt eam Luteri calumniam à se & Zuinglianis depellerent: verum illi priuatis sese ad amicos eos literis excusasse contenti, à publico bello abstinendum censebant. Quod Sleidanus Luteri exitiosa scripta tam prolixè non vno loco recitat, omisis tamen quæ ipsorum causam ledant, hominis arguit malum animum & nocendi libidinem. Multum certè ocij illi fuerit oportet, vt tantum & temporis & operæ in perlegendis & transferendis eius blasphemijs ponere non dubitaret. Vult scilicet vir bonus, vt quam plurimi Luterico fermento corruptantur. Hæc illi causa est totæ chartæ Luteri paradoxis ad nauicam vsque commemorandis opplendi. Sed cur omittit honorificam Zuinglij scilicet mentionem? Quia vidit impostor eã destruere aut certè prægrauare partes Sacramentariorum. Hoc nimirum est historia bona fide texere, & rem Evangelicã sine fraude prodere.

Exercitus Cæsaris, recuperatis oppidis agri Lucemburgensis, cum in Galliam irrueret, grauissima æris intempéries tanta rabiei pertinacia illis sese obiecit, vt non pauci equites & pedites partim pluuia, partim frigore enecti sint. Itaque Gallicæ vastandæ consiliũ in aliud tempus rejicitur, moxque in Brabantiam reuersi, Iuliacensem regionem populabundi inuadunt, bellumque latissimè circumferentes, Durã, Iuliacum, Zittardiam, Hinsbergum, pluraque alia oppida & arces subigunt, imposito præsidio locis opportunis. Multa ibi quoque damna data sunt miseris hominibus, & penè incredibilis præda abacta, vt par pari relatum videretur. Superuenit autem Principis Iuliacensis exercitus, & eos retrocedere compulit. Manserunt tamen Hinsbergi nõ pauci, itemque

Tempestas
infesta mihi.

Iuliacensis
regio vastatur.

Sulstriae & Duræ. Qui Zittardiae erant, destructis muris, ad tutiora se loca cōtulerunt. Circa Nouembri initia magnam, cōmeatūs copiam in Hinsbergum Brabātī important, idem facturi apud Duram, nisi eos principis Iuliacensis copiae deterruissent: Vbi se in tutiora recipiunt, hostilis exercitus abcutus insequitur: atrox pugna præter expectationem in tenebris committitur, eademque aliquot hinc inde cæsis dirimitur.

Per id tempus Princeps Guilelmus Zittardiam vallo egregie munit, aliquot præsidij causa relictis illie cohortibus. Idem facit Iuliaci. Demum extremo Decembri Duram Cæsareanis extorquet, rebus tamen & corporibus saluis. Deditio enim recepit.

Dura occupatur.

Sextus Angliæ matri-monium.

Hericus Angliæ rex Catharinam Hauardam, quæ Principis Cliuentis sorore repudiata, sibi cōiugem adsciuerat, adulterij nomine, quod cum Durantio & Culperio nobilibus perpetrasset, capite plectit, & Catharinam pariam viduam, sexto matrimonio sibi copulat.

Locustæ immanes.

Hac ætate innumera ingentiū locustarum turba Italiæ citiorè, & in Germania Silesiâ, Misniamque multa clade affecit. Habebant digiti longitudinem, turgida capita, vètres obesos & fauie refertos. Itaque extinctæ, intolerabili fœtore aërem corruperūt, vt etiam corui, cornices, accipitres, alięque aues, cadaueribus alioqui inhiantes, ferre nequiverint.

Bellum atrox inter Scotos & Anglos terra marique feruet, & Iacobus V, Scotiæ rex, anno ætatis 33, vnica filia, vixdum in lucem edita, regni hærede relicta, moritur.

Fuit hic annus ferax monstrorum infantū, & pecuinorum fœturum diuersis in locis.

Indictum est hoc anno à Paulo III. Concilium Tridenti.

Saxoniz

Saxoniz elector & Lantgrauis Hassiæ cum fœderis Smalcaldici focijs Henricum Brunsvicensem principem, Catholicæ religionis acerrimum vindicem, omnibus ditionis eius finibus eijciunt, compelluntque ad Cæsarem fugere in Hispaniam. Dehortatus eos fuit Ferdinandus rex, ne bellum facerent Henrico: sed illi causas belli explicant, seq; rectè fecisse cōfirmant. Metus erat, ne intestinum hac occasione bellum in Germania existeret, quo nihil potuisset accidere calamitosius, nostris præsertim in Hungaria cum Turcis parum feliciter dimicantibus, in summam Germanici nominis ignominiam. Nam cum esset copiosissimus & potētissimus equitum & peditum exercitus, nihil tamen effectum est, hostibus Turcis effusè ridetibus Germanorum militum fœcordiam, nec dubiam spem de tota quandoque Germania felicibus auibus occupanda concipientibus. Nunquam autem tot clades, totq; probra ex illis spurcissimis mancipijs Germania accepisset, si non religionis dissensio animorum quocumque concordiam, & mutuam benevolentiam abrupisset.

Dux Brunsvicensis de-bellatur.

ANno 1543. Tigurinæ Ecclesiæ ministri non contenti versione Luteri, nouam Bibliorum translationem edūt, Exemplum eius typographus Christophorus Froschouerus mittit Lutero, maxime scilicet à Papa Saxonico initurus gratiam. *Tigurinæ vertunt Biblia.* quid verò Luterus? Concoquerè ne potuit tantam cōtumeliã, vt noua versio eius interpretatio haud obscure taxaretur? Scribit Froschouero, ne qcquã deinceps ei mittat, quod à Tigurinīs ministris profectū sit: Se nihil cum illis cōmercij habere, libros eorū nec recipere nec legere velle: Nā Ecclesias dei *Luterus proscibit* cum eis cōmunicare non posse: Multos quidē illos *Tigurinos.* ferre labores, sed frustra, quãdò & ipsi iam damnari

HH 5 sint,

sint, & alios quoquē homines miseros secū trahant in Tartara: Se itaq; damnationis & blasphemie illorum nolle esse participem: sed quoad vixerit, eos & precibus & libris oppugnare constituisse, &c. Si nō fat habent Zuingliani, à Romano Pontifice esse damnatos, saltē nē cōtemnant dānationem Papeſaxonici, qui Euangelium se primū iactat in uexillo in Germaniā. Verūm quatenus quidem Luterus se iū in Romanū Pōtificem & veterem religionē, hactenus est euangelista Christi, tertius Elias, & nescio quid nō: Vbi autem Zuinglianos quoquē perstringit, iam nōn Christi spiritus, sed diabolus loquitur per eum. Sic enim Tigurini de illo scribunt: quasi verō contumelia sit, iam olim in Berégario damnatā hēresis excitatores p̄scindere: porrō facinō apostolicum, inuehi in summum Pontificē, & Ecclesiā Catholicā, velint nolint heretici, Pastorem, cui in Petro dictum est, Pasce oues meas, et quare tandem non vident homines, quā absurdos habeant magistrōs, qui cū in Papistis, vt ipsi vocant, hoc vel maximē damnent, quod non verbo Dei, sed humanis constitutionibus nitantur, quod tamen ipsi turpiter mentiuntur, tamen se inuicē ferre non volunt, licet vtrinque nihil nisi purum Euangelion crepent? Hic quoquē altum est apud Sleidanum silentium de Luteri ista respōsione ad Froſchouerū, qua tam atrociter damnat Tigurinos. Sic nimirū expediebat causæ, quā defendendam susceperat Sleidanus. Sed vbi interim fides historici, quā ipso de se pollicetur? O quā multa essent in illo homine annotanda, si tempus & institutum pateretur. Legant sanē Sleidanum, qui bonas horas pessimē collocatas volūt: viri cordati, fat scio, hominis impudentiam & vafriem detestabuntur.

Zuinglij ope
va eduntur

Nē verō Tigurini nimium diū Lutero tacuisse videretur, opera Zuinglij colligūt, Germanicē ab il-

lo scripta, ab eius genero Rudulpho Gualtero Latino magno demē transferri curant, tantumq; thesaurum in lucem lore Luterano egregius vir Zuinglius fuerit. Illis operibus p̄fixa est pro Zuinglio eiusdē Gualteri Apologia ad Catholicam Ecclesiā, (sic enim vocant suā synagogā) in qua inter cetera aduersariorum obiectionibus & criminationibus responderet. Vē tibi Lutere. Eam quidem operum Zuinglij editionem Luterani permolestē ferebant, vt scribit Zuinglianus quidam.

Huius anni mense Ianuario, dum Carolus Cēsaris in Hispanijs, Comititia Noriberge habetur. Mortuus est illic Christophorus Episcopus Augustanus, Cēsaris in eo conuentu legatus, habuitq; successorē Ottonem Truccellium, postea Romane Ecclesiæ amplissimum Cardinalē, multis corporis & animi dotibus valdē insignem. In his Comitij Protestantes se purgant apud Ferdinandū & Cēsaris legatos de profligato Brunſuicēsi principe, aiunt recte atq; ordinē se fecisse: petūt amoueri Iudices Cameræ, & alios cōstitui, & quedā alia: adduntq; nisi sic fiat, quēadmodum ipsi petunt, non posse se de bello Turcico quicquā statuere. Henricus Princeps ad Camerā accusarat Protestantes, sed illi Cameræ iudices prorsus respuebāt. Respōdit illis Ferdinandus & Cēsaris legati, iam indictū esse conciliū. Cēsaris aduētare, indicta causa nō posse amoueri iudices Cameræ, Henrico principi sua repetēti nō posse ius denegari, & pleraq; alia. Verūm Protestantes aiūt se Conciliū non approbare, &c. Interim nihilo minus decretum facit Ferdinandus cum reliquis ordinibus de certis quibusdam rebus, cui decreto Protestantes se minimē cōsentire profitentur. Quis nō videat, quā hęc ad certam Germaniæ perniciem pertinuerint, nisi Deus nobis peperciſſet? Has animorū offensiones & dissensionē peperit nobis Lu-

Comitia
Noriberge.

Protestantes
sua causam
tuentur.

teri Euangelion, cuius protafin longè triftiffimam iam pridem vidimus, catastrophè verò longè turbulentiora expectamus. Turca demùm vel Moscovita docebit nos recta sapere.

*Concilium
suspenditur.*

Misit hoc anno tres Cardinales legatos Paulus Pontifex ad Concilium Tridentinum, sed feruente bello inter Cefarem & Gallum, in aliud tēpus prorogatum est. Quæ enim poterat spes esse Synodi peragenda, dum inter se infestis signis concurrerēt præcipui orbis Christiani reges?

*Obitus Ec-
cæ & Pighy*

Mortui sunt eodem anno intra vnus mensis spatium duo clarissimi viri Iohannes Eccius & Albertus Pighius, inuiciffimi Catholicæ doctrinæ pugnatores. Eccium acerbè perstringunt Evangelicifed si omnes suos grammaticos theologos in vnum consent, vix Eccio parem efficient. Dicitio eius non admodum elegans est, sed solidè doctum fuisse res ipsa loquitur: nec Græcæ & Hebraicæ linguæ rudis fuit. Memoria tenacissima plurimùm illi contulit, & præterquam quòd veteres Patres studiosè legit, etiàm in scholasticis diligenter versatus est. Horum temporum scioli pleriq; scholasticos scriptores ob sermonis barbariem planè cõtemnunt, ipsi vel hoc solo nomine meritò cõtemnendi: quasi eruditio à verbo rù phaleris, & non ab ipsa potiùs rerù cognitione, petèda sit. Multi hodiè versantur in veterum Patrum lectione, contemptis scholasticis: sed quantum illi in solida Theologia proficiant, res ipsa declarat. Nec immeritò nostri Evangelici Scholasticos oderunt, cum non ignorent ab illis affatim tela suppeditari, quibus ipsi conficiantur. Quòd enim quæstionibus sua ferè tractant, ingeniorum exercitandorum causa id faciunt, vt possint in promptu habere argumenta, quibus hereticorum commenta elidantur.

*Scholastici
Doctores
minimè con-
temnendi.*

Franciscus Gallorum rex scribit literas ad sum-

mm

mm Pontificè, quibus vehementissimè perstringit *Gallus per-*
Carolum Cefarem, iamque animo totus in bellum *stringit Cæ-*
inclinatus, suis extraordinarium imperat stipendiũ *sarem.*

quinquaginta millium peditum. Copijs omnibus equitum & peditum coactis, in Hannoniam proficiscitur, Landresiu capit, mirificè cõmunit, & Landæ viro egregiè militari seruandum committit.

Per hoc ferè tempus Hermánus princeps elector & Archiepiscopus Colonienfis, à quibusdam decaprus, Martinum Bucerum Argentorato Bõnam ac- *Electo Co-*
cerfit, religionis quandam reformationem, vel po- *loniens. res*
tius deformationè eius opera inchoaturus. Fuit ille *novas molit-*
princeps natura vir bonus, & in miseros ac egenos *tur.*

benignus & liberalis, sed parùm doctus. Itaque nõ mirũ est, potuisse eum Buceranis fallacijs faciliè circumscribi. Bucerus, vbi Bonnã venit, iubète Episcopo concionatur ad populum. Ea res non parùm offendit Reuerèdum & illustre maioris ædis Capitu- *Bucerus cõ-*
lum, Clerum omnem, & totam Vniuersitatem Co- *cionatur*
loniensem. Hortantur igitur Episcopum, vt deser- *Bonne.*
torem monachũ reijciat: si non habeat idoneos concionatores, se curaturos vt habeat. Ille contrã manet in proposito, velle se reformare air diœcesin suam. Cũ illi è diuerso objicerent, si quid tale vellet, non debere id ipsis inconsultis ex canonum præscripto facere, nec ea in re vti opera votifragorum monachorum, Bucerus in sui defensionem scriptũ edit librum, multis tetrìs erroribus, fœdis mendacijs & atrocibus in catholicos calumnijs scætètem, qui est mox ab Vniuersitate & Clero Coloniensi contrario scripto egregiè confutatus. Verũ Episcopus, quibusdam eum instigatibus, etiàm Melan- *Melächel-*
chthonem à Saxone petit, nec ille solus venit, sed *cũ alijs ve-*
præter eum etiàm Pistorius, Sarcenius, & eius farine *nt ad Epi-*
plures. Ab his liber quidam de Reformatione in- *scopum.*
stituenda conficitur, præcipuo architecto Bucero.

Hunc

Hunc librum Episcopus mittit Clero summæ ædis
Colonici, vt si possint, vera ratione conturent: sin
minùs, nouerint eum proximo Ordinum Diœcesis
sux conuentu, qui tum imminabat, librum publica-
turum, & eam Reformationem executioni daturũ.
Scriptum est igitur intra tres hebdomadas Antidi-
dagma contra hanc pestilentem reformationem, &
primarij Cleri nomine missum est Episcopo cũ de-
missis admodũ precibus, quando quidem Buceri
librum nulla ratione admittendum perlegisset, eti-
am Antididagma suam vt ñ legerẽ graualet. Por-
rò legitimam Reformationem non modò non re-
cusare, sed cumprimis etiã cupere se scripserunt.
Ad extremum orant, vt minime probatos illos con-
cionatores à se dimittat. Historiam hanc Sleidanus
longè aliter narrat, quàm deceat bonum virum. In-
ter cætera ait, etiã à Pontificis legato & Cæsarem
Comitijs Ratisponensibus iniunctum episcopis, vt
in suis quisq; sinibus piam emendationem institue-
rent: Scilicet ignorabat Sleidanus nihil voluisse mi-
nùs Legatum & Cæsarem, quàm vt Bucerus ad eam
rem accerferetur. Tum addit non fuisse apud Colo-
nienses, quos episcopus populo rectè præficeret. O
sycophantam: nõ erat tam inops bonorum virorũ
Coloniensis diœcesis, vt Bucero apostata haberet
opũs. Non semel etiã clarissimũ virum Iohãnem
Gropperum in suspitione hæreseos vocat, tãquã
is Bucerum plurimi fecerit, & semper magnoperè
commendãrit. Sed hanc calumniam ille insignis vir
edito ad imperatorem Carolum V. libro à se depu-
lit, atque alibi etiã testatur, Sleidanum, quem vo-
cat infidum rerũ Imperij exploratorem, in sua men-
dacijs referta historia falsò hæc ipsi affingere, & Bu-
cerum ipso & bonis omnibus non modò inficienti-
bus, sed etiã inuitis, in Coloniensem diœcesim
irrepsisse, disertisq; verbis eodem loco Bucerum

*Antidida-
gma.*

*Sleidani 74
m. 125.*

*In opere de
Eucharistia
Articulo 4.
cap. 14.*

vocat

vocat hominem deploratæ memoria. Nec sanè im-
punè tulisset Sleidanus eam iniuriam, nisi prius è
medio fuisset sublatus, quàm Gropperus ita vt in-
stituerat, scripto eum refellere posset. Sunt & alia
Sleidani commenta, sed longum est omnia referre.
Hoc tamen addendum est, D. Gropperum, cùm re-
uersus esset ex colloquio Ratisponensi, cuius paulò
superiùs meminimus, percurrisse scripta Buceri, &
vt hominis exploraret constantiam, contulisse ea
cum ijs articulis, qui in eo colloquio erant cõcilia-
ti: tum verò innumera offendisse non mediocriter
discrepantia ab illis, quæ in illo colloquio Bucerus
receperat & approbãrat: deniquè annotãsse fœdis-
simas quasdã illius Buceri antilogias, errores, men-
dacia, blasphemias, quibus & Manichæum superã-
set. Si quis hæc exactiùs nõsse volet, legat ea quæ
scripsit doctissimus vir Euerhardus Billicus in de-
fensionem Iudicij vniuersitatis & Cleri Colonici
aduersus calumnias Melancthonis, Buceri & c. vbi
hęc inseruit. Inde iam videre licet, quid de Bucero
fenserit Gropperus, & quàm candidè de Groppero
scripserit Sleidanus. Itã non possunt isti suũ Euãge-
lium propagare in orbem, nisi impudenter identi-
dèm mentiãtur? Debat meminisse in fidus ille hi-
storicus, si in alijs nõnullis reb; quarũ notitiã pau-
cissimi habent, falsò narrãdis impunè mētiri pos-
set, tam è ea in re, quæ & libris palàm editis, & mul-
torum etiamnũ superstitum testimonijs esset cõ-
pertissima, mala fide narranda, non nisi turpissimè
& impudētissimè eum mentiri potuisse. Ecquis ve-
rò illi in arcanis referēdis fidem commoedet, quem
in manifestis non pudet esse vanum? Hæc dicta sint
propter eos, qui tantum tribuunt Sleidano. Quòd
verò Episcopus Hermãnus tanti fecit Bucerũ, non
minima ex parte eius inficiã tribuendum est, quò
non satùs calleret, quantoperè sacri Canones, vetu-

lissima

Num. 30. flissima Concilia, & sanctissimi Patres, sanctarū vti-
Deut. 12. que scripturarum autoritate subnixi, quæ iubent
et 23. vota reddi, damnant Apostatas monachos, præfer-
Psal. 75. tim si illi etiā incestis nuptijs se contaminent. *Bu-*
Eccēs 5. cerus verò non vnīs cōtentus nuptijs, etiā tertijs
 se polluit, licet monachus & presbyter esset, contra
 datā Deo fidem, cōtra Canones & Concilia omnia,
 contra morem gentium omnium ē religione Chris-
 tianarum, et tamen hunc virum non dubitant qui-
 dam vocare pacis & pietatis studiosum. Vq̄ qui dicit
 tis bonum, malum: & malum, bonum.

Isa. 5.

Philippus
declaratur
Hispaniæ
rex.
 Interea Carolus Cæsar ex Hispanijs nauigatu-
 rus in Italiam, Philippum filium, sextumdecimum
 ætatis agētem annum, Hispaniæ regem pronunciat,
 eiq̄; torius regni ciuitates per legatos sacramētum
 dicunt, Conferuntur Cæsari in bellum ituro supra
 quadraginta myriades aureorū nummūm: rex quoq̄
 quē Lusitanię Iohannes grandi pecunia piūm prin-
 cipem iuuat. Iam non immeritò summus orientis
 belli metus Europam inuaserat, nè eius occasione
 Solimānus Turca totum Occidentem sibi subiuga-
 ret: quod quidem facile illi fuisset, nisi deus clemēs
 & pius, eum à nostris ceruicibus auertisset. Et certē
 locustæ illæ, quæ ab Oriente per Illyricum stupen-
 dis agminibus in Italiam conuolārant, maximaque
 passim in agris, segetibus, pratis, arboribus, folijs
 omnibus ocysimē deuoratis, damna dederant,
 Turcarum aduentum portendere visa sunt: neque
 id prorsus temerē, vt ex ijs quæ paulò post dicem̄,
 apparebit.

Paulus 3. it
ad Cæsarem
 Cæsare in Italiam aduentante, Paulus Pontifex
 multa iam ætate grauis, se dat itineri, spe componē-
 dæ pacis cum Cæsare collocturus. Cæsar Genue in
 Aurianis ædibus splendidissimo ornatus excipitur,
 & visus est paulò asperior, propterea quòd ponti-
 fex nulla ei in Gallum subsidia dedisset, vixque im-
 pe-

petrari potuit, vt in colloquium veniret. Sed Pon-
 tificis, qui se parentis sustinere personam non igno-
 raret, ità se gessit mediū, vt neutrius partes fouere
 videretur. Porro Cæsar nimium lacessitus tot di-
 tionum suarum rapinis, incēdijs, euastationibus ac
 direptionibus, de pace nihil audire sustinuit, nec vo-
 luit colloquijs nihil tamē effecturis tempus terere,
 vt maturē bellū susceptum contra Cliuensem prin-
 cipem conficere posset. Passus est tamen se in collo-
 quium nedum Pontificis, sed etiā amplissimi Car-
 dinalium Senatūs trahi apud Buxetum vrbe, vbi
 sanè Pontifex id vel maximē conatus est à Cæsare
 impetrare, vt pace cū Gallo composita, in Turcam
 arma cōuerteret. Idem conati sunt Cardinales, sed
 Cæsar multis de causis inexorabilis, ab ea belli co-
 gitatione deduci non potuit. Nihil enim eorum vla-
 tebat prudentissimum principem, quæ non vno lo-
 co hostes in eum machinati essent, idq̄; eo tempo-
 re, quo contra acerrimos Christianæ religionis ho-
 stes pugnaturus, maximam bellici apparatus in ma-
 ri iacturam fecisset apud Argieram.

Dum hæc geruntur, Hariadenus Barbarussa iussu
 Solimanni Turcarum Principis, cum centum & de-
 cem triremibus, biremibus quadraginta, ad messanę
 fretum peruenit, Rhęgium occupat, abductis indē
 in miseram seruitutem septuaginta circiter Hispani-
 nis militibus, & multò pluribus Rhęginis ciuibus.
 Postea Ostiam venit vsque ad eò Romanis trepidā-
 tibus, vt vrbe planē deserturi viderentur. Triduò
 illic hæsit Barbarussa propter aquationem longē
 optimam, postea Massiliam rectā contendit. Indē
 Nicæam ad Nicæam Prouinciæ admouet, vrbe magna
 uiter oppugnat & capit, eamq̄; milites Turcæ diri-
 piunt, & incendijs deformant, multamq̄; indē atq̄;
 prædam abducunt in tetram captiuitatem. Feruntur

Colloquiū
Pontificis cū
Cæsare.

Classis Turcæ
cicæ.

Nicæa op-
pugnatur.
Præda in-
gens.

tur fuisse circiter 5200, & in ijs eleganti forma virgines Deo sacratae 200. Reliqua præda penes sex milibus ducatorum millibus æstimata dicitur. Barbarus sa Turcæ gratificaturus, & homines & reliqua omnia quatuor magnis navi^b impo^sita, adiucta alia navi præsi^diaria, Solimanno transmittit. Intercæ Gassias viceregis Neapolitani filius, classe sua Iohannitice sociata, Turcicas oras depopulatur, non mediocriter relata præda. Dum autem Siciliam versùs nauigat, obuias habet Barbarussæ, quas diximus, naues cum

Præda Turcica eripitur.

præda hominum & aliarum rerum. Sentiens verò hostiles esse, irruit in eas, & omnes Messanam perducit, non sine maximo Dei beneficio, quo è sauisimorum barbarorum manibus miseros illos extorsit, quos nò dubium est incredibile animi mœrorè ab insperato in summum gaudium commutasse.

Nè quid verò ad summam calamitatem Christianis decisset, dum Barbarussa mare infestum habet, Solimannus cum ingentibus copijs Pannoniam vastat. Valponium primò, mox Soclos capit. Apud Soclenses in præsidio erant ducenti, & eo amplius nobiles Hungari, qui cum diù fortissimè restitissent, tandem còpulsì sunt se victoris arbitrio pmittere.

Hungariam populantur Turcæ.

Itaque deditione facta, porta vrbis excedentes, ad vnum omnes interficiuntur. Inde Strigonium, trinalicè irruptione infeliciter tentata, nostris fortiter resistētibus, tandem deditione occupat, opera pseritim transfugæ cuiusdam senis Calabri, qui quo loco vrbis oppugnada esset, sceleratissimè detexit. Captam eam vrbem Solimannus mox admirabili structura & opere ita communiuit, vt Christianis eius recuperandæ spes omnes prorsùs præcidisse videatur. Mox Tattam oppidum, præsi^darijs sese deditibus, in potestatem redactū funditus euerit. Ottomanni enim, veteri instituto, raris, sed validis, præsi^dijs partas bello propinquas tueri solent. Pòst cum

toto

toto exercitu Albam perit, quæ propterea Regalis Albar^{regalis} dicitur, quòd illic perantiquo genit^{is} ritu reges coronentur, ac eodem in templo præcorum regum sepulcra visantur. Totius autem Pannoniæ facillè nobilissimæ vrbes sunt Buda, Strigonium & Alba, quæ paribus ferè interuallis inter se distantes, trianguli figuram efficiunt. Est Alba cum primis munita, nec deerant vrbi tuendæ strenui milites: consiliū rebus administrandis idoneum defuisse videtur. Solimannus vrbem latè complexus, spectantes nostros admirabili atque stupenda castrorum specie conterritus, a deo vt quingenti Vsq^{ones} equites ex vrbe discesserint, magno nostrorum incòmodo. Vbi ad oppugnationem ventum est, breuè eò Albani ciues adducti sunt, vt maturè dedendam vrbem deliberarint: Itaq; eo quoquè insigni oppido immanis Barbarus potitus est, totiq; demùm Pannoniæ Mahometem Iahaoglem cum imperio præesse voluit, qui locis illis, quæ etiam nūm à Ferdinando rege tenebantur, crebris excursionibus, magnas sæpè clades attulit.

Porro dum hæc in Pannonia geruntur, Cæsar Carolus ex Italia in Germaniã abit. Ante eius aduentum Hinsbergo impo^siti à Brabantis milites, summa annonæ penuria laborare cœperūt. Rem igitur per literas Brabantis indicat. Illi cum ingenti exercitu & omni ferè nobilitate Mosam transmittunt, & 12. Calend. Aprilis maximam cõmmeatus copiam & reliqua bello gerèdo necessaria in oppidum important. Vbi id Principis Cliuensis copia resciscūt, ad eos contendunt, oblataq; mirabili opportunitate, quòd Brabatis venti, pluiæ & grandines eximiprouisò se objicerent, nò dubitant pauci cum multis configere. Fit atrox pugna diù ancipiti Marte, donè caso & in fugam verso Brabantorum pediatu, victoria ad Cliuensis Principis militem incli-

Hinsbergo alimèta inuehuntur.

Prædamul- naret. Lauta illic & suprâ quàm dici queat, magni
ta. precij præda capta est, multa tormenta egregia, &
pleraque alia.

Cameteriû Hac victoria elati Cliuenses, ditionem Limbur-
munitiû. gensẽ populabûdi inuadunt, prædas strenuè agût,
pagum *Hetl* adeunt, eius cœmeterium egregiè mu-
nitum, quò incolæ confugerant, obliident: sed inco-
lis impigrè dimicantibus, re infecta, nõ sinè damno
abscedere coguntur, vt̃ etiã aliàs non semel ab
eodem loco.

Hinsbergû Appetete messe, quòd milites ex Hinsbergo cre-
obsidetur. bra eruptione vicinis pagis essent infestissimi, à Cli-
uensibus obsidetur oppidum, & admotis tormẽtis
muri validis ietibus sternuntur. At qui intus erant,
nihil exterriti, aggeres instituunt, & se hostibus
fortiter opponunt. Octaua obsidionis hebdomade
Brabantia instaurato exercitu rursus Mosam traji-
ciunt, sensimque hostibus propinquantes, nunc ac-
cedendo, nunc cedendo ab oppido hostem in cam-
pum eliciunt: dumque vtrique ex aduerso cõsistunt,
& leuibus prælijs crebrò se lacessunt, diuerso itinẽ-
re currus Brabantici, annona & alijs rebus necessa-
rijs onusti, Hinsbergum ingrediuntur. Jam iusta
omninò pugna instare videbatur, dum ecce Cliuen-
ses præfectorum iussu sensim retrocedunt, moxque
in tœdam dilapsi fugam, Brabantia insequendi &
fugientium terga cedendi occasionem offerunt. Ex
ea fuga non dubio pudore persusi milites, cum in
duces culpam reijceret, Martinum Rossemium du-
cem primarium sibi dari petunt. Annuente Guilie-
mo Principe, Rossemius aliquot Traiectensis dia-
cesis oppidula infestat, Amsfordiam in signo & mu-
nitum oppidum, exclusis miro astu præsidarijs, qui
prædatum ex vrbe processerant, deditione occupat,
ciues graui ære mulctat, quò militi aliquot mensem
stipendium persoluit, Princeps Aurantius subsidio

venit

venit Amsfordianis, sed serò. Rossemius porrò per-
git in Buscoducesium fines, Helmundam & Endo-
niam capit & diripit. Sub idem quòquẽ tempus
Limburgensis ager, nupèr intactus, cum tota Dale-
uia & ditione Falckenburgensi, opimis ab actis spo-
lijs, vastatur.

Interea Cæsar Spiram venit. Ibi Protestantes per
legatos quædam ei proponunt, quibus responsum
est, satis ipsis de pace cautum esse, Cameræ iudices
indicta causa remoueri nefas esse, & quædam alia.
Cæsar Spi-
re respondet
Protestan-
tibus.
Moguntia denique, quò eum Legati illi sequeban-
tur, dictum est illis, nisi Hêricus Brunswicensis resti-
tuatur, Cæsari non defuturam viam qua illum res-
tituat. Apparet hinc mirabilis animi fortitudo in
illo principe, qui id temporis tot potētissimorum
hostium armis petebatur, nec tamẽ vsquam sese per-
ignauiam abiicit. Sunt tamen, qui scribere videan-
tur Granuellanum & Nauium dixisse Protestantium
legatis, Brunswicensem ipsum, nisi restitueretur, ra-
tiones initurum, quomodo sua recuperaret. Sed id
quòque; serè eodem pertinet, cum satis cõster Brun-
swicensem Cæsaris amicitia & ope fretum, suis rebus
neutiquam defuturum fuisse, eoque spectasse Gran-
uellanum apparet, cum hoc responsum reddidit le-
gatis Protestantium. Nam proprijs viribus, quæ tum
angustæ erant, non facile contra fœderatos illos
Protestantium ordines quicquam Brunswicensis
efficere potuisset.

Apud Spiram Archiepiscopus Coloniensis Cæ-
sarem pro Cliuensi Principe deprecatur, sed Cæsar
nullam pacis mentionẽ audire voluit, nisi ille prius
Geldrensi principatu decederet. Rogauit quoque
pro eo Saxonicus legatus iussu sui principis, sed ni-
hil potuit obtineri.

Moguntia Cæsar dat literas ad Senatum Colo-
niensem, quibus eorũ laudat in fide Catholica con-

*Cesar lau-
dat Coloni-
enses.*

*Colonia
multum in-
fidiatu ha-
retici.*

stantiam, quod non cesserint quibusdā concionatori-
bus, qui eos à Catholica religione auertere modis
omnibus attentarint: hortatur, vt perseuerent, & pos-
sulū in officio cōtineant. Idem ferè scribit ad illos
etiā pōtifex Paulus 3. Senatus itaq; cōuocato po-
pulo mandat, vt his edictis pareant. Dicit vix queat,
quot dolis, quot cuniculis, q̄t modò occultis, mo-
dò aptis machinatiōibus malus demō per suos ad-
ministrōs hanc vrbem multis nominibus lōgè cele-
berrimā, conatus sit ab vna, vera, Catholica fide in
istos deterimōs & pugnātissimos noui Euangelij
errores abducere, quibus iam tota ferè Germania
miserè perijt: sed q̄ Dei est singularis benignitas, v-
hil haec enū efficere potuit, Senatu prudētissimo &
grauissimo diligētē inuigilāte, nē hoīes pestilētes
voto suo potiri queāt. Multę sunt artes cacodemō-
nis, & habet ille suos satellites, qui vbi vident nihil
aperto Marte se posse cōsequi, vertūtur ad insidias,
transferūt se in angelos lucis, nihil nisi pacē & pie-
tatem p̄ se ferūt, donēc hac perniciosissima simula-
tiōe apud incautos preclare cuiusdā existimatiōis,
magne pietatis, nō dubiē integritatis famā sibi con-
ciliēt. Tum verò sensim virus effundūt suū, & sub
pietatis pretextu, etiā illos nō rarò à Catholica
ecclesie pace & vnitāte auellūt, quos neq; Luterus,
neq; alij oēs ex p̄fessō Ecclesie hostes, euertere po-
tuerunt. Vigilandū est igitur omnibus, quibus sem-
piterna animarū suarum salus cordi est, nē circūue-
niantur à satana. Habet, semperq; quādū hic stabit
orbis, habebit suas laudes eximias inlyta & p̄clara
Colonia Agrippina, quod tam multis in Germania ab
iuita eademq; sanctissima religione deficientibus,
ipsa cōstantissima permansit, nec eam fidem & reli-
gionē puerili leuitate sibi deserendā putauit, quam
longē ante mille annos accepisset, & in hunc vsque
diem, à sanctis Maioribus suis integra fide velut per
manus

*Colonia en-
cemium.*

manus sibi traditam, religiosè cōseruasset, licet sepē
incredibilibus astutissimorū satanae satellitū fraudi-
bus & vrbis armis & machinis oppugnata. Ora-
ndus autē est Deus, vt eandē etiā deinceps, vt benē
speramus, constantiam seruet, p̄ferētm cū nun-
quā cesset satanas nouos texere dolos, & nouas
meditari artes, quibus vel tādē etiā cōstantissi-
mos expugnet: nec desint qui hanc eximia laudem
inlyte vrbis inuideāt, quā illi tribuit scriptor quidā
vetustus his verbis vti: *Postquam fidē suscepisti Ciui-
tas p̄renobilis, recidina non fuisti, sed in fide stabilis.*

Hoc tēpore Calvinus librū edidit contra reli-
quias, dignum planē tali patella operculū. Esto, sue-
rit quorundā tanta inscitia, vt nonnūq̄ non satis
rectē vsi fuerint sacris reliquijs, num propterea tam
impiē in reliquias ludendū est? Valde acuti sunt
isti seioli, vt vōl minima queq; in Catholicis videāt:
ipsi suas absurdissimas impietates, horrendos erro-
res, infanda scelera non vident. Si vixisset hac tēpore
D. Hieronymus, os blasphemū Caluini multo etiā
maiori dicēdi libertate & inuicta incōparabilis do-
ctrinæ autoritate oppressisset, atq; olim impij Vi-
gilantię, quę Eunomij blasphemias sectantē contra
martyrū reliquias, caluus iste Calvinus socium ha-
bet impietatis suę. Vtinām Christus tandē liberet
Ecclesiam suā ab id genus deploratis hominibus.

Cesar vbi Bonnā venit, ab Episcopo aliquot die-
bus lautissimē accipitur: Episcopū verò Cesar orat,
vt Bucerum à se dimittat, nam Melanchthon iam
discesserat. Aderat Bucero focus Caspar Hedio:
vterque non multo post abiit Argentinam. Si in
Hispanos milites incidissent, haud dubiē martyres
euasissent. Verū illis tum longē tutius erat latita-
re. Habet enim & diabolus martyres suos.

Bonnæ Cesar lustrato exercitu suo, 21. Augusti
Duram iter intēdit: quò cūm peruenit, Heraldum

*Calvinus
contra reli-
quias.*

*Cesar venit
Bonnam.*

Dura oppugnatur & capitur.

mittit, qui vrbis deditioem petat, ea non impetrata, paulo post summo manè horribili tormento uni tonitruo quasi tantur mœnia, donè tandem quinto incursu vrbs capta est, magna tum oppidanorum & aliorum intra urbem cædes facta est, vt solet ijs in locis, quæ hostis vi occupat: vastatæ aedes, bona direpta, non pauci capti, qui vitam magno ære redimere coacti sunt. Altero die, incerto authore, vrbs incenditur, & quod miles rapax tollere nō potuit, flamma vorax absumpsit. misit verò pius Imperator milites, qui incendium restingerent, sed non nisi pauca aedes cum Franciscanorum cœnobio seruari potuerunt. Ità intra vnius anni spatium vrbs calamitosa ter obsessa, nūc demum miserè perijt. Grafsante incendio, qui superstites manserant, in castra educi sunt: vbi scœminæ & pueri sub Cæsaris papilio, viri Ecclesiastici in Episcoporum tentorijs seruati sunt incolomes, atque luce proxima reducti in urbem. Porro caput Diuæ Annæ matris beatissimæ Mariæ virginis, quod illic seruatur auro inclusum, & quotannis in multo cōsuetum hominum studio & deuotione visitabatur, religiosus Imperator cum magna celebritate ab Hispanis curauit inferri in templum Franciscanorum, nē in cedio vastaretur. Eiusmodi sanctarum reliquiarum piam uenerationem, quæ tamen tota in eius sit honorem, à quo sancti habent sanctitatem suam omnem, noui Vigilantium nostri ferre non possunt. Dicamus ergo illis, quod olim Diuus Hieronymus incomparabili tum eruditione, tum vitæ sanctimonia præditus, dixit Vigilantio: Rides, inquit ille ad Vigilantium, de reliquijs Martyrum, & cum authore huius hæreseos Eunomio Ecclesijs Christi calumniam struis: nec tali societate terreris, vt eadem contra nos loquaris, quæ ille contra Ecclesiam loquitur. Et infra: Sento, sento infelicissime mortaliū, quid doleas, quid

Reliquiarum ueneratione non serunt Vigilantium

quid timeas. Spiritus iste immundus, qui te hæc cogit scribere, sæpè hoc vilissimo tortus est puluere, (sic enim Vigilantius appellabat cineres & reliquias Sanctorum) immò hodieque torquetur &c. Multa ibi alia scribit Diuus Hieronymus, quæ merito deberent istorum insaniam comprimere, qui hodiè cum illis ante tot secula damnatis hæreticis Diuorum reliquias atque etiã inuocationem oppugnant, & misero persuadēt vulgò, dum illas honoramus, id idolatriæ scelus nos admittere. De Constantino Copronymo Imperatore Græco, Leonis imaginū oppugnationis filio, homine valdè impio, Suidas Græcus author sic habet: Eo demencia & recordia, inquit, peruenit, vt publicitus populo sanctionem vniuersalè proposuerit, nē quis omnino ministrorum Dei sanctus diceretur, sed vt reliquiæ eorum inuentæ despuerentur, nēve intercessio illorū, quod nihil possent, peteretur. Quin mortaliū omnium impurissimus, præcipere est ausus, nē quis Mariæ intercessionem imploraret. Non enim inquit, optulari cuiquam potest. Atqui Venerem ille coluit, (quemadmodum certè præclarè etiã nostri Euangelici) & victimas humanas obtulit &c. Hæc Suidas. Pudeat tādè tam sceleratæ societatis.

Dura expugnata, Cæsar abit Iuliacum, quod vacuum ferè inuenit, demptis paucis scœminis & exacta ætate viris. Pōst Ruræmundam proficiscitur, Geldriæ munitam urbem. In eo itinere ex omnibus fermè Iuliacensis regionis oppidis veniunt legati, deditioem pacem expetentes. Ruræmundenses nihil expectata obsidione, Cæsari sub certis cōditionibus se dedunt. Cæsar urbem ingressus est altera Septēbris die, & ab oppidanis honorificè acceptus, his salutatur vocibus: Salue Imperator, salue Carole V. dux Geldriæ. agnoscit dominum Ruræmundensis cliena, fidelitatemq; iureiurando cōfirmat.

Constantino Copronymi impetras.

Ruræmunda deditur Cæsari

Indè Venlonè oppidum valdè munitum se cōferit. Ciues primò inducias petūt paucorum dierū, quibus consulant principem Guilelmum. Illo respondeat, vt consulant rebus suis, se illos sacramento, quo ipsi teneantur, soluere, in Cæsaris ditione cōcedūt. Idem faciunt etiā aliquot alia Geldria oppida, itemq; Zutphanienſes per legatos suos.

Item Venlonenſes & Zutphanienſes.

Princeps Cliuenſis conciliatur Cæsari.

Cæsare apud Venlonè agente, Princeps Cliuenſis fanis vsus cōsilijs, comitatus Henrico Brūnſuicensi principe & legatis Archiepiscopi Coloniensis, ad Cæsarem supplex venit, ab eoq; sub quibusdam conditionibus in gratiam recipitur, Videlicet, vt religionem Catholicam in omnibus suis ditionibus inuiolatam retineat, si quid mutatum est, restituat. Cæsari, Romanorum regi & Imperio se morigerum præbeat, foederi Gallico, Danico & Suedico renunciet: Ducatu Geldriensi & comitatu Zutphanienſi sese prorsus abdicet, & iusurandum populo remittat: & quædam alia, quæ non est necesse huc adscribere. Cæsar quoq; principi condonauit, quicquid hoc bello damni datum esset regionibus ipsius, & offensiones omnes. Seruauit autē sibi ad breue tempus Zittardiam & Hinsbergum, munita Iuliacensis agri oppida.

Pluit sanguine.

per hoc tempus in dicecesi Monasteriensi ad castrum Sassenburg haud procū à Warendorp, sanguine pluit.

Georgius Dauid.

Hoc anno nonus quidā propheta extitit in Fissa, noie Georgius Dauid. Ille insanus non se dubitauit Dei nepotē appellare. Cū feris & auibus quocūq; esset collibitum idiomate colloquia miscuit, & ab illis alimenta accepit, haud dubiō præstigijs & demonum opera vsus. Aiebat cælum prorsus esse vacuū, se diuinitus missum, vt regni hæredes accerseret: multaq; id genus alia ridicula & absurda, quibus tamen non defuerunt qui fidem cōmodarent, vt est

hoc

hoc seculum pudēda leuitate, & plusquam anili stoliditate auidum in res nouas, quantum cunquē aliō qui absurdas & impias. Quis huius Prophetæ demū exitus fuerit, in frā suo loco dicemus. Carolus Cæsar huius farinae homines ferro & igni seuerissimè in suis ditionibus inferioris Germaniæ persecutus est, adeo vt Georgius iste timens pelli suæ, cū suis Basileam se contulerit, vt in frā dicitur.

Sub finem Decembris Franciscus Gallorum rex Lucemburgum rursus occupat. Ferebatur opem la-turum Cliuēsi principi, atq; eo nomine etiā adduxisse sororis filiam Iohannā, Cliuēsi antea desponsam: Verū ibi de Principis cū Cæsare conciliatione certum accepit nuncium, nō mediocriter fuit perturbatus: at nihilominus Lucemburgum egregiè muniendum curauit.

Lucemburgum occupatum.

Eodem tempore Angliæ rex Henricus exercitum mittit in Belgium, qui cum Cæsaris copijs coniunctus, Landresiu obsidet. Cæsar eo venit mēse Octobri cum ingenti exercitu: venit etiā Gallie rex cū manu valida, Res non longè à prælio abesse videbatur: sed Galli, cū in oppidū annonam intulissent & militem recentem, clam inde recedūt. Cæsareani luce demū appetente id sentiunt, abeuntes insequuntur, ex postremo agmine non paucos interficiunt, multaq; vasorū aureorum & argenteorū, atq; aliarum rerum prædam referunt. Cæsaris consilia arcaua de prælio inuendo ad Gallos quorundam opera delata ferebatur: qua re offensus Cæsar, post Galli discessum, soluta obsidione Landresij, Cameracum occupat, eiq; arcem imponit: cetera, vt quidam annotauit, liberam ciuitatem, de pristino statu eius nihil dū immutās, Antistiti permissit: quædam etiā alia vicina loca sibi vindicat: porro exercitūs partem dimittit: reliquos ad Lucemburgi obsidionem mittit: ipse domum redit.

Landresium obsidetur.

Cameracū obtinet Cæsar.

Anno

*Lusitanus
rex occubuit*

ANno 1544. 2. Ianuarij è viuis excessu Lusitanie rex Iohannes, Iohânis tertij filius, anno etatis sue 17. In matrimonio habuit Caroli Cæsaris filiam Iohannâ, quæ ab illo grauida relicta, eiusdem mensis die 20. Sebastianum principem enixa est. O quam multi in rerum omnium summa affluentiâ tum auferuntur: ex hac luce; cum eam primum incipiunt intueri. Et tamen in tanta miseræ vitæ huius incertitudine, quotusquisq; est, qui non sibi Nestoreos propemodum polliceatur annos?

Eodem mense natus est Franciscus, primogenitus Henrici Valesij, postea Gallorû regis, cui idem ipse Franciscus non diu post successit. Sunt qui scribant nõ defuisse iuris ciuils doctores, qui Henrico regi permitterent, à Catharina Medice ipsius coniuge, quæ iam multis annis fuisset sterilis, diuortio separari, eiusq; rei exempla aliquot recentia adferrent: sed tum Henrici patrem Franciscum, tum Henricus ipsum sanctis rationibus eiusmodi perniciosas insufurrationes cõstanter refutasse, & quadam Christiani iudicij æquitate asseuerasse fidem seruandam præpotenti Deo, qualitercunquè illi visum sit facere. Ea verò tum Francisci patris, tum Henrici filij, vtriusque Galliârû regis pietas, non potest non magnò perè commendari.

Cæsar huius anni initio è Belgio Spiram proficiscitur ad Imperij ab ipso indictum cõueniũ, qui quidem cum primis celebris fuit, præsentibus illic Electoribus omnibus, quod rarò fieri solet, & ipso quoquè Ferdinando rege, & principibus plerisque omnibus. In hoc conuentu Cæsar contra Galliæ regem ab omnibus Imperij ordinibus grandem pecuniæ summam in sex menses impetrat: cum Daniæ rege, qui cû Gallo fœdus percusserat cõtra ipsum, omninò transigit: Saxoniz quoquè Elector Ferdinando regi obseruantiam promittit. Erat tum fama

*Conuentus
celebris
Spiræ.*

sparsa

sparsa de Francisco Gallorû rege, quòd cum Turca fœdus fecisset, eo nomine permultos à se abalienauit, licèt ipse rex scripto propalàm edito sese purgare conatus sit. Miserat legatos suos ad comitiâ Spirensia, sed non sunt permilli cõsequè progredi.

Hoc anno Luterus suas in Genesim annotationes edidit, in quibus passim temperare sibi non potest, quin in Sacramentarios inuehatur: & nè omninò Prophetiæ spiritu caruisse videatur, prophetizat fore, vt ipso extincto, Sacramentarij, quos sua auctoritate compresserit, ipsius doctrinam certatim oppugnent. Nec hoc contentus, mox licèt Melanchthone resistète, postremâ suam de Cœna Domini Cõfessionem euulgat, in qua Zuinglium, Oecolampadium, eorumq; discipulos apertè hæreticos, Sacramentorum hostes, æternumq; damnatos esse dicit. Hæc Luteri in Zuinglianos sententia nõ paulò plûs ponderis habet apud Luteranos, quàm vel mille Romanorum pontificum & totius Concilij Tridentini, in quo multi fuère viri, sògè doctissimi: & tamen Zuingliani æquè contempnunt Luteri iudiciũ, atquè Romani Pontificis. Erant tum multi, qui Luterò, respondendum putarent, Bucerus vritusque partis gratiam captare visus, Luterò tâquàm de Ecclesia Christi optimè merito parendum suafit. Philippus Melanchthon in quadam ad Bullingerum per id tempus data Epistola, hanc Luteri cõfessionem scriptum vocat atrocissimum, Figurinĩ interim omninò respondendum censent, eduntq; Apologiam, de qua postea dicemus. Sleidanus qui ex alijs plerisque Luteri scriptis tam multa recenset in suis Commentarijs, vt Catholicos infestet, huius quidè de Cœna Domini libelli Luterici meminit, sed duobus aut tribus tantum verbis, quia videbat vir bonus se non absq; sua ignominia posse Luteri de Zuinglianis sententiam referre, quippe

*Luterus cap
pit Zuingli
anos.*

*Luteri de
zinglianis
iudicium.*

quem

quem tantoperè aliàs nō vno loco celebrāsse vide-
retur. Sed velir nō lit Sclidanus; aut valere debebūt
quę de Sacramentarijs Luterus scripsit, aut Sclida-
nus vel inuitus facebitur, Luterum non esse virum
bonum, & se illum falsò ac fraudulenter laudāsse.

Huius anni mense Februario Romæ in Vaticano
haud procul à Tiberi, cum in sacello S. Petri funda-
menta foderētur, inuenta est marmorea arca lōgia
tudine pedū 8. & semis, latitudine 5. & 6. altitudine,
in qua cōdita fuit Maria, Honorij Imperatoris cō-
iunx, quę virgo obiit, morte abrepta ante nuptias.
In ea arca, corpore ab sumpto, aliquot tantum den-
tes supererant, capilliq; ac tibiarum ossa duo; præ-
terea vestis & pallium, quibus tantum auri fuit in-
textum, vt ex his combustis auri pondò 36. collecta
sint. Erat insup̄r capsula argentea, lōga pedem vni
& semissem, latitudine digitorum 12. in qua vascula
multa ex crystallo, nōnullaq; ex achate per pulchrè
elaborata. Item annuli aurei 40. varijs gemmis or-
nati. Erat & smaragdus auro inclusus, in eòq; scul-
ptum caput, quòd creditum est ipsum Honorium
referre. Is 500. aureis, nempe ducatis, & stinatus est.
Præterea in aures, monilia, aliaq; muliebria orna-
menta, in quib; vna earum, quas hodie Agnus Dei
vocant, per cuius ambitum inscriptum erat, Maria
nostra florentissima; laminaq; ex auro, & in ea hæc
nomina, Michaël, Gabriel, Raphael, Vriel, Græcis
litteris. Item voluti racemus, ex smaragdis alijsq;ue
gemmis confertus: & discriminale lōgitudine, &
digitorum, inscriptum hinc, Domino nostro Ho-
norio; hinc, Domina nostra Maria. Ad hæc inerat
sorex ex chelidonio lapillo, cochleaq; & patera ex
crystallo: item pila ex auro lusoria similis, sed que
in duas partes diuidi potuit. Innumere penè aliæ
inercant gemmę, quarum etsi plurimę vetustate cor-
ruptæ, nonnullæ tamen recentem admirandamq;ue
pulchri-

*Arca mar-
morea inue-
ta Romæ.*

*Capsula
quoque ar-
gentea.*

*Smaragdus
insignis.*

pulchritudinem retinebant. Et hæc omnia Sicilicō
filix dedit pro dote.

In reà dum Spiræ comitia aguntur, Ludouicus
Palatinus Princeps & elector vitam cum morte cō-
mutat. Successorem habuit fratrem suum Fridericū,
cuius coniunx fuit Dorothea, Christierni Danorū
regis filia. Hic dē in comitijs grauissimis penis in-
terdictum est, nē quis exteris militaret, Gallis præ-
sertim. Erat tamē, qui ea seueritate contēpta, nihil
minus Gallia regi operam nauare nō dubitarent.
Ex ijs in Lotharingia captus est Hubertus comes
Bichlingus Germanus, ad ductusq; Metim ad Cæsa-
rē, vltimo iubetur supplicio affici. Vxor eius mul-
tūm precatā Cæsarem, flectere non potuit, iamq; ad
necem parata erant omnia; cum ecce Maximilianus
Ferdinandi regis filius, Cæsaris animum mollit, ser-
uatque comiti vitam.

Antequam de Cæsaris ad bellum Gallicum è Spi-
rensi cōuentu profectio dicamus, obiter hinc quę-
dam inserere libet de Muleassis Tunetani regis ca-
sibus in opinatis. Circa hæc ferè tēpora, cum Turci-
cam Barbarussa duce classē apparari, atque deinde
Italiam oram legere didicisset, in Sicilia traiecit. Me-
tuebat enim sibi haud temerè à Barbarussa, quem è
Tunetani regni possessio ne à Carolo Cæsare non
longè antè expulsum meminisset. In regni tutelā
reliquit sibi maximè fidos, Mahometem, qui præef-
set vrbi, & arci Corsum quendam, cui nomen erat
Fares, præposuit. Porro filium suum Amidam præ-
fecit copijs, qui Tunetum à Turcis & Numidis tue-
retur. E Sicilia Genuam petiturus soluit, vt ibi cum
Cæsare colloqueretur: sed resanctibus ventis, Nea-
polim est reiectus. Vbi à Prorege lautissimè habitus,
Neapolitanis nouo cultu, vescēdi more, & exquisi-
tissimis odoramētis admirationi fuit. Dapibus eius
ex regia culinæ disciplina prodigiōsi sumptūs va-
quenta

*Dos Maria
Imperatri-
cis.*

*Edictum nē
quis Galla
miletet.*

*Muleasses
seconsert in
Siciliam.*

Dapes im-

*manū sum-
ptuum.*

guenta infarciebatur, adeo vt pauonem cum duo-
bus phasianis conditum, obseruatum sit cętum au-
reorum impenſam exceſſiſſe. Fuit ille rex ſuperſti-
tioni Mahometanę addiſtus, & aſtrorum obſerua-
tor, quę res ei certiffimum exitium attulit. Viſum
enim ipſi fuit ex ſatali, vt putabat, aſtrorū influxu,
amittendi regni & dirę mortis cladem ſibi impen-
dere. Eo, partim nomine diſceſſit ex Africa, ſed eo
ipſo diſceſſu cladem, quā euitare voluit, in ſuas cer-
uices acciuit. Atque vtinam vel Chriſtiani tandem

*Cōtra aſtro-
logos.*

diſcerent vaniſſimā eam eſſe, quę ex aſtris petitur,
rerum futurarū, immō & ſuperſtitioſam, atq; idē
illicitam diuinationem. Scilicet liberū hominis ar-
bitrium Deus aſtris ſubiacere voluit, quę in homi-
num ministeria condita ſunt. An non ſcriptura cui-

Ierem. 10.

denſiſſimē dicit, Iuxta vias gentium nolite diſcere,
& à ſignis cęli nolite metuere, quę timent gentes,
quia leges populorū vanę ſunt? Multis locis D.

*Lib. 2. de
doctr. Chri-
ſtia. cap. 21.*

Auguſtinus, vt alios prætermittam, in hoc genō ſu-
perſitioſę diuinationis acriter inuehitur, & Mathe-
maticos egregiē perſtringit, quos, dum ex ſtellarū
poſitione actiones noſtras vel actionum eueſta præ-
dicere conantur, nimium errare dicit, & vendere
imperitis hominibus miſerabilem ſeruitutē: immō
eiuſmodi prædictionem, magnam demenciam vo-
cat. Quod autem non rarō eueniunt, quę ab iſtis

Cap. 22.

aſtrogis prædicuntur, eiꝝ cauſam idem vir ſan-
ctiſſimus exprimit his verbis: Illuſionibus & decep-
tionibus præuaricatorum angelorum euenit, vt

Cap. 23.

iſtis ſuperſtitioſis & pernicioſis diuinationum ge-
neribus multa præterita & futura dicantur, nec alie-
ter accidant quā dicuntur, multa quę obſeruanti-
bus ſecūdum obſeruaciones ſuas eueniant, quibus
implicati curioſiores ſiant, & ſeſe magis magisque
inferant multiplicibus laqueis pernicioſiſſimi er-
roris &c. Verūm ad Muleaſſem reuertamur.

Dum Neapoli moraretur, vbi eum Cęſar iuſſit
ſubſiſtere, poſt Niceę arcē fruſtrā à Barbaruſſa op-
pugnata, certis ex Africa nuncijs didicit, Amidam
filium, ipſius amicis & præfectis trucidatis, Tunc-
tam & arcem occupāſſe. Ea re vehementer pertur-
batus, militem conſcribit magna celeritate: conflu-
untque breuē ad eum mille & octingenti homines,
ijsq; nauibus impoſitis, Guletam proficiſcitur. Spe-
rabat enim ſe filium nondum cōfirmatis viribus fa-
cilē oppreſſurū, nec prorex Petrus Toletanus eius
cōſilia improbat. Amidam filium quidam proce-
res corruerāt, excitatis vaniſſimis rumoribus, Mu-
leaſſem Neapoli diſceſſiſſe è vita, & per ſummū ſce-
lus ante obitum Chriſtiana religiōe initiatum eſſe.
Amida his rumoribus & procerum conſilij per-
motus, Tunetum ſe conſert, ſed indē tunc excedere
compulſus eſt, quōd Tunetani de Muleaſſis morte
nihil comperti haberent. Hæret interim in hortis
Martij, & rursus oblata ab inſperato occasione, à
Tunetanis quibuſdā euocatus, qui Muleaſſem odi-
rēt, Tunetū reuertit, aliquot ipſi aduerſos perimit,

*Amida filiꝝ
Muleaſſis,
regno patrē
excludit.*

*Amida Tu-
netum oc-
cupat.*

& in arcem ſe recipit, paruo momento vrbe, arce &
regno potitus. His de cauſis, vt diximus, Muleaſſis
conſcriptis tumultuarijs copijs in Africam traiecit.
Vbi Guletam venit, à Francisco Touarre Cęſaris
præfecto admonetur, nē cum tam parua manu Tu-
netum adeat, niſi Tunetanorū ciuū animos priꝝ
habeat exploratos. At illum facilē ſefellerunt proce-
res quidam Afri ex vrbe progreſſi, qui gladijs in-
gulo admotis, more gentis, fidei militaris ſacramē-
tum ei dicunt, Amidamq; ipſo conſpecto celeriter
vrbe exceſſurum confirmant. Mox ille, plurimum
deterrente Touarre, Tunetum pergit, & in itinere
rursus ab Hiſpanis equitibus à Touarre miſſis ad-
monitus, vt ſibi ab inſidijs, quę iuxta urbem eſſent,
caueret, in propoſito perſeuerat. Vbi autem ad vr-

*Francus Pu-
nica.*

Dum

KK bem

Muleaffes
capitur, &
oculis orbatur.

hem propius accessit, erumpentibus tum ex vrbe, tū ex oliuetis Afris, ex eius exercitu periēre supra mille & trecenti, & ipse Muleaffes fugiens, nulla realia magis q̄ vnguentorum odore ab hostibus agnitus & captus est. Eum ad se adductū, Amida filius vtroque orbatum lumine crudeliter excæcat, candenti scalpello proficisa vtriusq; oculi pupilla. Idem perulere dno Amidæ fratres, cum Muleasse capti, Nahaser & Abdalas. Indè cū Touarre ferit inducias, & aliquid annumerat pecuniæ, quod Hispano militi stipendiij nomine solueretur. Filium quoque suum Schitem, nouem annorum puerum, ei dat obsidem, quem tamen continuo sibi vult restitui, si pax confici certa nõ possit. Touarres, licet eæ induciæ multis de causis necessarię viderentur, tamen quod nõ dubitare Cefarè Amidæ crudelitate offensum, dedit operã, vt Abdamelech Muleaffis germanus frater, qui apud Anemseham Numidarum regulū diu exul permãserat, Tunetani regni sedem obtineret. Et id quidem mira celeritate efficitur, remisso intetum Schite puero obside Tunetum, nè fidem Amidæ datam fallere videretur. Festinus Abdamelech Guletam properat, indè Tunetum, facieque linteis sudarijs inuolnta, non est agnitus à portæ arcis custodibus, sed pro Amida admissus, arcem occupat, cæcis custodib⁹, qui illo agnito arma corripere cœperunt. Itã ille repētè à ciuib⁹ Tunetanis in arcem admissis rex salutatur: sed, vt nihil est in rebus humanis diuturnum, paulò pōst morbo lætali correptus, trigesimo sexto die vita excedit. In eius locum substituitur Mahometes eius filius annorum ferè duodecim; sed cū à proceribus quibusdam, eius pueri moderatoribus, regnum longè aliter administraretur, quàm Tunetani vellent, & alia quoque, quæ ipsi nollent, acciderent, Amidam rursus accersunt. Sed interim Muleaffes è carceribus educitur in templi

Abdamelech Tuneto
pauit.

Excedit è
vuis.

templi cuiusdam asyllum inuiolabile, atq; indè, Touarre expetente, Guletam perducitur. Idè ipse Muleaffes iam antea, Tunetanis ipsi necem intentantibus, ab anu quadã inope in scrobe multis allijs cooperata seruatus fuerat. Amida igitur Tunetum rursus occupat, & Muleaffes tandem Cæsaris iussu in Siciliam deductus est, publico Sticulorum sumptu alendus. Rectè igitur Claudianus Poeta:

Definat elatis quisquam considerare rebus.

Fuit autem Muleaffes rex non indoctus, in primis autem Auerrois studiosus: porrò Choreæ familiaris, ex qua ipse præalto stemmate natus esset, reges Tuneranos, quorū stirpem ad Homarem Mahometis pseudoprophetæ cõsanguineum & discipulum referebat, supra nongentos annos nulla admixta alieni sanguinis successione, regnãsse aiebat, Tunetaniumque regem augustiore cognomento appellari. Emir Munemim, hoc est, in religione optimè credentium principem.

Muleaffes
mittitur ad
Siculos.

Genus Muleaffis.

Cæsar soluto Cõuentu Spirensi, cū iam exercitus eius ad Lotharingę fines puenisset, primò Luceburgum Gallis extorquet, indè Linæum oppidum & arcem: mox Sandesirium obsidione premit, Henrico Angliæ rege interim Boloniam fortissimè oppugnante. Sandesirium Landræ viri strenui opera diu egregiè defensum est, sed eo bombardæ ictu sublato, tandem ad deditiōnem ventū est. In ea obsidione periit Renatus Auracæ princeps, iuuenis omnibus naturæ & fortunæ donis cumulatissimus, & Cæsari in primis addictus & charus, adeò vt Cæsar expirantē cum lachrymis complexus sit. Capto Sandesirio, Cæsar vltra progreditur, & ad Matronã vsq; castra promouet, non mediocriter trepidantibus Lutetianis, qui iam propinqui hostis potētissimi arma non immeritò vererentur. Sed Deo benè propitio, tum demū inter Cæsarem & Regem cer

Princeps
Auracæ
perit.

tis conditionibus pax confecta est, Gallis imprimis exoptata, quòd iam regiones eorum nõ ab hostib9, modò, sed etiã à Regis exercitu miserandum in modum vastatæ cernerentur. Sub hoc tempus Angliæ rex Boloniam deditione capit, quod superio. res eius regni reges frustra tentarât, Sed & ille quoq; postea cum Francisco rege pacem fecit.

*Bolonia de-
ditur Anglo*

*Coloniens.
Episcopus
urget suam
Reformati-
onem.*

Dum Gallicum seruet bellum, Hermannus Co- loniensis Archiepiscopus pergit vrgere suæ dicece- sis infaustam planeq; Buceranam reformationem, Clerus sese opponit, hortatur & obsecrat principē, vt rem differat ad Occumenici Concilij cognitio- nem & definitionem: nam si secus faciat, ad supre- mum Magistratum sibi confugiendum, easque vias excogitandas, quibus possint conscientijs suis satis facere. Princeps malè persuasus, mansit in sententia, Itaque Clerus & qui ad eum pertinent, Octobris 8, die, cum in vnum conuenissent, inter alia comme- morant, quæ ante annos 23. Vuormatiæ, vbi Lute- rus à Cæsare, cunctis ferè illi Principibus suffragan- tib9 damnatus fuit, quæ item postea Auguste & Ratisbonæ, atq; recens Spiræ decreta fuerint; quibus omnibus posthabitis, Hermannus Archiepiscopus res nouas attentarât: Buceram apostatam & Sacra- mentarium, qui iam alteris sese incestis nuptijs con- taminarât, Argentina euocauerit, concionandi mu- nus & illi & passim alijs leuib9 hominibus demã- darit: horum verò suggestionem quandam Reforma- tionis formam conceptam, & Principis mandato euulgatam: Se quidem modis omnibus Principem

*Clerus Ca-
loniensis pro-
uocat ad
Pænitenti-
am Cæsarem.*

dehortatos, sed nihil promouisse: iam verò Dicece- sin pessimè habere, omniaque ad summam pertur- bationem spectare: quam obrem necessariò ipsos prouocare ad summum Pontificem & Cæsarem Maiestatem. Id vbi resciiuit Episcopus, scripto pu- blico testatur nullam eos prouocandi causam iussè habuit.

habuisse: se nihil præter officij fecisse: proinde eam se appellationem reijcere, sperareq; ipsos à propo- sito discessuros. Quod si non faciant, se tamen in cœptis progressurum: simul etiã non modicoriter Luteri & Buceri scripta cõmendat, sed haud dubiò ab alijs malè institutus.

Tum verò summæ ædis Canonici totius dicece- sis Colonienfis Ordines omnes ad se euocant, Prin- cipis conatus explicant, Cæsaris quoque mandatū, ne quam nouationem admittant grauissimè iuben- tis, exponunt; hortantur omnes, vt in Catholica & quam ab Apostolis acceperint, atq; hætenus cõser- uarint, religione cum ipsis permancant. Principi ve- rò, vt ab Appellatione cessarēt, & quædam alia hor- tanti, prolixè scribunt, & vt Summi Pontificis atq; Cæsaris, quibus ipse quoque subditus sit, sententiã expectet, mōnent: multaq; alia, quæ nimis longum esset huc adscribere. Hisce literis Canonici Prima- riæ ædis, itemque D. Gereonis, & Vniuersitas sua sigilla appendunt. Verùm Episcopus, credēs se rem Deo gratam facere, doctri- næ Luteranæ buccinato- res non solùm non remouit, sed etiã in quibusdã oppidis religionem mutare permisit: quæ res & fi- dei Catholica perniciofa, & veris atque legitimis pastoribus iniuria, & rudi plebeculæ admodum exi- tiosa fuit.

*Mutatio reo-
Regionis.*

Per hoc tempus Gallus quidam concionator, fa- ctione Sacramentarius, nomine Petrus Brulius, Ar- gentorato proficiscitur Tornacum Nerviorum in- signe oppidum: & primùm apud Tornacenses, inde apud Insulanos Flandriæ urbem priuatim spargit Petrus Bru- virus Sacramentarium. Vbi Tornacum redijt, cœpit de eo inquiri, (non enim diù latere potuit) cumq; non posset præfens euadere periculū, ab amicis per murū fune demittitur: sed cælesti cum vltione per- sequēte, dum humi sedet, quidam submissa voce ex- muro

*Petrus Bru-
lius Torna-
cum in se-
quitur.*

muro ei salutem precatur, at simul saxo è muro resoluto sedentis crus perfringit. Tum miser ille dolore cruris & frigus hyemis (erat enim Nouemb. secunda dies) non ferens, voces dat lamentabiles: sicq; seipsum prodit vigilibus, qui mox accurrunt, & hominem in carcerem includunt. Non diu post illam elapsus, totum mundum Christi Euangelio cõpleuit. Idem conatus non defuit Brulio, sed longè dispar causa non eosdè habuit successus. Vtinàm verò tam pleriq; Catholici ferueret in tuèda fide Catholica, quàm isti buccinatores Euàngelici in sua propaganda impietate. Sleidanus multis verbis cõmemorat huius Brulij extremam fidei confessionè, quæ certè valdè impia est, & in quibusdã à Luteri quoq; placitis aliena, quippè sacramentaria potiùs quàm Luterica. Ait quoq; eum suam doctrinã ad finem vsq; constanter, veriùs pertinaciter diceret, professum. Sed idem ipse paulò antè ferre non potuit cruris lapide quassati dolorem, vt hìc quoquè probabile sit Sleidanum more suo plus tribuisse hæretico, q̃ habuerit rei veritas: quamquam etiam si vera sint quæ scribit Sleidanus, non solum nihil faciunt pro Brulio, sed etiã longè deteriorè eius causam reddunt, quòd in retris erroribus obstinatioe fatuica perire maluerit, quàm redire ad sanitatè. Nec est quòd isti suos nobis obrudãt martyres, cum certum sit, extra Ecclesiæ Catholicæ vnitatè nullum esse verum martyrium, sed quantumcunq; atrocia perferantur supplicia, ea nõ modò nullã mereri martyrij laudè, sed maiorù etiã apud inferos in omnè æternitatè luendurè pœnarù & causam esse & initiũ. Nam ipsa ptinacia immane crimen est & prorsus inexpiabile.

Tigurini cõtra Luterũ. Anno 1545. Tigurini Apologiam edunt contra Luteri confessionè, Latina & Germanica lingua, qua, qua inter cetera etiã ad trimen hæresis, quod illis

illis Luterus intulerat, & ad alia conuicia acriter respondet, frustra dehortante Bucero, qui arte Bucerana sequestrũ se nõ semel obtulit, sed Tigurini intricatũ & ppter eã fallax loquedi hominis genus sibi ferendũ minimè putarũt. Vtinàm Colonies Archiep. Hermãnus tam sibi cauisset ab illa vulpecula.

Luterus, nè planè obmutesceret, Theses suas edit cõtra Theologos Louanienses, valdè qdè superbè & arrogãter scriptas: Sed in illis ipsis egregiè mordet Sacramentarios. Nam Thesis 15. sic habet: In Eucharistiæ Sacramento venerabili & adorabili, est & exhibetur & sumitur verè & re ipsa corpus & sanguis Christi, tam à dignis, q̃ indignis. Et Thesis 27. Hæreticos, inquit, serio censemus, & alienos ab Ecclesia Dei esse Zuinglianos & omnes Sacramentarios, qui negãt corpus & sanguinè Christi, ore carnali sumi in venerabili Eucharistiã &c. Sic Luterus, vt fe vicisceretur de Tigurinis: qui in scripto, cuius antè meminimus, inter alia hoc præclarũ de illo tulerant testimoniu: *Propheta & Apostoli, inquit, Dei gloria, nõ priuato honori, nõ suæ pertinaciæ & superbia studebãt, sed peccatorum salutem querebant vnice. Luterus autem sua querit, pertinaciæ est, insolentia nimia effertur, & cõsensus satana tradit,* (tali scilicet Pontifice digni estis, qui Romani Pontificis iugum excussistis.) *quotquot illius sententia nõ ilico subscribere velint: & in omnibus corruptionibus suis plurimum maligni spiritus, quàm minimum verò amici & paterni ingenij deprahenditur &c.* Obiter hìc obseruãdum venit, Sleidanũ nõ solum mentionem facere Thesium Luteri cõtra Louanienfes, sed quædã etiã in dè asfluere suæ historiæ, sed interitũ astutè reticere, què in iisdè Thesis habent cõtra Zuinglianos. O candorè verè Euangelicũ. Sed hæc imprudens lector nõ aduertit, & Sleidanº per fraudem voto potis suo, qd non est aliud, nisi vt lectori imponat, Addit verò, & Parisienses & Louanienfes

Luterus cõtra Sacramentarios.

Tigurinorũ de Luterº sententia.

Theologos nuda axiomata proponere, scilicet hæreticis, locum nullū è sacris literis adducere, & magistratum ad animaduersionem inflammare. Sic nimirum visum est Sleidano scribere, cum tot extent libri illorum Theologorum, scripturæ diuinæ sententijs muniti, contra istos nouatores, vt merito Sleidanū sū pudere debeat. Et certè mallēt Theologi respicere hæreticos, quam puniri.

Luteranorū de Tigurinis sententia. Luterani contra accusant Tigurinos, quod Luterum acerbè & cōtumeliosè sint insectati, cui tum ob multos pro Ecclesia susceptos labores, tum ob senium parcendum fuerit. Tigurini illis respondēt, maiorem veritatis, quam Luteri, habendā fuisse rationem &c. Itā isti Euangelici fratres mutuis sese encomijs celebrant. Sunt autem inter illos qui scribant, Papiſtas illorum acerbis dissijs magnoperè letatos fuisse, scilicet delectat Catholicos, quos illi Papiſtas per cōtemptum vocant, tot animarum myriades istorum seditiosis & contentiosis dogmatis in dies rapi in Tartara, & Christianū orbem odiorum in expiabilium flammis, quas isti suis concionibus & scriptis excitant, Turcis plaudentibus & rei benè gerendæ occasionem expectantibus, dæmonibus quoquē nouas semper faces admouentibus, cōflagnare. Quis verò tam faxeo sit pectore, vt vel vnus animæ mortem sempiternam, in illa æstuantissima gehennæ fornace sinè vllō sine perferedam, hilari ferat animo? Si tamen hæc sectariorum dissijs delectant Catholicos, id circò delectant, quod facile possent homines, modò vellent, istorum nouorum dogmatistarum aduertere falsitatem, dum adeò inter se pugnant & dissident, cum de primis nostræ religionis hominibus scriptum sit, Erat cre-

Acto. 4.

Comitia

Vormatiæ.

Hoc anno Comitia habitæ sunt Vuormatiæ. Nul-

lus ferè Principum ibi adfuit, nisi per legatos. At

Cæsar

Cæsar ipse, licet tardiùs ob affectam valerudinem, & Ferdinandus rex interfuere: nihil tamen admòdum constitui potuit propter principum absentiam. Alius igitur Ratisbonæ indictus est Conuentus, in Epiphania Domini anno proximo inchoandus, ad quem principes omnes confluerent, nisi quem aduersa valerudo retineret domi. Porrò in hoc Vuormatiensi conuentu inter alia Protestantium legati palàm testati sunt, se Concilium Tridètinum, quod Pontifex rursus indixerat, pro legitimo non agnoscere. Et ea fuit facilima ratio omnia eius Concilij decreta eleuandi & negligendi. Si sic liceat subditis quibuslibet Principum suorum decreta pro legitimis non agnoscere, nimirum breuè pulcherrimum habebimus in repub. rerum ordinem & tranquillitatem. Sed hæc ab Ecclesiasticis suis Protestantium ordines hauserant. Verùm hoc illius amplissimæ Synodi authoritati nihil penitus ponderis detrahit. Atq; ità videre licuit, quàm ex animo tot superioribus comitijs suis magistratibus illi ecclesiasticæ suassissent, vt Oecumenicā Synodum peterent. Erāt res exulceratæ valdè in Germania, & sensim via patet cœpit ad bellum Protestantium contra Cæsarem, de quo postea dicemus. Quauis autem iam sæpè tentatum esset, si qua posset conciliandę religionis ratio doctorum virorum vtriusq; partis colloquijs inueniri, nec quicquam tamen successisset, ac nihilo minùs Cæsar, qui pacis constituendæ & religionis componendę esset cupidissimus, hoc cōuentu in id rursus consensit, licet Catholicis ordinibus non assentientibus, vt in proximo Ratisbonensi conuentu vtriusq; partis docti viri ad colloquium euocarentur.

Luterus hoc anno scriptum edidit contra Pontificatum Romanum, à satana cōstitutum, ea est enim præclari operis inscriptio. Et vt omnes cœrdati vi-

*Protestantes
respuunt
Concilium
Tridentinū.*

*Luterus cō-
tra Pōtificatū
Romanū.*

deant totum hominis pectus, libro picturam præfixit eiusmodi. Sedet in sublimi cathedra Pontifex, iunctis & protensis manibus, ornatu solenni, sed auribus asininis: circa eum plurimi sunt demones varijs figuris, quorum alij capiti eius imponunt diadema triplex, oleo fastigiatum: alij funibus eum demittunt in medium infernum, horribili specie subiectum: alij titiones & ligna cõportant: alij tãquàm officiosi, pedes ei subleuant, vt rectè molliterq; descendat. Hęc nulla indigent confutatione, quia per se prodit pectus omni spurcitiæ & turpitudine inquinatissimũ: quod qui nõ vident, illis nemo possit peius precari, quàm vt in hac cæcitate permaneant. Nec hoc præclaro facinore contentus, alterã quæ nõ tam in Pontificis, q̃ suum & suorũ dedecus emisit picturam: Pontifex sui insidet ornatu ample & mammosæ, quàm calcaribus fodit: dextrę digitis duobus, pollicis proximis, de more protensis benedicit ijs, qui fortè veniunt obuiam: sinistra tenet oleum recens atq; fumans, &c. Id quidem notatu dignum est, in Luteri & totius gregis eius apostatarũ monachorũ scriptis nihil ferè crebrius malo demone & stercore nominari: vt intelligat prudens lector, eos se totos caco demoni & spurcissimæ Veneri deuouisse. Et tales, tã impuri homines, non alio quàm vel ipsius Christi Apostolorum loco habentur. O horrendam nimis Dei iram. Sleidanus hæc picturam in suis Cõmentarijs libenter meminit, & nõ modò non reprehendit, licet id plerosq; fecisse scribat, sed etiã nititur nobis ex Luteri prophetam efficere. Sic olim Manichei impurissimum nebulo-nem illum Manetem, authorem sectę ipsorum, non alium volebant esse, q̃ ipsum Spiritum sanctum. Sed venit ille dies, quando æquissimus iudex Christus verã feret sententiã, & tunc apparebit, q̃ nihil p̃tuerit Luteri Sleidanus, vanissimò ipseus encomiastes.

Huius

Huius anni mense Iunio Cæsar Clerum & Aca-demiam Coloniensem in suum, patrociniũ recipit, & Episcopum intra tricesimũ diem ad se venire & accusationibus respondere iubet. Facit idem Paulus Pontifex mense Iulio, intra sexagesimum diem illum citans.

Per hoc ferè tempus Cæsari ex Hispanijs lætus affertur nũcius de Carolo Philippi regis Hispaniarũ filio, tum recens nato: sed paulò post eam lætitiã nõ nihil perturbauit obitus nurus Cæsaris, vt nihil est in rebus hominum omni ex parte beatum.

Hoc quoquẽ tẽpore Henricus Brunsvicensis princeps, à Protestantibus è sua ditone iam pridem eiectus, conscripto milite sua recuperare instituit. At Protestantes viribus illo longè superiores, breuè multo maiores copias cõscribunt, & cum vnã cum Carolo filio in suam potestatem redigunt. Cæsar vbi id comperit, scribit Lantgrauio, vt ea victoria moderatè vratur, & captiuos Principes more principum liberaliter habeat.

Cæsar hoc anno in Comitijs Vuormatiensibus, cum Protestantes in bellum Turcicum nihil collaturi videretur, nisi impetrassent de concilio & Cameræ iudicio quæ vellët, Gerardum Veltuichum, multa eruditione & linguarum insigni peritia præditum, ad Turcam misit paciscendarum induciarũ nomine.

Obijt huius anni mense Septemb. vel circiter Carolus, Francisci Galliarum regis filius, quem Cæsar vel generum, vel affinem habiturus videbatur. Fuit is iuuenis græte florenti, & maxime spei, plerisq; etiã non mediocriter charus: sed vt suo exemplo alibi galliæ filios ad contemnenda fortunę ludibria excitaret, in ipso iuuetutis flore repètè sublatus est.

Luterus postquàm cognouit Henricum Brunsvicensem principem captum teneri à Lantgrauio, scriptum

Pictura Lu-
tero digna.

Citatur epi-
scopus Colo-
niens.

Carolus
Philippo
nascitur.

Dux Hen-
ricus cum fi-
lio captus.

Carolus
Francisci fi-
lius mori-
tur.

ptum euulgat ad Electorem Saxoniae & Lantgrauium, quo illos dehortatur, ne captiuum dimittat, *vult dimitti* Ait enim à Deo castigatum, nec posse absolui, nisi *Brunsvicens* veram agat poenitentiam & ritè satisfaciatur. Hoc loco aliquid valet poenitentia & satisfactio, quã ad eò irrident isti Euangelici. Multa alia in eo libello habet, quibus se egregiè ridendum propinat omnibus cordatis: sed superfluo hìc commemorantur, quòd mundus iste videtur velle in errores indaci, & sua perditione letari. Sleidanus, vt antè dixi, etiã prophetiã spiritum tribuit Lutero, licet homo Sacramentarius, à Lutero in re sacramentaria non parùm dissenferit. Et quidni propheta vocetur Luterus, qui etiã tertius Elias à suis dictus est? Habent etiã Turcæ magnum prophetam suum Mahometh.

*Conuentus
Protestanti-
um Franco-
furti.*

ANNO 1546. Protestantes conuentus egere Francofurti mense Ianuario. Deo liberatum ibi est de concilio Tridentino, de prorogando foedere, de sumptibus belli Brunsvicensis, de non descendo Coloniensi Archiepiscopo, qui contra Pontificis & Cesaris mandatum religionem mutarat. Eius legati in hoc conuentu questi sunt de iniurijs Cleri, vt ipsi dicebant, & de citationibus atq; mandatis Pontificis & Cesaris. Eò iam res in Germania reciderat, vt de summis Magistratibus liceret querelas deferre ad paucos Imperij principes, qui etiã dicerent se non defuturos Coloniensi Archiepiscopo, si qua vis ei fieret.

*Luterisimus
in Palatina-
cio.* Hoc tempore in Palatinatu Rheni Luterisimus introducit, & Protestantes missa legatione, tam egregij facinoris nomine Principi Palatino gratulantur. Putabant enim Euangelij lucem in eas regiones inuechi, in quas Luteri Euangelium plusquam Cimmericas tenebras inuexisset. Hodie in Palati-

noti

natu illo regnat Caluinismus, omnes etiã crucifixi imagines deiciuntur, vt nulla sit tanti beneficij apud homines, praeteritum rudes, memoria. Si Romanus Pontifex hoc faceret, omnes eum vocarent Antichristum: nunc quandò Caluinus iubet, Euangelium Christi est. Et certè Antichristus ex locis omnibus Christi Dei memoriam abolere conabitur: Caluinus & eius symmystæ magna eum tanti laboris parte leuant. Sed benè habet, quòd multò plures interim apud barbaras noui orbis & aliarum regionum nationes eriguntur imagines, quàm in Germania, & vicinis locis nouis dogmatibus infectis destruantur.

Huius anni mense Ianuario demùm inchoatum est Colloquium Ratisbonense. Melancthon diù frustra expectatus est. Tandem in eius locum submittitur Georgius Maior. Ad 27. diem Ianuarij factum est sacrificium de Spiritu sancto, & mox acceptum in curia Ratisbonensi. Iam antè dixi, Ordines Catholicos ob inchoatum Tridenti Concilium noluisse hoc Colloquium approbare: sed Caesar videns Protestantes Concilium Tridentinum prorsus rejicere, ne qua in parte paci conciliandæ de fuisset videretur, permisit haberi colloquium, non tamen in aliquod Tridentinæ Synodi præiudicium, ad quam sciebat religionis negociũ necessariò rejici oportere, sed vt paci publicè consulere. Præsides colloquij fuere Mauritius Eystetenensis Episcopus, *Præsides* & Fridericus comes Furstenbergicus. Collocuto- *Colloquij.* res & auditores Catholici, octo: totidem Protestantium. Catholici primi adfuere. In ipsius actiõis initio diù laboratum est de colloquendi ratione. *Collocuto-* *res.* lebat enim Protestantes collocutores dicta vtriusq; partis omnia in scripta referri: quod cum esset longè molestissimum, & negotio suscepto cumprimis importunum, tamen coacti sunt Catholici morosis *homi-*

*Postea Cal-
uinismus.*

*Colloquij
Ratisbonens.*

*Inchoatur
Colloquii.*

hominibus morem gerere, & multi tēporis iacturā facere, nē aduersariorū calumnię paterēt, tanquā quī causę diffiderēt. hoc enim in vulgus sparserūt de Catholicis, cū ipsi potiūs, vt cordatus quisque faciliē animaduertit, hac scribēdi importunitate diuerticula querērent, tempusq; omne nullo fructu extraherent. Quinto demūm Februarij die colloquium à Maluenda Catholico Theologo inchoatum est, qui inter cetera, suo & sociorum Catholicorū nomine testatus est, si quid ab ipsis in hoc cōgressu fortassis dictū fuerit, quod sacris scripturis, aut Apostolicis traditionibus, aut Ecclesię Catholicę decretis aduerferetur, id se pro irrito & non dicto velle haberi: deindē, vt quę inter partes cōuenta fortassē vel cōstituta fuerint, ea non aliter valeant, quā in congressu familiari, nec vllam vim habeant definitionis, aut placiti, aut determinationis. Hoc quidē sapienter Catholici, nē Synodo Tridentinę piudicāsse viderētur, Protulit deindē Maluenda Confessionē Augustinā, Cęsari anno 1530. Augustę exhibitam, cum eius Apologia, cuius vtriusq; architectus fuerat Melanchthon: percontatusque est ex Protestātibz, nam in eius sententia permanerēt, scripta verō alia quęcunq;, etiā sua ipsorū, illi contraria damnarent. Bucerus, qui primas apud Protestātes obtinebat, primō quidē hīc hęrere cępit, sed demūm respōdet, se damnare scripta cōtraria, proprio se ensciugulās, & suos pariter symmystas damnans, qui ab ea Confessione in plerisq; vltis que adeo defecerunt, vt hoc nomine inter se Luteri discipuli hodiē mirū in modū tumultuentur. Longum esset omnia huius Colloquij acta referre Apparet facile in Bucero & eius socijs quędā animorū acerbitas & amaritudo, quę idēdē verbis exprimebatur & moribus: cū Catholici se vbique placidos & cōmodos exhiberent, ac propemodū

*Bucero se et
suos dānat.*

vltrā

vltrā quā oporteret, morosis hominibus in agendi ratione concederent, multis enim modis hoc captabat Bucerus cum suis, vt occasionem haberent à Colloquio discedēdi: sed itā, vt eius intermissi culpa omnis in Catholicis hęrere videretur. Vice simo primō die Februarij Maluenda extēporali disputatione ad eas absurditates adigit Bucerum, vt in illo tot doctorū virorū consensu nō puduerit eū affirmare, cum qui mortali peccato tenetur, fidem Catholicam amittere, non credere Deū trinū & vnum esse, neq; Christū esse filiū Dei, neq; redemptorem humani generis, neq; natum, neq; crucifixum, nec rediuuium &c. Omnia peccata esse incredulitatis, nullum imbecillitatis vel ignorantię, sed omnia ex malitia & contra conscientiam committi. Eo enim impudētia adigit id genus homines obstinata animi elatio, vt malint quantunuis impias & absurdas opiniōes pertinaciter tueri, quā se victos videri. Et interim spargebatur longē lateq; rumor, idque contra fidem secreti, Catholicos victos à Protestātibz, & Maluendam à Bucero in summas adactum angustias. Quid facias hoc hominum genere? Nimirū ab ijs nobis expectandū est studium Ecclesię reformandę, & hominum saluti consulendī, quos adeo nullius pudet mendacij & calumnię.

*Rumor com
mentitius.*

Vicesima quinta Februarij venerūt literę à Cęsare, quibus Colloquij habēdi forma prescribatur: (volebant em̄ presides certius cognoscere eius hac in re voluntatē) Bucerus cum suis eam formam nō pbavit. Denique, nē sim longior, ex multis verborum ambagibus aliud nihil intelligi potuit, quā eos Cęsarę Maiestati itā obtemperatos esse, si omnia quę vellent, ipsi statuerent de Colloquio, & Cęsari etiā atque Catholicis leges ferrent. Nec adduci potuerunt, vt Cęsar's voluntati morem gererent, ea, quam diximus, forma amplectenda: sed

non

*Euangelicè
Colloquio
se subducit.*

non diù post ita se claculo subdixerunt, ac prope-
modum ex oppido eiecerunt, vt nò tam profesio-
nem quam fugam adornasse viderentur, magno
quidem Præsidi dolore, quibus iam Iulius Pfaff
Numburgensis antistes, ex voluntate Cæsaris adiun-
ctus erat, qui indignitate moti, illos quidem retine-
re conati sunt, sed frustra. Porro scripto edito Præ-
sides ijdem satis declararunt per ipsos minimè ste-
tisse, quò minus & Cæsaris & Ordinum Imperij ex-
pectationi satisfaceret, cum præsertim ipsorum Pro-
testantium Collocutorum consensu ad Imperato-
rem scripserunt, & eius responsum in dies expecta-
rent. Ità demum etiàm hac vice res ipsa probauit,
non esse in eiusmodi Colloquijs expeditam & cer-
tam pacis componendę rationem, maximè cum re-
ligionis negotium omninò maturiori & augustio-
ri deliberatione tractandum sit, nec in paucorum
hominum priuato tractatu ponendum: tum quoquè
ea sit sectariorum peruicacia, vt vinci quidem faci-
le possint, sed nec victi vnquam cedere velint, nec
victi videri.

*Concilium
Tridentinè
choatur.*

Interea Tridenti patres Còcilium inchoant. Le-
gatos eò miserat Pontifex Iohannem Marià Mon-
tanum, Marcellum Ceruinum, & Reginaldum Poli
Cardinales: sed cum rari aduenirent, aliquandiu pa-
rum admodum constitui potuit.

*Obitus Lu-
teri.*

Tristissimum autem sub ipso Ratisbonensi Col-
loquio ad Protestantes nuncium allatum est de obi-
tu sanctissimi patris sui Luteri. Is litis cuiusdã com-
ponendę causa ab illustribus Mansfeldensibus com-
mitibus Illebiũ, quę fuit illi patria, honorificè euo-
catus, eò venit cum magna pompa, tribus stipatus si-
lijs ex præclaro monachi & monachę concubitu
procreatis. Obuiam illi missi sunt 113. eqtes hono-
ris causa. Itaq; die 17. Februarij, cum lautè & splen-
didè cœnatus esset, & facetijs suo more hilariter lu-

sisit

sisset, eadem nocte sublatus est è medio. Eius obitus
non eodem modo à Catholicis & Euangelicis id
temporis referebatur. Ionaș Cocus, qui se Iustij Io-
nam vocat, eius morti interfuit, sed ita eam descri-
bit, vt apud cordatos maiori eum còtumelia quam
laude affectisse videatur. Inter alia scribit eum ipsi
Ionaș & Celsio & alijs circumstantibus dixisse, Orate
pro Domino nostro Deo, & eius Euangelio, vt ei
benè succedat, quia Conciliũ Tridenti & abominabi-
lis Papa grauitèr ei aduersantur. Hęc fuit egregia
morituri hominis pœnitentia. Sed cur tantoperè
metuebat Domino Deo, & suo potiùs quam Dei
Euangelio, cum prophetare non dubitaret,

Pestis eram viuus, moriens tua mors ero Papa?

Quid verò dictura est posteritas, cum hæc legerit?
Hocinē est, ad illud tremendum Christi tribunal
sefe præparare? Scilicet morientē Lutero Pontifex
mortuus est. Eius quoquè precationem supremam
recitant in hęc verba: *Pater mi caelestis, Deus & Pater Precatio su-
Domini nostri Iesu Christi, Deus fortius consolationis, gra-
tias tibi ago, quòd mihi dilectum filium tuum Christum teri.*

*reuelasti: in quem credo, quem predicavi & confessus sum,
quem amavi & laudavi: quem abominabilis Papa &
omnes impij vituperant, persequuntur & blasphemant.* Et
sic ille mortuus est. O verè mortē expauescendam,
& horrendam, ità obstinato in Pontificem & Catho-
licos odio exhalare spiritum, atq; sic proficisci
ad illum æquissimum iudicem, quam verò immanis
illa calumnia est, quòd ait Pontificem, quem vocat
abominabilem, & impios omnes, quo nomine vult
Catholicos intelligi, vituperare, persequi & blas-
phemare Christum? O si miser ille seipsum cognouisset,
certè illa extrema hora palàm factus esset se
longè omnium atrocissimè & immanissimè vitupe-
rassè, persecutum esse, & blasphemasse Christũ, cui
vans ipse suis impijs dogmatis tot abstulit animas,

*Ridicula Lu-
teri oratio.*

L. L.

vt

vt sine horrore & stupore nec dici queat. Et tamen dicit se amasse & laudasse Christum. Hoc ergo erat de tanta impietate non solum nihil angere animo, sed gloriari etiam. Cadaver eius stanneo inclusum loculo, cum multa equitum & peditum turba & pompa ingenti Vuittenbergam non sine multorum lachrymis perductum est. Ille quidem sic mortuus est, sed post se in multis Europæ amplissimis regnis & prouincijs supremam ferè reliquit vastitatem, religione miserabiliter confusa & perturbata, inanis meritis euerfis Ecclesijs, destructis monasterijs, officijs pijs abrogatis cæremonijs & ritibus Ecclesiasticis, sacramentis horrendum in modum profligatis, vt ad Mahometanam constituendam impietatem parum aut nihil superesse videatur: & certè quibusdam in locis, vbi eius regnat Euangelium, homines in atheismum atque etiam ethnicismum ferè prolabantur. Eos nobis fructus affatim produxit miser ille, & mortalium omnium longè infelicissimus, qui vtinam nunquam natus fuisset, aut certè solus perisset. Nullum quidem vnquam miraculum edidit, quàmquam miracula omnia facillè vincit, quòd monachus apostata, incesto monachæ concubitu toties pollutus, totiam olim ante mille annos damnatarum hæresum instaurator, tot flagitijs coopertus, homo importunissimus, audacissimus, maledicentissimus, qui nulli omnino parceret, omnia sursùm deorsùm miseret, tantam sibi apud cæcos & miseros mortales existimationem conciliare potuit, vt non alio quàm apostoli & tertij Eliæ loco haberetur. Conatus est quidem aliquando demonem expellere, sed frustrà. Id in Lectoris gratià huc breuiter adscribam. Anno 1545. puella quædam dæmoniaca è Misnia adducta est Vuittenbergam ad Luterum, ceu tertium Eliam, ea spe, quòd Luterus dæmonem esset eieciturus. Ille quidem, vt potè malè

sibi conscius, principio valdè se difficilem præbuit, tamè tandem iussit puellam in sacrarium parochianæ Ecclesiæ introduci. Ibi suis quibusdam Luteris exorcismis adiurat dæmonem, sed dæmon eius exorcismos irridet. Tum verò Luterus mirè angere, discruciarì, & è sacrarij ostio se velle proripere. At malus dæmon adedò obstruxit ostium, vt neque foris, neque intus referari potuerit. Ea res etiam in maiores illum miserum angustias adduxit, iamque per fenestras erumpere conabatur, sed conatus eius cancelli ferrei retardabant. Denique securi ferrea per cancellos immissa ostium perfringi oportuit, vt Lutero patèret exitus. Faxit Dominus deus noster, vt ad sanitatem redeant, qui eius hominis, nulla vitæ sanctorum, nulla miraculorum efficacia suffulti, infaustum Euangelium magno totius Europæ malo complexi sunt.

Norunt omnes, quàm ille infelix atrociter oppugnàrit peregrinationes religionis causa susceptas, & inuocationem Sanctorum, adedò vt etiam Virginem Matrem non plùs sibi præstare posse precibus suis, quàm quempiam vicinum suum, dicere non dubitãrit. At multò rectiùs fecissent, qui puellam hanc ad eum adduxerunt, si pro ea beatissimæ Virginis Mariæ suffragia apud DEVM implorãssent, quam certum est hodieque multa præstare beneficia ipsam piè inuocantibus. Et vt pietas confirmetur, atque impietas pudeat, adscribam hic nonnulla ex Thoma Moro, qui aliquando fuit Angliæ Cancellarius, Vir incomparabili ingenio, magna doctrina, & tandem celebri martyrio illustris: sed adscribam verbis meis. Nam ille quidem hæc Anglicè scripsit, quæ alius vir doctus postea reddidit Latine. Ait se *Dialog. li. 1. cap. 16.* nonnulla posse suæ ætatis commemorare miracula, quæ ad imagines, quas solent homines pij

Miraculum
Luteri insi-
gna.

Luterus dæ-
monem vult
expellere,
sed frustrà.

etiã peregrè inuifere, edita ſint, tam ab omni ſuſpicionẽ aliena, tamq̃e amplis fulta teſtimonijs, vt qui ea velit reuocare in dubium, is non multũ ab infania abeſſe videri queat. Interim vnum recitat admodũ illuſtre, quod ante paucos annos in cuiuſdam viri nobilis Rogeri Vuentunorſi aliquot proles declaratum ſit diuinitũs, præcipuè autem in vnam ex filiabus eius, annorum non ampliũs duodecim, quam malus dæmon inuaſerat, & multis modis diuexarat. Erat illa iam mentis inops, deliransq; procaciter & petulantè in Deũ ipſum incurrebat, execraturq; res quaſq; precibus ſacratas, & quod mirum eſt, facile etiã nullo indicante à non conſecratis illas in ternoſcebat. Fiebant hæc proculdubio illo efficiente, qui puellam occupabat. Interim verò tum ſua voluntate, tum diuina admonitione permota eſt, vt ad S. Mariæ Ippifuuitchij (eſt hoc Angliæ oppidum) accederet. In illo autem itinere quæ id temporis alibi diceretur & fieret, citra mendacium edicere potuit, multaq; raptã in ecclaſia rara & ſublimia promebat, licet ipſa eorũ rudis eſſet & imperita, vt etiã viri doctiſſimi non mediocriter admirarentur talia ab illa dici poſſe. Vbi porro ad locum ventum eſt, erat ibi imago beatiffimæ virginis Mariæ. Cõram ea dum illa puella ſiſtitur, aderant per plures ſplendidi ac nobiles viri, & ecce ab illo tetro ſpiritu horrendum in modum dilaniatur, facies & oculi terribilem in ſpeciem transformantur, os contorquetur & diſtenditur, oculi in maxillas prominēt, vt ſine horrore nemo eam poſſet inueneri. Aderant & alię perſonę, in quas, permitte Deo, improbus ſatan mirabiliter ſequiebat. At qui mox omnes illæ vnã cum puella perfectę ſunt redditæ ſanitati. Huic tanto ſpectaculo aderant parentes puellę, homines & ordinis ampliſſimi, nepe queſtris, & rebus locupletes: aderant & alij per multi

Exemplum
memorable

Miraculum
inſigne.

multi magnæ dignitatis, prudentiæ & experienciæ. Aberat verò omnis fingendi vel ſuſpiciõ, tum quod puella tenera eſſet ætate, tum quod rei ipſius immanitas & horrèda ſpecies omnem excluderet ſimulationem. Cernens autem puella ſe liberatam, licet pater obluſtaretur, mundo huic ilicò nuncium remiſit, & in cœnobio benè inſtituto ſanctarum virginum religionem profeſſa monaſticam, piè & ſanctè vixit. Hæc ferè Morus, cuius tanta eſt autoritas & integritas, vt bona fide rem totam ab eo relatã eſſe, nemo niſi improbus dubitare queat. Luterus proculdubio cum ſuo grege hic exclamaret rem eſſe commentitiã, quemadmodũ Bren-^{Brentius cõtra Petrum Sorum.} tius nõ veretur ſcribere, quod Iulianus apoſtata in magno poſitus metu, nè à dæmonibus diſcerperetur, licet iam Chriſti religionem abiurãſſet, tamen crucis expreſſo ſigno illos à ſe fugãrit, id non factũ crucis ſigno, ſed dæmonis ſimulatione ad confirmandam ſuperſtitionem & magiam: nec enim magis ad pietatẽ facere digitis crucem formare, quã ſi manibus in aère circulum deſcriperis: quæ ſunt verba digna tali viro, qualis eſt Brentius, hoc eſt, impuro heretico. Sed nos iſtorum hominum verbis prorsũs nihil moueri debemus, præſertim cum huius rei tot illuſtres fuerint ſpectatores, & teſtes omni exceptione maiores. Mihi hoc miraculũ com-^{modè hoc loco inferi videtur, vt Catholicus lector videat non deſſe hodieq; miraculorum etiã inſignium editionem in Eccleſia Catholica: porro de iſtis prodigioſis noui Euangelij buccinatoribus rectè dici poſſe, eos nec claudicantem canem, nec cæcutientẽ equum vnquam curare potuiſſe: quãquã vt miſeri homines intelligerent, quale portentum in infauſtis Luteri dogmatis complectendis ſequerentur, memorabili id portento præpotens Deus teſtatum voluit efficere, quando biennio poſt illud}

Vuormatiæ à Carolo V. & imperij ordinibus contra Luterum promulgatum edictum, ad fines Vuirtembergæ vitulum caluo capite & cucullatum, suspendendo illo quidem, sed cum primis accommodato ostento vacca peperit. Ferrus autem Luterus etiã mortuum quandoquẽ quibusdam immurmurationibus excitare voluisse, Vuilhelmum illũ Nefenũ in Albi submersum, sed accidit illi quod Persius ait: Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

*Conuentus
aurei velle-
ris.*

Hoc anno Carolus Cæsar Traiecti habuit Conuentus aurei velleris, & Italię, Hispanię, Germanię, Flandrię principum aliquot noua electiõẽ illud auxit sodalitiũ. Indẽ Ratisbonã ad Comitã iturus cum traiectũ superius venisset, Legati aliquot Principum & ciuitatum Germanię occurrunt, vt certius cognoscerent de fama, qua iam vulgatum erat, Cæsarem militẽm cõscribere. Sed eodem quoquẽ tempore rumor erat, Protestãtes nescio quid moliri in Cæsarem, sua habere conuenticula, & id genus alia, quæ non immeritõ Cæsarem ad arma paranda mouere potuissent. Vbi autẽ viderunt legati, Cæsarem nullum circa se inuitatum habere militum presidium, melius sperare cõeperunt, itaque discedunt. Erant cum Cæsare custodię causa equites cataphracti quingenti. Vbi Spiram venit, Palatinus cum vxore Cæsaris nepte eum adiit: venit etiã eõ Lantgrauus Hesse; atq; vterque non diũ post discessit, quod Cæsar non vsquequaquẽ votis illorũ respondere videretur.

*Ferdinandus
duas elocat
filias.*

Dum Ratisbonę Comitã aguntur, quod iam Cæsar peruenerat, Ferdinandus rex duas filias suas elocat, Annam Alberto Bauarię, Mariã Guillelmo Cliuensi Principi. Interim Cæsar ad se tribunos & cõturiões aliquot clãm euocat Ratisbonam, neq; id latuit Protestãtes, qui omnia accuratissimẽ explorarent. Itaq; Cæsarem ad eunt, scire cupiunt, cui bellum

bellum facturus sit, se quidem paratos imperata facere. Cæsar nõ negat aliquot se cohortes cõscribere in quosdã refractarios & rebelles, quos edomare constituerit: qui ipsi auxilio sint, illis se benignũ & clementem dominum fore, ceteros non alio quã hostium loco habiturum. His auditis, Legati domum proficiscuntur. Hoc belli Germanici inter alia quoddam fuit initium: Cæsar diũ multa dissimularat, sed pactis cũ Turca inducijs, pace quoquẽ cum Gallo & Anglo confecta, non putauit sibi vltimũ dissimulandum, presertim cum vir prudens simus non ignorãse videatur, quid pleriq; moliretur. Erant per id tempus Luteranorum siue Protestantium magnæ vires, porrõ Cæsaris exiguæ copię, & magna gerendi belli in ipso initio impedimenta ac difficultates, presertim q̃ Cæsaris consilia etiã ab amicis ad hostes perferri dicerentur. Augustani omnium primi ad arma concurrunt, ea tamen moderatione, vt Cæsareanos vrbe non arceant, quod minus ad bellum necessaria comparare queant. Ven-

Copia Cæsaris.

nerunt autem ad Cæsarem Germanorum peditum cohortes quinquaginta: ex Pannonia Hispanorum duo millia expectabantur & octingenti: è Gallia Cisalpina eiusdẽ gentis tria millia. Equitum ad nouem millia conscribi iussa sunt, sed locis valdẽ diuersis, quod Cæsari magno incommodo fuit. Protestantes interim ex Augusta & Ulma & ditione Vuirtenburgica Clusã properant, vt Italos à Pontifice missos excludant. His Protestantium copijs preerat Sebastianus Schertelus vir militaris. Itaque Clusã arx munitissima deditiõne capta est. sunt qui proditiõne factum putent. Indẽ Oenipontem petunt, sed nihil efficiunt. Abeunt igitur, presidio

*Protestãtes
obtinent
Clusã.*

Item Fiesã.

imposito Clusę & Fiesę, quę duæ omninõ vię erãt, quibus ex Italia in Germaniam veniretur. Si Schertelus cum suis copijs rectã petisset Ratisbonam,

Primus error Protestantium.

vbi Cæsar tum erat, rebus omnibus imparatissimis, melius suorum rebus consulisset. Sed eo consilio DEVS illos tum priuauit. Fuit hic primus illorum error.

Copia ingens Protestantium.

Dum hæc geruntur, Saxo & Hesses scribunt Cæsari literas, quibus se testantur in officio permanenturos, aut si quas iniurias intulerint, de illis velle satisfacere, si lege agere sinantur. Cæsar illis nihil respondit, quippe qui sciret eorum exercitum omnem in vnum locum conduci. Nec diu post omnes eorum copie Danouertum cum Saxone & Lantgrauio peruenere. Erant peditum ad octoginta, equitum ad decem millia: porrò tormenta bellica 130. Cæsar tum admodum immunitus fuit. Atque hic quoque summam rei bene gerendæ occasionem Protestantibus amiserunt, dum non vident, quam facile Cæsarem vel è tota Germania excludere potuissent, si cum omnibus copijs rectè Ratisbonam contendissent. Non est igitur dubium, quin à Cæsare steterit deus, Et hic eorum secundus est error.

Secundus error.

Interim Ferdinandus rex Pragæ peruenit, cum Mauritio Saxone acturus de bello in Electorem Saxonie concitando. Fuerant Mauritio cum electore cõninentes inimicitie, sed eæ paulo ante sopite erant. At postquam Cæsar proscripsit Electorem Saxonie & Lantgrauium, Mauritius inimicitias repetit, & cum Ferdinando rege cõiunctus, Saxonis ditiones vastare instituit. Porrò verò Saxo & Lantgrauius puerum cum ancatore ad Cæsarem in castra mittunt, qui epistolam perferunt ad teli amentum deligatam. Hic vetus Germanorum mos est belli denuncians. Videbantur illi digni esse supplicio, sed incolomes dimissi sunt cum tabulis proscriptionis, nullis præterea literis alijs additis. Cæsar quidem eorum epistolam nec inspicere voluit. Sub idem tempus veniunt ad Cæsarem à Pontifice peditum circiter

Protestantes bellum denuncians Cæsari.

Copie auxiliares Pontificis.

decem millia, equites leuioris armaturæ septingenti. His alij duceti equites à Cosmo Medice Florentino Principe, & centum à Ferrariensi duce missi accesserunt, Venerunt & Hispani, præstanti virtute & veterani omnes. Erant iam cum Cæsare 16. millia Germanorum peditum, Italicorum decem, Hispanorum circiter octo, equites hastati mille sexcenti: & præter hos alij, ita vt in summa essent bis mille cataphracti & mille leuioris armaturæ, omnes verò copie præsertim peditum, longè selectissimæ: nec tamè aderant, quæ in Belgio à Burano conscribebantur. Cum hoc exercitu & triginta sex tormentis aenis Cæsar ad hostem contendit, qui tum circa Ingolstadium statua habebat. At Saxo cum Lantgrauio Ratisbonam iter intendit prudenter quidem, sed serò. Cæsar enim mox Ratisbonam subsidia equitum & peditum mittit. Itaq; Ingolstadium Protestantes reuertuntur, quò se etiam Cæsar contulit. Non defuisset tum Protestantibus occasio rei bene gerendæ, si totis viribus Cæsarem oppugnassent, aut illius ad Ingolstadium iter anteuertissent; atqui certè non in multitudine exercitus, sed in Numinis fauore certa est belli victoria. Igitur Cæsar Ingolstadium præoccupat, & opportuno loco castra metatur, Locici natura hæc erat: Sinistrum latus ripa fluminis & loca palustria tuebantur: à tergo quæ erant, oppidum ipsa tuta ab hostibus reddebat: à dextra & à fronte, aperta planities, sed leuiter fastigiata. Ab hac vtraque parte Princeps Albanus, quem Cæsar eius belli summum Imperatorem esse voluit, incredibili celeritate transfersam fossam & vallum perduxit. Non diu post vtraque & Cæsaris & hostium castra ea propinquitate inter se coniuncta sunt, vt tormentorum pilis contingi possent. Ibi Cæsar equo vectus suos obequitabat, nè quicquam pilarum densos imbres reformidarent, adhortans, & vt presenti

Cæsaris castra ad Ingolstadium.

Cæsar hortatur suos.

animo, pristinae virtutis & secundissimorum prelio-
rum memores, hostis impetum ferat, locum quisq;
suum strenue tueatur, Quae Caesaris oratio & praesentia dici vix queat, quantum alacritatis & bonae
spei militi attulerit. Atqui hostes ex alia parte hor-
rendum in modum tormenta displodunt, & pilarum
imbribus vallum & acies Caesareanas complent, sed
paucos admodum, DEO suum Caesarem euiden-
tissime protegente, laedunt. Caesaris agmen sapissimum
traiectum est, atque circa eum ipsum tam dense vo-
litabant pilae, vt in maximo discrimine versaretur.

*Caesaris di-
scrimen.*

Accidit quandoque, vt globus directò in illum eia-
culatus, ita propè ad pedes eius decideret, vt praesentissimum illi immineret periculum, si vel leuiter
resultasset, & non praepotentis Dei iussu eodem lo-
co defossus & immerisus haesisset. Saevissima ita tor-
mentorum tempestate, quae octo amplius horis ce-
lum commouit & vndas, in ea Caesaris acie vnus ex
stipatoribus peremptus est, equi duo, & signum mi-
litare vnum discerptum: nullum aliud grauius da-
mnum datum, singulari pculdubio beneficio Dei,
qui seruat sperantes in se. Fuit autem in Caesareanis

*Constantia
Caesareano-
rum.*

hoc eximiae constantiae & inuicti animi haud ob-
scurum argumentum, quod nullus suum visus est
locum deserere, licet nongentis hostium globis ter-
ribiliter eo vno die peterentur. Alio die rursus ad
tormentorum crebriora, quam prius, tonitrua hos-
tes redeunt. Caesar ad suos alacriter accurrit, eorum
animos mirifice confirmat, contemptis periculis, à
quibus plerumque non longè aberat. Quam fuerint
hostes in displodendis tormentis pertinaces & cre-
bri, vel inde constare potest, quod praeter alios qui

*1900. pile
in castra
Caesaris co-
eucte.*

vel in castra non inciderint, vel reperiri non potue-
runt, mille nongenti & amplius globi reperti sunt,
Cum autem Caesar illorum castris in dies propius
suas munitiones coniungeret, multisq; illi quotidie
incom-

incommodis afficerentur, nõ sine magno dedeco-
re eo loco decedunt, cum antea comminatio essent,
se Caesarem breui è tota Germania exacturos.

Per hoc tempus Comes Buranus suas copias, quas
Caesari in Belgio coegerat, Rhenum mirabili indu-
stria ac solertia inuitis hostibus traducit. Ad Fran-
cofurtum postea cum illis leuiori commisso prelio,
non paucos occidit, reliquis vsque adeò perterritis
& properè in fugam ruentibus, vt non prius fuga
desisterent, quam in oppidum peruenissent. Caesar
Buranum admonet, vt iter cautè instituat: hostes à
se discessisse, atque ad ipsum properare. Progressi
verò hostes, ad Danouertum castra locant, & Lants
grauius rei frumentariae consulturus, Laugingam
Bauariae oppidum deditione facta, in fidem accipit,
atq; inde Danouertum redit. Buranus breui postea

*Burani co-
pia ad Ce-
sarè veniit.*

cum suis copijs, quae erant longè ornatisissima, ad
Caesarem Ingolstadtium in columis peruenit. Ea re
fracti sunt non nihil Protestantium animi. Biduo post
Caesar Neoburgum petit, inter densissimam missi-
lium multitudinem, quae ab hostibus è muro iacula-
bantur, loci naturam & situm oppidi fummo cum
periculo, Albano comitatus, explorat: inde Ingol-
stadtium redit, postridie castra mouet, atq; recta ad
Neoburgum regione confidet. Neoburgenses ad
eum legatos mittunt, seq; eius voluntati permittunt:
idem faciunt tribuni & ordinum duces, qui illic praesidio
relictii erant. Id quidem Caesari ob eius loci
opportunitatem, commodissime euenit. Caesar ho-
stium praesidarios milites omnes pro sua clementia
incoluntè dimisit, cum iure in eos, tanquam qui in
Principè suum arma tulissent, animaduertere posset.

*Neoburgi
deditio.*

Eo triduo Caesar more militari exercitum suum re-
censer: repertus est equitum numerus millium cir-
citer nouem, peditum circiter quadragintaquinq;.

*Totus Ca-
esaris exer-
citus.*

Neoburgo Caesar Vuendingum cum exercitu pro-
ficisci.

ficiscitur, arque aduentanti Senatus urbem deditur. rus occurrit. Per hoc tempus nunciatur Cæsari, hostes cum omnibus copijs ad ipsius castra contendere, neq; iam procùl abesse. Tum ille, licèt dextrum pedem podagra affligeret, equum conscendit, pedè linteo ab ephippio pensili sustentat, atque hunc in modum tota die inter suos obequitat, contemptis acerrimis podagrę doloribus: verùm hostes nebule beneficio vsi, quæ ea die densa admodùm fuit, iter Norlingam versùs conferebant. Cùm autem ei ab Albano nunciaretur, videri ipsi hostes ad dimicandum paratos, ille respondit: Per me non stabit, quò minùs, fauente Deo, fiat pugnandi potestas: Et mox vt erat in equo, (nò enim podagra sinebat eum descendere) arma induit, & acies procedere iubet. Verùm hostes cœptum iter Norlingã versùs nihil intermittentes, Cæsareanos pugne avidos sua spe frustrantur. Videns autem Cæsar ad pugnam eos elici non posse, ad alia consilia conuertitur. Mittit clam Octauium Farnesium cum Italicis copijs & Schamburgianis cohortibus, qui Danouertum urbem ad Danubium sitam repente occupent. Ea res prosperos habet successus, & oppidani subita Cæsareanorum irruptione perterriti, sese dedunt, non minori hostium damno, quàm Cæsaris commodo. Cæsar postera luce eò contendit, hostibus interim nihil se mouentibus. Altero indè die Dilingam Augustani Episcopi oppidum, sed quod tum hostium presidio teneretur, venit. Hostes mox fugiunt ex oppido, & ciues libentissimis animis tum Cæsarem, tum Episcopum recipiunt. Indè quoquè Lauringa se dedit, licèt initio superbè respòdissent incolę. Idem facit Gudelinga. Itã paulatim Cæsaris res crescebat, Deo illum adiuuante.

Danouertũ occupat Cæsareano

Saxonia à Ferdinando

Interea nunciatur Cæsari, à Ferdinãdo & Mauritio in Saxonia rem prosperè geri, Saxones pullos &

& profligatos, & magnam eius ditionis partem in vtriusq; potestatem esse redactam. Hoc nuncio Cæsar exhilaratus, multa tormenta in letitię signum & vt hostes intelligerent hæc iam ad ipsum perlata, displodi iubet. Iam hyems appetebat, nec deerant, qui Cæsarem hortarentur, vt militem in hyberna reduceret, maximè quòd castra loco admodùm incommodo sita essent. Sed Cæsar commodissimò castris locandis loco reperto, eò traducit exercitum, cunctis vsq; ad eò gratulantibus, vt eum locum castra Cæsaris appellãrunt. Ex eo loco vehementer afflixit hostes, emissis longè lateq; equitibus hippoclopiſtis & leuioris armaturę, qui eos à frumentatione prohibent. In dè accidit, vt in eas rei frumentarię angustias venerint, vt quinq; continuos dies milites frumento & panè caruerint.

et Mauritio vexatur.

Inopia frumenti apud Proteſtates.

Sub his angustijs Saxo & Hesus nacti idoneum hominem, per Iohannem Brandeburgicum Electoris Brandeburgici fratrem, de pacis conditionibus cum Cæsare agere cœperunt: sed cùm Cæsar alias proponeret, quàm ipsi vellent, nihil effectum est. Dolendum quidem est, Principes illos suorum cõcionatorum malis consilijs eò adductos esse, vt tam se Cæsari refractarios præberent, & demùm etiã arma contra illum capefferent, cùm rarò soleat bene cedere, si quid cõtra magistratum temerè attentetur. Et hoc quidem bello, cùm essent illorum longè auctiores quàm Cæsaris copię, tamen quater castris excedere compulsi sunt. Vbi porrò Cæsar intellexit hostium equitatum cum parte peditum in Franconiam iter habere, omnibus modis anteuertendum putauit, nè tam opulenta illi potiti prouincia, vires iam non mediocriter elisas redintegrarët. Itaque licèt difficili anni tempore, tamen nihil sibi cessandum putauit, donèc Rotēburgo ciuitate imperiali potiretur, In eo itinere dedunt se illi Boffingenſes,

Rotenbur-
gū Casari se
permissis.

Protestātes
domum ab-
unt.

gentes, Norlingenses, Dinkelspuleses, Vbi Rotē-
burgenfes eius sensere aduentū, pridē obuiam p-
gressi, magno studio se suaq; omnia illi permittūt;
neq; enim illi reliquis fœderatis consenserant, neq;
auxilia illis vlla suppeditārant. Vbi hostes sensere
Rotenburgum à Cæsare teneri, non mediocriter
perturbātur, atq; paulō pōst singuli domum reuer-
tuntur. Lantgravius vbi Francofurtum venit, obse-
crantibus decurionib; & ciuibus, vt quid faciendū
sit edoccat, respondit optimam sibi rationem vide-
ri, vt vnaquęque vulpecula suam caudam tueatur.
Saxo quoquē, alique contractis disperarum co-
piarum reliquijs, domum redit, & in itinere ab Ec-
clesiasticis magnam vim pecunię extorquet. Cæsar
verō Buranum in Belgium remissurus hortatur, vt
exitinere vel ad defectionem inducat, vel ad dedi-
tionem vi adigat Francofurdienfes. Ipse Cæsar cum
reliquo exercitu ad fœderatas ciuitates, in quibus
hostium præsidium omne & robur pōsitum esse nō
ignorabat, itē statuit conuertere. Sed tantus iam
omnes terror inuaserat, vt pleręq; ciuitates, à fœ-
deratis desciscerēt, & ad eius amicitiam adspirarēt.
Rotenburgo discedens, Halam Sueniæ in sine op-
pidū peruenit. Eam enim tum recēns Cæsar in sidē
recepit.

Palatinus
ueniā petit
es impetrat.

Cū illic podagræ morbo impeditus, aliquādiū
herere cogeretur, Fridericus Palatinus ad eum ve-
nit, & supplex cum multis lachrymis veniam petit
& impetrauit, licēt Cæsar principio nō nihil asperū
se non sine causa exhiberet. Miserat enim non pau-
cos equites subsidio Protestantibus. Sed in Cæsare
hoc fuit admiratione dignum, quod non tam illatę
iniurię, quām beneficij quandoquē collati esset
memor.

Item Vlmē-
ses.

Eodem tempore venerunt etiām eō Vlmenses, &
tandē admissi coram Palatino, qui ægotanti Cę-
sar

fari aderat, capite demisso & vultu mœstissimo ad
Cæsaris sese. pedes abijciunt, & eius clemētiā im-
plorant. Cæsar quoquē illis ignouit certis condi-
tionibus.

Deindē Cæsar Hala egressus, Hispanos & aliquot
cohortes alias mittit in agrum Vuirtembergensem,
atq; mox ipse cū reliqua exercitūs parte subsequi-
tur. Ea re cognita, Vuirtembergensis princeps non
ferens ditionis suę vastationem, atq; animaduertēs
omnes vicos, omnia ædificia & oppida omnia, in Cę-
saris potestatem venire, à Cæsare pacem petit, & im-
petrat, non recusatis cōditionibus, quas Cæsar præ-
scripserat. Interim veniunt literę à Burano ad Cę-
sarem de occupata Francophordia. Postridiē ad eū
veniunt à septem ciuitatibus fœderatis legati de
deditione. Vt enim ad Cæsaris gratiam propensius
adspirarent, eius faciebat incredibilis moderatio,
quā in tanto belli maximi successu utebatur. Iam Sue-
uię vrbes omnes in eius potestate erant: Augustani
soli cunctantius sese dedidēre. Cæsar indē Vlmam
venit, susceptus honorificentissimē & amantissimē.
Fuit enim Germanorum in Cæsarem amor singula-
ris, itā vt eum patrem blandissima voce appellarēt:
quin & extere nationes & hostes etiām ipsi nō me-
diocriter ipsi afficiebantur. Est enim ea virtutis vis,
vt in sui admirationem & amorem etiām improbos
inuitet. Augustani Cæsaris exercitu aduente, ad
Cæsarem legatos mittunt, sed ijs cōditionibus pro-
positis, quas Cæsar nollet, vacui recedunt. Indē re
deliberata, & quod Schertelus, vir militaris & au-
dax, ex vrbe spōtē excessisset, ad Cæsarem redeunt,
veniam suppliciter perunt, & à clementissimo Prin-
cipe impetrant, adeo vt mitissima consuetudine sua
dexteram singulorum apprehenderet, quo honore
etiām alias ciuitates affecerat. Postremō etiām Ar-
gentoratenses fide publica ad eum veniunt, & se in
pristi-

Princeps
Vuirteber-
gic⁹ Casari
conciliatur.

Frācofurtū
occupatum.

Germanorū
amor in Cę-
sarem.

Augustani
redeant in
gratiam.

Item Argen-
toratenses.

pristinam clientelam restituant. Hic nimirum fuit prioris belli Germanici, contra Imperatorē temerē suscepti euentus, ad quod Imperij Ordines impulerūt impuri apostatæ & seditiosi ecclesiastæ, qui salua Cæsaris amplissima autoritate, res suas saluas esse non posse faciliè peruidebāt. Ex ipsis autē atrocissimis religionis & dogmatum dissidijs, quæ inter illos vigent, haud obscure potest animaduerti, non magnoperè illis curæ esse Reipublicæ & Christianorum salutem, sed vt suis priuatis rebus cōsulant, quantumuis interim sursūm deorsūm moueantur omnia. Ipse quidem Luterus in libello, quē nō diū ante obitum suū ad Saxonie principem & Lātgauium scripsit, ad hoc Germanie bellū classicum canit, dum inter cætera ait, Quisquis arma non corripit dum potest, is non vitur rebus à Deo collatis. Quid verò hoc est aliud, quàm subditos in suos magistratus concitare?

Pax inter Gallos & Anglos.

Hoc anno pax inter Gallos & Anglos conciliata est ea cōditione, vt certa pecuniæ summa Anglis intra octauum annum numeretur: ea perfoluta, Borussia ad Gallos pertineat, sed interim ab Anglis retineatur. Eam pacē, ob diuturna bella & alias calamitates, ingens annonæ caritas apud Gallos secuta est.

Incensum Mechlinia.

Mechliniæ in Brabantia accidit clades memorabilis 8. Idus Augusti. Fulmen incidit in portam Arenariam, in qua asseruabatur pulcris tormentarij immensa vis, quæ illo cælitus lapso igne inflammata, tam horrendum edidit fragorem & tonitruum, vt pleriq; mortales putarent supremum adesse mūdi diem. Fuit id reuerà spectaculum horroris & terrores plenissimum. Momento temporis porta illa mirabiliter dissipatur, & nō modò turris, sed etiā vicinorum murorum fundamenta reuelluntur, & longè lateque per aëra iactantur: fossarum aquæ vi tanti ardoris exiccantur. Multi homines partim ex-

tincti,

tincti, partim grauiter saucij reperti sunt. Ludebant quidā chartis in caupona, sed subito oppressi percutunt: materfamilias domus sola euasit incolumis, quod magno suo commodo in cellarium descenderat, ceruiciam allatura. Quidam post triduum è specu progressus, sciscitabatur num mūdus adhuc subsisteret.

Saxonie princeps elector, vbi percepit Ferdinandum & Mauritium ipsius vastare ditiones, nec à Cæsare ea, qua vellet, conditione pax obtineri posset, copias dispersas partim colligit, atque in itinere, vt suprā attigimus, magnam pecuniæ vim, præcipuè ab Ecclesiasticis extorquet: Gemundam Sueuicæ oppidum oppugnat, ciues se dedentes pecunia mulctat, à Francophordiensibus nouem aureorum millia accipit, à Moguntino millia quadraginta exigit, Fuldensē abbatem & alios quosdam catholicos eodem modo tractat, licet esset à Cæsare proscrip-tus.

Saxo extorquet pecuniam.

A NNO 1547. die 18. Ianuarij Saxo Lipsiam Mauricij principis oppidū grauissimè oppugnat, sed re infecta discedere compellitur, quod vrbs fortissimè defenderetur. Crebris tormentorum iectibus scēdissimè vrbs dilacerata fuit atq; deformata. Indè profectus, amissa per Duringiam & Misniam, licet difficili anni tēpore, recuperat, quin etiam Mauricij oppida capit, præter Lipsiā & Dresdam, multa quoque alia ad se traducit, sed non diū occupaturus.

Oppugnat Lipsiam.

Per hoc tēpus Hermannus Coloniensis Archiepi-
scopus, cum nulla posset ratione à sententia inueniendi in suas ditioes Luterismi deduci, iussu Romani Pontificis & Caroli Imperatoris, loco mouet, & uenit, ei Adolphus ex illustri & antiqua Scauenburgensium Comitum familia subrogatur. Fuerat is aliquot

Hermannus Archiepiscopus loco mouet, & uenit.

Vetus religio restituta 1197.

Iohannes Gropperus.

Exemplum cōtinentiæ.

annis Hermanni coadiutor, multis præclaris dotibus ornatus, & catholica religioni addictissimus. Vbi autem ad eam peruenit dignitatem, mox religionem veterem tota diocesi restituit, Bucerana cōmentata prorsus aboluit, & verum pastorem re ipsa declarauit. Id quidem maturè accidit præclarissimæ diocesi, quæ iam multis locis ita erat nouis dogmatibus infecta, vt difficilis omninò curatio videretur, nisi DEVS manum apposuisset suam, eiusdem aurem Hermanni frater Fridericus Bonnensi præpositura exiuit, eaq; clarissimo viro Iohanni Groppero præter omnem eius expectationem confertur. Eius viri pro tuenda apud Coloniam Agrippinam & totam Coloniensem diocesin Catholica religione suscepti labores, vsq; adeo eum celebrem reddiderunt, vt Pontifex Paulus III. eum in Cardinalium amplius, senatum cooptarit. Fuit admirabili eloquentia, rara eruditione, animo imperterritus, nocte & die scripturæ sacræ & sanctissimorum patrum lectioni incubans, atq; à foedissimo concubinato, quo se plerique ex Clero turpiter dehonestant, vsque adeo abhorrens, vt cum quodam die domū reuersus, famulam inuenisset lectū ipsius sternentem, vehementissimè cōmōtus, famulam repente è cubiculo exigeret, & lectum è fenestra cubiculi proieceret, hoc ipso sanè egregium animi sui erga cōtinentiam zelum & ardorem præclare declarans. Quod idcirco commemorare volui, vt tanti viri exemplo permoueantur Ecclesiastici, & carnis petulantiam victus parsimonia, sacræ lectionis & feruetium precum assiduitate, vigilijs opportunis, mulierū vitanda cōsuetudine, & id genus alijs pietatis studijs edo-ment, desinantq; aduersum se prouocare iram præpotentis Dei, atque procacibus hæreticis veterem eandemq; Catholicam religionem lacerandi ac profcindendi præbere occasionem,

Sub

Sub Ianuarij finè Henricus Angliæ rex, anno 38. regni sui, vita excedit. Is Pontificem quidem Romanum ferre non potuit, quod repulsam apud illum passus esset in approbando Annæ Boleniæ cōiugio, sed tamen religionem veterem in plerisq; retinuit. Successit ei Edouardus filius, nouem annorū puer, sub quo paulò post Zuinglianismus in eo regno factus est. Protestantes ad regem Henricum legatos miserant, qui ab eo contra Cæsarem auxilia peterent, sed id frustra fuit.

Non longo interuallo, nempe pridè Calendas Aprilis, Franciscus Galliarum rex in arce Rambule-tana moritur, quem itidè Protestantes de supplicij ferendis sollicitarant. Obijt anno ætatis 54. Rex per omnia Catholicus & acerrimus nouorum dogmatum persecutor, fautor quoque præcipuus hominum literatorum, ipse non mediocri rerum multarum cognitione præditus, quâ sibi indè contraxerat, quod inter edendum de varijs disciplinis cupidissimè loqueretur, haberetq; in eum vsum apud se viros doctissimos, qui ex Poëtarum, Historicorum, Cosmographorum atque aliorum authorum libris semper aliquid in medium adferrent. Habuit quoque in Italia & Græcia, qui veterum monumenta cōquirent, confecitq; Bibliothecam optimis libris refertissimam, vnde nonnulli postea in lucem prodierunt. Pöterat Ecclesia vel florentissima nostris temporibus euadere, si nō incidisset inter Carolum Cæsarè & hunc Franciscū regem illa perpetua ferè simultas, quæ rebus Christianis, haud dubiè propter peccata nostra, magnam attulit calamitatè, præsertim quod interim Turcarū auctæ sunt vires, Christianorum imminutæ, & portentose hæreses mirum in modum increuerunt, certatim aliæ super alias ab inferis in orbem nostrum reuocata ab importunis ingenijs. Regi Francisco in regno successit Henri-

Angliæ regis obitum.

Francisci regis mors.

Bibliotheca Francisci regis.

cus filius, anno ætatis suæ viceſimo octauo, qui mox Annam Momorantium Conestablium, quem Latine Magistrum equitū dicimus, in pristina dignitate, qua iam totos feruantes sex caruerat, restituit: porrò quosdam alios magnos viros loco mouit. Horum duorum potētissimorum Galliæ & Angliæ regum obitus non mediocriter affixit. Prostantes, qui se sperarant ab illis cōtra Cæsarem subsidia habituros.

*Cæsar bellū
Saxonēcum
meditatur.*

Cæsar cum adhuc esset Vlmæ, & ex Ferdinandi fratris literis certior fieret de ijs, quæ ab Saxone principe gererētur, & ut is Boemos sollicitaret, vulgus ad se alliceret, Ioachimicam vallem, ærijs fecturis & auri argentique fodinis abundantissimam Ferdinando eripuisset, toto in bellum Saxonicum animo incumbere, licet afflicta esset valetudine. Putabat enim rebus maturè opem ferendam, anteq̃ viribus cōfirmatis hostes noui aliquid molirentur. Erant cum Saxone peditū circiter decem, equitum quatuor millia. iamque vsque ad eò Boëmos in suas partes traxerat, ut ij non dubitarent filias regis Ferdinandi in arce Pragenſi inclusas tenere. Itaq; Cæsar nullum neq; laborem, neq; periculum, neq; valetudinis detrimentū subterfugiens, præter copias, quas iam præmiserat, Germanos & Hispanos ex hibernis educit, & aliquot tormentis ab Vlmensibus acceptis, iter ingressus est.

*Vuirtembergicus sit sup
plex Cæsari*
Eo die, quo Vlma discessurus erat, venit eò princeps Vuirtembergicus in sella gestatoria, quòd podagra præpeditus, pedibus cōsistere nō posset, tandem admissus ad Cæsarem, per Cancellarium demissimè eius iram deprecatur, errorè suū palam confitetur, & in posterum summam fidem & obseruatiam pollicetur. Hoc spectaculū Vlmensibus & alijs qui eò confluerant, non mediocrem stuporem attulit, quòd illum quoq; supplicem Cæsari videret, quo

quo nullus è vicinis principibus esset potētior. Cæsar ubique vsus clementia, sub certis conditionibus noxam omnè afflicto Principi cōdonat: & bōfestim Vlma discedens, prima die Giengam, altera Norlingam venit. Ibi morbus podagræ recrudescens, magnam videbatur moram allaturus: sed præter omnium expectationem celeriter conualuit. Saxo interim Albertum Marchionem, quem Cæsar præmiserat, cuiusdam illustriſsime scemine proditione apud Rochliziam capit, & de eius exercitu mille trecentos homines occidit, reliquos ferè in potestatem redigit: ipsum Albertum Gotham perducere iubet, locum valdè munitum.

*Albertus
Marchio
capitur.*

Dum Cæsar est Norlingæ, Argentinensium legati ad eum veniunt, veniam deprecātes. Eos quoque Cæsar in fidem & clientelam accepit, quibus visum est conditionibus, inter quas hæc vna fuit, ut Cæsaris sacramēto rogarētur, quòd antea nulli cuiquam inquam Imperatori contigerat. Indè Cæsar Noribergam venit, magna ciuium gratulatiōe exceptus. Ibi dies quinq; confirmandæ valetudinis causa permansit. Constituerat ad Egram, quod est Boëmiæ oppidum, cum Ferdinando & Mauricio coram cōferre. Ibi Boëmorum apparuit à suo rege defectio, qui crebris arboribus succisis, Ferdinandum & Mauricium transitu prohibere conati sunt: attamè longiori circuitu tandem ad Cæsarem cum copijs suis, tribus ab Egra milliaribus, in castra venerunt. Erant illis grauis armaturæ bis mille ducenti, leuis armaturæ Hungari noningenti equites, omnes egregiè instructi, Paschalibus ferijs Egræ peractis, (ea enim Egra vrbs ciuitas cum summa laude hæctenus in Catholica religione constanter permansit) Albanum cum omnibus copijs & parte equitatus præmittit, ipse mox sequitur, in id vel maximè intētus, ut cum Saxone daretur prius configendi opportunitas, quàm ille se

*Cæsar venis
Noribergæ.*

vel Vuittembergam, vel Gotham, & in id genus alia munitissima loca reciperet. Erat per id tēpus Saxo apud Misnia oppidum, quod Mauricio paulo antē eripuerat. Eo se confert Cæsar, nonnullis ex itinere occupatis arcibus & oppidis. Cū iam nō amplius tribus milliaribus ab esset à Misnia, cōperit Saxonem Vuittembergam iter conuertisse. Intererat inter eum & Saxonē Albi latissimus fluuius, quem omninō trāsmittere cōstituit, nē Saxo ex ipsius manibus elaberetur. Erat res summæ difficultatis & periculi, Saxone ad Milburgum oppidū in vltiori ri fluminis ripa cum valida manu confedente. Interim nūciatur Cæsari, vadum in amplissimo flumine repertum eo loco, vbi & hostes eregionē sederent, & fluuius trecentos in latitudinem passus pateret, vndarumq; impetu & mole vel spectātibus horrorem incuteret.

Vadum in Albi reperit.

Cæsareani in Saxonēs.

Audax facinus 10. Hispanorū.

Iam hostes secundo flumine nauibus deferebantur: sed id Cæsareani conspicati, maximo impetu in ipsum flumen irruūt, & brachijs atq; humeris solis ex aqua extantibus, densissimam pilarum gradinē in hostes mittunt, itā vt & nauibus in terrā se eijcere, & precipiti fugā mandare cogerentur. Vt autem commodiū pedites & tormenta traduci possent, Cæsar pontē curauit ex nauib; fieri: sed quōd latior esset fluuius, quā vt naues ab ipso allatæ sufficerent, milites hortatur, vt hostium concisum pontem capiant. Atq; ecce cōfestim decem Hispani pedites vestes deponunt, gladios transuersos orē mordicū compræhendunt, flumen tranant, inter tela hostium innumera scaphas arripiunt cæsis aliquot hostibus, & ad citiorem ripam pertrahunt incolumes. Saxo tum concioni intererat: sed Cæsaris auditō aduentu, concio silet, conclamatur ad arma, & miles ripę defendendę adesse iubetur. At Cæsar incredibili celeritate equites vadū tentare, pontemq;

temq; ex scaphis coniungere monet. Erat tum illic rusticus quidā iuuenis robusto corpore, cuius equos bijuges hostes pridē eius diei abstulerant. Is Cæsari vadum ostendit. Primi traiiciunt Hungari equites, humeris tantummodò & pectore eminentes, & cum eis leuis armaturę equites, quibus singulis singuli milites sclopetarij, à tergo equis infidentes, adiuncti sunt. Indē cataphracti equites subsequuntur. Cæsarem vehēbat equus Hispanus, coccino serico villosus, cui ex auro fimbria erat, instratus. Ipse armis inauratis conspicuus, & conchiliata fascia bombycina, auro distincta, superindutus, casside Germanica capiti aptata, breuem hastam venabulo similem manu tenebat. Et sic ille princeps, rustico præeunte, Albim ingreditur, & incolumis in vltiorē pertendit ripā, atq; cum eo equitatus omnis saluus in terram euadit. Rusticum autē centum donat coronatis & equis duobus.

Albim traiciunt equites.

Cæsar Albim equo transmittit.

Peditatus ponte nondū perfectō tardiū traducebatur. Itaq; Cæsar omnia in celeritate posita cernens, solo equitatu hostē adoriri constituit. In ipso autē itinere, dum hostes insequitur, incidit in statuā Christi è cruce pendētis, cuius pectus tormētī globulo traiectū erat. Id ille pius Princeps cōspicatus, magno animi dolore correptus, suspicit in cælum, & O D E V S, inquit, modò velis, faciliē potes tantum scelus vlcisci. sicque cœptum profequitur iter. Interim Albanus oblata rei benē gerendæ occasione, Cæsari indicat se iam in hostes irruerit: tum acris à Cæsareanis in hostē fit impressio, itā vt mox in fugam incitati equites, peditatū prædę & cedi obijcerent. Iam ad Locheranam sylvam ventum erat, quæ passim tanta armorum multitudine constrata viscebatur, vt insequentibus Cæsareanis moram adferrent. Sed & occiforum & fauciorum multus erat numerus: maior verò captiuorum, itā vt plerisque n,

Facinus est angelicum, scilicet.

Captiuorum.

Cæsaris milites vicini & amplius captiui circumstiterent. Cæsareanis verò Saxonicos summa contentione insequentibus, breui ad Cæsarem, qui in media circiter sylua constiterat, nuncius de capto Saxone adfertur. Erat is in equo Phrisio armatus: cumq; ad Cæsarem peruenisset, velletque ex equo descendere, & dextræ chirothecam detrahere, Cæsar mitissimum secutus ingenium suum, neutrum permisit. Tum ille capite nudato, Ego, inquit, potentissime & clementissime Cæsar me tibi captiuum reddo. Ad ea Cæsar, Nunc ita quidem me compellas, ait, cum antea secus feceris. (Saxo enim & Lantgrauius hoc rerum tumultu, nõ Cæsarem eum, sed Carolum à Gandauo, qui se falso Cæsarem diceret, in literis publicis scribebant.) Addidit quoque Cæsar, optimo merito suo ad eiusmodi fortunam ipsum esse redactum. Quo audito, ille subituit: huiusmodi pressis & capite demisso terram intuens ingemuit, vultu sanè miserabili. Indè iterum petit à Cæsare, vt ipsum sic tractare velit, vt solent capti Principes. Ego verò, inquit Cæsar, te vt meritis es, tractabo. Mox in castra abducitur.

Mauritij
Periculum.

Eo die Mauritius princeps in summo periculo fuit. Cum enim hostes persequeretur, quidam ex illis à tergo eum adortus, bombardam dorso admouit, sed inani conatu, quòd ignis non emicaret. Verùm ille temerarius mox à Mauritanis discerptus est. Capta sunt in eo conflictu tormenta quindecim, & magnus bellicarum rerum apparatus: postriediè quoque sex alia tormèta in itinere interceptiuntur. Multa quoque præda, impedimenta, signa legionaria & equestria. Captus etiã est Ernestus Brunswicensis, Cæsar non amplius quinquaginta equites amisit. Victoria hac positus est 8. Calèdas Maij. Iulius Cæsar olim Pontico triumpho trium verborum titulum prætulisse fertur, *Veni, Vidi, Vici*. Ijs verbis nonnihil immu-

immutatis sic noster Cæsar, longè illi ob veram pietatem preferendus, vsus est: *Veni, Vidi, Deus vici*: vt Nota Casae ostenderet, se non suis viribus, sed diuino auxilio eius modestè eam victoriam acceptam ferre. Saxonis & Ernesti *et pietatè.* deindè custodia Alphonso Viui mandata est. Porro in deditiõnem Torga vrbe accepta, Cæsar ad Vuittembergam occupandam cum omnibus copijs procedit. Eam vrbe Saxo continuos viginthiquinque annos a deò communièrat, vt facillè etiã diurnã obsidionem passura videretur.

Obiter prætermittendum non est, qua in parte Albim Cæsar vado traiecit, postera die non nisi nãtando, & egrè quidè, id fieri potuisse. Graues quidã scriptores sic sentiunt, nõ sinè miraculo & presenti Numinis ope Cæsarem illud latissimũ flumen cum tantis copijs vado transisse. Quo autem die Saxo captus est, æstus fuit longè grauissimus, & sol velut sanguinolentus apparuit, non in Germania duntaxat, sed etiã in Gallijs.

Iam Cæsar oppugnare decreuerat Vuittembergam, cum ecce interuentu Ioachimi Electoris Branburgici, & Cliuensis principis, cuius foror in Saxonis matrimonio visebatur, precibus flexus, capitali sententia Saxonem absoluit, vitamq; ei his conditionibus donauit: electoria dignitate & agris oppidisq; omnibus ad Electoris ditionem pertinentibus exiuit. In Duringia tantum arces aliquot & agros retinet: Arma & ænea tormenta omnia cum vniuerso rerum bellicarum apparatu tradit, eorum ingens erat numerus, ita vt ex sola Vuittembergâ, præter minores machinas complures, 120. bombardæ exportatæ sint: Gotha nullis viribus expugnabilis solo æquatur. In ea fuere centum tormenta maiora, minora quamplurima: ænearum tormentorum millia, & multa alia. Sunt & aliæ conditiones, quas præterimus studio breuitatis. Accepta in de-

Cæsar Saxonem vitam donat.

Gotha maiusissima.

ditionem Vuittembergæ, biduo post Saxonis coniunx cum multis nobilibus in Cæsaris tabernaculo venit ex vrbe, atq; ad Cæsaris aduoluta pedes, ab illo manu alleuatur, & humanissimè in amplexu recipitur. Ea res omnium animos ad summam commiserationem flexit. Cæsar vbi multis eius precibus mitissimè respondit, mariti adeundi copiam ei facit, & honorificentissimè à se dimittit, atque altera die intra urbem in arce ipsam inuisit.

Scythia & *Afer parati militare Cæsari.* Perid tempus partim à Scythica quadâ gente ad Borythenis ripâ, partim à Tunctano rege ex Africa, Cæsari oblata sunt ad octo millia equitum: verum legatos Cæsar liberaliter dimittit, quod iam bello propemodum confecto, ijs copijs nõ esset habiturus opus.

Lantgravius vbi de Saxonis captiuitate & Cæsaris victoria cognouit, non immerito consternatus, per Mauritium de pacis conditionibus tractare cepit. Mauritio deprecatori Ioachimus Elector Brandenburgicus se coniungit: qui tum plurimum apud Cæsarem gratia & autoritate valebant, Cæsar quidem illorum preces audit, & quid à Lantgrauio fieri velit, ostendit: sed cum Lantgravius ad postulata semper aliquid vel adderet vel demeret, Cæsar tandem respondit, nihil se cum Lantgrauio velle agere, rebus ille suis vt vellet consuleret, id responsum non mediocriter eius perterruit animum, & ab vna iam Cæsaris peruulgata clementia salutis sibi presidium petendum sentiens, datis ad Mauritium literis, compositionis conditiones à Cæsare prescriptas, manu sua descripsit & tradidit, iisdemque paulo post apud Halam Saxoniam in deditioem acceptus est.

Verum antequàm isthæc transigerentur, Ferdinandus rex cum tribus ferè millibus equitum & sex peditum Vuittembergæ celeriter Pragam proficiscitur,

tur, & Cæsar cum omnibus copijs suis ad Lantgrauium edomandû contendit. Pridè verò, quàm Ferdinandus discederet, Hungarici equitatus prescripti Cæsari valedicunt, orantq; supplices, vt Pannoniæ à Turcis oppressæ afflictis rebus opè ferre velit. Cæsar eis liberaliter respondet, & singulis prescriptis ac decurionibus trecetorum coronatorum torquem donat: reliquis turmis vltra emerita stipèdia in singulos equites alterum gratuitum largitur. Eam liberalitatem omnes mirificè predicarunt. Hispanos etiàm illos, qui gladijs mordicis ore correptis hostium scaphas nando apprehenderant, singulos veste holoserica ornat, triginta donat coronatis, & inter duplares armaturas adscribit.

Liberalitas Cæsaris in Hungaros.

Item in 100 Hispanos.

Cæsar indè Halam abit, expectaturus illic Lantgrauij aduentû. Ibi tum repètè oritur seditio inter Germanos & Hispanos, haud dubio tristè habitura euentû, ni Cæsar non sinè periculo inter duas acies, furore & amètia cæcas, mediû se opposuisset. Erant adhuc apud Cæsarè Boëmorum legati: eos ad se vocat, hortatur vt ad officium & sanitatem redeant, se alioqui fratri Ferdinando minimè defuturum. Eadem ad Boëmos perscribit.

Seditio militaris.

Dum hæc geruntur, Lantgravius cum 100. equitibus Halam venit, postridè à Mauritio & Ioachimo in regiam deducitur. Aderant frequentissimi nobiles, qui se id nunquàm visuros putarât. Lantgravius corâ Cæsare in genua prouoluit, & eius nomine Cancellarius supplex Cæsarem honorificentissimè appellat, veniam petit, & obseruantiam ac fidem in posterum pollicetur, ac iure iurando cõfirmat. Cæsar per oratorem respondet, se licèt grauissimè læsum, tñ supplicii noxam cõdonare, capitis poena, prescriptione & carceribus perpetuis absolueret. His alijsq; nõnullis dictis, Lantgravius surgit, sed Cæsar ei neq; dextrâ dedit, neq; vllû beneuolentię genus exhi-

Lantgravius supplex veniam precatur.

Lantgravius se permittit Cæsari.

exhibuit. Intererat huic spectaculo Henricus Brú-
ticensis, quem hætenus captiuum Lantgravius de-
tinuerat. Postea Albanus Lantgraviu[m] secum in
arcem ducit, Electores ad cœnam inuitat, & Lan-
tgraviu[m] cœna facta apud se detinet. Id verò præter
spem accidit Lantgrauio, qui se longè maiori liber-
tate vsurum putarat. Conditiones quibus se dedi-
dit, ex multis hæ ferè sunt: Lantgravius & eius cli-
entes omnes Cæsari iurent, & vltro eius voluntati se
permittant. Ipse ex omni ditione quatuor delectas
vrbes continuo dedat. Loca aliquot munita diruat.
Centum quinquaginta aureorum millia pendat.
Tormenta omnia rhedis imposita (ea erant ampliùs
ducenta) Cæsari tradat. Henricum Brunsvicensem
restituat. Vitam Cæsaris beneficio habeat. Perpetua
custodia non asseruetur, &c. Hanc vltimam condi-
tionem neq; Lantgravius ipse, neque Principes in-
tercessores satis considerasse videntur, qua vtique
in Cæsaris arbitrio custodiæ vel breuiandæ vel pro-
rogandæ facultas cõstituta est. Tulit principio gra-
uiter captiuitatem suam Lantgravius, sed cum suis
ipsum scriptis reuinceretur, eam fortunam coepit
ferre moderatius. ad hanc verò calamitatè vtrunq;
Principè, & Saxonem & Lantgraviu[m], importuna
Luteri & seditiosorum concionatorum cõsilia ad-
duxere.

Is igitur vtriusque Germanici, quorum alterum
potest Saxonicum dici, belli euentus fuit, & Cæsar
tota Germania, quod nulli vnquam Romanorum
Cæsari obtigerat, feliciter edomita, à Paulo Ponti-
fice Maximo in Diplomate, quod Halæ accepit,
MAXIMI & FORTISSIMI cognomine or-
nata. Olim Carolus Magnus, multis bellicis rebus
clarissimus, triginta annis Saxones ægrè domare
potuit: noster Carolus maximus intra tres ferè men-
ses Saxoniam omnè sibi parère coegit. Post demo-
litas

litas Lantgrauicæ ditionis arces, Cæsar tormenta
omnia, quæ vtroq; hoc bello ceperat, Francophor-
diam conferri iussit, eaque hunc in modum distri-
buit: Mediolanum 50. totidem Neapolim, trecenta *Cæsar tor-*
in Belgium, reliqua in Hispaniam mittit. Postea *menta ca-*
Noribergam cõtendit, vt è loci propinquitate Fer- *pta vt dis-*
dinandi rebus apud Boëmos nervos maiores sua *tribuerit.*
authoritate adderet. Breuì post certior fit, Boëmos
iussa facere paratos, ad officium rediisse. Dum No-
riberge moratur, à Lubeco ampla ciuitate & nobi- *Lubecenses*
li, legati ad eum veniunt, qui doceant se nunquam *alieni à con-*
cum fœderatis cõsensisse, neque, vt pro certo etiã *spiratione.*
constat, omninò contra eum conspirasse. Bremen-
ses quoque per Danorum regem in fidem Cæsaris
recipi vehementer orant. Idem contendunt Pome-
ranus & Lunaburgicus. Hamburgenses primi omni-
um in ditionem venerant, missis Noribergam ad
Cæsarem legatis, qui magna pecuniæ summa multæ
nomine persoluta, vrbe, quod nunquam antea con-
tigerat, in Cæsaris clientelam conferrent. Itã iam
Cæsar latè rerum in Germania potiebatur, sed pro-
mitissimo ingenio suo ea vbique in dedititios ho-
stes vsus clemètia & lenitate, vt non defuerint post-
ea, qui dicerent illum non ea vsum fuisse seuerita-
te, quam res postularet. Verùm prudētissimus prin-
ceps, qui suæ felicitatis emulos non defuturos mi-
nimè ignoraret, & longè lateq; omnia circumspic-
ret, non est putadus in ea amplissimæ victoriæ pro-
sperrimis successib; quicquã temerè statuisse. Cum
autem tâte fuerint tamq; instructæ hostium copiæ,
& Cæsar contrà in primis Germanici belli initijs
a deo imparatus, vt nihil minùs quàm de bello co-
gitare videretur, ac nihilo feciùs tamè omnem ho-
stium impetum & inuictas vires mirabili ac propè
incredibili felicitate perfrerit, & de tota Germa-
nia mirabiliter triumpharit: facile, qui volunt, ani-
maduers

Lantgravius
captiuus te-
netur.

Cæsar tota
demat Ger-
maniam.

Cæsar vi-
ctor favore
Numini.

maduertere possunt, à pio Principe sterisse Deum; hostes verò, tum quòd ab auita Patrum suorum religione sanctissima ad noua seditioforù dogmatistarum commenta descuiissent, tum quòd in Principem ac dominum suum arma temerè sumpsissent, diuina ope destitutos fuisse, atq; idcò nihil vsquam ferè feliciter gessisse.

Et tempore, quo Cæsar è Vuittembergæ excessit, & Mauricius, septèuirali dignitate auctus, suos milites in vrbe immisit, clarissimus vir Iulius Pflugius in Episcopatum Numburgensem missus est, quem tum occupabat Nicolaus Amstdorfius egregiè Luteranus. Is Amstdorfius post colloquium Vuormaticense vltimum, quod anno Christi 1557. habitù est, vbi sectarij inter se conuenire non potuerunt, scriptù edidit, quo acerrimè inuechitur in Melancthonem, Brentium, & quosdam alios, qui in illo Colloquio Zuinglium & Osiandrum damnare noluerunt; atq; hoc ipso nomine, quòd hos & eorum sectatores damnare noluerint, eos ab Augustana Confessione discessisse ait. Eodè scripto apertè damnat Zuinglianos atq; etià Adia phoristas, quorum pareus fuit Melancthon. Quod idcò commemorare obiter volui, sicut etià id genus alia non rarò iam suprà memorauim, vt lectòr intelligat, quàm præclare inter se in hoc nouo Euangelio conueniant doctores Euangelici: cauatq; sibi à talibus, modò suè velit salutì consulum.

Cùm Ferdinandus rex in Boëmia esset Letmeritæ, Cæsar ei auxilio misit signa octo peditum Germanorum. Allata autem fama de capto Lantgrauio, literas dat Ferdinandus ad Pragenses, quibus eos sibi prestò esse iubet in arce Pragensi ad 6. Iulij diem. Veniunt illi, & supplices ab rege: offensus veniam petunt, & eius se voluntati permittunt. Intercedebant pro illis Ferdinàdus, regis Ferdinandi filius, & Augustus

Iulius Pflugius.

Boëmi eum rege suo in gratiam reddunt.

gustus mauricij frater, & nonnulli alij proceres. Itaq; sub conditionibus quibusdam à Rege pacem impetrarunt: porrò in nobiles quosdam, qui ad diem citati non venerant, seuerior sententia pronunciata est. Aliæ quoque nonnullæ ciuitates & nobiles infra Pragensium absque conditione sese dedunt. Caspar Pflugius, quem fœderati sibi caput constituerant, læsæ maiestatis damnatur, & promittuntur aureorù millia quinq; in caput eius. Ità illud quoque regnum breuì tranquillatum est, punitis seditionis autoribus.

Ad Iulij tertium diem Cæsar Bambergæ, vbi tum erat, imperij conuentum indixit: iubetq; ad Calendas Septembres conuenire omnes Augustam. Ipse sub fine Iulij eò venit cum Saxone captiuo, nam Lantgrauium Danouerti reliquerat. Ad Cæsarem Augustæ morantem venit à Solimanno Gerardus Veltuichus, què Cæsar legatù miserat Byzantiù, pactis cum Turca quinquennalibus inducijs. Fuit hic Conuentus frequentissimus, tametsi non sine morflu eum Sleidanus armatù vocat ob Cæsaris pactis cum Turca quinquennalibus inducijs. Fuit hic Conuentus frequentissimus, tametsi non sine morflu eum Sleidanus armatù vocat ob Cæsaris

pias, quæ tum intra & extra vrbem tenebantur. Ad erant electores omnes, & præter alios Imperij principes etià Cæsaris soror Maria Belgij prudentissima gubernatrix, & neptis, Lotharingæ vidua. Maximilianus Austriae Cæsaris nomine paucis præfatus est, ac deindè Cæsar per scribam, vt moris est, proposuit, què vellet ijs Comitij tractari.

Mensis Septembris die decimo quorundam con iuratione Petrus Aloysius, Pauli Pontificis filius, Placentiæ domi suæ cõfoditur, & Ferdinàdus Gonzaga, qui per id tempus Mediolanensi ditioni Cæsaris nomine præerat, vrbem Placentiam occupat. Ià hac cæde commemoranda Sleidanus more suo acerbè perstringit non Aloysium modò, sed ipsum quoque Pontificem, quem non solum Astrologiz, sed

Conuentus Augustan.

Induciæ cum Turcis quin quennales.

Petrus Aloysius per ommitur.

sed & Necromantia admodum studiosum fuisse scribit. Ità isti miserius quam sibi temperare possunt à summo sacerdote carpèdo, in quo si nolent personam, saltem officium venerari deberent. Certè de Paulo Pontifice multi honorificè scribunt, & eius virtutes prædicant. Qualisqualis autem fuerit, Sleidanus sacramentarius hereticus dignus nõ fuit, qui illum reprehèderet. In veteri lege capitale fuit, si quis principi gentis eius maledixisset. Hodie nihil equè familiare & solenne est, præsertim apud Evangelicos, quàm atrocissimè in Pontificem Ecclesie pastorem inuehi, & omnibus maledicentia generibus debachari. Qui autem in Catholica religione benè instituti sunt, in Pontifice Christum suspiciunt & venerantur, nec tam vitam & mores, quàm muneris autoritatè & amplitudinem attendunt, nè in Pontifice carpèdo Christum ipsum læsarisse videantur. Olim longè ante mille annos Constantinus pijsimus Imperator, cum in Nicena Synodo oblatè illi essent querelæ aliquot Episcoporum, quibus se inuicem accusabant: Mihi, inquit, homini errori obnoxio nefas esse videtur, ecclesiasticorum virorum accusationes recipere & audire. Atque his & paucis alijs dictis, querelas omnes, quas nec legere quidè voluit, coram Episcopis combussit: addiditque & illud: Si in Episcopum in cideret alienum coniugium violantè, se purpura sua piaculum illud obsecurum esse, nè tam scædum facinus spectatori- bus occasione mali crearet. Sed hæc propter insolentes dixisse sufficiat.

Anglorum de Scotis victoria. Hæc tempestate Angli Scotos prælio superant du-
store Somerseto regis aunulo. Pugnatum est ad
Musselburgum. Scotis præerat Iacobus Hamilto-
nus, Arranè comes & regni Scotiæ gubernator. Du-
bio aliquandiu Marte acriter certatum est, sed pau-
lò post multis nobilibus viris cadentibus, victoria
penes

penes Anglos fuit. Causa belli fertur, quod Edouardus regi sponsa non daretur, quemadmodum ex pacto oporteret, & Scoti se facturos receperant. Post eam pugnam Angli longius progrediuntur, & suæ ditionis fines in Scotiam proferunt. Porro domum reuersi, cum statuis & imaginibus sacris bellum gerunt, è templis eas profligant, & sacerdotibus in-
undim matrimonij faciunt potestatem. Præclarum sanè Evangelium, quod à contumelia Christi & sanctorum eius, atq; à sacris Veneris amplexibus sua fundamenta orditur. Sed hæc quandoquè vindicabit Christus, & suas sanctorumq; suorum iniurias egregie vlciscetur, Venerisque putidos sacerdotes mittet in stagnum pice & sulphure in omnem æternitatem arsurum.

In Augustano, quem diximus, Conuentu Principes omnes Concilij Tridentini decretis se submittunt, Cæsare plurimum eam in curam incumbete, vt religio collapsa in Germania posset instaurari, & hereses profligari. Porro verò, quod Lantgrauij captiuitas præter quorundam spem accidisset, multum his comitijs laboratum est pro eius impetranda liberatione. Vxor eius Augustam venit, & cum ea Ordines omnes ad Cæsarem intercedant, sed nihil tum impetrari potuit. Priusquam intercederetur, Cæsar rem omnè, vt cum Lantgrauio adu-
esset, paucis ordine ad status omnes exposuit, nec erat quisquam, qui eius factum improbaret, licet Mauricius & Brandeburgicus nonnulla allegarent. Error omnis inde accidisse videtur, vt antè dictum est, quod neq; hi duo principes, neq; Lantgrauius ipse satis perpenderit conditionem illam, de non perpetuo carcere Lantgrauij.

ANNO 1548. in comitijs Augustanis rex Poloniæ legatos suos habuit Legatos, qui illius ius in Prussiam Ordinibus Imperij declararet, & Proscriptionem

NN ptionem

Principes omnes cœcedunt in sententiâ synodi Tridentinae.

ptionem Cameræ Spirensis in Albertum Prussiae quondam Magistrū, abolerent. Is Albertus mutata Prussiae Reip. forma, in Poloniae regis fidem & dilectam se dederat, nomenque Magistri in Ducem mutarat. Cæsar ubi Poloniae regis postulata cognouit, Vuolfgango Prussiae Magistro dat orationis exemplum, qui die 23. Ianuarij respondet, tandem & Poloniae legatorum & Vuolfgangi rationibus auditis, cum negotium cognoscendi quibusdam datum esset, communi omnium consilio deliberatum est, sententiam à Cameræ iudicium in Albertū latam, esse profequendam: At cum difficilis esset executio, in Cæsarem omnia reiciunt. Non diū post obiit Sigismundus Poloniae rex valde Catholicus, & iam ætate grauis. Natus ex patre Casimiro anno Domini 1467. prima Ianuarij, electus in regem 1506. Nam ante eū ordinē regnauerunt fratres eius natū maiores, Iohannes, Albertus, & Alexander. Coronatus est 1507. Mortuus 1548. prima Aprilis. Fuit eius obitus perniciosus amplissimo Poloniae regno. Nam eo extincto, hereses abominabiles, etiā Arrianorum & Nestorianorum, illic paulatim cristas crexerunt. Successorem habuit filium Sigismundum Augustū, excelso animo principem, & paternis vestigijs in catholica religione insistentem. Testatur enim de illo amplissimus Cardinalis Vvarmiensis Stanislaus Hosius, cuius apud omnes peruulgata est pietas & doctrina, eū, cum peterent nonnulli in comitijs Vvarmianensibus, vt de causa religionis cognosceret, constanter admodum recusasse, dixisseque non sui id esse muneris: regem se, non pontificem, agere velle: satis sibi negotij esse cum prophanis causis. Eadem fuerat & Sigismundi patris eius vox. Erant enim quandoque, qui Syrenarum mortiferis cautionibus dementati, peterent ab illo, vt puram Lutherici euāgelij doctrinam in suo regno predicari pateretur.

Mors Sigismundi regis.

tur. Tum ille animo verè heroico pureque ac germanè Christiano, Non est meū, inquit, de puritate verbi cognoscere: munus hoc episcoporum est, quorum iudicio etiā ego ipse libes me submitto, quorūque iurisdictionē in omnibus saluam esse volo. Vtinam hanc tantū regis constantiā periq; alij secuti essent politici magistratus, quibus ab impostoribus istis noui euāgelij buccinatoribus pestifera adulatione persuasum est, ad ipsos pertinere, vt de fide & religione sibi iudiciū vsurpent: que res magnas non vno loco calamitates attulit. Sed vt sibi facilius deuncirent principū & potentum animos, homines nequissimi hoc illis munus detulerunt, immo illorū esse sceleratē asseuerarūt, vt de religione ipsi cognoscant: quanquā hac in re nō idē sentiūt fratres euāgelici, sed alij hāc, alij diuersam sententiam propugnāt.

Erat hoc tempore Conciliū nonnihil distractū, Conciliū patribus alijs ob aeris incommoditatē Bononiā. *partim Bononiæ,* veritus, nē tardiū, quā expediret, Conciliū religionis *partim Tridenti,* negotiū absolueret, quibusdā negotiū dat formulę *denti.* cuiusdā cōscribendę, qua per Germaniam vteretur vsq; ad Conciliij definitionē, si fuere Iulius Pflugius *Cōscribitur* Episcopus Numburgēsis, Michael Sidonius Moguntini Electoris Suffraganeus, & Iohannes Islebius. *INTERIM.* Princeps Ioachimus Elector Brandeburgicus, conciliationis cupidus, curauit Bucerum Argentorato acciri. Is ubi clām venit, à principe librū de religione à tribus illis, quos diximus, cōscriptum accepit & legit. Rogat à principe, vt subscriberet, recusauit, quod magis esset Catholicus, quā Bucerū Euāgelij ferre posset. Ea re grauitè principē offendit. Porro ipse domū redijt. Eo tempore Coloniaensis Archiepiscopus Adolphus primitias, vt vocant, seu primum sacrificiū fecit Auguste, presentibus Cæsare, Ferdinādo rege, & relijs principibus

Vox digna rege catholico.

Conciliū patribus partim Bononiæ, partim Tridenti.

Cōscribitur INTERIM.

Primitie Coloniaensis Archiepisc.

maximo numero, quibus postea epulum dedit magnificentissimum.

Per hos dies Augustam venit Muleasset Tunetanus rex, proprii filij, vt supra dictum est, in se expertus crudelitatem, vtroq; adempto lumine. Secutus est eum paulò post etiàm alter filius. Is rex in tanta calamitate pristinam visus est retinere animi excellentià, erecta ceruice inambulans, & insigni plerumquè cultûs & gestûs grauitate, veteris fortunæ maiestatem repræsentans.

In libello, quem diximus iussu Cæsaris conscriptum, inter cætera pacis tuendæ causâ permittebatur, vt qui apud Protestantés ex sacerdotum ordine vxores duxissent, vsque ad Concilij determinationem non cogerentur eas relinquere: item quæ qui vtrinq; speciem Eucharistiæ hæcenus sumpsissent, non compellerentur calice carere. Hæc duo multos Catholicos offenderunt, quòd non posset Cæsar tale aliquid statuere. Verùm optimus princeps nihil sibi sumebat in eiusmodi rebus authoritatis, sed quàm posset cõmodissimè, cupiebat res in Germania nimium exulceratas, sensim in pristinum gradû reuocari, salua semper Põtificis & Tridentinæ Synodi authoritate, quam ille prorsùs inuiolatam voluit: facileq; videbat, si vi adhibita inuitos ad omnia subitò mutanda cogere voluisset, nihil nisi grauissimos Reipub. motus expectandos esse: quanquàm ego hac in re nihil velim statuere, sed libèter sequi rectiùs sentientium iudicium, Hoc quidem eo rerù statu nimis fuit insolens & intolerabile, quòd cum libellus hic passim vocaretur INTERIM, quidam scriptores Euàgelici miris modis in eam vocem luderent, & fannis atq; conuicijs petulanter profunderent. Verisimile est, iam tum agitari cœpisse consilia, quibus se sperarèt brèuè in pristinum gradum restitutum iri, Vuittembergè quidè Mauricius Phi-

lippum

lippum Melächthonem, Pomeranum, Crucigerum restituit. Antequàm autem Cæsar libellum memoratum Imperij Ordinibus proponeret, priùs eum Romam Pontifici misit, hoc ipso sanè animi sui religionem testatus, qd in religionis negotio nihil ipse per se vellet constituere. Pontifex verò quid eo in libro displiceret, nõ tacuit: quæadmodum aut Pontifex rescripsit, sic est à Catholicis liber receptus.

Per hoc tempus Maximilianus Ferdinandi regis Maximilianus Austriæ filius, Augusta in hispanias proficiscitur, habès apud se Cardinalem Tridentinum. In multa trepidatiõne suè fuere præclari Euangelici concionatores, qui sibi vsquàm tutum superesse locum viderent: & mirabili metamorphosi, qui priùs acerbissimè inter se contendissent, in hac publica, vt ipsi scribunt, Ecclesiæ calamitate, priuatarum offensionû obliuiscerantur. Et ridiculum sanè fuit spectaculum, quosdã egregiè Luteranos tum videri apud Zuingianos sibi latibula querere, quosdam etiàm Helueticis ministris amantissimè scribere, cum tamen animis alijs ab alijs dissiderent acerrimè, & Luterus iam pridem Zuingianos hereticos appellasset. Brentius quoque insignis Luteranus Hala Sueuica pulsus, Basileæ aliquandiu moratus est. Petrus Martyr, antea ex Italia profugus, nunc Argentina relicta, migrat ad Anglos. Vuolfgãgus Musculus ex Augusta ad Heluetios se recipit. Andreas Osiander relicta Noriberga fit Prutenorum in faustus apostolus. Erasmus Sarcerius à Guilhelmo comite Nassouio discedit, Erardus Sneppius cum multis alijs Ecclesiasticis ex Vuirtembergensis Principis ditionibus exulare iubetur. Iam periculù erat, nè Euangeliù in tota Germania occumberet, nisi qd horù Ruangeliù eiusmodi est, vt votis omnibus optandum sit, vt ex toto orbe terrarum tanquàm certa quedam Reipub. pernicijs, penitè proscribatur. Saxo caprius induci

Saxo non

NN 3 non

Muleasset
Augustam
venit

Cæsaris er-
ga Pontificè
observauit.

Maximilia-
nus Austriae
cus in Hi-
spaniam.

Euangelici
præcones
querunt la-
tibula.

poteſt deduci a ſententiâ
 non potuit, vt Concilij decretis & editi libelli doctrinæ ſubſcriberet, dicens, ſi hoc faceret, ſe contra conſcientiam facturum, & admiſſurum peccatum in ſpiritum ſanctum, quod ſit proſuſ irreſiſſibile. Sic iam perſuaſi erant aliquot Germaniæ principes à verſutiſſimis apoſtatis. Sed ſi illi tam pernicioſum putârunt diſcedere ab hominum fanaticorum, & inter ſe tam pertinaciter & odioſè diſſidèrium commentis, quàm nos conſtantes eſſe debemus in ea retinenda religione, quam omnibus ſeculis, quibus Chriſtũ agnouit, Germania coluit, & totus vbique terratum Chriſtianus orbis ſemper retinuit? Scilicet grâde piaculum eſt deſerere, quod ab apoſtatis monachis didiceris: & pietas eſt, pueriliter ab eo deſicere, quod indè ab Apoſtolis Catholica Chriſti Eccleſia tenuerit.

In Anglia hoc tempore ſub puero rege Miſſa abrogata eſt, & non diu poſt Stephanus Epiſcopus Vuintonienſis, vir longè doctiſſimus, cuſtodie mandatur. Porro Concilium Tridèti continuatur. Eo tempore Veneti edicto cauent, vt libri à catholica religione diſcrepantes, ad certos homines adducantur, idq; intra dies octo, quibus elapsis, in quiſitum iri aiant, & qui deprehenſi fuerint, non impunè abiturus: ijs, qui deſerant huius edicti contemptores, munera promittunt. Hæc moleſtiſſimè ferunt homines, ſed ſi ſaperent, gauderent magiſtratus ipſorum ſaluti maturè conſulere: atq; vtinam vbique terrarum proſcripti eſſent libri omnes, ex hæreticorum hominũ officinis pfecti. Nam ſermo eorum, quod veriſſimè dixit Apoſtolus, vt cancer ſerpit.

Conſtantienſes, quod nollent Cæſari obtemperare in quibuſdam, ab illo proſcribuntur. Id illi nõ ferentes, quod res plena eſſet periculi, habita deliberatione, Cæſaris de religione libellum recipiunt, & Clerum in urbem admittunt. Porro miniſtri Eua-

Edictum Venetorum de libris hæreticis.

2. Tim. 2.

Conſtantienſes Cæſari obreperant.

gelici, & in ijs facile primus Ambroſius Blaurerus apoſtata monachus, aliò ſe conferunt. Lindauieſes paulò antè pertinaciores, Conſtantienſium exemplo territi, libellum & ipſi recipiunt.

Auguſti menſis die tertio Cæſar ſenatum Auguſtæ exauthorat, in quo multi etiã ex plebe eſſent, nouumq; conſtituit: Tribus quoque ſimiliter abrogat, & ciuium conuenticula, ne deinceps ſiant, interdicit. Religionè quoque ad libelli præſcriptum vt mutant, ſenatu nouo grauiter imperat: ſicq; relicto præſidio, Vlmam petit, atq; illic itidè Senatũ loco mouet, alium ſubrogat, & Martinum Frechtũ miniſtrum Euangelicum cum ſocijs concionatoribus, quod nollent libellum recipere, in cuſtodiam duci iubet. Senatus libellum recipit. Ex concionatoribus iſtis quatuor pertinaciter in ſuo permanſere errore, duo ſaniora ſunt conſilia ſecuti.

Senatus Auguſtæ

Itemq; Vlmæ.

Argentinenſes legatos ad Cæſarem Spiram mittunt. ſibi non inuento Cæſare, Moguntiam uſq; ſequuntur: ſed propter conſiliarios quosdam abſentes, iubentur Colonia Agrippinam uſq; cum ipſo proficiſci. Hic Cæſari literas offerunt. petunt ſibi decreti, quod libello ſapè dicto contineretur, gratiam fieri, aut illud mitigari: ſe em̄ de ſua ſalute valdè eſſe ſolicitos, nec a udere contra conſcientiã agere. Itã mirum in modũ trepidabatur vbique in Germania, cum ad viam reuocarentur, vnde malorum concionatorum fraude exciderant, cum nihil quicquam trepidãſſent, quãdò ab auita & catholica religione auocabantur. Cõtrã oportebat cunctantiſimè ad res nouandas accedere, immò nouitatem omnem proſuſ ſuſpectã habere: porro ad religionem omnibus ſeculis & toto orbe excultam, etiã vltro & incunſtanter reuerti. Itaq; illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Tandè Argentinenſes hoc à Cæſare reſponſum accipiunt, vt cum

Trepidatio præpoſtata.

Pſalm. 13.

Episcopo suo transigant. Iam enim obtulerant se ad permittenda aliquot templa Catholicis, dies festos & ieiunia obseruanda, & alia quædam.

Paulò suprà de Constantiensium proscriptione dictum est. Erant hoc nomine in summis angustijs, nec humanū apparebat auxilium, Cæsare tunc longè lateq; in Germania triumphâte. Tandem igitur multis diuexati modis, quod p̄scriptis euenire solet, Austriacę domui sese dedit in perpetuum. Ferdinandus rex in fidem eos recipit certis conditionibus, quas illi per iusurandū accipiunt. Est Constantia vel sola Cōstantiensis Synodo ubiq; notissima, vrbs non admodum magna, sed elegans & amœna. Habet Episcopum, cuius diocesis amplitudine reliquos ferè Germaniæ Episcopatus excedit. Habet enim supra mille & octingentas parœcias vel parochias, & quadringenta monasteria. Obiter huic adscribere libet, quod de Rhenanis Episcopatibus quidam dicunt: Curienſis est summus, quia iuxta Rheni fontes. Constantiensis amplissimus, Basiliensis amœnissimus, Argētīnēsis nobilissimus, Spirensis religiosissimus, Moguntinus auctoritate venerabilissimus, Colonienſis opulentissimus, Treuirēnsis vetustissimus.

Diocesis Cōstantiensis amplissima.

Seditio Burdegalensis.

Apud Burdegalenses in Aquitania sit tumultus ob salinarū vectigal & tributa extraordinaria. Res non multum à defectione abesse visa est: sed Rex Hēricus tempestiuè occurrens, misso cum exercitu Anna Mommorantio, seditionis authores tollitè medio, & Burdegalenses egregiè castigatos, cogit in ordinem. Ademptæ sunt illis campanę omnes, ne ijs ad turbas ciendas abuterentur, priuilegiorum libertatę exustæ omnes, & quia regis præfectum occiderant, coguntur humum, ubi conditum eius cadaver erat, digitis & vnguibus fodere, donè ad corpus ventum esset, &c.

Gravis castigatio seditionis.

Cæsar tandem in Belgium redit, seruato apud se Saxone, Lantgrauio verò Andernandam, quod est Flandriæ oppidum, misso. Paulò antè ad Calendas Octobris Cameræ iudicium constituit, aduocatos tres de Luterismo suspectos remouet, ceteris omnibus inter alia p̄scribit, vt catholicę Ecclesię dogmata sequantur, aut loco moueantur. Ad Cæsarem in Belgium, relicta Gallia, venit eius soror Eleonora Franciæ regina, idq; Henrico rege annuente.

Cæsar Camera constituit.

Hoc ferè tempore Philippus Hispaniarum rex ad patrem Cæsarem, relicto in Hispanijs Maximiliano fratrucele, annorū 21. iuuenis ex Hispania Genuam proficiscitur cum quinquaginta triremibus & totidem ferè nauibus onerarijs. Apud Genuam primò, & indè alijs Italiæ locis magnificentissimè excipitur, mediolanum ingredienti præstò fuere Sabaudia princeps, Veneti, Florentini, Ferrarienses, Senenses legati. Intereà Bruxellis moritur comes Buranus Maximilianus anginæ morbo.

Philippus rex in Italia accipit honorificissimè.

Theologi Protestantium Vuittembergenses & Lipsenses per hoc tēpus inter se de voluntate Principis Mauricij conueniunt aliquot locis, & nonnihil ad Cæsaris scriptum sese accommodant, edita religionis formula in Mauricij ditione ab omnibus seruanda. Indè grandis postea inter Luteranos orta

Molles Cōfessionistæ.

tempestas est & altercatio. Ij postea dicti sunt molles Cōfessionistæ, quorum facile princeps fuit Melanchthon. De his scribunt in præfatione septimę Centuriæ authores historiæ Magdeburgicæ, rigidi Cōfessionistæ: An non ex ipsis scholis (Vuittembergensem & Lipsensem intelligi volunt) ubi heresiarchæ in altis pulpitis, cincti clypeis politicorum sedent, prodeunt cōplures iam annos libelli famosi, retros errores continentes? quibus quales pulli excludantur, & qualem posteritatem habiturus sit filius Dei, luculenter demonstratur: nempe vt reuer-

sus ad iudicium, sicut prædixit, fidem vix sit re-
perturus. Ità illi Stoici Lutherani ornant Melan-
chthonem & socios eius molles Confessionistas,
etiã alijs locis egregiè lacerant, & rursus mirificè
lacerantur & profcinduntur ab illis. Quæ res pro-
fectò mouere debet homines Christianos, vt à ca-
lium communionè & doctrina quamprimùm rece-
dant.

ANNO 1549. Cæsaris filius Philippus
ad Patrem venit in Belgiũ, & cum eo,
præter alios, Cardinalis Tridentinus,
Cæsar aduentanti insignem equitatum
in Germaniam vsque honoris causâ
obuiam misit. Mauricius Princeps Tridentum
vsque processit ei obuiam, & pro Langrauiò ca-
ptiuo plurimùm orat, vt apud patrem velit inter-
cedere. Philippus suam ea in re operam liberaliter
pollicetur

Magdebur-
gensiu per-
suasione.

Magdeburgenses iam antea proscripserat Cæsar,
cumq; nollent decretum religionis Augustæ euul-
gatum recipere, maiorem in eos concipit indigna-
tionem. Hæc vrbs ferè prima complexa fuit Lutheri in-
faustum Euangelium, erantq; hoc tempore illiciti
quot strenui Lutherani cõcionatores, Nicolaus Am-
dorffius, quem Cæsar ex Numburgensi Episcopatu
eiecerat, & Matthias Flaccus Illyricus. Isti videntur
cõmouisse ciues, vt pertinaciter Cæsaris decretum
repudiarent. Illyricus diũ fuerat Melanchthonis di-
scipulus. Sed cum videretur Melanchthon cũ Vuit-
tenbergensibus & Lipsiensibus non prorsus à Cæ-
saris decreto abhorreere, multa quoque concedere,
scripsit vnà cum socijs Magdeburgicis, qui nec latè
vnguè vlla in re à Lutheri placitis discedendũ puta-
bant, contra Melanchthonem & eius assecras. Scri-
psit in eos etiã Nicolaus Gallus, qui, nisi fallor, id
temporis Magdeburgi erat, postea verò factus est
super-

superintendens Ratisbonensis. Hæc verò rigido-
rum & mollium Confessionistarum (Sicentim Ca-
tholici quidam eos vocant) contentio tandem eo-
usque progressa est, vt miser Illyricus tota ferè Sa-
xonia proscripserat, Ratisbonam vsq; ad Nicolaum
Gallum profugerit. Vehemens est enim Illyricus,
& in quibusdam libellis supplicatorijs mirabiliter
vrget & instat, vt in Germania vel potius Saxonia
Synodus congregetur, cui tamen non interfint nisi
Synergistæ, Maioristæ, & Adiaphoristæ, cum quibus
solis sibi rem esse vult, ac mirum in modum quiri-
tatur de Confessione Augustana, quæ multis sic lo-
cis deprauata: crimenque falsi alicubi Melanchtho-
ni præceptoris impingit, quod & confessionem Au-
gustanam, & libros Lutheri plurimis in locis adulte-
rauerit. Nec planè mëtitur Illyricus, cum in confes-
sione sit, Augustanam confessionem non semel à Me-
lanchthone mutatã. Tales ergò cum essent Magde-
burgi buccinatores, p̄tinaciter diũ sese Cæsari op-
posuerunt pessimo quidem obstinatæ rebellionis
exemplo.

Hoc anno prodijt in lucem scriptum quod-
dam contra septimam Synodum Nicææ habitam,
sub nomine Caroli Magni. In eum librum præ-
fatur quidam Eli Philii. vt Oedipus meritò adhi-
bendus sit, qui illud nobis nomen interpretetur.
Deindè nec loci, nec typographi vlla fit mentio,
vt librum alioqui vel maximè suspectum, isthæc
omnia magis etiã suspectum reddant. Vere-
batur Eli Philii, nè quandoque aliquid à Catho-
licis reperiretur, vel proferretur, quo liber ille fal-
sò tanto Principi adscriptus doceretur. O quan-
tùm laborat perfidia, vt vel per fraudem aliquid
contra sanam fidem moliatur, quando cum verita-
te non potest. De libro illo nihil admodum dicere
attinet: nam non multùm facit pro istis nouis
dogma-

Lib. I. ca. 6.

Liber sub
Caroli Ma-
gni nomine
editus.

dogmatibus, qui apertè doceat sanctam Romanam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam, cæteris Ecclesijs à Domino prælatâ, pro causis fidei cum questio surgit (sic enim loquitur) omninò esse consulendam. Et id quidem hoc scripto sibi oblato fecit Carolus Magnus rex verè Catholicus. Ea igitur tempestate, qua Nicæa habita synodus est contra Iconomachos, quidam in eius acta inciderunt, & ut apparet, quæ ab illa synodo de Imaginibus venerandis prolata sunt, isti de cultu diuino adorandis intellexerunt. Ad oppugnandam ergò eam Synodum se conferunt: conscribunt quatuor libros, eosque Carolo Magno, ut probabilis est coniectura, dedicant. Is verò mittit eos examinandos Adriano Pontifici, cuius & amantissimus & obseruantissimus fuit. Porro Adrianus eos confutat, sicut testatur prolata illius hac de re ad Carolum ipsum epistola, quæ iam in Cõciliorum Tomis habetur, quam ego pulcherrimis characteribus in mēbrana descriptam ex Galij habui, sed aliquot locis mutilam. Habetur autē etiã Romæ vndē eam expectamus. Cùm sit autem certissimum, in Synodo Nicena Adriani legatos nō adfuisse modò, sed præfuisse etiã, qui fieri potest, quod Eli Philii in sua præfatione constringit, ut Carolus in Synodo Francophordienfi, cui æquē legati Adriani interfuere, Nicenam Synodum damnandã curauerit, aut contra eam quicquam scribere voluerit? Sed benè habet, quòd Adriani scriptum extat, quo libri illi quatuor grauitè cõfutantur, idq; ea verborum seueritate, ut perspicuum sit nō à Carolo, sed ab alijs eos esse elucubratos. Hanc plagam verebatur Eli Philii: itaq; & suū & loci, & typographi nomen suppressit, ut in illum quoque quadret illud Euangelicum, Qui malè agit, odit lucem. Mirum autē in modum Calvinus & Illyricus cum suis hos quatuor libros icitant, nec vident stulti lōgè plura

Ioan. 3.

plura in ijs haberi, quæ illorum impia cõmentâ destruant, quàm quæ illis fauere videantur. Sed hoc apud hereticos in more positum est, ut vndequæ arripiant occasionem infestandi catholicam Ecclesiam. Ut imagines oppugnent, cogunt religiosissimum & inprimis Catholicum Principem fieri iconoclastam: nec pudet eos pro se allegare illum eximium regē, qui tot olim Episcopatus, monasteria, collegia, aliaque sacra loca fundauit, & amplissimis redditibus auxit & donauit, quæ isti perditii homines hodiè destruunt, diripiunt & euertunt, non impunè tot sacrilegia laturi, si ille Carolus verè Magnus hodiè superesset. Paucis hac annotare volui, ut videat pius Lector, quanta sit istorum hominum improbitas, qui cùm è diametro pugnet cum religione & pietate Christianissimi illius regis Caroli, tamen audent Ecclesiæ D E illius nomine insultare, qui fuit Catholicæ Ecclesiæ vindex acerrimus, & fidelissimus atq; constantissimus defensor ac propagator. Quòd autem fingunt in Frãcophordienfi Synodo, assentiente Carolo, damnatam esse Synodum Nicenã, tam est pudendum & insolens mendacium, ut eorum impudentiam nemo satis admirari queat. Ut enim iam antè dixi, vtriq; Synodo interfuere legati Adriani Pontificis, à quo hi libri proluxè confutati sunt: nec dubium est, eius legatos nō diuersa, sed eadem de re vna statuisse. Tum verò decretum Synodi Francophordienfi, quod profertur, eorum os impudens planè cõtundit. Sic em̄ habet, quem admodum ab ipsis profertur: Allata est in medium quæstio de noua Græcorum Synodo, quam de adorandis imaginibus Constantinopoli fecerunt. Iam efferebant se hæretici, putabant se planè victores abijisse, & quavis talpa cæciores, non videbant nullã hic Nicenę, sed Constantinopolitanę Synodi mentionem fieri, Habita em̄ nō longè ante Nicenã Syno-

Hereticorū
re sana im-
pudentia.De Synodo
Frãcophor-
dienfi.

Synodum, fuit Cōstantinopoli pseudofynodus de imaginibus profligandis, eamq; hic intelligi oportere certum est. O quam sunt isti ad nocendum intenti, quorum tamē improbos conatus diuina providentia miris modis eludit, & plerunquē ita fraudes illorum palam retogit, vt mirum sit illos vnquā ausos prodire in publicum: magis etiā mirum sit, non sibi cauere homines ab istorum insidijs & malis artibus. Citant etiā pro se Abbatis Vrspersensis testimonium, sed iusto Dei iudicio occacati, nō vident ibi quoquē non Niceni Concilij, sed Cōstantinopolitanæ pseudofynodi nomē expressum.

De aduentu regis Philippi in Belgium paulo supra memini. Ingressus est ille egregius Princeps Bruxellas summa patris Caroli Imperatoris gratulatione, & ingenti Belgarū studio. Quæ deinde secuta est ætas, ea ferē omnis in credibili erga iuuenē principem mirificis exhibendis pompis, dum is inaugurandi causā circumducitur, liberalitate cōsumpta est, adeo vt nō desint, qui annotarint solos Antuerpienses in publica hac cōgratulatione supra centena tricena coronatorum aureorum millia expensisse: quos reliquæ sanē quam opulentæ vrbes pro sua quoq; virili & facultate imitatur sunt. Est enim omnis illa ditio prædiuus certē, & mira in suū Principem benevolentia.

Erat interim etiā in Gallijs summa lætitia, regē & regina maximis regni eius opibus honorificētissimē Parisijs acceptis: & poterat Reipub. certa pax & tranquillitas diū optata tandē cumulatē etiā obtingere, si inter hos potentissimos reges Carolū Imperatorem, eiusq; filium Philippum, & Galliarū regem Henricum firma & sincera concordia constitui potuisset. Sed eam necdū merebantur corruptissimi hominum mores, & effrenis peccandili-centia, cui calligandæ noua parabatur flagella, non

multo

multo post exardescente bello inter Imperatorem & regem Henricum, de quo post dicemus.

In Anglia hac tempestate feruebāt intestinæ animorum dissensiones & acerbitates, atq; in religionis negotio pugnantēs opiniones & fœda dissidia, quæ parit hoc nouum. Euāgelium ab hominū mōstrificis ingenijs ab inferis excitatū, in quo tum proponendo, tum propagando mirum in modum feruent importuni homines: sed cū a veritatis studio & spiritu sint alieni, in multas repentē factiōes distrahuntur, & habent singulæ malē detorta quædā scripturæ loca, quibus imperitæ cōcioni vera se docere persuadeant: sed impudentissimā eorū vanitatem ipsa doctrinæ varietas & pugnantia, coarguit, quæ nihil potest cū veritate habere cōmercij. Porro Senatus Anglicus armata manu ortas seditiōes cōpescuit, sumptumq; supplicium est de illarū authoribus. Casus autē est etiā Thomas Semerus Britanniæ Amiralis, q̄ in affectati regni suspiciōē venisset apud germanū fratrem suū, qui tum regni Protector erat, & regis Edouardi auunculus. Dum autē inter se Angli tumultuantur, rex Galliarū ea arrepta rei gerendæ opportunitate, in maximas annonæ & rerum necessariarū angustias adduxit Boloniæ arcē, ademptis Anglis partim vi, partim deditiōne Ambletula & Monlamberto, quæ sunt loca Boloniæ vicina, & ab Anglis munita tum erant. Et vt hostem alibi quoq; distineret, exercitum in Scotiam mittit, qui Scotis iunctus, egregiam ex Anglis profligatis victoriam reportat commisso prælio, reginæq; restituantur, quæ Angli Scotiæ regno ademerant.

Idem Henricus rex cū esset Parisijs, seueriter animaduertit in quosdam hæreticos, habuitq; solennem & publicam supplicationem ad DEVM & sanctos eius. Deindē scripto quodam typis excusato testat se Catholicę fidei, authoritatis Apostolicę &

*Dissensiones
in Anglia.*

*Thomas Semerus
caeditur.*

*Henricus
Franciam
se catholicū
declarat.*

clerā

*Philippus
rex in Bel-
gio vt ex-
ceptus.*

cleri suscepturum patrocinium: palamq; declarat, quàm ex animo detestetur nostrorum temporum hæreticos & hæreses, partim è cineribus excitatas, partim recens inuétas à Lutero, Carolstadio, Zuin-
glio, Oecolampadio, Melancthone, Bucero, Cal-
uino & id genus alijs hæresiarchis, hominibus mó-
strosi & pestiferis, quas etiàm velle se ait è suis di-
tionibus extirpare, & in reos grauissimè vindicare,
Hæc quidè ille rex Catholicè, & vt decebat regem
Christianissimum: atque ea in re secutus est patrem
Franciscum, qui noua dogmata ferre non potuit, &
sæpè acerba sumpsit supplicia de hæreticis. Videbat
sanè illi reges, quàm nihil ferè nisi tumultus & se-
ditiones, diuinarum humanarumq; legum cõtem-
ptum, magistratûs odium & fastidium, & multa alia
horrenda mala pariat nouum istud Euangelium, Et
felices sanè atq; florentes illæ sunt respublicæ, in
quas exitiosa dogmata minimè irrepserunt, Spera-
mus autem fore quandoq; Deo benè propitio, vt
omnes intelligant, quàm nihil nisi merè fraudes &
imposturæ fuerint, quæ sub puri verbi DEI & syn-
ceræ doctrinæ speciosis titulis nouorû dogmatum
architecti & factores orbi venditarunt. Sed hæc & id
genus alia alibi diximus, quanquam etiamsi crebrò
repetantur, non possunt videri superflua, quòd ex-
pediat horum sæpissimè admoneri homines, vt re-
lictis errorum tenebris, redeant in viam, & ad pacè
ac vnitatè Catholicè Ecclesie, extra quam nulli po-
test esse vera salus.

Mese Maio in Anglia disputatum est Oxoniæ ab
eius Academiè Theologis cum Petro Martyre, mo-
nacho apostata, profugo ex Italia. Disputationi
præerant legati regij, qui postea scripto edito, vili
sunt palmam tribuere Martyri. Is Martyr aliquan-
diù Bucerano more solèbat de cœna Domini, vt
ipsi vocant, loqui: sed vbi aduertit eum loquendi
modum

*Disputatur
in Anglia
cũ Martyre.*

modum à sua mente alienû esse, quod Bucerus non
magnoperè curâsse videretur, noluit ampliùs Buce-
ri imitari simulationè, sed apertè professus est Zuin-
glianissimum. Iuit autem in Angliam etiàm Bucerus,
vt nè quid ad eius regni infelicitatem deesset.

Octobri mense Argentinenses cum Episcopo suo
transigunt: tria templa Catholicis permittunt, &
quædam alia inter vtrosq; componuntur.

Hoc anno primogenitus Turcæ Solimanni filius *Solimanni*
ad Persas confugit, Erat Solimannus propensior in *filius ad Per-*
secundè vxoris liberos, è quibus alterum Mustaphæ *sus profugis*
primogenito, hortatu vxoris, prælaturæ videbatur.
Id indignè tulit Mustaphas, Persarumq; fretus co-
pijs, aliquot Persis loca finitima expugnat. Solimã-
nus cum quingentis hominum millibus pergit ob-
uiam, Persas in fugam conijcit: sed cùm Persæ longè
lateq; omnia incenderent, è Solimanni exercitu, re-
rum inopia pressi, ad centû millia perière, coactusq;
est Solimannus re infecta discedere.

Decima Nouembris die, anno ætatis suæ 82. mo. *Paulus 3.*
ritur Paulus Pontifex III. In hunc Sleidanus scribit *excedit à*
suo more, & vt vita functum acerbissimè & odiosissimè *vnius.*
simè traducat, citat librû Italicû Bernardini Ochi-
ni, longè contumeliosissimum. Si quis ità scriberet
in principes Evangelicos, quemadmodum ille liber
perstringit Pontificem, nemo æquo ferret animo.
Et hic visus est dignus Sleidano Sacramentario, è
quo non pauca in defuncti Pontificis contumeliam
suis illis præclaris commētarijs infarciret. Sanè qui
talium commentariorum lectiōe delectantur, illi
facilè quoquè Mahometis Alcoranum & id genus
alia commenta non admodum recusaturi videantur.
Fuit ille Pontifex à luxu & crapula alienus, & tem-
peratè inprimis studiosus: quæ res illi tam rarâ cõ-
ciliauit senectutem. Porrò qui stupris, libidinibus,
comestationibus & largioribus poculis assiduè va-
cant,

cant, vix possunt ad eam pertingere senectutem, fuit idem Pontifex multa rerum peritia ac prudentia, & apud oēs plurimum gratia valebat, Italianq; diuturno liberauit bellorū tumultu, & perpetuam seruans pacem, vulgō dictus est pater patriæ, bonus pastor, bonus Reipub. Sleidanus & tota nouorum dogmatistarum cohors non nisi mordere nōrunt summos illos Ecclesiæ pastores.

Missa rur-
sus Argen-
tina cele-
bratur.

A NNO 1550. ipso Purificationis die festo, lenni Argentinenſis Clerus Missam in tribus tēplis rursus celebrat, iam plusquam viginti annis intermissam. Ibi itidem Sleidanus mirē est factus, & cæremonias ecclesiasticas haud secus atquē Turcus aliquis aut Scythā irridet. Eo autem die excitatus est Argentine tumultus occasione quadam, & vsquē adeo res periculi plena fuit, vt inde vsque ad Pentecosten rursus diuina officia intermissa sint. Oderant Clerum plerique vrbis incolæ, nec alio quā idololatriæ loco habebant plerasque omnes Catholicæ Ecclesiæ cæremonias: porrō apostatæ Buceri identidem repetitæ incestæ nuptiæ, horrendę in Eucharistiam & alia sacramenta blasphemie, diuinarum ac humanarum rerum plusquam Babylonica confusio, purum putum Euangelion videbantur. Hæc quidem faciunt, vt minorem apud nos admirationem habeant, quæ Antichristi temporibus futura creduntur. Hæcbit ille plurimos, qui eius impietati consentiant: sed habent etiā horum temporum prodigiosi dogmatistæ, qui cupidē illorum absurditates amplectantur, idque adeo vt non desint, qui scribere ausi fuerint, nec adorandum Deum, nec præsidium ab eo expectandum. Et hoc quidem dogma est Ochini. Quid verò deterius ex ipsa Antichristi schola prodire poterit? Neq; verò multo tolerabilior eorum doctrina est, qui

qui Missam vsque adeo execratur, nec ferre possunt vti in Eucharistia Christum adoremus.

Galliæ & Anglię reges pacē faciunt, Bologniā Anglię reddūt Gallis, a quibus certa illis pecuniæ summa numerat. Quod Angli Bologniā restituerēt, pleriq; nō mediocriter admirati sunt. Et vt maior sit inter reges necessitudo, Gallus ordinis Anglici, Anglus Gallici fit eques.

Pax inter Gallos & Anglos.

Huius anni mense Ianuario senatus Burdegalensis in Gallia restituitur. Hoc tempore Cæsar grauisimum in Luteranos suis in hereditarijs ditionibus promulgat edictum: sed antequam promulgaretur, vnā cum Philippo filio Augustam ad comitia proficiscitur, Saxone quidem sibi adiuncto, Langrauiō aut Mechliniē, munitissimo Brabantię oppido, relicto.

Edictum in Luteranos.

In defuncti Pōtificis Pauli locum subrogatur Felix.

Julius 3. P. P. i. f. ex.

bruarij die 7. Iohannes Maria Mōtanus, & vocatur Julius 3. Erat tum ob Iubileū magnus Romæ hominum cōkursus, qui Luteri & eius similibus blasphemis surda aure præteritis, pia animi deuotiōe loca sacra Romanę vrbis inuisebant, & largissimarū cōdonationū, quas indulgentias vocamus, participes sese reddere studebant. Luterani & eius farina alij non indigent Indulgentijs, quia sua sterili fide secuti, rectā proficiscuntur in Orcum. De indulgentijs possent multa dici, sed istis nouis Euangelicis nunquā possunt satis multa dici. Si tamē audire dignantur, dicam quid Tridentina Synodus amplissima de his statuerit. Verba Synodi hæc sunt Sessione 25. Cū potestas cōferendi indulgentias à Christo Ecclesiæ concessa sit, atque huiusmodi potestate, diuinitus sibi tradita, antiquissimis etiā temporibus illa vsa fuerit, sacrosancta Synodus Indulgentiarum vsum Christiano populo maximē salutarem, & sacrorum Cōciliorum autoritate probatum, in Ecclesia retinendum esse docet & præcipit, eosq; anathemate damnat.

Synodi Tridentine de Indulgentijs sententia.

damnat, qui aut inutiles esse asserunt, vel eas concedendi in Ecclesia potestatem esse negant. His contenti sunt Catholici. Sectarij nec his nec alijs opis habent, sola fide sua migraturi quò digni sunt. In hunc quoquè Iulium Pontificem Sleidanus impura & flagitiosa iactat conuicia: vt aduertamus, ex abundantia cordis os illius talia euomere obscena & pudèda. Parceret saltem lectoris pudori, si nollet parcere Pontifici. Verùm impunè, immò & cum multo huius in felicitis seculi applausu, ab istis quiduis iactatur in Pontificem: sed mendax Sleidanus fidem non meretur.

Comitia Augustana.

Iulij mensis die 26. Cæsar Comitia auspiciatur Augustæ. Et hæc quoquè Sleidano armata dicitur, quòd Cæsar vrgeret quedam quæ id generis homines nollent, Mauricius, qui antea Cæsari se submiserat, ad hunc Conuentum mittit legatos, per quos ostendit se non aliter probaturum Concilium Tridentinum, nisi etiàm Augustanæ Confessionis theologici habcant definiendi potestatem, & Pontifex non obtimeat locum præsidis in Concilio. Hæc absurda suis absurdis habuit Theologis. Scilicet rei, immò iam olim damnati non vnus, sed multarum hæresum, in Concilio sententiam ferent. Quis vnquam audiuit eiusmodi absurditates? Videtur Mauricius iam tum coxisse bellum in Cæsarem, de quo post audiemus.

Granvella non occubuit.

Extremo Augusto mense Granuellanus, qui iam totos viginti annos apud Cæsarem summum obtinuerat dignitatis locum, migrat à corpore. Eius functionem Antonius filius, tum quidem Atrebatensis Episcopus, postea verò Mechliniensis Archiepiscopus & Cardinal. multæ viri literaturæ obtinet. Erat is quoquè in magna apud Cæsarem familiaritate, in magna quoquè postea gratia apud Philippum Cæsaris filium, potentissimum Hispaniarum regem ob-

mul.

multas egregias dotes, multamque in rebus dexteritatem.

Per hoc tempus Aphrodisium Aphricæ munitissimum oppidum Siciliæ Prorex magna vi expugnat. *Aphrodisium expugnat.* Obtinebat in ea vrbe nidum suum insignis Archipirata Dragutus, qui maria suis excursionibus adeo habebat infesta, vt nulla ratione diutius tolerari posset. Capta sunt in ea vrbe à Cæsareanis, & in feruitutem abducta ad octo circiter barbarorum milia. Ea res vehementer offendit Solimanni animi, nouisq; bellis materiam præbuit. Coniunxerat se enim illi non ita pridem Dragutus. Imperator deinde ablatis omnibus, quæ in naues conijci poterant, Aphrodisium funditus euertit, quòd parum vtile in eo, militari præsidio firmâdo actuendo, sumptus poni viderentur.

Hoc quoquè tempore Magdeburgenses magnis *Magdeburgensium clades.* afficiuntur damnis à Georgio duce Magnopolèsi, & in acie non sine multorum hominum cæde vincuntur: capti sunt plurimi, & tormeta, currus, & instrumenta militaria omnia in Ducis Georgij potestatem veniunt. Ea ex Magdeburgicis parta victoria, multi ad bellum illis faciendum sese accingunt. In *Obsidio Mauricijs fuere* Obsidio Mauricijs & Elector Brædeburgicus cum Alberto patruce, itemq; Henricus Brunsvicensis, cæptaq; est vrbs obsideri Octobris 4. die. Imperij quoquè ordines in id bellum auxilia pollicentur, & Mauricius rerum summæ præficitur. Decernuntur autem in bellum aureorum millia sexaginta ministrum, & pro sumptibus factis centum millia.

Sub Idus Nouembris Iulius Pontifex, qui Paulo I I. successerat, annos natus duos & sexaginta, Concilium indicit Tridenti cõtinuandum, iubetq; vt ad sint omnes ad Maij Calendas, ad quos pertinet interesse. Interim Mauricius fortiter rem gerit contra *Vrbs noua* Magdeburgicos, multa illis clade illata, & noua *capitur.*

vrbe (est enim vrbs ipsa tripartita) multis caesis civibus occupata. Porro rursus cum Brædeburgico instat apud Cæsarem de dimittendo Lantgrauio. Cæsar responderet, non ipsum modò, sed & filios eius & consiliarios ita se gerere, vt nõdùm possit in libertatem restitui. Instabat verò Cæsar, vt edictum religionis omnes executioni mandarent, & videbatur omnia posse in tanta Cæsaris fortuna paulatim in Germania ad pristinũ statum reduci, nisi satan impediisset bello Gallico, de quo post dicemus.

*Lantgravius
fuga medi-
tatur.*

Lantgravius captiuitatis valde pertæsus, consilia fugæ cum suis ex Hassia euocatis inuit. Erat ingenio res periculi, Hispanis attentè vigilantibus. Attamen reperti sunt duo, qui suam ei operam addiceret. Hi toto itinere ab Hassiæ finibus Mechliniam vsq; caleseres disponunt equos, & iam parùm aberat, quin res prosperos haberet successus: sed ad Hispani profecti notitiam perfertur, & in ipso propè fugæ momento duo ex Lantgrauianis confodiuntur, nonnulli cõpræhensi capite plectuntur, & Lantgravius arctiori custodiæ mandatur. Cæsar hos conatus indignissimè rulit.

In Augustanis Comitijs multum fertur Carolus Cæsar egisse cum Ferdinando fratre de Philippo filio ad Imperij successionem admitendo. Sed nihil ea in re effici potuit. Non dubium quin Cæsar, qui sciret Philippi amplissimas ditiones & vires, Republicæ Christianæ illo promovendõ consulere voluerit, quando quidem & Turcæ vicini, & alij Imperij hostes non nisi summa potentia arceri possint. Cur autem Ferdinadus ea in re, vt aiunt, Cæsari nõ acquieuerit, me latet, nec est nostrum, Principum consilia scrutari.

*Osandri
nouum do-
gma.*

ANNO 1551 in Prussia Andreas Osander nouum de iustificatione dogma è suo cerebro fabricat, videlicet, hominẽ Christianum eadem prorsus iustitia,

iustitia, qua Deus essentialiter iustus est, iustum esse oportere: hanc verò iustitiam homini inferi &c. Cõtra hunc licet aliqui strenuus esset Luteri propugnator, multi Euangelici aliquot Principum & ciuitatum Luteranarum præcones acriter scripserunt, sed ita, vt & illi Osandro, & illis rursus Osander multas execrandas hærefes impingat: Inprimis autem Vuittembergenses, & in his Melächthonem perstringit. Sic illi fratres Euangelici non contenti turbare Ecclesiam Dei, etiã mutuò se egregiè lacessere & perturbare non desinunt. Et quantum tam multos haberet Osander contradictores Euangelicos, tamen in suam sententiam pertrahere potuit Albertum Prussiae Principem, qui eius aduersarios, & in his Iochimum Merlinum insignem Euangelicum, è suis finibus exegit. Quis non rideat, apud istos infaustos rerum nouatores Euangelij sui doctrinam toties in nouas mutari formas, easque tam diuersas, atq; inter se mirè discrepantes? Sed dolendum maximè est, dum isti ita in rebus grauissimis ludunt, miseræ plebi tam miserabiliter ac nimium exitiabiliter illudi.

*Luteranũ
contra Osã
andrium.*

*Merlinus
proscribitur.*

DIE 27. Februarij perijt in Anglia Martinus Bucerus, monachus Apostata, & qui cõtra omnium seculorum & Christianarũ gentiũ morem, cum esset sacerdos, ad tertias vsq; nuptias pgressus est. Audiui ego ex quodã graui longeq; doctissimo viro, fuisse eum Iudeum, & cum quandoq; puerũ quẽdam nescio ex qua fœmina sustulisset, eum circumcidisse. Vtrum aut hæc prorsus certa sint, non possum affirmare, præsertim quòd ille quoq; qui hæc referebat, se ab alijs accepisse diceret. Vnum hoc certũ est, fuisse se hominẽ pestilentissimũ. Facessant importuni quidã, qui talẽ virũ pacis & pietatis studiosum p̄dicare nondubitãt: nam seipso satis pdunt, q̄ sint parũ syncretè catholici, & veræ pietatis amãtes. Si qua in

eius viri toto pectore hæssisset scintilla veræ pietatis, nunquam ausus fuisset tantæ sibi turpitudinis conscius, præsertim post publicitûs Deo nuncupatum perpetuæ continentiæ votum, in cuiusquam boni viri prodire cõspectum. Sanè inter Euangelicis buccinatores haud temerè inuenias, qui vafrietie & calliditate Bucerum superet. Multa arte conatus est præclaram Colonicensem diœcesin in suos errores pertrahere, & iam aliquoufquè progressus erat, sed Deus p̄potens illius conatûs citò dissipauit, de eius horrenda morte multa tum dicta fuere, sed quia non fatis constant, nolim ea huc adscribere.

*Statua eris-
visiui sudat.*

Mensis Martij die 14. in oppido Bernburgensi sub concionem statua CHRISTI in cruce pendens, magno & stupendo miraculo ad quatuor horas largiter sudauit. Erât qui sudorem illum subindè abstergerent, sed rursûs magna copia manauit. Multæ hac nostra ætate, dum regnant passim hæreses, statuis & imaginibus iniuriæ & contumeliæ petulantiter illatæ sunt, nec adhuc cessatur, licet non desinat genus prodigia, quibûs possent importuni homines absterri. Videntur valdè sibi Euangelici, si ab hominum oculis imagines & statuas Christi & diuorum remoueant, nec pudet eos Iudæorû & Turcarum aliorumq; Mahometanorum imitari vecordiam & impietatem. Sed hac quoquè ratione via sternitur Antichristo.

*Robertus
Vnauocp ce-
cus, sic Ar-
chiepiscopus.*

Hoc anno obiit Robertus **Waucop** Scotus Lutetiæ Parisiorum. Is à puero cecus, vsque eò Parisijs in literis processit, vt Theologi doctor creatus sit. Indè Romæ fit sacerdos, ac paulopost Archiepiscopus Armachanus in Hybernia, & postea sub Julio 3. Legatus à latere. Interfuit quoq; Synodo Tridentinæ. De Didymo Alexandrino, quem D. Hieronymus suum Videntem appellat, constat, à parua ætate captum oculis, ad summam eum euasisse eruditio-

nem,

nem, atq; ad eò etiã geometriam, quæ vel maximè visu indiget, ad perfectum didicisse.

Gallix rex Henricus in suam fidem & clientelam recipit Octauium Farnesiu, & Parmæ imponit Gallicum præsidium inuito Pontifice & Cæsare. Ea res initium præbuit calamitosissimo & diuturno bello Gallico, quo totius Germaniæ, immò & Europe in pristinum statum restitutio, prorsûs impedita est: Pontifex Cæsaris, tanquàm defensoris Ecclesię, opè implorauit contra Farnesium, nec eam Cæsar Pontifici negare potuit, quòd Parma tum esset ditionis Pontificiæ.

*Parma Gal-
licu præsidium
um accepit.*

Sub Maij fine u Philippus Cæsaris filius Augusta discedit in Italiam, indè in Hispaniam, comitante Maximiliano, quem patruus Imperator & parens Ferdinandus ad Comitua euocauerant.

Augusti die 26. Ecclesię Augustanę ministri Euangelici, Cæsaris voluntate intra diem tertium ex vrbe decedere iubentur, nec vsquàm omninò concionari intra Cæsaris ditiones. Intra Augustam vetat Cæsar Luteri dogmata doceri. Eodem modo actum est cum Memmingensibus & alijs Sueuię concionatoribus. Erat in ijs quidam, cuius Dalila iam proxima esset partui. Is petit sibi copiam fieri vxoris, vt ipse vocabat, inuisendæ. Tum Atrebatensis Episcopus cum primis eruditus, ad suos cõuersus, vxorem iste vocat, ait, quæ scortum est. Et reuerà non nisi scorta, immò scortis peiores sunt, quæ vel sacerdotibus, vel monachis iunguntur. Horum autem Profligatio magnum omnibus vbiq; terrorem incussit, qui haud dubiò idem sibi quoquè formidarent: potuilletq; hac ratione facilè populus miserè seductus in viam reduci, expulsis prauis & seditiosis doctoribus, cum ecce in tanta publicæ pacis & tranquillitatis expectatione, Galliæ rex Cæsari bellum mouet. Mauricius deinde cum Gallo fœdus ferit,

*Exiliu con-
cionatorum
Augustæ.
Itemq; alio-
rum.*

*Bellum Gal-
lus Cæsari
facit.*

eam gratiam pro maximis beneficijs Cæsari repen- dens: Cæsaremque vehementer & Gallus & Mauri- tius afflixerunt, tam inopinato nec usquam iudic- to bello: immò cum Cæsari Mauritius omnem interim obsequentiã polliceretur, & Gallus videretur, nul- las belli iustas causas habere. Quicumq; autè huius in Cæsare inexpectati belli authores fuere, non diu postea superuixere, & pleriq; omnes in ipso ætatis flore dura morte periere. In Gallia Christianissi- mo rege mirum fuit, quòd se eo quoque nomine scriberet bellum Cæsari facere, vt Saxonè & Lan- grauium, qui erant precipui Luteranè doctrinæ pa- troni, in libertatem affereret, cum tam en ipse in sua ditione Luteranos & aliarum sectarum homines se- uerissimè persequeretur.

*Tripolis à
Turcis ca-
pta.*

Hoc tempore Turcica classis, Melitæ arce frustra rētata, Tripolim Aphricę urbem expugnat, & Gal- lus naues aliq̃ Belgicas capit & diripit. Per Pede- montium quoque aliquot vrbes occupat. Dolebat regi, quòd Cæsar Pōtifici ferret opem cōtra Octa- uium, quem, vt diximus, ipse in suam fidem acce- pisset. Cæsar eius facti publico scripto rationè red- didit. Quod de captis nauibus Belgicis diximus, ità ferè accidit: Viginti & duæ naues onerariæ mul- tis mercibus onustæ, fretæ inducijs, vt quidam scri- bit, è Belgio tendebāt in Hispanias. Eius rei per na- uem speculatoriam certior factus Polinus Gallus, adnauigat ad naues, ait se vehore reginam Scotia, orat vt recepto nautico more, congratulationis & honoris causa tormenta omnia displodant. Faciunt id nimium creduli, & ecce repente ille in exarmatas naues impressionem facit, & nouem duntaxat eu- dentibus, reliquas cum mercibus, quarum precium quingētēs mille aureis aestimaretur, Roto- magū pertraxit, magna quidem nauiculatorū iniu- ria, & incomparabili damno mercatorum.

Ad

Ad Calendas Septembris Tridenti Concilium rursus continuari cœptum. Aderant magna omni- rum gratulatione tres Germaniæ Archiepiscopi Ele- ctors, Moguntinus, Coloniësis qui paulò post ad- uenit, & Treuericus: & p̃ter hos etiã aliquot Ger- mania antistites, Rex Gallic̃ eo misit Legatum, ex- cusauiq; se coram Patribus Concilij, cur ipse hac vice suæ ditionis Episcopos non jesset passus ire ad Synodum. Erat tum propter Parmense bellū non- nulla offensio inter Pontificem & Regem. Testaba- tur nihilominus per legatum Rex, se erga Religio- nem & Romanam ecclesiam animo futurum synce- ro & integro. Et certè Catholicam religionem in suo regno egregiè tutatus est, & si illi longior con- tigisset vita, nūquam eas heretici in eius regno tur- bas excitassent, quibus post eius obitum Gallia mi- serabiliter quassata est. Atque hoc ipso tēpore, quo propter Parmense bellum alieno in Pontificem vi- sus est animo, edictum longè grauissimū contra Lu- teranos in suo regno p̃posuit, præmia etiã magna delatoribus pollicens.

Novembri mense Magdeburgenses, longa iam obsidiōe pressi, in gratiam his cōditionibus recipi- untur: Supplices à Cæsare veniam petant, in Austri- acam & Burgundicam familiam nihil faciāt, Came- ræ se submittant, Augustano decreto postremo pa- reant, aureorum quinquaginta millia persoluant in usum fisci pro belli sumptu, tormenta maiora duo- decim Cæsari tradant, & quædā alię dure fatis. Sleic- danus hanc eorum laudat cōstantiam, quòd illi Cæsari & toti Imperio tam p̃tinacter restitissent, qua re dicit eos summam nominis gloriam apud exteras nationes adeptos. Verùm nemo sanè mentis dixerit eos laudem vel gloriam mereri, qui ob pertinaciam & rebellionē proscripi à Cæsare, suo exēplo alios quoque ad rebellandum inuicent. Sed Sleidanus ad

tam

*Cōtinuatio
Concilij.*

*Magdebur-
genfes se dea-
dunt.*

tam præclarum facinus audèdum etiàm alios, dem laudat, inſtigat & accèdit. Porrò Mauricius Magdeburgum in Cefaris, Imperij & ſuam fidem adigit, & relicto in vrbe præſidio abſcedit.

*Intercedi-
tur pro Lant-
grauio.*

Sub Decembris initium Mauricius, Elector Brã-
deburgicus, & multalij principes partim per lite-
ras, partim per legatos apud Cefarem pro Lantgra-
uio rursùs intercedunt. Cefar, qui de Mauricij cum
rege Gallorum fœdere & bellicis cõſilijs nihil ſci-
ret, (adeò teſtè & diſſimulanter à Mauricio gere-
bantur omnia) reſpondet ſe expectare in dies Mau-
ricium, cum illo ſe ca de re ità coràm acturum, vt
intelligant Principes, ipſorum interceſſionem apud
ſe pondus habuiſſe. Paulò poſt Lantgrauij filius
Guilelmus venit ad Mauricium, ait Cefaris hoc du-
bium eſſe reſponſum: Patrem ſuum tabeſcere ſqua-
lore carceris (licèt non ſit veriſimile, Cefarem tam
duriter egiſſe cum Lantgrauio) hortatur vt patri

*Mauricius
bellũ parat.*

opem ferat. Ità Mauricius, qui ſua conſilia miſcè
cælãrat, hoc Cefaris non incommodo accepto re-
ſponſo, ſtatim ad bellum gerendum animum adij-
cit, tempuſq; anni idoneum expectat. Habebat iam
exercitum quo Magdeburgum obſederat, cui ad-
iunxit eos milites, qui urbem defenderant. Hi per
Duringiam hyemabant, & multa præſertim Ecclē-
ſiaſticis atque in ijs Moguntino Epifcopo damna
dabant. Ea res permouit tres Electores Epifcopos,
vt domum cogitarent.

*Bellum in
Cefarem
ſuſcipitur.*

ANNO 1552. Germanicum in Cefarem
bellum ſuſcipitur, Gallix rege cum
Mauritio & alijs quibuſdam ſeſe con-
iungente, & deſenſorem Germanicę
libertatis palàm ſcribente. Cefar nec-
dùm quicquam comperti habuit de Mauricij ma-
chinationibus, quippe qui omne ſtudium Cefari
per

per literas & legatos polliceretur, & etiàm legatos
duos ad Concilium mitteret, Cefari quoque per-
ſuaderet milites ob non ſoluta ſtipendia tumultua-
ri, cum tamen eius ſacramento tenerentur. Hęc
quidem in illo principe, quem Cefar ampliffimis
auxiſſet honoribus & beneficijs, minimè probatur.
Nam ad Lantgrauij liberationem nihil opus erat
tam pernicioſo bello, quo Germanix pleriq; Prin-
cipes diſſimè afflicti, ciuitates magna damna per-
peſſæ ſunt, Noriberga inprimis, cui Albertus Bran-
deburgicus Mauricij ſocius tantum damni dedit,
quãtum credi vix queat: & quo deniquè latiùs ſer-
pente, ipſe Mauricius florente ætate extinctus eſt.
Si acceſſiſſet Cefarem, vt & ſe facturum dixerat, &
Cefar per literas petebat, haud dubiè illius animum
flexiſſet, & Lantgrauium longè faciliori via liberãſ-
ſet. Sed non vna Lantgrauij captiuitas, verùm mul-
tò magis, vt eſt veriſimile, importuna Luterano-
rum dogmatifitarum inſtantia, eum ad hoc bellum
Cefari præter omnem expectationem faciendum
induxit.

Cum Tridentum crebris nuncijs de bello allatũ
eſſet, paulatim Cõcilij patres domum abeunt: neq; bello diſſi-
enim tutum erat, cum armato milite de religione
diſceptare. Ità tot Cefaris conatus, tot ſumptus &
labores eo importuno bello perièrunt. Iam Mauri-
cius cum exercitu progreditur: priùs tamen ad Or-
dines Imperij ſcribit, facti ſui rationem reddit: Cæ-
ſarem, non tamen nominatim, acerbè perſtringit, &
moderatiffimo Principi multa impingit, quę in illũ
minimè quadrant. Appãret, illas literas non à Mau-
ricio, ſed ab aliquo impuro apoſtata vel melächtho-
ne conſcriptas, præſertim quòd ad primam earum
partem attinet. In altera agit de Lantgrauio, vbi rur-
ſus imputat Cefari, licèt obliquè, ſtudium arripien-
dę Monarchię. Sed dum ſic ſcribit, videtur optimo
Pri-
Pri-

Principi propemodum nimiam improperare clementiam, qua nisi ille in Germanos uti voluisset, non valde difficile fortassis ei fuisset, tale iugum imponere Germanorum cervicibus, quod non facile excutere potuissent. Sed & hoc ex alicuius virulenti apostatae Monachi officina profectum videtur. Scilicet Carolus Cæsar apud ingratos & in tot sectas dissectos Germanos Monarchiam affectavit. Habuit ille longè potentissimus Princeps, hodieque habet Hispaniarum serenissimus rex Philippus filius eius tantam, tamque amplam & prepotentem in nouo orbe Monarchiam, ut tota Europa vix digna sit, quæ illorum in eo Orbe ditionibus comparetur. Deinde laudat Galliarum regem, & cum eo se percussisse foedus scribit, aitque; Cæsari decretum esse, Galliarum regem omnibus fortunis euertere. Hoc quidem Cæsarem voluisse, nusquam apparet, nec hoc quisquam facile credet, qui Cæsaris res gestas inspexerit. Sed ut dixi, talia Mauritius non suo, sed alieno calamo scripsisse putatur.

Albertus Brandeburgicus contra Cæsarem.

Edidit etiam scriptum quoddam Albertus Brandenburgicus, socius Mauritij, quem Cæsar captiuum in libertatem restituerat. Is inter cetera in hoc scripto ait, Cæsarem induxisse militem externum in Germania, qui & plurimum det damni per agros, & copiosius ad inopiam redigat, & omnne genus insolentiae exerceat. Hoc autem utrum verius in externos milites, quam in eum ipsum Albertum Principem competat, qui tot modis vexauit Germaniam, testes esse possunt multæ amplæ Germanicæ puinicie. Valde etiam perstringit Commentarium Ludouici ab Auila clarissimi viri Hispani de Cæsaris bello germanico, ipsumque Ludouicum vocat hominem impurum & medacem, quod quidem in eum virum non competit, quæ Cæsar admodum habuit multis annis familiarum. Et ipse quidem Ludouicus etsi vno loco nonnihil insinuat Albertum negligentiæ, idque eo tempo-

Ludouicus ab Auila perstringit.

re quo captus fuit, tamen alibi honorificam eius mentionem facit, & dicit Cæsarem vel maximè letatum fuisse, cum eum sibi videret ex captiuitate restitutum, magnisque eum affectisse beneficij.

Galliæ quoque rex, cur hoc bellum susceperit, publicis literis declarat. Is nominatim perstringit Cæsarem non semel. Iam omnes isti erant ad bellum instructissimi, & ingentes post se militum turbas trahabant, cum interim Cæsar omnia ferè tuta putaret. Ità verò necopinatio à tam multis non vno loco hostiliter appeti, & iam propè in ipsas hostium manus incidere, tam est humanæ infirmitati molestum, ut non pauci etiam ex longè minoribus casibus legantur subito vel apoplexia, vel alio morbo extincti. & est verisimile, Carolo Cæsari hanc inopinatam persecutionem non paucos vitæ annos detraxisse: quàmquam nec illi diu superuixerunt, qui in eum tam hostiliter incurrerunt. Scriptum istud Galliæ regis typis fuit excusum lingua populari, & in fronte præferebat pileum inter duos pugiones. Subtus erat titulus regis, qui se libertatis Germanicæ & principum captiuorum vindicem appellabat. Sunt qui dicant hoc symbolum repertum in antiquis numismatis, & ab illis, qui Iulium Cæsarem occiderunt, usurpatum. Historici interdum scribunt, seruos ad pileum vocatos, hoc est, ad libertatem, cuius insigne est pileus. Iam ante dixi, multos fuisse admiratos, quod ille rex, qui diceretur Christianissimus, eos principes ex Cæsaris Catholicis manibus vi extorquere voluit, qui essent Luteranorum precipui patroni, cum tamen ipse in suo regno hoc ipso ferè tempore decretum seuerissimum in Luteranos promulgasset.

Mauritius cum socijs progreditur, multas Germanicæ vrbes occupant, abrogant magistratus à Cæsare institutos, ipsi nouos creant: nec hoc contenti, Germanicæ etiam pecuniæ & tormeta exigunt: & hoc erat Germanicæ

manicæ

Imperietres
Episcopatus
adimuntur.

maniam restituere libertatem, cum ipsi non esset illarum ciuitatum domini, immo bellum faceret suo Principi, Augustam quoque paruo p[re]sidio munitam deditio[n]e capiunt. Interim Gallie rex cum maximis copijs Tullum, Vir dunum, Metim Imperio subtrahit, Lotharingiam occupat, ducem puerum nouum annorum in Gallias mittit. Metensibus durum est iugum impositum, nec p[re]ter meritum, vt quidam putant, quod Luteri dogmata non admodum respicere viderentur. Ita rex Gallie, qui se libertatis Germanie vindicem scribebat, breui tempore ab Imperio tres abstraxit episcopatus, adiutus Germanorum auxilijs. Visus est etiam Gallie rex tentare Argentinam munitissimam Germanie oppidum, sed id frustra fuit. Mauricius Auguste mutauit Senat[um], a prudentissimo Cesare constitutum, & veterem vna cum tribubus restituit. Inde sex diebus Vlmam oppugnant, sed oleum atque opera perdunt: quamquam Albertus Brandeburgicus Vlmensem vicus & oppida vastauit incendijs, pecuniam extorsit, eodem instituto vtens apud Vlmensem vicinos.

Est Vlma potens & nobilis Sueuie vrbs, quam tamen ipsam constat olim a Carolo Magno Christianissimo Imperatore attributam fuisse amplissimo illi monasterio, quod Augiam maiorem vocant. Et vt videat Lector, quanto studio quondam sanctissimi Imperatores, Reges & Principes exadificandis & ditandis Ecclesijs & monasterijs incubuerint, adscribam hoc loco fragmentum literarum Caroli Magni, quibus Vlmam largitur monasterio iam dicto, idque sane longe maiori pietate, quam hodie infame apostate incitant reges & principes atque magistratus ad expilandam & destruendam monasteria. Est vero hoc literarum exemplar: CAROLVS diuina fauente gratia Imperator Augustus: Si sanctorum monasteriorum loca, ne labantur, frequenter susten-

tamus,

tamus, sustentando ditamus, non solum Deum per hoc nobis placamus, sed etiam nostri totius regni statum corroboramus. Quapropter omnium presentium ac futurorum comperiet industria, qualiter Vlmam nostram regalem villam, pro animae nostrae ac parentum nostrorum remedio, ad monasterium quod constructum est in insula, quae in Alemanniae partibus sita, Sinteleohefuna nuncupatur, vbi venerabilis praesul Heato spirituali turmae praest, cum omnibus appendicijs suis & locis adiacentibus tradimus atque transfundimus: vt fratres ibidem regulariter subsistentes, & diuino operi die nocteque iungiter insudantes, dum sumptibus alacriter procurantur, assiduis eorum precibus Deum nobis propitium facere dignetur. Et vt praedictus Heato cum fratribus suis monachis & clericis in praefata insula, exterioribus curis remotis, Deo seruire liberius atque securius insistere valeat, cum ipsius Abbatis desiderio, suorumque monachorum rogatu, Adelbertum cognatum nostrum in supradicta Vlma aduocatum ac defensor[e] constituimus &c. Datum anno salutis 813.

Ex quibus literis inter caetera obiter licet animaduerti, quam vanum sit istorum nouorum hominum commetum, qui monasteria olim non nisi Christianas scholas fuisse somniant, in quibus pueri instituerentur. Nam etsi etiam in quibusdam monasterijs habebatur monachi doctissimi, qui iuniorum res fratres in humanis ac diuinis literis instituerent, *Monasterio rum praecipua* at tamen praecipua monasteriorum occupatio fuit, *praecipua studia*, diuinis vacare officijs & ministerijs. Pudet sane pigetque referre, quam multa & impudenter & petulant[er], atque etiam imperite & stolid[e] hac de re a quibusdam sectarijs confingantur. Scripsit quidam Guilielmus Radensis epistolam dedicatorem in Chronicon Hirsaugiense Ioannis Tritthemij Abbatis, Is multus est in laudando illo Abbate, sed quaedam

PP dam

Vlma finestrà oppugnatur.

Vlma dicitur monasterio Hirsaugiense.

dam tamen illius obliquè perstringit. Cogor esse breuis, alioquin in breui epistola multas illius hominis ineptias, nè quid grauius dicam, ostenderem: & tamen videtur sibi bellissimus euangelicus. Ait factis liquere, monasteria olim nihil aliud fuisse quàm Christianas scholas, ad etatem iuuenilem in omni genere literarum & bonis moribus vsque ad annos maturioris etatis instituendam. Itaque putat post eà si institutis licuisse inde discedere & abire quò vellent: nam mox subiungit: Quæ quidem nunc tristissimi sunt carceres. Sed vel ex vno illo Chronico, quo se vult tueri, abundantissimè hominis vecordia confutatur. Nam in monasterijs monachi instituebantur iam monasticen professi, aut certè professuri, tametsi fortassis etiàm admitterentur honestorum virorum id petentium pueri nonnulli, vt cum literis vnà etiàm pietatem apud monachos imbiberent. Nec tamen sic dabatur opera literis, vt nihil præter eà aliud fieret ab eis. Immo poterat delirus iste ex Regula Diui Benedicti, de cuius monachis potissimum agit Tritthemius, id perspicuè discere, non licuisse monachis quicquam diuino operi, hoc est, precibus horarijs & cultui diuino in templo absoluèdo antepone, nisi id fortassis certas ob causas rationi consentaneas alicui permitteretur. Itaque monasteria eò potissimum spectabant, vt in ijs ex monasticæ regulæ præscripto, in castitate, paupertate & obedientia (cuius obedientiæ votum iste miser vocat impijssimum) viueretur, vt Diuinis laudibus vacaretur, & tempus omne religiosè expendere, idque ex Regulæ & Obedientiæ præscripto. Hoc verò isti tenebriones vocant tristissimum carcerem, non vtique sic dicturi, si vel micam haberent Christianæ pietatis. Nòrunt enim homines in vera pietate exercitati, quantam animi libertatem & iucundita-

*Nihil operi
Dei præpo-
mendum.*

tem

tem pariat eiusmodi propriæ voluntatis abnegatio & studium obedientiæ: contrà verò, quàm verè misera & dira sit seruitus suæ obsequi voluntati, suis indulgere affectibus & desiderijs, quemadmodum faciunt hoc tempore apostata monachi, qui pertæsi Euangelicæ illius vitæ, quæ in monasterijs benè institutis cernitur, ad ollas Aegypti & seculi atque carnis voluptates redierunt: cumque suam turpitudinem & foedissimam apostasiam in sacco & cinere plorare deberent, è diuerso in reprobum dati sensum, criminantur vitam monasticam, & vbiqùe magistratus instigant ad abolenda monasteria, eorumque redditus & facultates in pios scilicèt vsus conuertendas. Ità factum est, vt multis locis monasteria destructa sint, quædam verò mutata in scholas, vbi pueri instituuntur, contra ipsam monasteriorum primam institutionem & fundationem. Porrò redditus eorum & facultates sic distribuuntur, vt non exiguam indè atque etiàm ex alijs bonis Ecclesiasticis portionem ad se adducant viles apostata, qui cum suis incestis Dalilis viuunt ex eis non paulò suauius, quàm olim eis in ipsis monasterijs licuisset. Sed veniet ille dies, quandò diuitias quas deuorant, euoment, & de ventre illorum extrahet eas DEVS. Luent quæ *Iob 20.* fecerunt omnia, nec tamen consumerentur: iuxta multitudinem adinventionum suarum sic & sustinebunt. Et quare tandem? Sequitur apud Diuum Iob: Quoniam confringentes nudauerunt domum pauperis, (Sunt enim monachi ex professo pauperes, & licèt pleraque monasteria habeant non paruas facultates, tamen necessarijs contenti monachi, reliqua longè meliùs quàm isti desertores expendunt, nec quicquam priuatim indè sibi ceu proprium vendicant) rapuerunt & non

*Monasteria
in scholas à
quibus mu-
tata,*

ædificauerunt eam, nec est satiatus venter eorū. Reuelabunt cæli iniquitatem eorum, & terra confurget aduersus eos. Certè omnium harum turbatur caput & author Luterus sibi vendicauit Augustiniani monasterium, quod fundatum erat pro monachis triginta, nec id quidè in scholam publicam conuertisse cum legi, sed cum sua Catharina vixit ibi genialiter, id què non modò non reprehendente, sed summè etiàm applaudente cæco hoc mundo, O fœdissimâ rerū mutationem. Olim sanctissimi & potētissimi reges & principes in numeris extruēdis & ditādis monasterijs exatiari non potuerunt, & ea re, vt paulò antè ex literis Caroli Magni didicim⁹, Deū se placare, & totius regni statum corroborare credebant: hodiè contra ad sceleratorum apostatarum suggestione passim excinduntur & euertuntur, haud dubiè non sine euidenti regnorū & ditionum multarum euersione. Nam certè in monasterijs instabatur precibus nocturnis atque diurnis, & erant in illis permulti, quorum preces Deus contemnere non potuit: & tum florebat Resp. & erant opes & copiæ in regnis, magna annonæ vilitas, vberes rerū proventus. Conferantur sanè ea secula, quibus in precio fuere monasteria, cum hoc nostro reuerà miserrimo & infelicissimo seculo, quo nihil ferè est contemptius monastica vita, & re ipsa vtrorūque mirabilem atque ferè incredibilem diuersitatem comperiemus. Non volunt attēdere homines, tanto semper omnia rebus in humanis felicius succedere, quanto maior impenditur cura, studiū & opera in cultum diuinum. Sed Luterus & sui aiunt cum Dei cultum, qui est in monasterijs, esse impium & idololatricū. Quid verò aliud diceret Luterus cum toto grege sui similibus apostatarum? Longè aliter de monachis senserunt omnium ætatum & seculorum optimi quique; & doctissimi homines, atque etiàm

Resp. quādò floruerit.

pijsi.

pijsimi & inuictissimi principes. Et certè nisi suæ impietati vel maximè obistere videret malus demone vitæ monasticæ professores, nunquàm tam atrociter per Luterum & id gen⁹ pestes eos esset infectatus. Verùm ab eius farinæ hominibus vituperari, id demùm eximie laudari est: maximè cum isti non solum ea vituperent, quæ ab omnibus bonis prædicantur, sed interim etiàm palàm impudentissimè mentiantur. Ità ille bonus vir, cuius suprâ memini, Guilielmus Radensis in illa sua Epistola hoc quoquè addit: Nunc nemo ferè est, (aut saltem paucissimi) qui vel à limine sacras literas in monasterijs, ab Antichristi fermento non repurgatis, salutārit, nedùm profiteatur. Immò si quis sit, qui Bibliorū lectioni intendat, in quæ vsum transferre vel saltem cogitet, hunc statim hereticum, schismaticum, inobedientem, apostatam ac Luteranum proclamant & c. & rursus: Authores, inquit, bonos exurūt & c. nam nimis longum est eius nugæ & calumnias referre. Obsecro, quid in his hominibus vel mentis vel frōtis est, quos non pudet tam turpiter mentiri? Vt nihil dicam de alijs monasticis ordinibus, quorū mihi non tam nota sunt exercitia & studia, atque nostra. In Carthusiano instituto, quod ego me amplexum lætor, quotannis tota sacra Biblia publicè in omnium fratrum auribus perlegūtur, partim in templo, partim alijs certis locis: psalterium totum hebdomadis singulis recitatur, vt cetera priuata studia pertineam: & tamen non verentur isti scribere, arceri monachos à Bibliorum lectione, & qui Biblia lægant, eos hæreticos vocari. Et hæc quidem & id genus alia plurima, licèt sint impudentissimæ vanitatis, tamè persuaserūt permultis: & hoc illis sufficit, potuisse scilicet id ipsos efficere, vt quauis sceleratè & prodigiosè mentirentur, tamen vera dicere putarentur. Et videas sanè hodiè per plures, qui hui-

Calumniæ
hereticæ.

Mendacium
posuimus
spem nostræ

usmodi multa petulater cōfingant, aut ab alijs ho-
rum temporū nouatoribus hauſta, admodū cōfi-
denter iactitent, & in hoc ſibi bellè ſcioli & præſi-
rè religioſuli videantur, ſi poſſint inſultare mona-
chis. Ità noſter Guilielmus Radēſis, cuius ſemel atq;
iterū memini, rursū ait, ordines quōſdā pueris
ſuis (ſic enim vocant, quos nos Cōuerſos dicimus)
oīm librorum lectionem aliquot ſeculis penitūs in-
terdiſiſſe. Scripſit iſte egregius vir ſuā hanc epiſto-
lam Magdeburgi anno 1559. cuius vr̄bis conciona-
tores quidā Luterani, in quibus & Illyricus, mirabi-
liter oppugnārūt Vuitrēbergēſes & Lipſenſes the-
ologos, & fortaſſis iſte Radēſis tuit vnus ex illis.
Talibus verò tam proſtigatis & deploratis tenebri-
onibus prolixè velle reſpōdere, non niſi bonas ho-
ras perdere eſt. Audiāt miſeri illi, multos hodiēque
in monaſterijs inueniri monachos, qui ſe à talibus
humani generis peſtib⁹ irrideri & vituperari, in ma-
gno lucro ponant. Vtinām verò præpotens Deus
quādoquē peſtoribus hominū, malè ab illis ſaſci-
natorum, adſpiret lumē gratiæ ſuę, vt videāt quorū
hoīm prodigioſa cōmenta ſequātur, mālīntq; ſimi-
les eſſe Caroli Magni, & innumerabiliū aliorū reli-
gione & pietate præſtantīū Maiorū ſuorū, q̄ iſtorū
reuerà miſerorum hominum, quorum horrendam
cēcitatē tanto magis execrabitur poſteritas omnis,
quòd eam ipſam pro magna Euangelijs luce iactā-
rint. Scio hæc non admodū commodè hoc loco
inferi: ſed candidus lætor boni conſulet, quòd in-
terdūm iſtorum inſolentię reſpondemus, quorum
alioquī amentiam & ſtultitiam irridendo & conte-
mēdo prætergredi māllemus, niſi nos ſimplicium
minusq; peritorū periculū, quippe qui horū frau-
dulentiſ mēdacijs nō rarò euerſantur, cogeret ve-
ritatis ſuſcipere patrocinium. Verūm his obiter cō-
memoratis, iam ad narrationis ordinē reuertamur,

Magdebur-
gici oppu-
gnant Vuit-
rēbergicos.

Con-

Conuenitur intereà Lincij, quod eſt Ferdinandi
regis oppidum, atq; ibi cum Ferdinādo Mauricius
de pace tractat, nec Cęſar ſe valdè difficilè præbet,
certis tamē cōditionibus, quas cūm Mauricius ſinē
ſociorum conſenſu ſe diceret per omnia accipere nō
poſſe, ità diſceditur, in dicto rursū conuentu Paſſa-
uij. Cęſar iam militem cōſcribebat. Epifcopus Au-
guſtanus nō mediocri ab Mauritij ſocijs damno af-
ficitur. Camerę Iudices Spira excedūt nō ſinē cauſa.
Magna eſt in Germania, pro cui⁹ libertate iſti ſe di-
cebant arma cepiſſe, rerū confuſio & perturbatio,
multis etiām Proteſtātibus ad ſummā inopiā reda-
ctis. Vndecimo die maij veniūt literę ad regē Gallię
à Mauricio de pace cum Cęſare cōponenda. Iſs ac-
ceptis literis, Rex, qui nihil min⁹ ſperāſſe putatur,
biduo poſt redit in Lotharingiā. et hæc fuit merces,
q̄ Mauriciū Cęſari bellum mouentē tam magnis
impendijs adiuuerat. Mauricius quidē paulò poſt
redit cum Cęſare in gratiā, & militē ſuum in Hun-
gariam contra Turcas ducit, rege Gallorū poſtha-
bito. Sed dum Galliæ rex in Germania verſatur,
Cęſareani duce Martino Roſſemio Gallias inua-
dunt, & Campanię Gallicę ſines lōgè lateq; vaſtāt
incendijs. Mouit hoc quoquē regem, vt ſuos poti-
ūs limites tueretur, quām in Germania hereret.

Maurici⁹ Lincio digreſſus, victoriā obtinet apud
Alpes, capta arce Erebergo, vbi non longè ab fuit à
ſupremo vitæ discrimine, niſi celerrimè ex militum
ſtipendium poſentium manibus elapſus eſſet. Vbi
Cęſar cognouit de capto Erebergo, mox Oenipō-
te diſcedit feſtinabūdus, & cum eo Ferdināduſ rex.
Paulò antè Saxoni captiuo libertatem reſtituerat,
ſed is à Cęſare diſcedere noluit, abeuntemq; ſecu-
tus eſt Villacum vſq; quod eſt in Carnis oppidum.

Oenipōtem
Mauricius
obſinet.

PP 4 norum

norum & Cardinalis Augustani diripit, rebus Ferdinandi & ciuium nihil læsis. Augustæ paulò post scriptum edunt, quo à Cæsare fugatos concionatores Luteranos reuocant, & eos iureiurando, quo Cæsari se obstrinxerant, absoluant nescio qua auctoritate. Ità permissum est, immò & mandatum illis præclaris noui Euangelij præconibus redire ad Luteri confirmandam & amplificandam doctrinam; & hoc quoquè erat libertatem Germaniæ restitue. re. ò miseram libertatem.

Per hoc ferè tempus Albertus Brandeburgicus Vuolphgango Teutonici Ordinis Magistro direptionibus & incendijs plurimum dat damni, atque insuper pecuniã extorquet. Indè verò in Noribergesum agrum sese confert, & tam immaniter eorũ omnia vastat & populatur, vt vicos centum, castella & ciuium villas septuaginta, & cum his tẽpla, postquam ea spoliãsser, atque ter mille iugera syluæ ad eos pertinentis combusserit. Bambergensis episcopus durissimis cõditionibus pacem ab eo redimit. Vuiricburgicus aureorum millia ducenta numerare cogitur, & pterea in se eius debita recipere, quæ erant circiter trecẽta quinquaginta aureorum millia. Sueuicæ ciuitates numero ad viginatix, & in ijs Augusta, per legatos hortabantur Noribergeses ad pacem cum Alberto faciendam: sed illi præter alia, quæ eos ab hac pace absterrent, à Cæsaris & Ferdinandi fide discedere noluerũt. Tum verò Albertus longè etiã maiori impetu Noribergam oppugnat, & tandèm his cõditionibus cum eo pacem facere compulsi sunt: Aureorũ ducenta millia dependant, licet iam antè Mauritio & socijs eius centum millia dedissent: tormenta magna sex instruta rebus omnibus tradant: principes cõfœderatos fauore præsequantur &c. Et hæc ipsa ciuitas Augustanæ erat Confessionis. Hoc successu fretus Albertus, Vlmensis

Noribergensium clades.

Item Bambergensis et Vuiricburgici.

Noribergenses afflictissimi.

fibus quoquè dira minatur: sed illi respondent negatiuè ad ea quæ postularret. Si Romanus aliquis Pontifex, vel alius quiuis Catholicus Episcopus ità diuexasset urbem aliquam, nullũ Sleidanus & eius similes sectarij scriptores, eius atrocitatis exaggerandæ finem facerent. Et multus est Sleidanus in commemorandis pecunijs, quæ è Germania & alijs regnis Romam exportetur. Et hæc facit vir bonus, vt inuidiam confleret Pontificibus. Verùm sub hoc nouo Euangelio tantam rerum ferè omium iacturam fecit Germania, totq; damna & clades perpessa est, vt pecuniæ omnes Romæ exportatæ, pro nihilo habendæ sint: nec adhuc calamitatũ ullus apparet finis. Hoc verò bonus Sleidanus nõ videt, & libens patitur hærerè in calamo, non passurus, si ad Pontifices exagitanos isthuc pertinere. Tales nimirum sunt pleriq; omnes scriptores sectarij, qui se Euanlicos vocant.

Galliæ rex Lucemburgensem ditionem inuadit, populatiõibus & incendijs grassatur, Danuillerium oppidulũ deditur, & postea Luodiuum valdè munitum, in quo erat Ernestus Mansfeldius Comes, qui cum multis alijs in regis potestatem venit. Porro Mauricius ad constitutam diem Passauium aduolat, vbì & Principes aliquot coram aderant, & absentiu multorum legati. Aderat & Galliæ regis legatus. Mauricius tria vrgebat: Lantgrauij liberationem, & vt cognosceretur in illo ipso Passauiensi conuentu de illis rebus, quæ essent contra Germaniæ libertatem: deniquè vt religionis causa nemini fiat molestia, donèc lis omnis cõposita sit. Albertus Brandeburgicus egregiè pergit Moguntinũ, Treuirensẽ, & alios per Germaniam multis illatis damnis affligere. Volebat ab Argentinesibus milites suos quouis tẽpore intra urbem recipi, & præsidium quoq; admitti, & quædam alia, sed nihil impetrauit. Non

Gallia vastat Lucemburgenses.

Conuentus Passauiensis.

tulissent impunè, nisi eo ipso temporis pūcto, quo hæc ferè exigebat, rumor allatus esset de Mauritio ad pacem spectate. Iam Vuormatiam & Spiram occuparat. Relicto autem Spiræ præsidio, cum copijs Francofordiam repetit, & indignè ferens pacem cum Mauritio confectam, noluit subscribere, sed pergit oppugnare Francofordiam. Reuerà dici non potest, quam multos per Imperij ditiones ille Albertus mirabiliter flagellarit. Mauritius pace facta cum Cæsare, exercitus sui partem, vt iam antè attigimus, duxit in Hungariam contra Turcas. Pacem illam Rex Galliæ fertur non æquo tulisse animo.

Cæsar venit Augustā

Iam Cæsar ingenti coacto exercitu Oenipontem redibat, indè 20. die Augusti Augustā venit, Senatū à Principibus institutum remouet, & priorem, quem ipse crearat, restituit. Per hoc verò tempus in Italia Senenses Gallorū ope Hispanos milites è sua vrbe eijciunt. Lantgrauius è custodia dimissus, vbi ad Traiectū superius venit, rursus ob Rifebergi copias cum Alberto recens cōiunctas, Hispanis custodiendus traditur, donè Cæsar cōfuleretur. Albertus Brandeburgicus primò Moguntiam, mox Treuirim occupat. Moguntia arcem episcopi & quædam alia loca flamma vorax absumpsit. Treuerica quoque ditio ignes & dira multa ptulit, & cum aliquot monasterijs arsit etiā quædam Episcopi arx, haud procul à Treueri. Episcopus Treuirensis erat in arce munitissima apud Confluentiam, quò etiā se contulit Colonienſis Episcopus. Facile ex ea arce prohiberi poterat, si Albertus (vt ferebatur) militè nauib⁹ per Rhenū deuchere voluisset. In hoc Principum Concederatorum bello Vlmenſes, in Cæsaris fide constantissimè permanserunt, licèt sex dierum (vt diximus) obſidiōe premeretur, & Albertus dira eis comminaretur.

Cæsar

Cæsar Septembri mense venit cum omnibus copijs Argentinam, sed nō nisi cum paucis vrbem ingreditur, quod Galliæ rex impetrare non poterat: sumptuq; illic prandio, rursus egredit. Tādē iam appetēte hyeme importuno tempore cœpit oppugnare Metim, 22. Octobris die. Vrbē illam Galli mirum in modum cōmunierant. Albertus Brandeburgicus hoc tēpore, cum nō posset cū Galliæ rege de stipēdiō cōuenire, quorundā precibus cum Cæsare redit in gratiā, habebat apud se 50. signa peditū nec paucos equites. Aumali⁹ Guisij Principis frater, cognita eius à rege defectiōe, cum iam ei legiōe vnā peditum, cui Rifebergus præerat, Galli detraxissent, in eum magno impetu irruit: sed Albertus, licèt longè pauciores haberet eqtes, magna vi Gallos in fugam cōiicit, multos etiā nobiles cœdit, Aumalium ipsum capit, & in Germaniam mittit custodiendum: moxq; ad Metim se cum Cæsaris exercitu coniungit. Fuit hoc Nouēbris quarta die. Cæsar 20. die Nouēbris venit in castra. Tum verò tanta vi vrbs oppugnata est, vt tormentorū horrēda tonitrua vltra vigintiud Germanica milliaria sint audita: sed quòd sæua esset hyems & tēpus omniò importunū, obſidiō soluta est sub Decembris finē. Ex exercitu multo frigore & cōtagione periērūt. Guisus princeps, q vrbē ppugnauit, egregia in milites Cæsaris morbo aut vulneribus, nē exercitū sequi possent, impeditos, vsus est humanitate & liberalitate, benignè eos excipiens, & rebus om̄ibus necessarijs adiuuans. Fuit hoc sanè facinus Christiano principe dignum, & merita apud omnem posteritatem laude celebrandum. Et certè idem ille princeps religionis catholice fuit constantissimus propugnator, quæ res illi tādē mortem conciuuit, vt postcā indicabimus.

Ab alia parte Cæsaris Belgicę copię vastant Galliam, & Hefdinum expugnant. Interim ex Hungaria

Cæsar intrat Argentinam.

Metis obſidetur.

Terribilis oppugnatio

ria

ria Mauricius domum redit. Porro Henricū Brunſuicenfem hoc ferè tempore non mediocriter afflixit Volratus comes Mansfeldius, qui Alberti militabat auspicijs, cū is Gallicarum eſſet partium.

*Germania
clades &
damna.*

Magna omninò & incredibilia hoc anno damna tulit Germania, idq; ab ipsis Germanis, qui se Germanicæ libertatis vindices profiterentur, præterquam quòd etià tres Germaniæ Episcopat⁹ Gallus sibi vèdicauit. Videbantur iam Euangelici præcones restituti, cū ecce Ioachimus Vuestphalus, Ecclesiæ Hamburgensis pastor, classicum canit, nec sinit pace gaudere Zuingliani Euangelij fratros. Libellum enim emisit hac inscriptione, *Farrago confusæ sanearum & inter se dissidèrium opinionum de Cæna Domini, ex Sacramentariorū libris congesta.* Hoc telo præter spem Tigurini & reliqui ei⁹ generis symmylæ, in primis Caluinus percutitur: Vult Ioachimus hoc libello ostendere, Zuinglianos in varias & pugnantes inter se opiniones scissos esse: quæ sit p̄pria nota seductorum. Certè ipse quoque Luterus 8, Zuinglianos sectas in breui sua Confessione enumerat. Hortatur quoque Ioachimus doctiores, vt nocentissimum Zuinglianorum errorem oppriment: Denique dicit esse dignas Zuinglianorum blasphemias, quæ potiùs sceptro magistratûs, quàm stylo refutentur. Paulò antè Caluinus Tiguri ostèderat, idem se cū Tigurinis de cœna sentire: sed hoc Ioachimus per simulationem factum dicit. Nemo quidem cõtra hoc Vuestphali scriptum quicquam hoc anno edidisse visus est, sed non semper impunè ferret, quòd ausus est tãta cõtumelia afficere Caluinum suis. Obiter hîc obseruanda sunt occulta Dei iudicia. Gaudebant iam hæretici, Mauricij opera ipsis aliquam esse redditam libertatem & Cæsarem grauissimis bellis teneri implicatum: sed ecce dum sibi à Cæsare tuta ferè omnia pollicentur, in mutua

se

se bella transferunt, & tam dirè inuicem se lacerant & infestatur, vt parùm à catholicis passî videri possint. Hoc tamen dubitandum non est, qui Cæsarem impediuerunt, nè posset cceptam Germaniæ ab hæreticis contaminatæ restaurationem prosequi, eos Christianæ Reipub. cladè haud vulgarem attulisse. Sed de his alij fortassis scribent copiosius.

Hoc anno Giapan insula, in extremæ Asiæ finibus à Lusitanis, quorū est lógè lateq; prolatū Imperiū, etià in remotissimis ab orbe nostro regionibus, de amplectenda Christi religione sedulò pertentatur. Est ea gens in parallelo Germaniæ & Galliæ ad Antipodes sita, disciplinarumq; omnium gnara. Itaq; difficiles se præbent, nec volunt Lusitanis morè gerere, nisi id priùs faciant Sinarū populi, de quibus iam magna spes est, quòd possint ad fidem Christo benè propitio traduci, vt infra paucis attingemus. Sinarum rex perpetuū gerit bellum cum Cathainis Tartaris, quorū est amplissimum imperiū, ferturq; idem rex aliquot milliariū murum cõtra Tartaros exedificasse, vbi perpetim in armis habeat centum millia hominū, nè qua à Tartaris fiat irruptio. Giapan insula vergit ad Septètriones, & vt Hispani numerant, à Sinarū regione versùs Aquilonem distat leucis sexcentis: & corporū quidem colore, linguæ accentu, vestimentis & cultu corporis, eius incolæ Germanis perquam similes sunt. Habet insula in lógum leucas sexcentas, alicubi in latum trecentas.

Giapan insula apud antipodes.

ANNO 1553. mense Ianuario Galli apud Libri hæretici cõburnati
Metenses inquirunt libros Lutericos
per ciuium domos, inuentos tradunt
carnifici publicè exurendos. Mirū profecto est, cū Germani Principes, qui Gallum cõtra Cæsarem sibi adiunxerunt, id eo partim nomine se fecisse testati sint, nè Augustana Confessio, hoc est, Luteri doctrina opprimeretur, tamè

cum

cum eo regē percutere foedus voluisse, quem scitāt Luterano dogmati esse infestissimū: nec minūsum est, regem Henricum Gallum eorum voluisse principum amplecti foedus & amicitiam cōtra Cæsarē, quos & ipse odisset religionis nomine, & quos non dubitaret à se quoquē animis esse alienos causa religionis. Venit etiā Metim Robertus Metensis Episcopus, Galliaē regi valdē addictus, & nouum constituit Senatum.

Albertus Brandeburgicus rursū conseribit militem. Foedus cōtra eum vel potiūsum suū defendendi causa aliquot principes ineunt, Mauritius cum Hērico Brunsvicensi foedus pereunt, & Episcopis Vuirceburchensi & Bambergensi atque Noribergicis suam pollicetur opem. Albertus coactis copijs in Episcoporum & Noribergensium fines seuit incendijs & direptionibus, Bambergam & Suinfurtum Imperij urbem capit & praesidio munit, quaedam Noribergensium castella & oppida occupat.

Terouennis emertitur. Cæsar oppidum Morinorum munitissimum Terouennā Gallis vi eripit, diripit, incendit, euerit, Captus in eo fuit Conestablij filius. Turca hoc tempore aut circiter mare Ionium & Tyrrhenum infestum habebat. Sunt qui scribāt callos se eis cōiunxisse. Ego nihil huius affirmare velim. Nimiū enim turpe est, Christianos cōtra Christianos cū Turcis Christi atrocissimis hostibus se coniungere.

Albertus graßatur. Albertus in Franconia graßatur, Mauritius & socij exercitum eō mittūt. Albertus magna exacta pecuniā vi, multis abductis captiuis obsequiis ē Noribergica ditione, in Saxoniam celerrimē aduolat, multos Erophordiensis agri vicinos diripit, Mauritius eius repentino aduentu cōmotus, omnes suos ad arma vocat. Albertus eius finibus nihil nocet, Halberstatensi Clero magnam pecuniā vim imperat, Henrici Brunsvicensis agrum incendijs vastat. Ferdinandus

rex

rex & Mauritius bellum ei denunciant. Noribergenses eius ditionem inuadunt, editoque libro inter alia hoc ei obijciunt ceu singulare quoddam inuidite crudelitatis exemplum, quod cum Altorfum atque Laufum ditionis Noribergicæ oppida occupasset, & oppidanos & rucolas & pecudes inclusisset eo animo, vt omnes exureret: eo incendio pueros, mulieres aliquot grauidas, & nō paucos egrotos conflagrāsse.

Iulij sexto die in Anglia obiit Eduardus rex, circiter annorum sexdecim adolescens, magno quidē dolore Euangelicorum fratrum, qui nihil non illi viuo sibi polliciti essent: nec minori illorū dolore successit ei Maria Catharinæ illius, quam Henricus à se separarat, filia, virgo prudentissima, & Catholicae religionis amantissima. Sleidanus Eduardi mortem non parū deplorat, atque tantæ expectationis regem seculis aliquot Europam non habuisse, quippe qui noui euāgelij doctrinam vehementer amasset. Sed Sleidani encomia plus vituperatiōis quā verę laudis adferunt, nempe ab heretico sacramentario profecta, qui non laudet nisi sui similes.

Praeliū Saxonicū immane. Nona die Iulij cōmittitur in Saxoniam praeliū saxonicū immane. Mauritius cū suis victoria potit, sed ipse letali accepto vulnere, paulō post morit, Albertus incolumis effugit. Perierūt in eo bello duo Hērici Brunsvicensis filij, & permulti comites, pter alios. Multa eo die millia perierūt, illis inter se infestissimis signis concurrētibus, qui se germanicę libertatis assertores scriperāt. Hoc quidē in bello videre erat Mauritium, Lantgrauū, Brūsvicensē Henricum & Episcopos Vuirceburchicū ac Bābergē in iisdē versari castris: Porro Alberto studere Ericū Brunsvigiū, Mauritij sororiū, Fert Mauritius durissima obijisse morte, & femirū in modū ob nimios dolores velut ī spiras contraxisse.

traxisse. Sed nihil huius pro certo asseuerare velim. Sunt qui scribant eum noua cum Gallo rege consilia tum agitasse. Vt quæ sit, Cæsarem illa inopinata ad Galliarum regem defectione & bello præter spem illato adeo affixit, vt eius valetudinem alioqui nõ bonam, non mediocriter perturbasse videatur, cum ipse in se Cæsaris summam esset expertus beneuolentiam.

Sub hoc tempus sanguineæ guttæ repertæ sunt in folijs arborum, auditu canum importunissimi laetratus, & mutæ dilaniationes, equorum veluti fremitus & concursationes armorum. Fuerat inter Mauritium & Albertum maxima necessitudo, quæ tandem hunc habuit euentum.

Superiori anno Hefdinum, arcem munitissimam diximus Cæsareanos expugnasse. Eam Galli recuperauerat. At hoc anno, mense Iulio, rursus Gallis eã vi extorquet Cæsaris exercitus, cæso Horatio Farneso Galliarum regis genero, multisq; captis nobilibus, & in ijs Galliarum Marschallo Marchiano.

Mauritio successit Augustus frater eius, qui regis Danorum sororem habet in matrimonio. Per id tempus maximus terræ motus concussit Misniam Augusti oppidum, Saxo, quem Cæsar captiuum duxerat, electoriam dignitatē & possessiones ablatas ab Augusti optimatibus, itemq; à Cæsare repetebat, sed Augustus mansit in possessione.

Episcopi Vuircburgicus & Bambergensis cum Noribergicis, Alberti oppida oppugnant. Lugduni nouem Evangelici fratres iussu regis rapiuntur ad supplicium. Bernates pro ijs apud regem intercedunt, sed frustra.

Eduardus rex Angliæ hoc anno, vt diximus, moritur. Is sibi substituit Iohannam Suffolciam, Henrici regis proneptem ex sorore: porrò Mariam & Elizabetham sorores suas exhæredat. Assentiunt p-

ceres

ceres pleriq; sed populus & nobilitas omnis fert indignissimè. Erat enim Maria legitima Henrici filia, & ipsam Henricus moriens Eduardo voluit succedere. Multum Northumbrius Dux conatus est impedire, nè Maria in regno succederet: at successit tamen, Deo illam benè iuante, & multis ad eam cõfluentibus. Porrò Iohanna ducitur in custodiam, captusq; Northumbriæ Dux, Londinũ adducitur, mira in eum conuicia iactante populo. Capti sunt etiã eius liberi, & frater, & nonnulli alij proceres, & Eduardi præceptor Iohannes Chæcus, qui tamen postea dimissus est. Deindè Maria regina Londinũ venit in arcem, atq; ex carcere liberat locoq; restituit Stephanum Vuintoniensem & Tonstallum Du-nelmensem, doctissimos Episcopos, duccmq; Norfolkciæ, & quosdam alios Catholicos. Vuintoniensis addit summæ dignitatis munus, nempe Cancellarij. Northumbrius Augusti die 22. capite plectitur: multi Evangelici superintendentes in carcerem conijcuntur. Northumbrius cum iam supplicio afficiendus esset, palàm suum errorem cõfessus est, & quia Eduardo regi puero suafor fuerat mutandæ religionis catholicæ, coram tota populi frequentia hortatus est omnes ad Romanæ Ecclesiæ amplectendã dogmata: simul etiã commemorauit turbas & tumultus, qui ex sectis nasci soleant, quales etiã Anglia iam vidisset intestinis exagitata dissidijs, & Germania scædissimè confusa. Ad extremum ait, se velle mori catholicæ: atq; ita cæsus est. Petrus Martyr, monastici instituti defertor, insignis Zuinglianus, ex regno excedit. Calendis Octobris Maria regno inauguratur, annos nata ferè 38.

Henricus Brunswicensis Albertum, nouas cõscribentè copias, in pugna vincit. Turcica classis Corsicam insulam Genuensium capit, aliquot demptis oppidis. Cæsar Hefdinum solo æquat, & cum vellet

QQ Dor-

Maria successit Eduardo.

Albertus vincitur.

Hefdinum rursus expugnatur.

Iohanna Suffolcia.

Dorlanum tentare, eius exercitus à Gallis in fugam compellitur, non paucis occisis & captis. Galli Cæsarum tentant, sed frustra: & cum vsq; adeo ppe Cæsar ad Valencenas castris se cõiunxissent, vt res ad plium spectare videret, plurimis desideratis abeunt 18. Septembris die, in reditu longè lateq; omnia vastantes incēdijs. Lutetiā squissima vastat pestis, & rex multos Euāgelicos cõburit. Brunsvicēsis Henricus cum exercitu proficiscitur contra Albertū in Franconiam, & licet non deesset ei occasio quosdā Principes, à quibus lesus fuerat, egregiè diuexandi, tamen cōmodum & humanū se p̄bet, & sinè maleficio exercitum per eorum fines ducit.

*Calvinus
Seruetū af-
flicto suppli-
cit.*

Genevæ Calvinus Seruetum Hispanū, valdè impie de sacrosancta Trinitate sentiētē, extremo curat supplicio affici. Mirū hoc erat, non solum quod Calvinus nihilo esset illo melior, sed etiā quod illi Euangelici nolūt morte affici hæreticos. Porro vero Calvinus suū hoc factum vsquē ad eodē illustre esse voluit, vt totā historiam scripto euulgato comprehenderit, & in hæreticos gladio vindicandū docuerit. Tanta est noue huius euāgelicę doctrinę cōstātia.

Sleidanus hanc Serueti necem non improbat, non probaturus, vt appāret, si Pontifex aut Catholici eam hæretico illi intulissent. In summa: quicquid facit Luterus, Calvinus, Zuinglius, & id genus pestes, id nō potest nō esse euāgelicum: si quid eiusdē generis faciat Pontifex Romanus, sæua tyrannis est & facinus Antichristianum. O cæcas hominum mentes. Certè Calvinus non minùs commeruerat mortem atquē Seruetus ille: nec refert fecus de illo sentire miseros, quos ille miser euerit. Luterani sanè si habuissent illum, trācāssent illum haud aliter, ni fallor, atquē hæreticum.

Alberto Brandeburgico aliquot oppida eripiuntur ab hostibus, Galli Vercellas ex improuiso capi-

unt, factaq; direptione, indè recedunt, quod Gonzaga Cæsaris præfectus superueniret.

Turcica Solimanni classis multa damna infert directionibus Cæsaris, quæ ad mare vergeret, Sicilię, Cæcica vexat labrię, Corsicę quoquē, quam (vt dixi) occuparūt, Christia- per multis cæsis Coris & Genuensibus. Interim diuina vltio Solimannū illum domi persequitur. Erat ei filius natū maximus Mustaphas, Hunc suspectum habens de regno ipsius inuadēdo, ad se eum accersit Alepiam in Syriam, vbi tum regiam habebat Solimannus. Mustaphas patri statim obtemperans, ad eum cum magnis properat muneribus. Vbi se de equo demisit, nullas suspicatur infidias, in Solimanni tabernaculum ingreditur, iussusq; acinacem deponere, ad Solimannum, eius manum osculaturus, propius accedit: sed o crudelē patris animū, antequam accessisset, à regijs ministris, vt eis imperatum erat, subito cõprehensio funis in collum iniicitur, & inspectante patre strangulatur. Eadem hora signifer eius, ex nobili Michaëlium familia Venetijs ortus, capite plectitur. Fertur postea Solimannus eam filij necem multis lachrymis profecutus.

*Solimannus
suum iugula-
t filium.*

Albertus Brandeburgicus à camerę iudicibus p̄scribitur, tanquā publicę quietis & tranquillitatis perturbator. In Anglię regno catholica religio magna ex parte restituitur: Regina Philippo, Caroli Cæsaris filio, despondetur, & Euangelici male mulstantur. Multos martyres numerant Euangelici in solo regno Anglię, & quidam Iohannes Foxus, de quo infra fortassis plura, martyrum istorum Anglię historiam cõscripsit. Sed ab horum martyrum cõsortio libera nos Domine. Ne Luterani quidem istos dixerint martyres, cum Zuinglij potiùs, q̄ Luteri dogma secuti videantur. Ineptus quidam scribit, exules Anglię priuatim in germania multos de vera sentētia verborum cœnæ priuatim docuif-

se, ijs verbis non solum catholicos, sed etiam Luteranos perstringens. Et certè hoc eodem anno Ioachimus Vuestphalus Luteranus libellum edidit hoc titulo, *Recta fides de cœna Domini: quem libellum ideò se scribit dedicasse Ecclesiæ Hamburgensî, vt eam instrueret aduersus Sacramentarios.*

Iohannes à Lasko à Luteranis vbi què repellitur.

Iohannes à Lasko Polonus nobilis, sed sacramentarius, permisso reginæ Mariæ ex Anglia cum duabus nauibus in Daniam se confert cum multis socijs sacramentarijs. Putabat se illic per hyemem latitaturum: sed quòd aliam à Lutero sententiam de sacramentis adferret, non potuit obtinere hospitium. Luterani enim non ferunt sacramentarios, vti nec sacramentarij Luteranos. Venitur ergò ad maritimas Saxoniæ vrbes, Lutero addictas: sed ibi quòd Laskus cum suis repellitur. Culpam illam inexplabilem non tam in magistratus, quàm Luteranos concionatores Sacramentarij conferunt. Tandem post longos errores & pericula, in Phrisiæ Orientalis oppido Embdano inueniunt nidulum, vbi recollarentur. In eos acriter inuecti sunt etiam publicis scriptis Saxonici quidam ecclesiastæ, ita vt compulsus sit Iohânes Vtenhouius historiam scribere, De instituta ac demùm dissipata peregrinorum in Anglia Ecclesia, quam tamen etiam ipsi Sacramentarij vellent non euulgatam. Et quis non rideat, dū ista legit? Prodigit etiam, Iohanne Stoltzio auctore, defensio Luteri contra Sacramentarios, in qua narrat Lutero, Sacramentarios cæstro percitos, ipsum scribendo nunc vincere, & quibus possint sanis commentarios eius & versionem Bibliorum carperè: illum, qui à caluitie nomen habet, (Caluinum intellige) eius sanctissimos commentarios in Genesim singulis ppè folijs explodere, & cachinnis amarulentis excipere &c. scripserat enim Caluinus commentarios in Genesim à Lutero discrepantes, O

miseros,

miseros, qui tales sequuntur duces in rebus grauissimis, ad animarum vel salutem vel exitium sempiternum pertinentibus.

Hoc anno fuit quidam Parisijs, qui se Iohannis Apostoli & Euangelistæ mente perusum diceret. Porrò & Basileæ & Parisijs visus est, qui genio Petri Apostoli se duce frui cõtenderet. Alius quoquè Basileæ asserere non dubitauit, se Mosis angelû habere, prædixitque regem Gallia ante mensis Iunij initium Protestantium dogma receprurum. Multos ille quidem initio commouit, sed vbi vidit regem Francia constanter in auita religione permanere, subduxit se, veritus laqueum, furcifer. Non finxissent istii, opinor, talia, nisi vidissent homines plerosque in credibili stoliditate quibuslibet cõmentis faciliè commodare fidem.

A

Nno 1554. Cæsaris amplissimi legati in Anglia matrimonium Philippi & Mariæ reginæ omninò conficiunt, inuitis seditiosis quibusdam, qui auctore Viato rebellionem excitârunt. Regina turbam ad arma concitatam mira dexteritate sedat, Viatus capitur, & in carcerem ducitur: Dux Suffolcius, seditionis non minima pars, Londinum captiuus adducitur. Northumbrij filius Guilfordus & Iohanna vxor eius, quam Eduardus rex puer sibi substituerat, capite multantur, paulò post etiam dux Suffolcius capite plectitur die 21. Februarij. Eodem die moritur Vinariæ Sibylla Cliuensis, Saxonie ducis cõiunx, & vndecimo post eam die dux Ioannes Fridericus maritus eius.

Hoc tempore religio Catholica in Anglia prorsus restituitur, & multi Evangelici inde aufugiunt, sedesq; suas apud Germanos diuersis locis captant. Elizabetha reginæ soror, quòd antea cætæ seditionis conficia putaretur, in custodiam datur. Hęc religio-

Homo portentosus Parisiæ.

Item Basileæ & Parisiæ.

Conficiunt matrimonium Philippi & Mariæ.

Religio restituta in Anglia.

nis mutatio molestissima fuit Euangelicis, qui sibi illo in regno certum perflugium collocârât, si quid alibi aduersi accideret.

Albertus Brandeburgicus omni ditione sua eicitur, & Blasseburgû, præcipuû eius propugnaculû, obtinet rex Ferdinâdus. Interea Brunsvicêsis Hæricus per inferiorê Saxonîâ aliquot principes & vrbes, multos quoq; nobiles & illustres pecuniâ proficit. Alteræ eius & Episcoporu ac Noribergensium eopię, pulso Alberto & expugnato Suinfurto, quodam alios multat in Germania superiori. Porro Carolus Sabaudię princeps morit, relicto Philiberto, qui Cæsari militabat. Gallîæ rex Cæsaris vexat ditiones, inter alia Bouinum oppidum & Dinatum capit, diripit, arces ibi demolitur, Mariæburgo presidium imponit. Cæsare illi occurrente, in Hannoniâ am defleat, Binsum oppidum & arcem, vbi regina Maria res magni præcij & cultissimos hortos habuit, fœdissimè diripit, inflamat, & omnia longè ac latè populatur & incêdit. Eodem verò tempore Gallicus exercitus in Italia à Cæsareanis profligatur, & Senenses grauissima premuntur obsidione.

Philippus rex in Angliam. Philippus Caroli Cæsaris filius 9. Iulij venit in Angliam: quarto post die Vuintoniâ, vbi ad summâ cû multa nobilium turba progressus ædem, ab Episcopo Vuintoniêsi & quibusdam alijs excipitur. Luce altera reginam adit. Porro sequenti die, ipsis feriis D. Iacobi, regali magnificentia nuptię celebrantur: Cæsar eò miserat legatum, qui suo nomine regnum Neapolitanû filio nuptiarû causâ concederet. Post eâ cum multo splendore Londinum cum regina ingreditur. Sub finè Octobris, Mediolanêsis quoque principatûs possessionè Cæsar ei tradit per legatos. Ipse interim iuxta Hefdinû, superiori anno ab ipso captum & euersum, nouam munitionem & oppidû contra Gallos condit.

Novem.

Novembris die 12. Londini in Anglia publica inchoatur Comitia. Aderat rex Philippus & Regina. Comitia Venit etiã eò Cardinalis Polus, vbiq; summo honore exceptus. Is in publico conuentu hortatur omnes ad ecclesiæ Catholicæ amplectendam communionem & vnitatem. Ibi sanè regi Ordines petunt veniã schismatis cõtra Pontificè admissi, orãtq; vehemèter, vt à cæsaris Ecclesiasticis absoluti, recipiantur in Ecclesię sinû. Altero die inter alia, q̄ narrare longû est, Rex & Regina cum cæteris procumbunt in genua, & Cardinalis in oēs absolutionè pronunciat. Hæc irridètur ab istis nouis Euâgelicis: sed quantumcunquè procaces sint & insolentes, nisi absoluant horrèdi illius anathematis vinculis, quibus velint nolint constricti tenent, nunq; Dei vultû cõspicere. Olîm solebat plerunq; malus dæmõ inuadere eos qui essent excõmunicati: quod cum hodiè rarò fieri videat, Excõmunicatio, qua nulla est pena seuerior, & formidâda magis, in cõtemptû abit. Interim tamen, etsi corpus non videt obsidere, animam certè anathemate percussî malus demõ obsidet. Et indè est, quòd in summum Pontificem adeo atrociter incurrunt plerique omnes hæretici, quia sciunt illi datas esse clauis regni cælorum, & ligandi atq; soluèdi primariam in terris potestatem, quam, licet eis rûpantur ilia, tam è eripere ei non possunt.

ANno 1555. Ioachimus Vuestphalus præco Hamburgensis, nouum edit scriptû contra Sacramentarios. In præfatione scribit, Regem Danię & senatû Håburgensem edicto phibuisse, nè quis ciuiû Anabaptistas, Sacramétarios, vel alios sectarios hospitio reciperet. Hoc edictum renouatum esse ob grauissimum periculum, quod Luteranis Ecclesijs à sacramentarijs ad maritimas vrbes confluentibus immineret. Alię quoq; eius littoris vrbes sub gra-

22 4 ui

ui pœna veterunt, nè quis Zuinglianos hospitio reciperet. Istiuc quidem est sapere, lupos arcere à grege, nisi quòd fatanas fatanam expellit, dum Luterani pellunt Zuinglianos. Utinàm verò ea feueritate erga sectarios omnes vsi essent Catholici, non tam late serpsissent tot monstrofa hæreses.

Caluinus in
Vuestphaliâ

Diù tacuerat contra suum geniũ Ioannes Caluinus, sed nunc tandè primam contra Vuestphalum defensionem euulgat. Vuestphali quidem nomine abstinuit, sed eo consilio, vt ipse scribit, vsi fortè sanabili esset ingenio, tacitè eius ignorantia sepeliretur. Verùm sensit Caluinus non edentulsi Vuestphalum. Mox enim libellum conscripsit contra Caluinum, hoc titulo: *Aduersus cuiusdam sacramentarij falsam criminationem.* Prodiit eodem tẽpore Timanni Luterani, Bremèns pastoris, Farrago contra Sacramentariorũ dissidentes inter se opiniones, Terrebant hæe Luteranorum fulmina Iohannem à Lasko egregium Zuinglianum. Itaq; mense Aprili ex Embda migrat Fanophordiã, vbi ei permissum est constituere Ecclesiam peregrinorum. Sic vocari voluit illa non admodum magna synagoga. Sed quàm miserum est, quãque horrendum ea ratione dici peregrinos? Quanto consultiùs fecissent, si ad Catholicam Christi Ecclesiam se adiunxissent, futuri deinceps ciues sanctorũ & domestici Dei? Est tamen hic quoquẽ non negligenter obseruandum iustum Dei præpotentis iudicium, quo factum est, vt qui eam profiterentur sectam, quæ multos Catholicos è suis sedibus expulisset, multisque modis diuexasset, ipsi iam ferè nusquam possent certam & tutam obtinere sedem.

Mensis Martij die 18. morit̃ Sebastianus ab *Hann* sensit̃at̃ Archiepiſcopus Moguntinus, & ei substituitur Daniel Brendel ab *Homburg*, multa doctrina & insigni virtute conspicuus.

Eiusdem

Eiusdem mensis die 23. obit diem suũ Iulius Pontifex eius nominis tertius. Eius morte cõperta Moronus Cardinalis, iteq; Augustanus & reliqui Cardinales Romam celeriter aduolant, noui Pontificis creandi causa. Eligitur autè ab omnibus Marcellus Cerninus, retento sibi nomine Marcelli, multa & eruditione & probitate venerabilis. Sed quod dolendum est, eius Põtificatus vix paucorum fuit dierum. Ab eius obitu die vicesimo Senesès ad summã rerum omnium egestatem redacti, Casari tandè se dedũ post diurnam obsidionẽ. Marcellus successorem habuit Iohannẽ Petrum Carassam, senem propè octogenarium, qui ex more mutato nomine dictus est Paulus Quartus.

Sub vèris initium apud Heluetios nata est dissensio propter quosdã Locarnorũ subditos, qui trans Alpes positi, Zuinglianisum complexi erant. Id quinquepagici cũ ceteris Catholicis Heluetijs nullo pacto ferendum putarunt, alijs Zuinglianarum partium rem approbantibus. Tandè cõpuli sunt illi, qui religionem mutarant, extra eam regionem cum familijs & facultatibus suis discedere. Eorum bonam partem Tigurini in suam vrbem & agrum receperunt.

Sub finem Octobris Carolus Imperator Philippo filio, euocatis ad se legatis prouinciarum, dominiõrum & ciuitatum Burgundicæ domũ, potestatem regnandi & gubernandi terras ipsi subiectas vltro tradidit. Eo tempore sedentis Cesaris dextrum latus Philippus filius, sinistram Maria soror eius ita claudebat, vt terra fedilia triangulari ferè linea essent constituta. Enarrabat tum ad eos qui aderant, labores suos & annos regni sui, idque viua voce, & valdè oratoricè, grauitè, & copiosè. Lachrymabatur autem Casar ipse. Porro filius Philippus rex, & Maria Regina Pannonicę, & plurimi proceres mirabili

QQ 5 ter

ter doluerunt, & multi in profundissimas lachrymas eruperunt, etiã illustres aurei velleris equites. Inter cœtera dixit palãm optimus Imperator, quod nemini sciens & prudens iustitiam negarit. Aderat inter alios Hannoniæ Senecallus, podagræ morbo vexatus. Illi Cæsar semel atq; iterum humanissimè iussit sedem poni, quam tamè ille modestissimè recusabat. Finita oratione, Guilielmi Principis Auraniz, & Burenij comitis humeris se sustentas, ex cõspectu amplissimi theatri abscessit.

*Zuingliani
respondent
Lutheranis.*

ANNO 1556. aliquot Sacramentarij dogmatis signiferi Lutheranis egregiè respondent. Principiò Henricus Bullingerus apologiã edit, qua ostenderentitij, Tigrinos ministros in Orthodoxa & Catholica fide sanctè perseuerare. Crede, si vis. Deindè Bernardin⁹ Ochinus cõtra Vuestphalũ defensionem cõscribit & euulgar. Et vt nullus Lutheranis hostis nõ esset molestus, etiã Calvinus secundam suam defensionẽ, piam scilicèt & Orthodoxam de Sacramentis, cõtra Vuestphali calumnias euulgauit. Si Romanus Pontifex & tota Christi Ecclesia, ausi essent, inuitis Zuinglianiis istis, hoc pacto calumum stringere in Lutheranos, omnia illorum scripta non aliter acciperentur, q̃ Papistica cõmenta, quibus conarentur opprimere lucem Euangelij. Sed vt isthęc calumnia facerent, viderentq; homines ab istis noui Euangelij præconibus non ipsum verbum DEI, quod tam impudenter iactitant, sed priuatas quorunq; opiniones pro Dei verbo imperitis obrudi, permisit sapiētissimo cõsilio etiã inter se atrocissimè & pertinacissimè digladiari miseros & omni lachrymarum fonte plangēdos, vt qui necdũ eorum laqueis implicati sunt, caueant, nè quandoquẽ irretiatũ: qui autem irretiti sunt, ocysimè sese explicare nitantur. Accessit his Lutheranos hostibus

*Dissidia eius
angelicorũ.*

auctarij loco Iohãnes à Lasko, qui ad Polonię regẽ & eius regni ordines omnes scribit Epistolam, qua & Zuinglianũ dogma tuetur, & Lutheranos ait cum mente totius scripturę & Catholicę Ecclesię cõsensu pugnare, neq; citra Dei cõtumeliam, eorum doctrinam retineri posse. Põterant tot hostes miseris Lutheranis sufficere, sed iritati crabrones nõ tam faciliè conqueiscunt. Angli exules apud Geneuã edũt Latine Nicolai Ridlej libellum de Cœna Domini. Hũc Ridlej hereseos nomine in Anglia flammis tradidit regina Maria. Porrò Zuingliani eũ in martyrum album retulerunt. Hunc in modum isti præclari euangelici noua bella atrocissimè instaurarũt, immò potiùs simulatam cõcordiam in aupertissima bella verterunt. Multi libri, orationes, dialogi, confessiones, epistolę, theses, præfatiões vtrinque à doctis pariter & indoctis euulgabant, & maiori, quàm vnq; antea, impetu res agitata est. Lutherani Zuinglianos apud omnes in odium & inuidiam vocabant, & multas habuere synodos, quibus de opprimēdis Sacramentarijs acitãrunt. Atque hęc & multa alia scribunt ipsi Zuingliani: adduntq; Lutheranos plebsque se iunxisse Papistis, vt Zuinglianos faciliùs opprimerent. Verum quidem est, non paucos Lutheranos ad Catholicos sese recepisse, agnito errore suo: sed ij non minùs oppugnant Lutheranos, quàm Zuinglianos. Ex ista enim mutua dissensione, cum vtrinque non nisi verbũ Dei creparet fratres Euangelici, complures ad sanitatem redierunt, nec cum talibus quicquam voluerũt habere cõmercij, quos non minùs à se inuicẽ, quàm à Catholica Christi Ecclesia dissidere viderent. Erant in hoc negocio vehemētes Saxonici ministri, Heluetij vixi sunt moderatiùs agere cum Lutheranis. Habet Saxonia multis locis cereuissam mouēdo cerebro, si nimium bibas, valde idoneam. Porrò Euangelicos per Saxo-

*Lutherani in
Zuinglianos
sanciant*

niam

niam fratres verisimile est pro more gentis potare largiter. Indè tot fumi & crassi spiritus, qui cerebrū pertentant, immò obruunt, faciuntq; nihil ferè sobriè ab istis vel dici vel scribi. Heluetij cū vinum non habent, non inuici aquam potitant. Hoc Saxones cane cūis & angue oderunt. Hæc possit fors ratio reddi, quòd ministri Saxonici egèrunt tum tuosè, Heluetici paulò sedatius. Sed vtrunque sit, optimè dixit Sapiens, Inter superbos semper sunt iurgia. Quin & Erardus Snepfius Luteranus confessionem de Eucharistia hoc tempore edidit, qua Zuinglianos perstringit.

Interea moritur Conradus Pellicanus, ex Franciscano apostata Zuinglianus. In eius locum Argëtorato à Tigurinis accitus est Petrus Martyr Florëtinus, qui ex Italia profugerat. Prodiit quoquè scriptum quoddà Erasmi Alberi Luterani cōtra Capfladianos, Sacramentarios, fanaticos & Anabaptistas &c. Accidit quoquè ridiculum quiddam Francophordiæ. Caluini publicè disputat cum Iusto Velsio (qui apud Coloniam Agrippinā parū faustus hospes aliquandiū hæserat, quin & in carcerem coniectus fuerat) de libero arbitrio: cumq; ille magnus Sophos, qui apud Geneuenses tantum nō deus aliquis habitus est, cum ministris eius loci de causa Sacramentaria cōferre vellet, tanquàm Zuinglianus reiectus est, non sinè crimine læsæ maiestatis, si penès Geneuates sit sententię pronuntiandę potestas & autoritas. Sunt qui in scriptis suis indicare videantur, Velsiū, abiuratis erroribus, reuertisse ad Catholicam Ecclesiam. Res mihi necdū penitus comperta est: sed si ita tamen est, gratulandum est homini docto, quòd magno & raro Dei beneficio potuit agnoscere lapsus suos. Vtinàm eius exempli resipiscentiæ, si modò certa est, plurimi imitentur, & redeant in viam dum adhuc dies est, priusquam illa

Prom. 13.

Disputatio
Caluini cū
Velsio.

illa æternę noctis tetra caligine inexplicabiliter inuoluantur,

Inter Carolum Cæsarem, filium eius Philippum & Galliæ regem quinquennales nō ita pridem erāt pactæ inducię, sed hoc anno rursus ruptæ sunt, & ad arma vtrinquè magna miserorum hominum, qui interim opprimebantur, in felicitate cōcursum est. Moritur quoquè 4. Calèdas Martij Fridericus Elector Palatinus: & paulò post eum Iohannes Treuerensis Episcopus ex Comitibus Eisenburgicis. Eius sedem obtinet Iohannes à *Läten* cuius inter alias corporis & animi dotes, eximia prudentia & in Catholica religione constantia prædicatur.

Mors episcopi
Treuericæ

Excessit è viuīs per idem tempus 3. Nonas Iulij Reuerend. D. Episcopus Cyrenensis Iohannes Nopcl à Lippia, Reuerendissimo Archiepiscopo Coloniensi à suffragijs, magna eruditione & faciū dia vir, longiori què vita digniss. probitate vitæ & strenuo cōcionandi labore de ecclesia & fide Catholica per annos aliquot optimè meritus: atq; ea re inter illustres Dominos Capitulares summi templi Coloniensis, haud procū à sacello, vbi trium Magorum corpora asseruantur, honorificè sepultus.

Moritur etiām Adolphus Archiepiscopus Coloniensis die XX. Septembris, & ei succedit germanus frater eius Antonius ex Comitibus Schauenburgicis. Ità breuē tempore quatuor Rheni Electores è medio ablati sunt. Mense Februariō visus fuit in celo cometes, qui plerunquè terris dira minari solet.

Obiit Adolphi
Archiepiscopi
Coloniensis.

Est in Caluini discipulis quidam non postremus, Theodorus Beza, Is quondam Iuris licentiatus, Parisijs ex opulētis sacerdotijs vltra septingentos coronatos aureos percipiens, vitam viuebat turpissimam, ac varia libidinum spurcitie contaminatam. Erat hæc quædam ad deteriora parasceue, tales què mores nihil merebantur aliud, quàm vt homo impurus

purus prorsus à Deo reiectus, in inexplicabilis perfidia & hereseos labyrinthos detruderetur, quod & factum est. Nam ad Calvinum defecit, venditis prius Simoniaco sacrilegio sacerdotijs vel beneficijs Ecclesiasticis. Sed quemadmodum in Caluino alijsque heresum architectis multa fraus & dolus, miraque inconstantia fuit, ita & in hoc Beza, quem admodum vel vnum hoc præclarum facinus, quod subiicimus, declarabit. Anno hoc 1556. venit ille ad electorem Palatinum Ottonem Henricum, qui erat Luteri placitis addictissimus, cum Farello homine pestilente, qui Geneuam infecerat, & Calvinum, Seruetum, Viretum, aliosque id genus habuit discipulos, atque ob metum seditionis à Basileensibus proscriptus, & in exilium abire iussus fuit. Obrulit autem is Beza illi principi arte veteratoria & multa cum simulatione confessionem quandam, atque illi non modò Allobroges, sed etiam Heluetios subscribere. Fecit hoc ille bonus vir, vt Principis sibi benevolentiam conciliaret, qua tum opus habebat, maxime quòd rex Francorum seuerè in Calvinistas animaduerteter, quem eo nomine apud Principem accusabat tyrannidis, orans vt regem à proposito precibus & minis deduceret. Porrò hæc Confessio ad verbum habebat, verum & reale ac substantiale corpus & sanguinem Christi sub specie rerum visibilibus representari & exhiberi. Dixisses Calvinistas & Zuinglianos prorsus mutatos in Luteranos: sed quid non fingit deplorata nequitia? Princeps quidem & qui aderant, et Confessione lætabantur, & quòd putarent conuersos esse sacramentarios, communis gratulationis ergò miserunt eam Duci Vuirtembergico. Is quoque tam insperatam metamorphosim miratur & laudat. Spargitur mox rumor in Ger-

mania

mania, agiturque de Zuinglianis triumphus ante victoriam. At Tigurini vbi de re tota certiores sunt, tanta hominis impostura acriter dolent, & eam Confessionem magna contentione oppugnant, Bezaque falsi reum peragunt. Nihil enim Zuingliani illi volebant minùs, quàm à Zuinglio ad Luterum defecisse videri. Nam tametsi in quibusdam Luteri placita non inuiti sequuntur, at in re Sacramentaria errasse Luterum, plus Lutero vidisse Zuinglium contendunt. Quid verò interim Beza? num se deserit? Minimè. Audi artem tali artifice dignam. Vult persuadere Tigurinjs, dolum aliquandò bonum esse, & aliud agere atque simulare. Nec dubium est, quin nouum hoc Euangelium his artibus sit instructissimum, ijsque & ortum, & actum, & propagatum sit. Et id quidem mortales necdum vident: vbi autem DEO bene propitio quandoque viderint, repentè vt fumus istorum præstigiæ, quibus homines dementant, euanescent. At Tigurini tamen hoc paradoxo minimè contenti, non prius in gratiam recipiunt Beza, quàm suam ille culpam agnosceret. Redit indè vir optimus ad suos Heluetios & Allobrogas, & vt priorem fraudem posteriori expiaret, atque re ipsa testatum efficeret se Germanis illuisse, in Vuestphalum &

Nota fraudem.

Beza scribit in Luteranos

Domini

Facinus veterarium Theodori Beze.

Confessio Beze simulara.

Domini prescripto geritur, eius verò præcipuam partem in cælis peragi, cui nos fide intersumus & spem. Ita isti infelices sibi inprimis, deinde etiam alij portentosis verborum strophis illudunt, atque in sanctissimis religionis negocijs haud aliter atque in scena versantur, in alias atq; alias subinde transformati formas, ut cum iidem perpetuo loquantur, diuersos loqui putes. Et tamen is idem Beza multa postea in Gallijs turbas excitauit, opima è locis sacris spolia abegit, & tantum non apud homines miserè fascinosos principatum & regnum obtinere visus est. Faxit clemens & bonus deus, ut tamen vel tandem nobis patefiant oculi, & videamus quam splendide isti nobis imponant, quam omnia in summam & sempiternam animarum nostrarum perniciem machinentur, quam nihil spectet minus, quam ut rebus salutique nostræ consulant.

*Austriaci
cupidi nouæ
doctrinæ.*

Rex Ferdinandus necessaria contra Turcarum irruptiones præsidia comparare volent, petit à subditis viuis eam in re subsidia. Austriaci inferiores apud Viennam conueniunt, scq; imperata vltra sacros recipiunt, modo ipsis permittatur Euangelium, illud si fiat, sperare ipsos omnia contra Turcas ex sententia cessura. Nihil tum impetratum est, quod facile videret sapientissimus rex, nunquam adeo infelices fuisse Turcas Germanis, quam his annis, quibus Lutheri Euangelium miseri homines amplectuntur. Et reuera nisi aliqua ratione tandem Germaniæ sua pristina religio restitueretur, & noua dogmata, que tot nobis pariunt sectas & hæreses, atque intestinas animorum acerbitates & similtates, prorsus eliminentur, fieri non potest, quin vel Turcico vel Moscovitico aut certè Tartarico quandoquæ ferro vastetur, & durissima seruitute oppressa, leuitatis & temeritatis suæ meritas pendat pœnas. Utinam vel Græciæ summa calamitas doceret tandem Germa-

nos

nos maturè sapere. Sed fortassis peruenit in nos quoque ira Dei vsq; in finem. Magnū profectò eius ire argumentū est, tam horrenda cecitas & vasta caligo, vel potius insania quædam, quæ nos non sinit noui huius Euangelij fructus logè pessimos intueri. Luterus visus est nouam mudo lucem inuehere: eius doctrinam multi è vulgo cupidè statim complexi sunt, cordatiores cunctantius eam admiserunt, permulti penitus respuerunt. Vbi animaduersum est, eius conatus, dum non inuitò reprimuntur, suos habere successus, mox alij super alios existit homines importunis ingenijs, & ipsi quoque nouam mundo lucem venditāt, aiunt se vidisse, quod Luterus necdum viderit. Ita repente intra vnā Germaniā multiplex nimium credulæ turbæ Euangelium obtruditur, & incredibili stultitia ab imperita concione arripitur Luteranum, Carlstadianum, Anabaptisticū, Zuinglianum, Zuenfeldianum, Osiandrinum, &c. Nec vident miseri & cæci homines, dum ab vna, vera, Catholica religione abduci se sinunt, se in tam varias & mirabiliter inter se pugnantem sectas seduci, ut iam permulti sint, qui prorsus ignorent, quid potissimum sequi debeant in tanta nouorum dogmatum varietate. Hoc verò iure meritoq; patiuntur, quod stultè & pueriliter quibilibet nouatoribus primò aures, mox etiam fidem commodarunt, cum in ea debuerint religione constantissimè perseuerare, quam tot perpetuis seculis vniuersa Germania & Catholica Christi Ecclesia coluisset, quæ hodieque tot amplissima regna & prouinciæ colant. Interim verò dum seductoribus obtemperant, qui non Christi, sed suam gloriam querunt, & miserorum animas negociantur, in multas discinduntur factiones: inde animorum existunt dissidia & perniciosissimæ dissensionis, similtates, inimicitie, vnde necesse est Germaniæ vires prorsus eneruari & sen-

1. Thess. 3.

Cecitas horum temporum.

Discordia religionis perdit Germaniam.

RR sim

sim collabascere, dum inter se Germani tam miserè distrahuntur. Atq; ità Turcis, qui hæc non ignorat, crescit animus, crescut vires: nec dubitare quisquã sanæ mentis potest, quin illi in omnem occasionem sint intenti, & vbi eis commodū visum fuerit, totis viribus nos sint oppugnaturi, & certè nullo negotio etiã oppressuri, quod quidè illi nunquã vel sperare ausi essent, si apud nos Maiorũ nostrorum sacrosancta religio inuiolata & inconcussa permaneret. Sed de his satis, quippe quæ & superius nõ semel haudquaquam temerè inculcata sint. Ferdinandus Rex, vt dixi, hoc tempore non est passus mutari religionem: at nihilominus misit exercitum contra Turcas, & aliquoties feliciter cum illis pugnatum est, multis casis, multa quoquẽ præda abacta.

*Sacrilegum
& horrendum
dũ facinus.*

Accidit hoc ipso anno in Polonia regno res memorabilis, Fœmina quẽdam vilis, Dorothea Lazicka, nomine, Christiana quidem professio, in oppidulo Sachazeto, non longè ab arce Loutz, cuidam Iudæo annis aliquot seruiebat. In terim verò Iudæus ille sæpius eam sollicitat, vt sacrosanctũ Christi corpus, more Christiano cum cæteris acceptũ, ipsi perferat. in eius flagitij præmium promittit ei daleros tres, & vestem Sericis simbrijs ornatam. Et quid nõ mortalia cogis pectora auri sacra fames? Fœmina scelerata cõditionem accipit. tantillo illecta munusculo, & in ipso Paschatis peruigilio abit ad pagum Cotzo dictum, ibi cum cæteris accedit ad aram, & instar Iudæ accipit Eucharistiam, ac paulò post ore extractam in sudariolum reponit, & tertia Paschatis feria Iudæo hero suo illam tradit: ad quem tres alij Iudæi huic oppidulo vicini, putà, Michale-

*Iudæi seu-
iur in Eu-
charistiam.*

cus, Sachaus, & Iosephus veniunt, fortassis ab illi inuitati, sacrosanctã Eucharistiam in suam synagogam deferunt, pugionibus & cultris confodiunt. at

ecce

ecce repete ex illa hostia multus emanat cruor, quẽ perfdi Iudæi cochleari in vitreum calicẽ transfundunt. Non diũ latere potuit tam atrox facinus. Ante omnes mulier scelerata Sachazeti cõprehenditur, inde Iudæus eius herus. Hi confitentur rem gestam omnẽ. Per id tempus Poloniæ rex Sigismudus Vilnæ erat, quæ est Letuanix metropolis, & erant tum in Polonia, qui Eucharistie vtranq; speciem necessariò putarent porrigi oportere. Vbi Rex quid esset actum cognouit, mandat oppiduli præfecto secundario, vt rem eam diligenter inuestiget, & si ità factum sit vt narratur, in omnes eius flagitij cõplices extremo supplicio animaduertat. Itaq; Dorothea & Iudæus, prius habita quæstione, die Veneris post Christi ascensionem flâmis exuruntur. Reliqui Iudæi sceleris socij, vno dempro qui aufugerat, Calendis Iunij comburuntur. Voluit omnipotens Deus hoc insigni miraculo, qualia sepè etiã aliis circa sacratissimam Eucharistiam contingere, eorum castigare incredulitatem, qui perinde ac si non sit totus Christus sub vtralibet specie, ità prorsus infideliter & insipienter calicem efflagitant: qui si essent in ijs, quæ sunt Christianæ religionis, benè instituti, scirèt nunquã posse Christi corpus, postq; è sepulcro rediuiuum surrexit, ab anima, à sanguine, à diuinitate separari, sicq; libetissimè vnus speciei perceptione contenti forent. Commodissimè quidem isthuc eo tempore in Polonia accidit, quando & pleriq; illic calicem expetebant, & Romanus Pontifex eò miserat Aloysium Lipomanum Veronensem Episcopũ, virum multa probitate & eruditione spectabilem, qui gentem Polonam in Catholica religione confirmaret. Et ipse sanè Poloniæ rex fertur hoc miraculo non mediocriter in Catholicæ Ecclesiæ retinenda cõmunionẽ cõfirmatus, & propensius etiã Romani Pontificis legatum admisisse.

*Iudæus ca-
pitur.*

*Iudæus ex-
uritur.
Item alij
Iudæi.*

*Carolus V.
nauigat in
Hispaniam.*

*Vacat soli
Deo & sibi.*

Carolus Cæsar, postquam ditiones omnes filio Philippo regi tradiderat, in Selandiam abiit. Inde cum duabus sororibus reginis, Eleonora & Maria, commodam nauis tempestatem, in Hispaniam uento admodum ppitio nauigat. quò postquam peruenit, quodam in loco saluberrimo atq; amenissimo, qui iustus vocatur, ubi Hieronymitanū est sodalium, DEO se & rebus diuinis, quò sæpè antè eoncupièrat, tradidit, diuinis vacans & incumbens cogitationibus, magna cōtinentia uitæ, magna morum temperantia, magna uini cibiq; abstinentia in illo relucète. Ità piissimus Princeps re ipsa declarauit, quàm iniuria sæpè esset à quibusdā insimulatus immodicæ regnandi libidinis & ambitionis, dum se sponte sua omni ditionum suarum amplissimarum administratione abdicauit, & à toto mundo sese auertit, & in quandam solitudinem Deo vacaturus inclusit. Non fuit dignus hic mundus tali principi: & est sanè uerissimè, prudentissimū principè nimis pertesum ingratiitudinis, tādèm priuatum omnino uitæ genus delegisse, ubi soli Deo & sibi vacaret, nō defuit qui putent magnè cuiusdā infelicitatis fuisse, ab Augusto imperio ad tantam uitæ priuatæ humilitatem descendisse: sed hoc mūdi huius spiritus suggerit hominum pectoribus. Nam qui benè in sancta Christi religione sunt instituti, optime norunt, Deo seruire, id demum regnare esse, nec quicquam esse gloriosius, quàm omnem mundi gloriā, tanquam rem caducam & vanā, generoso & excellenti animo Christi amore contempnisse.

*Religiosus
zatur in Pa-
latinat.*

Per hoc tempus aut circiter Otto Henticus Palatinus Elector, & Carolus Marchio Badensis, è suis ditionibus veterem profligant religionē, & nouam introducunt. Non est mirum, ut etiā aliās dixi, populū libèter amplecti noua hæc dogmata, quia plausibilia sunt & suauia veteri homini: permittit ditiones

ptiones rerum Ecclesiasticarum & cenobitarum: ieiunia, uigiliae, preces, mortificationes carnis, mūdi contemptus, studium cōtinentiæ, sobrietatis, pudicitie, & id genus uirtutū, papistarum sunt cōmenta. Sola fides iustificat. Cōfessio peccatorū & pœnitentia, nugæ sunt & carnificinæ papisticæ. Quis non hæc libenter audiat? quis nō cupidè amplectatur? Et tamen lōgè secus docet scriptura omnis, & ipsa quoque, quantum uis dissimulemus, lōgè diuersum nobis testatur cōscientia. qui aut sunt Christi, ait Apostolus, carnè suam crucifixerunt cum uitijs & cōcupiscentijs. Hoc fac, & uiues. Eant Euangelici cū suo isto blandissimo Euāgelio, quò uolēt. Vbi ad Christi tribunal uenerint, sentient se toto cælo errasse.

Menſe Septembri horrenda tēpeſtas Locarni ultra Alpes in finibus Helueticorum deſcendit. Summo manē turbo uehemens è nubibus deſcendēs, quedā ædificia ſubruit. In dē à meridie pluuia, tonitrua, fulgura & fulmina per horas quatuor tam immaniter ſcūderūt, ut eius loci homines ſupremū mūdi adēſſe putarent. Ex ea pluuia torrens quidam adeo excreuit, ut & arbores & domos ſecum raperet, nec ullum tandē quò ſe euolueret, haberet exitū. Totum itaq; circumiacentē agrum occupat, & tāquam lacum efficit. At poſteā reperto exitu, magno erumpens impetu, multa ſecū iumēta, pecora & homines abripit, & magna clade adiacētē regionem afficit.

Pēſtis hoc anno multis locis plurimos extinxit, præſertim Argentiniæ, & in locis Rhenanis, & inter alios etiā Iohannem Sleidanum, qui ſuis cōmentarijs magnam orbi Chriſtiano peſtem inuexit, detreuerant contra illum ſcribere uiri duo longè clariffimi, Coloniæ Agrippinæ præclara lumina, Iohannes Gropperus designatus Cardinalis, & Eberhardus Billicus Carmelitanus Prouincialis, ſi & Sleidanus & ipsis uita prolixior cōtigisset. nemo me putet

hominis illius odio sæpius illum perstringere. Mihi ille nec de facie vnquam notus fuit. Mendacia & errores tetros illius detestor. Multi, immò plurimi nōrunt Iulium Pflugium Numburgensem Episcopum, quo ob multam ætatem nemo ferè melius nouerat res Imperij. Is Sleidani Commentarios volebat sibi à quodam mihi notissimo, qui tum in eius aula versabatur, legi. Porro verò inter legendum, cum aduerteret res ipsi notas mala fide à Sleidano narrari, sæpius exclamabat: Ibi nebulo ille sceleratè mentitur. Quin & Carolus V. integerrimus & potentissimus Imperator, cum ipsi quoquè legerentur Cōmentarij Sleidani, iridèm subindè exclamabat: Nebulo ille mentitur, nebulo ille mentitur. Et sanè datum erat ab eodem Imperatore negociū quidam, vt comitorum acta ob Sleidani mendacia consultanda syncerè excuderentur: sed nescio quo casu res illa impedita fuit, & omnia in Hispanias transferrī iussa ferūtur. Certè hæretico homini nūquam tutò credi potest.

Davidis Georgij historia.

Hoc anno obiit Basileæ David Georgius, pestilentissimus hæreticus, cuius suprà mentio facta est. Fertur is Delphis apud Batauos ortus. Porro cum Cæsar in inferiori Germania eius dogmata persequeretur acerrimè, Basileam se contulit Calendis Aprilis, anno salutis 1544. cum aliquot comitibus. Ibi ciuitatis statu diligenter explorato, questus de suis calamitatibus, quas Euangelij causa perferret, à Senatu supplex petit, vt Christi Iesu & Euangelij causa in ciuitatem cum familia satis ampla recipiatur. Senatus liberaliter respondet, & copiam illi facit cum suis Basileam commigrandi. Erat homini corpus quadratum, barba flaua, oculi glauci & micantes, sermo grauis & sedatus, totius corporis motus, stans, incelsus decens, & ad omnem, vt videbatur, probitatem compositus. Senatus accepto responso,

Admittitur David Basileæ.

sponso, octauo Calendas Septembris redit Basileam cum multa familia, vxore, liberis, clientibus & seruis, reliquoque comitatu, & in ciuitatem adscribuntur. Deindè intra urbem domum sibi comparant, extra urbem arcem & prædia quædam opima emunt, connubia contrahunt, & modis omnibus ità se comparant, vt viri boni & religiosi viderentur, nec quisquam de eis sinistra suspicaretur. Huiusmodi artibus id homo versutus effecit, vt à plebisque magno in precio haberetur. Hanc autem falsam opinionem augebat magna vis auri, & preciosæ res quas secum attulerat, & ex inferiori Germania quotidie adferebantur: præterea regalis præpè splendor & apparatus, sed cum quadam modestia & tranquillitate coniunctus. Habebant in ampla illi familia singuli quiq; suas functiones, nec quisquam supra vires aut inuitus ad aliquid faciendum cogebatur. Porro callidus homo non Dauidem Georgium, sed Iohannem à **Bruck** se nominabat, tria que ab illis diligenter curabantur: primùm, nè Dauidis Georgij nomen proderetur: deindè, euitus in patria conditionis fuisset: postremò, nè dogma suum vlli vel Basileensi vel Heluetio aperirent. Interim in Germania inferiore & alijs semotis locis, literis, libris, nuncijs sectam suam continenter fouebat, apud Heluetios incredibili silentio regebat. Sed quid humana possit versutia contra consilium præpotentis Dei? Ex ipsis familiaribus eius de eius doctrina quidam dubitare cœperunt. Ex ijs facillè principem ad se vocat, cui alioqui plurimum cōfideret, nec sinè stomacho ex illo percontatur, cur de re certissima dubitare voluerit: an non credat, se verum esse illum Dauidem à DEO missum, vt his extremis temporibus regnum Israeliticum restituat, Iacobi que tabernaculum instauret? Sed post multam disputationem iste mansit in sententia, & à

Domum & arcem sibi emit.

Ampla familia.

Mutat suum nomen.

Deficit ab illo quodammodo re certissima dubitare voluerit: an non credat, se verum esse illum Dauidem à DEO missum.

Dauid illo fertur ab alienat^o, monuisse etiã per multos, vt à perniciosissima secta quam primùm discederent.

Diuinitus

in eum animaduertitur.

Ad huius admodùm coniuncti viri defectionem accessit, quòd è duabus, quas intra vrbe[m] habuit, ædibus altera fulmine tacta est: altera, quam in paucis magnificè extruxerat, cum preciosa suppellectile conflagrauit: nec diù post domus, in qua ipse habitabat, tabulatum repenti concidit. Omnium verò molestissimè tulisse ferrur aduentum cuiusdam viri grauis ex Germania inferiori, qui Basileæ Dauidem ipsum totamq[ue] eius familiam descripsisset. Eo percepto nuncio, primùm eius cõiunx morbo correpta moritur, & mox ipse quoquè excedit è corpore, qui se Christo Domino ptulerat, & immortalẽ finxerat. Fuit hoc anno Christi 1556. 8. Calendas Septembris, Sepultus est honorificè in æde Diui Leonhardi. Eius mors non mediocriter perturbauit discipulorum animos, qui eum nõquã moriturum putarãt: nisi quòd homo veteratorius falsa persuasione eorum sustentabat spem, quòd pollicitus esset se intra triennium reuicturum, & prestiturum ea, quæ ipsi ampliter promisisset. Post obitum eius paulatim cõcepit latè[s] fraus aperiri, ita vt plerique iam sentirent eum, qui se Iohannem à Bruck atque etiã ab arce, quam Basileæ emerat, Iohannè à Benningen falsò appellarãt, Dauidem Georgium esse sectæ pestilentissimæ authorem, qui se regem &

Eis inquisitio in desinitum.

Christũ sceleratissimè asseruisset. Hęc fama permouit Senatũ Basileensem, vt rem diligentius inuestigandam susciperet. Itaq[ue] 4. Idus Maij anno 1559. (libet enim h[ic] totam historiam vnum in locũ congerere, nè postea sit necesse per partes absoluere) Dauidis Georgij iam mortui, filij & quotquot in eius erant familia mares, quidam etiã extra familiam clientes & amici in curiam accersuntur. Vbi eò

venerunt

venerunt omnes, Tribunus plebis, nonnulla pfatus de illorum simulatiõ[e] & dissimulatione, postea interrogat, num Iohannes à Bruck sit proprium hominis defuncti nomẽ, an vnquam siue priuatim, siue publicè docuerit, & quæ eius doctrina fuerit. Ibi à nonnullis responsum est, nullam ipsos propriam habere sectam: à nonnullis verò, nõ aliam se tenere religionem, quã quæ Basileæ doceretur. Nec se aliud nõsse viri nomen, quã Iohannis à Bruck, quod à patria haberet: priuatim quidem illum non tam docedi, quã adhortandi causa quedam inter suos dixisse, nihil à Basileensium concionatorũ digressis discrepantia. Erant homines vñdecim: cum quæ hac ratione nihil esset cõpertum, iubentur secedere, & singuli reuocantur, & separatim interrogant. At nec sic quicquam repertũ est. Itaq[ue] iubentur oes isti in carceres abduci, & haberi in vinculis. Mittuntur in terã à Senatu, qui in illorum ædibus scripta omnia cõquirant, si quid fortè inde cognosci queat.

Facta conquisitione, permulti libri & literæ reperiuntur, cum ipsius Dauidis ad viuũ picta imagine abportantur, danturq[ue] Theologis & Iurisperitis quibusdam examinadæ, num quid in ijs sit diuersum à religione recepta. Faciunt illi diligenter quod iussi erant, & Dauidica ad senatũ referunt. Senatus porro mittit ad eos, qui in vinculis erant, septem viros rerum capitalium, qui seuera primùm in interrogatione nihil ab illis impetrant. At tamen cum quidam nonnihil titubare viderent, accuratiùs inquiritur: & ibi tum quidam fatetur, qui se Iohannè à Bruck dixisset, eum esse Dauidem Georgium, cuius nomine in Germania inferiore tot essent turbæ excitatæ. Porro cum eis nonnulla doctrinæ eius decreta proponerentur, fatebantur se illam doctrinam nõquã ex eo audiuisse, nec in libris eius inuenisse, sed se prorsus eam detestari. Quòd si tamẽ in aliquo errãrunt,

Perquiruntur Scripta illius.

Proditur nomen impij.

vel etiamnum errēt, cupere institui rectius. Hęc ubi ad Senatum septemviri retulerunt, missi sunt certi concionatores & theologi, tam ad eos qui in carcere erāt, quā ad eiusdem familię fœminas oēs. Vbi ad eos ventum est, vno ore tam viri quā fœminę respondēt, se detestari ea quę ipsis tanquā Davidis Georgij inuenta essent proposita, & eam cōplecti fidem, quę Basileę tradatur. Deindē Senatus Davidicę doctrinę capita quędam Academię & Concionatoribus cęsenda proponit. Omnes igitur à Re. & ore Academię conuocant, veniūt ad Cōcionatores, cunctiq; ea capita dānant. Postcā Senatus iubet homines ē carcerib; educi, & sub certis aliquot cōditionib; dimitti. In ijs cōditionibus etiā illa sūt, vt Davidicos libros oēs, siue typis excusos, siue manuscriptos, qui villo modo Davidicū fermentū redoleāt, quos apud se habeant, mox in curiam apportēt, nec vllū Batavica lingua scriptū librū apud se retineant. Hac quidē ratiōe possent facillē extingui hereses oēs, si sic cum omnium damnatorū dogmatum scriptis agerēt. Sed hanc legem in suis scriptis non facillē tulerint dogmatistę Zuingliani & eorum similes.

Iudicium in defunctum.

Biduo pōst Iudices rerum capitalium de Davidis Georgij cadauere, libris, & reliquis ad eum p̄tinentibus, in aream productis, extremū iudicium instituit. Inter alia obijciunt, quōd ob eius perniciosam sectam multi vtriusque sexūs, atque etiā propria mater eius, in inferiori Germania vita multatū fuerint, atq; ea causa ipse indē aufugerit, licēt aliud Basileę præteteret. Deindē pronunciant, eius scripta omnia flammis exurenda, eius cadauer siue ossa & quicquid reliquum in eius sepulcro fuerit, effodiendum, extra portam in supplicij locum, vnā cum libris & imaginē eius ad viuum pictā, à carnifice trahendum, illicq; simul omniā in cineres redigenda, sicut

sicut cū ipso Davide fieret, si superesset. Porro bona eius omnia in ararium publicū inferēda. Postremo, si quis cōtra hoc iudicium quicquā dixerit, fecerit, eadē pœna plectendū. Sic illis in fani hominis memoria pr̄sūs abolita est. Cū carnifex cadaueris cōburere voluit, prius illud itā erexit, vt ab om̄ibus, qui hominē nouissent viuū, facillē agnosceret. Nam satis adhuc integrū erat, p̄sertim flaua barba. Erat autē hoc modo ornatus: In capite villosus ē se. Cadauer & r̄ico pileū purpura suffultū habebat, & ē rosmarino sepulchrum fuit. corollā: caput puluini nō ignobiles fulciebant: ipse vndulata toga, quod camelotū vocāt, vestit⁹, ac sine done mūda inuolutus: Sic enim heredes eum sepeliendū curauerant. Combustus est autē cum scriptis suis corā maxima hominū frequentia. Fuit ille David magno vir ingenio, (licēt patre, vt aiūt, ludionatus, & ipse in prima etate pingēdi vitri artē sit secutus) sed malo prauoq; quōd ex plurimis eius libris, Hollādica lingua cōpositis, potest animaduerti. Lingua Latinę & omnīū aliarū, nisi patrię, rudis fuit. Eius autem doctrina multos continet execrabiles errores, ē quibus paucos huc adscribā: Ausus est scribere, omnē doctrinam Moyses, prophetarum, ipsius Christi, & apostolorum ac discipulorum esse imperfectā, & inutilē ad absolutam cōsequendam felicitatem, atq; in cum tantum vsum traditam, vt homines quasi pueros ad hoc vsq; tēpus cōerceret: suam verō doctrinam esse perfectam, & quę hominem beare queat. Afferuit se verum esse Messiam, patris charissimum filium, non ex carne, sed spiritu sancto natum: se restauraturum domum Israël, verosq; Leui filios, & verum Dei tabernaculum, idq; non cruce, vel morte, aut rebus aduersis, vt alter Christus, sed clementia, & spiritus Christi, qui ipsi à patre sit dat⁹, amore & gratia. Se dixit habere potestatem soluendi peccata, & remittendi &

& retinendi, sequē in extremo die totum mundum iudicaturū: se maiorem esse Iesu Christo, quōd hic ex muliere in carnem natus sit, se verō ē Spiritus sancto cælestem Christum natū & vñctum. Multa alia absurda nimis & impia scripsit homo perditus, & tamen hæc omnia conatus est adstruere sententijs scripturæ diuinæ. Itā nullus ferē est tam scelestus & abominandus hæreticus, qui nō iactitet Dei verbum. Cur igitur tandē nō caueat sibi homines ab istis noui Euangelij in tot sectas distracti pconibus, sub prætextu puræ doctrinæ & verbi DEI & synceri Euangelij horrendos in orbem errores inuehentibus, & innumeros in tartara abducentibus? *Obiit* autem obseruāda est seueritas iudicij, quo cadauer hominis impij & eius imago flammis addita sunt, idemque supplicium intentatum ijs, qui quippiam cōtra hoc iudiciū dixissent, fecissent, Nos quidē, qui Catholici Deo fauēre sumus, satis nouimus iurē animaduerti grauiter in hæreticos. At tamē cūm Pontifex & Catholici magistratus id faciunt, quā bellē audiant apud sectarios, scripta eorum probāt, Scilicet cūm Zuingliani vel Luterani, aut alij id genus homines puniunt hæreticos, in virtute & laude ponendum est: cūm Catholici, in vitio & vituperatione. In Anglia, vt mox dicam, cremata sunt cadauera Buceri & Fagij. Id indignissimē ferunt Foxus & eius complices. Sed rectius illi stomachatur in Geneueses suos, apud quos traditur ante annos nō admodū multos cadauer cuiusdam, qui ritu catholico sacramenta sibi ministrari petierat, in crucē actum. Omnia licent præconibus euangelicis, Pontifici & catholicis nihil licet. Vna cademq; res cūm fit à Lutero, Zuinglio, Caluino, vel eorum similibus, purum putum euangelion est & eximia virtus: cūm fit à Pontifice aut catholicis, facinus est Antichristianum, impium, execrabile.

*Cadauer in
crucē actū
Geneua.*

An-

ANno 1557. octauo die Ianuarij mortuus *Mors Alber* est Albertus Brandenburgicus, qui intra *11 Brande-* paucos annos mirabiliter affixit *Gerburgici.* tus est Cæsarem, indē Noribergenses, quos maximis affecit damnis, & Episcopos Herbipolensem atque Bambergensem. Postea à Gallo rursus defecit ad Cæsarem, cæsis multis Gallis & capto egregio Gallorum duce Aumalio. Deindē cum Mauritio acerrimē conflixit, in quo multa Germanorum millia perierunt vna die, & Mauritius ipse cum duobus Henrici Brunsvicensis principis filijs, multique comites. Nisi Deus maturē cum abstulisset, putatur maiora fuisse moliturus. Per id genus homines solet DEVS interdū castigare peccata mortalium, quemadmodū veteres narrant historie, Artillam Hunorum crudelissimum tyrannum se appellasse flagellum Dei, quo scilicet hominū scelerata corripentur. *Obijt* Albertus anno ætatis suæ 35.

Moritur etiā Bona Sfortia, huius, qui nūc apud Polonos rerū potitur, Sigismundi regis mater, cūm antē sese Barium in Apuliā, relicto Poloniæ regno, in quod sensim teterrimæ hæreses irrepere ceperunt, contulisset.

Die 21. Februarij in Anglia combusta sunt cadauera Martini Buceri & Pauli Fagij, & templum, vbi Buceri ex- condita fuerant, more Christiano expiatum, & de Fagij ex- nuō consecratū est. Et quidni Catholici sic tractēt damnatorum dogmatum assertores. quando idem, vt suprà dictum est, Dauidi Georgio fecere Basileenses? Nihil debet Christianis commercij esse cum damnatis hæreticis, ne in sepultura quidem. Olim D. Iohannes Apostolus, (quemadmodū Irenæus martyr ex Polycarpo eiusdē Apostoli discipulo se accepisse testatur lib. 3. cap. 3. contra hæreses) cūm bal-

*Cadauera
Buceri &
Fagij ex-
nuntur.*

balneo eum uti oporteret, atque in eo Cerinthum hæreticum cerneret, quanta potuit celebritate inde se proripuit non lotus: Fugiamus, inquit, ne balneum cõcidat, in quo veritatis inimicus Cerinthus lauat. Videat, qui volet, Historiã Nicephori Eccle. fasticam lib. 3. Cap. 14.

*Liberalitas
Philippi regi.*

Eodem ferè tẽpore, cum fames & inedia Germaniam inferiorem premeret, Rex Philippus, paternæ pietatis æmulator, aliundè curavit frumẽtra apportari in usum multorum, & idem ipse supra tria milia pauperum suis sumptibus in ea fame aluisse dicitur.

Hoc tẽpore recrudit bellũ inter Gallia & Hispaniæ reges. Anno superiori orta erat contentio quãdam inter Pontificem & Philippum regem. Jamque dux Albanus nomine Philippi multo cõscripto milite, non pauca in Italia loca & in ijs ostia Tiberina occupauerat. Ea res multam Romanis trepidationẽ attulit. Erant tum induciæ inter Gallia & Hispaniæ reges. At Gallus opem laturus Pontifici, duo milia peditum Romam misit, qui iuncti Põtificis copijs, ad magnam annonæ inopiam Philippi exercitũ adegerunt. Porro hoc anno 57. Gallus inuasurus Neapolim & Mediolanum tentaturus, Guistum in Italiam misit cum 12. millibus peditum & 2. millibus equitum, qui in itinere nonnihil lacesciti à Valentie vrbs incolis, eam hostiliter expugnãrunt, præsidiumque firmissimum imposuerunt. Ea vrbs fœderata erat regi Philippo. Eodem verò tempore alius Galli exercitũ Artesiam vexabat, adeo ut circa Epiphaniam alienissimo anni tempore Duacum frustra tentãrint, Lensam autem vrbs vi ceperint, multa præda abspõrtata & oppido inflammato. Itã quinquennales induciæ, vix integro seruata anno, rescissæ sunt, & fauissimum de integro bellum exarsit. Verum interim dum Galli exercitus hæret in Italia

Italia, Philippus Hispaniarum rex insigni potitur *Victoria* victoria apud D. Quintinum Gallia oppidum. *Philippi ad* ferat Philippus Philibertum Sabaudia principem *S. Quintini* cum instructo exercitu, qui in hostium terras irrucens, tandem de improviso ad oppidum D. Quintini defecit, castraque illic figit, vrbsque obsidet. Gallia rex eò mittit Annam Mommorantium *Copia Gal-* stabiliam cum trigintaduobus signis peditum Ger- *lorum.* manorum, duce Reingrauius, & vigintiduobus signis peditum Gallorum, & quinque; (vel ut alijs placeat) quatuor millibus equitum, cum quatuordecim maioribus tormentis. Eos Mommorantius iubet hostem leuibus prælijs distingere, ipse interim in oppidum conatur alimẽta inuhere. Verum Philibertus Princeps, quem Philippus rex suis copijs præfecerat, ad eos contendit. Erant in eius exercitu, præter alios, equitum Germanorum circiter decem *Exercitus* millia, quorũ singuli præter hastas & gladios, qua- *Philippi.* tuor aut quinque vel plures etiã sclopetos, rotulae circumactu ignem concipientes, gestabant. Hi vnã cum alijs in Gallos irruunt. Galli, equitatus tantũ impetum non ferentes, in fugam vertuntur: pedites, turbatis ordinibus, à Philippicis ceduntur, plurimi capiuntur, reliqui abiectis armis sese dedunt. Captiuorum ingens fuit numerus, & in ijs multorum *Capti Galli* principum & nobiliũ. Conestabliis ipse captus est vnã cum filio suo. Captiui omnes ad Philippum regem, qui nondum in castra venerat, perducti sunt. Signa militaria Gallorum ferè omnia atque tormenta bellica capta sunt, & ingentia spolia reportata. De exercitu Philippi vix quinquaginta eo in certamine perijsse putantur. Incidit hæc memorabilis victoria in decimum Augusti mensis diem. Aliquot post diebus Philippus rex venit in castra, & quod se dedere nollẽt Galli, qui in S. Quintini oppido erant, vrbs ipsa validè oppugnata, & die xxvj. Augusti, vi expugnata

*Oppidũ S.
Quintini
direptum.*

*Pietas Phi-
lippi.*

gnata & direpta est. In ipsa vrbe captus est Amira-
lius Franciæ, cum multis alijs nobilibus. Non est hic
prætermittenda insignis pietas regis Philippi. Ante
ipsam vrbis expugnationem præconis voce dixit,
nè Sacramenta & sacra milites prophanent, nè quid
in reliquijs sancti martyris Quintini, quæ illic re-
uerenter asseruabantur, committant, nè sacerdotes
iniuria afficiant, vt parcant senibus, cœnobitas &
virgines Deo sacratas nè lædant. Ex ipsa deinde vr-
be imbellem turbam curribus per media castra in
Gallias duci iubet, Germanos milites eo bello vi-
ctos in gratiam recipit, adhibitisque contra vim
custodibus, in patriam reduci curat, singulis aureis
in singulos pro viatico distributis. Porrò victoria
parta ingentes Deo gratias egit. Capto S. Quintini
oppido, arces aliquot proxime Han & Castelletum
victori Philippo regi cedunt. Erat tunc Franciæ rex
in non mediocri trepidatione, coactusque est suos
ex Italia reuocare, & nouum repente conscribere
militem.

*Caluini fer-
mento Gal-
lia corrumpitur.*

Vt autem est hæreticorum in omnem occasio-
nem mirabiliter intenta versutia, dum sic bella fer-
uunt in Gallia, & rex alijs negocijs distenditur, ipsi
sua agunt clam conuenticula, & spargunt in illo
Christianissimo regno pestilentissima Caluiniæ
impietatis dogmata. Die 5. Septembris summo ma-
nè in cuiusdam priuati hominis ædibus, qui tunc
procul aberat, Lutetiæ deprehenduntur permulti
viri & scemina, qui illuc ad concionem nouorum
dogmatum conuenisse dicebatur, & ferè omnes in
vincula conijciuntur, demptis illis, qui nocturnis
freti tenebris, fuga dilapsi erant.

*Capiuntur
Caluinista.*

Initio huius anni Iohannes à Lasko Polonus Sa-
cramentarius, scripto edito conatus est testatum fa-
cere, Zuinglianum dogma nõ discrepare ab Augu-
stana Confessione. Philippus Melancthon eã Co-
fessio.

fessionem subindè mutauit: & tandè etiam Zuing-
lianis fenestram. qua in eã irreperent, aperuit, cum
alioqui etiam testatus esset de cœna Domini magis
sibi placere Zuinglij quàm Luteri doctrinã: immò
etiam conquestus est quandoquè de Luteri tyran-
nide, quam diu passus esset. At prima Confessionis
Augustanæ editio, quã Cæsari Augustæ Protestan-
tes exhibuere anno 1530. nulla ratione admittit do-
gma Sacramentarium.

*Mutata cre-
brò cõfessio
Augustana.*

Porrò ex Anglia profugi Zuingliani, qui Embæ-
nidulum obtinuerant, libellum edunt sancti Chri-
sti martyris & reuerendi patris Thomæ Cranmeri
Archiepiscopi Cantuariensis, quem regina Angliæ
Maria ob impiam hæresim vita multatã. Sic enim
visum est illis profugis ornare hominem impium,
non Christi, sed satanæ martyre, pseudopiscopu,
non Archiepiscopum, Et quid non audent isti? In-
uenti sunt olim hæretici, qui & Cain & Iudam ve-
nerarentur, quin & Core, Dathan & Abiron & So-
domitas colerent. Tanta est hæreticorum insania.
Cræmerus hic à Reginaldo Polo diligenter admo-
nitus fuit, vt ad sanitatem rediret, cumq; eius resi-
piscentię spes non modica inuideret, Polus à
regina Maria veniam impetrauit homini, licet ea
non religionis duntaxat, sed etiam sua causa meri-
to illi esset infensa. Verùm postea animaduersa eius
simulatione, ad quam fictus esse videbatur, & qua
omnibus in rebus tota vita, vt grauis quidã vir scri-
bit, vsus semper fuerat, flammis absumptus est. Et
is quidem ex Catholico primùm Luteranus, mox
ex Luterano factus fuerat Zuinglianus, homo incõ-
stantissimus, quem oblata quælibet vitę spes facili-
mè immutaret.

*Hæreticorũ
sultitia.*

Atqui Ioachimus Vuestphalus Luteranus Episto-
lam edit contra Caluini conuicia: breuem quoquè
responsionem ad scriptum Iohãnis à Lasko, in qua
gleanos.

*Vuestphalus
contra Zuing-
lianos.*

ostendit Ioannem à Lasko cum suis à Confessione Augustana in cœna domini dissentire, etiam si aliud callidè simulet. Idem Vuestphalus Cōfessiones Ecclesiarum Saxonicarum collegit, & in libellum redactas edi curauit cōtra Caluinum. Et quauis Ecclesie Saxonice strenuè defendunt & mordicis retinent sanctissimi patris sui Luteri doctrinam, tamè libellus, quo earum confessiones cōtinebantur, diuersis compræhensè Epistolis, à Zuinglianis, & rem indignam, per iocum dictus est Epistole obscurorū virorum. Itane etiā Lutherani iam obscuro vocantur, & quidem à symmystis Zuinglianis, cum apud eos orta sit mūdo noui Euangelij lux? Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Qui Ecclesiā tuam, quæ nō nisi vna est, & sola rectè Catholica dicitur, sibi irridendam & lacerandam sumpserunt, iurè inuicem irrident & lacerant, & omnibus cordatis hominibus irridendos propinant.

Menſe Augusto Caluinus librum euulgat hoc titulo: *Vltima admonitio ad Ioachimū Vuestphalum, cui nisi obtemperet, eo loco posthac habendus erit, quo pertinaces hereticos haberi iubet Paulus.* Refutat etiā hoc scripto, vt titulus habet, superbas Magdeburgensiu & aliorum censuras, quibus cælum & terram obruere conati sunt. Sic isti Euangelici fratres omnibus ostendunt, quid ex mutuis aliorum de alijs iudicijs sentire de ipsis debeant: atque vtinam puderet nos cœcitat̃ nostræ, quod nolum⁹ vel ferò animaduertere, quam miserè nobis imponat sub puræ doctrinæ prætexu inausiti tenebriones isti. Romanus Pontifex cum istos hereseos damnat, cœsuram eius contemnimus, & tamen illi ipsi inuicem se condemnat & hereticos vocant, idque tātum pondus habet, vt hoc nomine & Lutherani Zuinglianos, & Zuingliani Lutheranos ferre nequeant.

Menſe Septembri Martinus Micronius sacramē

tarius Apologeticum scriptū euulgat, quo partim Vuestphalum, partim Suerinēses ministros Lutheranos confutat, & suos symmystas tuerur. At rursus Paulus Eizenus, Ecclesie Hamburgensis superintendens, scribit defensionem verè doctrine de Cœna, nempe Lutheranæ. Eo consilio se scripsisse dicit, vt contradicentibus veritati Dei, & multas simplices animas suis imposturis in perditionem seducētibus restat: manifestè Zuinglianos indicans. Nam & eadem ferè habet, quæ Vuestphalus & Timannus iam antè cōtra eos attulerant. Et quidem impostores & seductores eos vocat. Porrò quidā Adamus Christianus (appāret nomē esse fictitium) libellum edit, quo sarcindæ inter Evangelicos concordia viam ostendere molitur: sed oleum & operam perdit. Inter superbos enim semper sunt iurgia. Nolunt isti à Christo discere, mites esse & humiles corde. Putabat forsā Caluin⁹, se sua postrema terribili admonitione Vuestphalum prostrauisse penitens: sed ecce tibi nouū Vuestphalus librum cudit hac inscriptio: *Iusta defensio aduersus insignia mælacia Ioannis à Lasko etc.* Librum dedicat Francofordiensi Senatui, hortaturque vehementer, nè Zuinglianos foueant: nec dubitat in expiabili (si in Caluini foro disceptetur) blasphemia eos Zuinglianos, q̃ supremo supplicio affecti sunt, martyres diaboli dicere. Vsq; adeo nihil commouit Caluinus sua admonitione Vuestphalum.

Hoc anno colloquium indictum est Vuormatiæ inter Catholicos & Lutheranos. Accidit ibi quiddā longè sœdissimū, quod operæ precium sit ad posteritatis notitiam transmittere. Erant Euangelicarum partiu duodecim theologi. Ab his Catholici theologipetiērunt, quādoquidem multijuges Sectæ sub Augustana Confessione se compræhendi volunt, quæ tamen etiā in maximis rebus inter se disside-

nis contra Lutheranos.

Lutheranus cōtra Zuinglianos.

Prou. 13.

Matth. 11.

Vuestphalus contra Laskum.

Colloquium Vuormatiense.

Zuingliani vident Lutheranos.

Psalm. 118.

Caluini scriptum contra Vuestphalum.

Zuingliani

ant, vt tamē declarare velint, quas ipsi sectas Augu-
stane Confessione vel cōsentaneas vel dissentaneas;
statuant. Nam decretum erat, inter eos solos collo-
quium habendum, qui essent vel religionis veteris
vel Augustane Confessionis, exclusis reliquis sectis
omnibus. Ibi in diem vsque decimum sextum certas
Mira inter
Euangelicos
cōvertatia.
componi potuit, quod alij ex ijs Sectas quasdā, tan-
quā à Cōfessione Augustana discrepantes exclu-
derent & damnarent, alij retinendas, eisq; parcen-
dum conferent. Ea cōtentio & altercatio eousq; p-
gressa est, vt ex duodecim quinque reiecti sint, nec
Reijciuntur
quinq; Lu-
terani.
eos deinceps Collegarū & symmystrarū loco habe-
re voluerint reliqui septē. Itaq; quinq; illi à suis so-
cijs excōmunicati, relicto Colloquio, domū abiē-
rūt. Erat expectatio magna alicuius inter Cathol-
icos & Euangelicos cōciliandæ cōcordiæ, sed ea vlti-
que adeo iniri nō potuit, vt ipsi Euangelici in duās
ppemodum æquales partes turpissimē dissecti, Ca-
tholicis non immeritō dubitationē attulerint, vtra-
pars Cōfessionem Augustanam sequatur. Nec leui-
bus de rebus isti Euangelici theologi inter se rixā-
bantur, sed de præcipuis capitibus: putā, De libero
arbitrio, De Iustificatiōe, De Operibus, De Sacra-
menti, præsertim de Eucharistia. Et certē quinque
illi exclusi theologi literas sigillis suis munitas no-
stris theologis tradidēre, quibus testantur, omnium
vras 5. exclu-
sorum.
rias hætenus sectas & corruptelas irrepsisse, & eorū
authores Confessione Augustanæ se immiscuisse, &
sub Augustanæ Confessionis prætextu, tanquā
eiusmodi hæreses illi consentaneas sint, eas defen-
dere voluisse, &c. Quando verò ipsi quinque eadē
Confessione Augustana excludere & specificè con-
demnare voluerint, à suis reliquis septem Collegis
& socijs ex eorum cōsortio extrusos esse &c. Itaq;
istis itā inter se distractis, & quod à septē reliquis,
qui

qui Vuormatiæ remanserant, nunquā impetrari
potuit, vt multiplices sectas à Cōfessione Augustana
specificè separarent atque damnarent, nè frustra
cum Euāgelicis Colloquij labor omnis insumere-
tur, necessariò hac vice Colloquium intermitteri &
suspendi oportuit. Prodiērūt postea scripta acerbi-
sima, præsertim Nicolai Amsdorffij & Nicolai Gal-
li, quibus mirabiliter lacerāt illos septem, qui alios
quinque reiecerunt. Inter alia sic habet Amsdorf-
fius in libello, cui titulum fecit, Publica Confessio
puræ doctrinæ Euangelij, & cōfutati presentium
Suermerorū: Brētius, inquit, & Adiaphoristę (Phi-
lippum Melancthonem & socios intellige) iam in
Colloquio Vuormatiensi Zuingliū & Osiandrum,
ob linguarum & artium insignem peritiā, conde-
mnare noluerunt: nostros autem, qui in colloquio
illud consentire recusarunt, nisi illi damnarentur,
fannis & cōtumelijs laceratos, è Colloquio exclu-
serunt & abire compulerunt. Nos Zuinglianā &
Osiandrinā hæreses tranquilla cōscientiā ample-
cti nō possumus. Et quāvis Theologi, qui in Vuor-
matiēsi colloquio post nostrorū discessum permā-
sere, publicè editis scriptis testati sint, se ab Augu-
stana Confessione nolle discedere, re tamē ipsa di-
uersum planè faciunt. Cum enim Zuingianos &
Osiandros execrari nolint, nō possunt Augustana
Cōfessione adherere, &c. Postea nominatim sex
damnat Sectas ac diris deuouet, quę tamen ferè oēs
ad Augustanam Confessionem se referunt. Nicolaus
Gallus præco Ratisbonensis, in suis Thesis &
Hypotyposibus inter cætera disertis verbis itā scri-
bit: Non sunt leues inter nos (Euangelicos) cōcer-
tationes, nec de rebus leuib; sed de sublimib; do-
ctriñæ Christianæ articulis, de Lege & Euangelio,
de Iustificatiōe & bonis operibus, de Sacramentis
& vsu Cereemoniarum: nec vlla ratione componi &
tranfigi

Luterani in
Luteranos
debaechan-
tur.

Nota.

Nō leuib;
de rebus cō-
ficiantur
Euangelici.

transfigi possunt &c. Sic nimirum isti scribunt, & verum eos hac in parte scribere, cum alia multa, tum presentis anni Colloquium declarat. Quare verò permittit Deus istorum pudēdos errores & priuatas atque ab animi cæca arrogantia profectas opinionones in eiusmodi scæda abire dissidia & implacabiles animorum dissensiones ac acerbitates, nisi vt vel manibus ac pedibus tandem palpare possimus, ab istis hominibus non verbi Dei veritatem, quæ semper vna est & vbiq̄e sui similis, sed sub prætextu verbi Dei, mēdaciū (quod varium semper est & inconstans ac multiplex, & subindē in alias atq̄ alias formas trāsformatur) miseris mortalibus obtrudi, & tam multos horrendos errores in orbem nostrum inuehi? Qui isthuc non videt, planē cæcus est & excors: & cui nō dolet tot animarum, quæ his erroribus implicantur, sempiterna apud inferos damnatio, is dignus non est qui Christianus vocetur.

Anno 1558. Hēricus Gallorum rex, paulo ante non mediocriter afflictus amissione exercitūs sui ad S. Quintini urbē, suos ex Italia reuocatos cū alijs recens conscriptis, duce Frācisco Guiso, militit contra Philippum. Guisus primō itā se comparat, tanquā sit S. Quintini oppidum oppugnaturus. Erat autē tempus longē alienissimum: atq̄, ecce per exploratores certior factus, Caletum non factis firmo Anglorum præsidio teneri, derēpentē cōuerso itinere, eō cum exercitu contendit, urbemq̄ omnium opinione inexpugnabilem, septimo obditionis die, hoc est, 9. Ianuarij, aut circiter, in regni Gallorum potestātē redigit, cum iam annis ducēns Angli eā obtinuissent. Fuit hoc facin⁹ audax & ppē incredibile, præferim tam iniquo anni tempore. Mox etiā Guiennam vi expugnat, castellum minutissimum, direptumq̄ue incendit. Hoc quoque

Caletū expugnant Galli.

Itē Guiennā.

oppidum

oppidum Angli supra ducentos annos Gallis eripsum possederāt. Ijs inopinatis victorijs Galli, iam propē consternati, animos recuperant. Horrendum in modum tormentis diuerberatum fuit Caletum: nec præsidium militum arci & vrbi impositum, eam quam oportuit, præstitit in defendēdo constantiā: multumq̄ue, amisso loco illo munitissimo, Angliæ rebus decessit. Vrbs ipsa deditioe sub certis conditionibus venit in Gallorū manus. Eduardus tertius eius nominis Anglorū rex, anno Christi 1346. Caletum vndecim mēses obsessum, è Philippi sexti Franciæ regis manibus extorserat: solebantq̄; dicere Britanniæ reges, donēc Caletum haberēt, clauēs Galliæ se in cingulo circumferre.

Mensis Februarij die 24. quo die in hanc lucem editus fuit, & anno 1530. Bononiæ à Clemente vii. incredibili splendore Impij insignia acceperat, missa insigni legatione ad Principes Electores, q̄ Francofurti cōuenerant, Carolus Cæsar Imperiū in fratris sui regem Ferdinādum transfert, & vt Septēuiri id gratū & ratū habere velint, orat. Indē 13. Martij die principes electores Ferdinādo maximi Impij dignitatē deferūt, & tadē Impator ipse & Principes oēs domū repetūt. Vt in multis alijs, sic in hoc quoque factō Caroli V. Cæsarīs lōgē optimi summa apparuit modestiā & humilitas, qui sua sponte se Imperio abdicārit, cum interim non decessent, qui illi ambitionē & regnādi libidinē improperebant. Vtinā digni essem⁹ multos tales habere Imperatores. Deinceps, priuat⁹ in multa pace vixit aliquot mēses optim⁹ Princeps, quod etiā miserū & ingloriū vidē plerisq̄; huic mundo deditis, vt iam antē dixi, tam ē spontē renunciāsse tanto Imperio & omnibus quæ sunt huius mundi, inprimis gloriosum & multa laude ac prædicatione dignissimum est. Non enim debemus nos, qui Christiana religione initiati sumus,

Carolus V. Imperio se abdicat.

id genus in rebus hominum ethnicorum, aut etiã huic mundo nimis deditorum opinione duci, sed oculos habere defixos in Christum verũ Deum ac Dominum nostrum, qui cùm in forma Dei esset, nõ rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens.

Phil. 2.

Vuestphal
in Caluini
stat. c. 6.

Huius anni initio Vuestphalus, minimè Caluino cessurus, aliquot scriptis Apologeticis fœdissimas, vt ipse ait, Sacramentatorum calumnias diluit, & Luteri de Eucharistia doctrinã tuetur. Edidit etiã Confutationem aliquot enormium mendaciorum Iohannis Caluini, sequuntur Apologia aduersus eius furores præmissæ, &c. Hic est enim eius confutationis titulus. Mox secuta est Apologia illa ad vltimam Caluini admonitionem. Ioachimus quoquẽ Magdeburgicus librum euulgauit, de veteri & nouo Christo: aitque veterem Christum prædicatã Luteranis, nouum, à Berengario excogitatum, annunciari à Sacramentarijs. Non possunt dicere Euan gelici hæc esse Papiſtica commenta, sed sunt purum putum verbum D E I, vt quidem ab vtraque parte isti miseri iactare solent. Cur igitur tandem alij alijs nõ cedunt, & hætenus se errasse constentur? Sed hoc non sinit spiritus ille, quo reguntur.

Nota.

Episcopus
Herbipol.
interfici.

Menſis Aprilis die 16. Melchior Zobel, ex antiqua & nobili familia omnibus charus Princeps & Episcopus Herbipolensis, nefando latrocinio in ipsa vrbe Herbipolensi & Mœni ponte crudeliter interficitur.

Theonilla
expugnatur

Rex Galliarũ duce Guisio Theonuillam oppidulum munitissimũ, multis suis desideratis, expugnat, sed Lucemburgũ frustra oppugnat. In Theonuillæ expugnatione glande ictus P. Strozza interiit. Eius morte & rex ipse, & exercitus omnis Gallorũ, & vniuersa Francia non mediocriter indoluit, nam multis in rebus strenuam Galliẽ operã nauauerat.

Alius

Alius verò Gallorum exercitus ad Graulingam à Philippicis partim deletus, partim captus est. Multa Gallorum peditum & equitũ vexilla Gallis ablata sunt; omnes machinæ, quas partim ex vrbibus nupèr occupatis abſportarant, recuperatæ sunt: aliquot belli duces, Comites, nobiles, & quinque Gallici ordinis equites capti sunt. Paulò post dunckerca vi expugnatur, & Gallorũ ad tria millia cæduntur. Aegmondanus Comes, vir strenuus & bellicæ rei peritissimũ, huius prelij dux fuit.

Die 18. Iunij moritur Antonius Colonienſis Archiepiscopus, è Comitum à Schauenburg familia, Colonienſis habitũque successorem Iohannem Gebhardum è obit. Mansfeldicis Comitibus.

In Hispanijs obiit Eleonora Caroli Cæsaris soror, Franciæ regina. Eius exequiẽ Lutetiẽ Parisiorũ diebus 13. & 14. Aprilis in summo beatiſſ. Marię virginis templo celebratę sunt. at 24. Aprilis Henricus Galliarum rex, Mariam Stuardam Scotiẽ reginam, Francisco Delphino filio suo Parisijs dat vxorem, nuptijs regia magnificentia celebratis.

Obitus Eleonora.

Die 21. Septembris, cùm iam aliquot dies acutissima febre tertiana laborasset, è viuis feliciter excessit pijsſimus & celeberrimus Princeps Carolus V. Romanorũ Imperator potētissimus. Ante mortem in illa sua optata solitudine dies ac noctes precibus ad Deum fundẽdis consumebat, mundo se iam, immo & Deo deinceps in vita hac inutilem dicebat; itaque cupiebat liberari mortali corpusculo, vt in æterna vita Deũ perpetim laudare posset. Cùm esset in precibus ardentior, sæpè & valdè piè pro Ecclesiæ concordia Deum orabat, inquit, *In manus tuas Domine tradidi Ecclesiam tuam.* Sæpè lapsus suos publicè ingemiscens lamentabatur, & toto vitæ suæ spatio nullum diem se dicebat D E I seruitio dignè & vt par erat impendisse. Crucifixi Seruatoris ima-

Diem suum
obit Carolus V.Precatio
eius.

ginem per multos dies vlnis, oculis, oreq; complexus, septimo à translato Imperio mense, præfente Archiepiscopo Toletano, omnibus Sacramētis Ecclesiæ imbutus, maximam vim lachrymarum effundens expirauit, anno ætatis suæ 59. Ante mortem post sacram vñtionem, licet iam antè corpus Domini accepisset, iterum illud sibi dari petijt, dicens, *In me manes, ego in te maneã.* Sic mortuus est piissimus & sempiterna memoria dignus Princeps Carolus V. de quo ob totius Ecclesiæ ædificatione hoc loco visum est breuem historiam annectere, vt pro multis & maximis eius in Ecclesiam beneficijs, hæc qualescunque illi impendamus grati animi significationem, & cognoscat posteritas omnis, qualem nostra ætas, alioqui longè calamitosissima ob heresum & nouorum dogmatum prodigiosam fertilitatem, habuerit Imperatorem.

Historia Caroli V. optimi & religiosissimi. Et quidè, vt iam initio dictum est, natus est Carolus V. daui, idq; anno seculari, anno Iubileo, anno gratiæ. Nimis esset longum, omnia singulatim persequi, que in huius Principis tota vita viri grauissimi obseruauerunt, Porro verò singulari quadam Numinis prouidentia hunc Principem orbi labenti datum, dubitari non potest. In eum enim statum, cum ille ad Imperium prouectus est, iam res Christianæ in Germania reciderant, vt nisi tanta ille & autoritate, & potentia & Numinis indubitato perpetuoque fauore præditus Imperij habenas accepisset, de Germania propemodum desperandum fuerit, præsertim in dies magis ac magis incrementibus sectis & erroribus, atque Turcis eam ob causam Germaniæ extrema minitantibus. Postquam enim in Germania mutata est prisca & auita religio, vires quoque Germaniæ labefactæ sunt, & multa Imperio detraxerūt Turcæ, Moscovitæ, & plerique alij, idque paruo negotio, ob animorum dissensiones, quas noua religio pepe-

pererit. Statim post natum Carolum multa omnia in re præclara hominū ingenia exittere: multos Italia, Germania, Gallia, Hispania, Britania, Sarmatia, Hungaria doctissimos viros protulit: poteratq; eo nomine hoc seculum longè felicissimum videri, si non pleriq; suis ingenijs in Dei contumeliam abuti voluissent.

Quòd ad corpus Caroli attinet, erat illi cutis candida, capillus flauus, oculi glauci, & pæti, in quibus cum summa grauitate mira inerat amabilitas: genæ succulentæ, brachia & femora carnosæ, venter subactus, rotundum, neruosum & compactum tergum, graciles suræ, nasus aquilinus, labra rubricata, lata, crassa: pedes, manus, auriculæ breues: digiti vtrinque longiores, neruosum collum, humeri lati, pectus latum & frons lata, vultus serenus, placidus, mitis: statura media, atque hanc corporis formam vsq; ad annum ætatis quadagesimum incolumem retinuit, multa omnium admiratione. Patrem habuit Philippum Austriacum, regem Castellæ & Legionis: matrem Iohannam, filiam Ferdinandi & Elizabethæ Catholicorum regum Castellæ & Aragoniæ, Philippi pater fuit Maximilianus Cæsar, Maximilianus Fridericus tertius, Friderici Ernestus, Ernesti Leopoldus, Leopoldi Albertus, Alberti Albertus Romanorum rex, & huius pater Rudolphus, quæ Romanorum rex.

Ingenio fuit Carolus V. humano, miti, candido, disciplinarum capeffendarum auido, taciturno, tractabili, pio, pietaus maximè studioso, clemente, honesto, magno animo, forti, recõciliabili, multum amicitia appetente, vindictæ non cupido, liberali, largo, amabili, dulci, verfatili, prudente, sapiente, prouido, cunctabundo, nõ precipiti, nõ effreni, modesto, moderato, æquo, iusto, bono, veraci, tristitiæ & grauitati magis quàm leuitati aut lætitiæ dedito, raro hilaris,

Cæsaris forma externa

Genus Caroli V.

Ingenium.

hilari, semper constante atque tranquillo, vbiq̄e sui simili, nusquam & nūquam dissimili, aut sui im-
memore.

Educatio.

Mechliniā à puero educatus est apud Margare-
tam Maximiliani Cæsaris filiam. Primam eius pueri-
tiam gubernauit Pōtifex Bisontinus Vergiacus Se-
quanus, vir grauis, & post hūc Guilielmus à Croia
Marchio Ariscotiā. Porrò Maximilianus Cæsar,
Caroli auus & tutor, cupiens eum optimis & literis
& moribus imbui, Adrianum Florentium Vltraie-
ctinum, virum grauem & eximiū theologū, ei præ-
ceptorem adhibuit. Adrianus Caroli ingenio bene
perspecto, nihil sui officij in eo optimè instituendo
pretermisit. Carolus verò, optimè indolis iuuenis,
morigerum se præbuit prōptissimè, & lectioni, scri-
ptioni, alijsq̄ue literarijs exercitationibus grauius
incubuit. Guilielmus à Croia Marchio, rebus mili-
taribus, lustrationi, iaculationi quæ sit arcu, equita-
tioni, saltationi, armorum vsui & venationi operā
dare eum permittebat. In omnibus facillè superabat
commilitones suos: nè tamen eos contristaret, vi-
ctoriæ brauium illis impertiebatur. Multa ei quo-
tidie proponebantur veterum heroum ex sacris &
prophanis historijs fortia facta, quin & Maximilia-
ni aui paterni & Ferdinandi aui materni bellica fa-
cinora: quibus fiebat, vt literarum studia sensim re-
frigererent, præsertim dicente Adriano Floren-
tio, virum principè magis bonos mores, quam bo-
nos colores complecti debere, eumq̄ue iam vltò

Adrianus in pietati deditum, ad studia pietatis amplectenda ex-
in Hispani- timulante. Interim Adrianus legationis nomine
as. abijt in Hispaniam, & Carolus totum se confert ad
Rempublicam.

Inaugura- Anno ætatis suæ 15, sui iuris factus, Belgicis ditio-
tur Carolus nibus inauguratus est, summa cum Belgarum omni-
Belgio. um gratulatione, maximis illi exhibitis triumphis,
idq̄ue

idq̄ue non rarò. Deindè magnoperè studuit regum
& principum sibi affinitates, quòd ex plurimùm fa-
ciant ad pacem publicam, conciliare: & primò qui-
dem totum se ad Francisci Gallorum regis amicitia
contulit, qui tum recens regni titulum obtinuerat. *Conciliat*
Lusitano regi Eleonorā, Daniæ regi Isabelam, Pan-
sibi reges.
noniæ Mariam sorores suas collocauit. Henricus
Angliæ rex eius materteram Catharinam, Ferdinā-
di Hispaniæ regis filiam, iam ante coniugem acce-
perat. Anno ætatis suæ 17. primò in Angliam, mox
in Hispaniam nauigat, matrè & regni proceres hu-
maniter & piè tractat, dum regnis Hispaniæ inaugu-
ratur. Interim verò adfertur ad eum de obitu Maxi-
miliani Cæsaris. Habebat tum secum quosdā prin-
cipes viros, qui eum cuperent in Imperio succedere
maximiliano. At Carolus veritus, nè Franciscū Gal-
liæ regem, qui putaretur Imperium petiturus, ea re
offenderet, suam illi metem aperuit. Franciscus rex
respòdit, nihilo magis se offensum iri, quàm si duo
vnam virginem expeterent: pergeret bonis auius,
Deum feliciori adfuturum. Itaq; imperium Carolo
defertur 19. die mensis Iulij: quæ illi causa fuit ma-
turius in Germaniā redeundi. Relicto igitur Adria-
no iam Episcopo Dertusensi, præceptore quondam
suo, eiq̄ue summa in Hispanijs potestate tradita, in
Belgium redit, & Aquisgrani in regè Romanorum
coronatur & vngitur. Eo tempore constans inter
Carolum & Franciscum regem pax fuit.

Indè ad Conuentum Vuormatiensem abijt anno
ætatis suæ 21. vbi Luterum damnauit, & graui edi-
cto paci publicæ consulere voluit. Erant tum Prin-
cipes quidam in ea sententia, vt dicerent, Lutero, li-
cèt fide publica Vuormatiam accersito, non esse ser-
uandam fidem. At Carolus eum iussit in Saxoniam
reduci, dicens, Fidem rerum promissarū, etiamsi to-
to mundo exularet, tamen apud se cōsistere oportere.

Abijt in Hi-
*spaniam.**Eligitur in*
*Imperatorē.**Coronatur*
*Aquisgrani**Conuentus*
Vuormatic.

*Bellum fit
Cæsari.*

tere. In his Comitibus dum est Cæsar, bellum ei mo-
uetur in Belgio, in Italia, in Hispania. Et ille quidē
palam testatus est, se ad bellum & arma capeſſenda
prorsus inuitum descendere: porro rem omnē Deo
cōmittere: sibi verō id maximē dolere, quōd inte-
rim Turcis in Germaniam via sterneretur.

*Virtus exi-
mia.*

Multa per omne vitam vir mitissimus & clemen-
tissimus bella gessit semper ferē adeo propitio Nu-
mine, vt hostibus suis, ipsiq; adeo potētissimo Tur-
carum principi, ob perpetuam in cōficiendis bellis
felicitatem, terrori fuerit. Fuit autē hoc in illo ad-
mirabile, & eximia virtutis euidens argumentum,
quōd neque tum, cū rex Gallorum Franciscus in
pugna Ticinensi captus, neque cū Clemens Pon-
tiffex & Roma superata nunciaretur, vllū dedit le-
titiæ signum nec publicē nec priuatim, sed Deo sup-
plicationes septem dierum decreuit: porro pro Pē-
tifice ex squissimi militis manibus liberādo, dierum
quadraginta. Nam certē Pontificem Romanum, vt

*Observantia
erga Pontif-
ficem.*

verē Catholicus princeps, ex illa summa voluntate
sua non amauit tantū, sed coluit etiā. Itaq; quā-
primū militum efferos animos, qui Pontificem
obsidebant, pecunia placari iussit. Nec diū post
Galliæ rex, Italicis quibusdam illi se coniungenti-
bus, Neapolim inuadit: sed ecce tibi prepotēs Deus
absentis Caroli Cæsaris curam gerēs, fœda lue illas
hostiles copias adeo attriuit, vt plurima sanē & pe-
ditum & equitum millia Gallus se amisisse querere-
tur. Inter hos autē Christiani orbis intestinos mo-
tus & bella ciuilia, valdē se pius princeps consola-
batur, quōd in nouo orbe ab ipsis præfectis sub-
ſto, innumere gentes Christianam fidem in dies am-
plexerentur.

*In nouo or-
be multi re-
ges subacti.*

Et quidem inter cæteros eius præfectos Ferdi-
nandus Cortesius, in regno Mexicano, & Franci-
ſcus Pizarrus in regno Peruaco, octo decim reges &
prouin-

provincias totidē acerrimis prælijs subiugarunt,
& Christiana religione initiari curarunt, alijs etiā
eō suam operam accommodantibus. Est autē hoc
notatu dignum, quōd noui orbis incolę Temistira-
ni nullis literis siue characteribus vtuntur: sed res
gestas Maiorum, imaginibus quibusdam auium ac
stirpium annotarūt. Peruaci autē, chordarum co-
loribus & nodis. Aiunt cælum & terram post certa
spatia peritura, & animas immortales rectē & malē
factorum præmium & supplicium apud cælestes la-
turas. Porro ante cæli & terrę interitum Solem pri-
us & Lunā occubituros, quos interim pro dijs co-
luerūt. Credūt quoque Peruaci carnis resurrectio-
nem: sed planē barbarum est, quōd eam ob causam
moriti cum vxoribus & familia magis chara sepeliri
solebant, & quidem eodem momento, eodemq; in
loco, vt tanto citius simul resurgerent.

*Peruacorum
opiniones.*

Tot autē hominum millia in illo nouo orbe
Carolino (sic enim vocant) Christi fidem complexi
sunt, quātum esse possit in hoc veteri orbe nostro.
In solo regno Mexicano iam pridē fuere octogin-
ta sanctissima monasteria, & in dies plura sūt. Sunt
ibi magni vbique populi, multæ & validæ vrbes,
pulcherrima ædificia & palatia ex latere & candido
quoque marmore: incredibilis frugum, auri, argen-
ti, æris, & aliorum metallorum copia. Vnica vrbs
Mexicana centum viginti millia ædium habet: vici-
na autē municipia, alia septem, alia quindecim,
alia viginti, alia triginta, alia quadraginta, alia sexa-
ginta, alia septuaginta domorum millia obtinent:
Marchionis Ferdinandi Cortesij palatium solum
tanta est amplitudine, vt cū ipse, & senatus Caro-
li Cæsaris & multi præfecti & tribuni militares illic
omnes laxissimē habitarent, septem tam en ducato-
rum millibus partes ædificij vacuę quorannis clo-
carentur.

*Multitudo
hominum in
orbe nouo.*

*Amplitudo
vrbs Mexi-
cana.*

*Palatium amo-
plissimum.*

Potentia regum Cusconiorum.

In regno Peruaco quata fuerit regum Cusconiorum potentia, antequam Caroli armis domiti essent, vel inde facile constare potest, quod duas illi vias militares e ciuitate Cuscone in septingentas Leucas direxerant, quarum vna per alpes, altera per valles ducebatur: atque in his vijs ad singulas septenas leucas diuersoria, quas ipsi tumbas vocabant, constituerant, in quibus singulis semper nudus, ex armatus, famelicus quadraginta aut amplius millia hominum exercitus, subito appellens, vestiri, armari, pasci in longum tempus posset. Et quidem Atabaliba vltimus Cusconij rex, qui multos sub se habebat reges, Cæsaris Caroli subactus armis, septuaginta milliones aureorum Carolinorū, (id est, septuagies dena centena millia aureorum Carolinorum) intra diem septuagesimum se sponderat appensurum, si libertati suæ restitueretur. Sed duorum Tribunorum Cæsaris dissensione & auaritia factum est, vt post septies quadraginta auri vasa appensa, morte violenta ablatus sit, non minima Caroli Cæsaris iactura. Miranda quidem sunt hæc, sed id multo mirabilius, quod tam opulentæ gentes sanctæ, piæ & castæ Christi religionem colunt, quod vtiquæ sinde presentissimo Numinis fauore & summo miraculo fieri non potuit: vt nos merito gaudere debeamus, nostro æuo gentes amplissimas & opulentissimas, relictis dæmonum cultibus, ad vnus viui & veri DEI cultum traductas esse, dum interim in his Europæi orbis angustijs, in mille sectas distracti, sensim ad atheismum quendam & paganismum relabimur.

Idioma Mexicanorum.

Est hoc quoque admiratione dignum, quod plerisque Imperij Mexicani locis coloni & incolæ idiomate vtuntur eiusmodi, quod valde affine & simile sit Flandrico, præsertim Gandauenfium idiomati. Nec vero sine maximo sudore & multis periculis

novus

nouus orbis in Caroli Cæsaris ditionem redactus est. Sunt namq; ibi multæ amplissimæ ciuitates, multissimi montes, rupes inaccessibiles, profundissimæ voragines, densissimæ syluæ, frequetes hominum turbæ, multæ & in terra & in mari horrendæ beluæ: sed hæc omnia, Deo benè fauente, Caroli Cæsaris virtuti & pietati cessere, Hispano veterano milite nullos pro Cæsare & Christi fide propaganda labores recusante.

In solo regno Peruaco quadraginta nouas vrbes Carolus Cæsar exædificari curauit: porro in regno Mexicano vrbem Mexicum, (in qua, vt diximus, ter quadraginta sunt millia amplissimarum ædium, quæ Peruaco. Cortesius ob seditionem totam iusserat cõcremari, augustissimè totam nouam ædificari voluit, vnde etiam Palatium Caroli vocatur vrbs ipsa. In nostro quoque orbe (vt id obiter dicam) multas & vrbes & arces construxit Carolus Cæsar, putà Comontium, Philippopolim, Helsingertum vrbes, Cameraci, Gandau, Ultraiecti arces validissimas in Belgio, atque alibi complures alias.

Legatus Indicus noui orbis Anno Domini 1555. ter septem milliones aureorum Carolinorum coronatorum siue ducatorum (million significat decies centena millia) Carolo Cæsari obrulit, vt priuilegium & legem quãdam Carolinam abrogaret. Totidem milliones eorūdem ducatorū etiam Philippo Caroli Cæsaris filio alter legatus postea obtulit. Ex ipso nouo orbe septem decades millionū auri feruntur in Hispanias relata, & totidem decades millionum auri ex margaritis, gemmis, vnionibus & reliquis lapidibus & rebus preciosioribus noui orbis: quæ summa si ritè supputetur, penè incredibilis euadit: sed sunt magnæ opes illarum regionum. At multo maior summa pecuniæ, demptis tamen his auri summis, in milites & præfectos Cæsaris

TT
annis

annis quadraginta in nouo orbe subigendo & muniendo consumpta est. Per hos autem auri milliones hoc loco accipi debet purum purum aurum Castellanorum ducatorum Carolinorum.

*Orbis nouus
ubi reperi?*

Et quidem in Australiori veteris orbis nostri plaga, trecentis quinquaginta leucis vltra caput Bonæ Spei, nouæ noui orbis Carolini plagæ & vastitates reperte sunt, quæ magnitudine spatiorû lōgè apud fretum Magellanicum in Orientem & Occidentem & Austrum porrigâtur, adeo vt nouæ quotidie terræ noctû & interdû emicârint in mari.

*7. Senatus
noui orbis.*

Porrò in nouo orbe septem Carolus Cæsar esse voluit amplissimos Senatus, quorum quidam Canicellariæ vocantur: nempe, in Fano Dominici, in Mexico, in Guatimala & Nicaragua, in noua Granata, in Regibus ciuitate Peruaca. In Cuba est Gubernator, & in noua Galicia sunt quatuor Prætores, quocantur Alcaldes maiores. Constituit quoque duos

*Duo Prore-
ges.*

Proreges, alterum q præsit mari meridionali & eius littoribus & locis mediterraneis, habitaque Regibus in prouincijs Peruaca: alterum qui dominetur mari Aquilonari & eius latissimis littoribus, & locis ac prouincijs mediterraneis, habitâs in Mexico. Sunt quoque Gubernatores plurimi siue proconsules, vt in Boriquen o, Panama, Cartagena, Venezuela. Sunt Adelantadi præfides prouinciarû. Sunt & præfides vrbiû, itemq; Consulares prouinciæ, qui in maioribus ciuitatibus habitant, quorum electio ad duos supradictos Proreges pertinet.

*Archiepiscopus
Fani
Dominici.*

In Fano Dominici est Archiepiscopus, & habet septem sub se Episcopos, videlicet, Xaliscoñû, Mechauacanum, Guaxacam, Tascalam, Guatimalam, Chiapam & Nicaraguam. In Regibus, quæ est vrbs regni Peruaci nobilissima, est Archiepiscopus, qui inter ceteros subsunt Episcopi, Cuscon, quitonus & Charcas: & quotidie plures creabâtur. Porrò rex

*Item in Re-
gibus.*

Castellæ est patronus omnium Archiepiscoporum, Episcoporum, dignitatum & beneficiorum Ecclesiasticorû noui orbis: & ipse illos designat permisso Romani Pontificis.

Nouus ille mûdus Carolinus in mari Boreali in dimensione littorum obtinet septem millia leucarû communium Gandauensium, quarum ter septem leucæ conficiunt vnam latitudinis siue altitudinis gradum, si à septentrione Boreali in Australem plagam metiaris. Singulis autem gradibus Ptolemæus attribuit septuaginta millia passuum, quæ efficiunt septuaginta milliaria Italica. Porrò veteris orbis noster habet trecentos sexaginta gradus: & totidè dies numerant noui orbis incolæ in anno vno: sed illis interferebant dies quinque, quos habebant toto anno celeberrimos, vt nos Pascha nostrum.

In mari autem Australi noui orbis dimensio continet in se ter mille quingentas leucas communes. Noster vetus orbis, quacunquè eas, conficit septem millia leucarum communium. Si singulis climatibus mille leucas attribuas, septem erunt orbis climata. Si decem parallelis singulis climatibus iniicias, & singulis parallelis singulas leucarum centurias adicias, septuaginta parallelis & septuaginta ceturias leucarû orbis habebit. Vndè conficiuntur 360. gradus Ptolemaici, quorum singuli continent ter septem leucas communes Gandauenses, in quos Ptolemæus orbem partitus, spatia telluris marisque distribuit. Est autem omninò verisimile & ferè necessè, in Australi noui orbis plaga, hoc est, ad polû antarcticum & fretum Magellanicum, vbi aræ & columnæ Caroli quinti constitutæ sunt, esse latissima, vastissimaque terrarum spatia.

Fuit quidam Sebastianus à Cano appellatus, qui à Cano nauigato: sua

*Sebastiani
à Cano nauigato:
sua penda.*

ta, triennio vndè egressus fuerat nauigans, in Hispania.

spanias reuerit, at in tellure vtrorunq; Antipodum ancoras fixit. Atque ille quidem multa Asia, Aphricæ, Europæ littora circumnauigauit, ultra lineam æquinoctialem se extendens, quam veteres inhabitabilem ob æstus nimietatem falso putabant, sed vltra vtrosque Septentriones, Boreales scilicet & Australes, noluit aut non potuit tantillo temporis spatio progredi, Certè non desunt viri grauissimi, qui contra veterum opinionem dicant, mundum totum non solum habitabilem, sed etiam habitatum, idque multis modis probant. Aiunt verò alimentum inopiam, & libertatem itinerũ interclusam, magis vitæ hominum impedimento esse, quàm solis ardores, aut polorum frigora & hyemes: constantèrque affirmant, esse antipodes & antæcos & periecos, nec dubitant dicere orbem nouum Carolinum comprehendi altero mundi hemisphærio, & nostro esse æqualem, illique in æquilibrio respondere.

Eius orbis septem sunt prouinciæ maiores siue Consulares, quarum maximè borealis est Florida, cuius latera extrema annem Neudam & terram Laboratoris attingunt, & Gronlandiam, Islandiamque ad ducentas leucas respiciunt, Altera prouincia, est Hispania noua: Tertia, est terra firma: quarta, Andalousia noua: quinta, Bresillia, que paret Regi Lusitanie: & hæ prouinciæ omnes positæ sunt ad mare Boreale. In mari Australi, vnica est Perua, prouincia sexta, in qua sunt Chile, Quito, Culco, Reges, Platana, Loxa, Portus Vetus, Guayaquilæ, Guanucum, Pax, Valles, & similes vrbes ac dynastie. Septima prouincia est, quæ nupèr reperta est, contra Caput Bonæ spei obiecta, & freto Magellanico longissimè responderet, veterem & nouum orbem respiciens.

Ortus solis
in Mexico.

Porro septem horis antè lucefcit sol apud Hispaniam vrberem, quàm in Mexico, & iisdem septem

septem horis priùs eclipses, solstitia & æquinoctia apparent in limite nostri veteris orbis, quàm noui Carolini. Et quidè anno salutis 1524. venit in ciuitatem Mexicanam frater Martinus Valentinus cum duodecim monachis, tanquam vicarius Pape à Carolo Cesare illuc cum auctoritate eiusdem Pontificis missus: eodemque anno predicauit ille in noui orbis terra continente Euangelium Christi, & magnos illic progressus magnaque incrementa fides Christi accepit, & quidem causa fides, quam Germani & pleriq; alij Europæi, à Martino Lutero & alijs sectarijs malè persuasi vt Papistam reijciunt. Baptizabantur illic multa hominum millia, & cum antè plures simul vxores habuisset, dubita returq; quam ex omnibus retinere deberent, eodem anno Mexicana habita est Synodus solènis, cui tanquam Pape Vicarius presedit Martinus Valentinus, in qua tandè definitum est, quòd qui fidem Christianam cum omnibus Romanæ & Catholicæ Ecclesiæ ritibus complecterentur, ex omnibus vxoribus vnã tantum quam vellent, ducerent ritu Christiano.

Idola omnia ex tēplis exturbabantur, crux Christi & sanctissimæ Mariæ virginis imago in templis reponerentur, Eucharistia populis ostendebatur, Missæ sacrificium à Martino & collegis duodecim patrescebat, Euangelium Catholico more piè & pure annuciabatur. Indè verò paucis annis tot baptizabantur in ea noui orbis plaga, vt alij septies dena centena millia, alij quaterdecies dena cetera hominum millia in solo illo Mexicano regno baptizata retulerint. Magna etenim in eo noui orbis tractu est hominum copia, adeò vt in insula Fani diui Dominici quindecies centena hominum millia fuisse reperiantur, & quandoquè in processione centum millia hominũ se Christiano more ceciderint virginis. Eodem anno 1524. misit Cortesius ex Mexico

TT 3 Ca.

Synodus
Mexicana.

Multitudo
baptizatorũ

Martinus
Valentinus
Christi annu-
necat no-
uo orbi.

Colubrina
argentea.

Carolo Cæsari per Diegonem de Soto septuaginta millia castellanorum ducatorum aureorum, vnamque colubrinam argenteam, quadragintanouem millibus aurorum Carolinorum æstimatam.

Ufal. 65.

Et ò diuinam prouidentiam, ò terribilem Deum in consilijs super filios hominum, septimo anno post natum in Germania dogma Luteranum, in nouo orbe Martinus Valentinus vitæ sanctitate & miraculorum operibus inclaruit, & cæcis gentibus Euangelij lucē synceram (quam Germania, Martino Lutero apostata infami duce, fastidiuit) inuexit, qua de re Catholici quidam hos versus scripsere:

Inuit o potuit Romano prefule Luter

Sacramenta Dei vellere, non premere.

Septem post anno validus Martinus in orbe

Ulla two repetit Maxime Carle nouo.

* Alludit ad
Valentiam,
Martini huius
patriam.

Iste duodenis sociatus fratribus, ipsum

Prototypum sequitur lex in Euangelica.

Hunc sequitur (quemnam sequitur Germania?) Casar.

Et certum est, omnes Indos & noui orbis Carolini incolas & accolas, fieri quotidie magis ac magis Christianos. In archiuis Caroli Cæsaris lectum est, vnum quendam sacerdotē septiēs cetera hominum millia baptizasse: alium ter centum millia, aliū centum millia, alios plures, alios pauciores. In solo Mexico referunt multi summa fide dignissimi triginta fuisse dynastas, quorum quilibet habuerit sub se centum millia hominum, aut circiter: & tria millia toparcharum, qui & alios sub se haberent clientes fiduciarios, & beneficiarios Vasallos, valuafores & valua finos: qui Dynastæ certa anni parte familiæ suam alebant in ciuitate Mexicana curia regis Moteczumæ: & ex ea non licebat illis discedere ad suas prouincias, nisi regis permissu, ac relictis siue filijs siue fratribus suis in ciuitate obsidū loco: & quod dictū horrendum est, mille plerūque homines vno die

Horrenda
sacrificia.

die in ciuitate Mexicana immolabatur. Sed omnia idola exturbata sunt, demonibus silentium indictū, oracula & præstigiæ conticescere iussæ sunt. pluralitas vxorum in vniuersum consortium redacta, septem illis Sacramenta & ceteri Romane Ecclesie ritus reuerenter traditi sunt, nobis interim in Europa de horum contemptu & nouorum dogmatum complexu petulanter nobis applaudentibus, & rāquā mirifica reperta luce gratulantibus. Sed Deus præpotēs, spretis nobis contemptoribus, suam gratiam offert illis barbaris & ignotis gentibus, & vtheretici tabescant, omnes illas facit Romani Pontificis obseruātissimas, & veteris religionis studio sissimas. Solent iactare isti temulenti noui Euangelij precones, se Romano pontifici modis omnibus velle incommodare: nec vident miserū, vt ipsos irrideat qui habitat in cælis, & tantò Romanum Pontificem in remotissimis noui orbis regionibus faciat maiori studio ac veneratione affici, quātò in Europa apud plerosque minori in precio est. Nostrum erat, iuxta Pauli doctrinam, obedire prepositis nostris, perma-
Hebr. 13
nere in ea religione, quam à sanctis Maioribus nostris accepimus, exercere nos in operibus bonis, sobriè & iustè & piè viuere in hoc seculo, & omnia peregrina dogmata vitare. At dum ista nos negligim⁹, ecce Christus se confert ad Indos & antipodes, of-
Matth. 21
feraturque regnum Dei gentibus facientibus fructū illius, & nos hic in tot sectas & errores distrahimur vt referre pudeat. O nos miseros, qui in summa quæque miseria nos felices & beatos putamus.

Quòd autem in nouo orbe vsque adeò propagata est fides Christi, vel maximè illustrem reddit Carolum Cæsarem, cui vtique id precipuè studio fuit, vt fides catholica illic modis omnibus disseminaretur. Dicebat autē peccata nostra meruisse, vt Ecclesia discinderetur, & vt authorem ostenderet, vnus
Dicitur Casar
ris de se dicit.

homo, inquit, nobis scribendo perdidit rem, Luterū videlicet significās. Vt enim ab vna interdū scintilla vastissimum oritur incendium, sic ab vno Lutero faces ministratę sunt, quibus totus apud nos conflagraret orbis Christianus. Quā autem hoc sit verum, tēdet referre, cū res ipsa id plūs factis testetur. Sed noster Carolus non solum nouum sibi subiugauit orbem, sed etiā nominis sui fama celeberrima, ex multis rebus feliciter gestis comparata, & Mauritanorum, & Libyorum, & Tartarorum, & Scytharum, & Sophi regis Persarum, & Pretoianis, qui est potentissimus Aethiopum rex, legationibus perquā honorificis affectus est. Fuit autem idem ipse magnę temperantię in cibo & potu, vt plerunquē ad mēsuram & certas vncias biberet, & ad pondus comederet. Nec vnquā vestitui mīmo indulsit: nusquā purpura tyria, nusquā preciosa & regalis vestis in vsu vitę eius quotidiano apparuit: sed atra lanca veste & lugubri diū, preferatim à coniugis obitu, est vsus, vt & in re omni familiaritenti attenditur, nusquā immodicus esset. Nusquā pręter modū lauta utebatur supellestilis, nusquā mirifici incēdebātur odores, nusquā mēsis epule conquestissimę inferebantur, nisi certa ratio aliud hortaretur. Et in mensa plerunquē solus & tacitus sedebat, itā vt conuiuia eius sinē conuiuia, moderata, solitaria, honesta, non opiparę apparatus, esse constaret. Nunquā pecunię pręter causam prodigam fuit, cuius expēdendę magnam semper rationem habendam censuit, non ignarus, quantam pecunię vim bella absumerent.

A vinolentię, vanę gloriatiōis, & voluptatum vitij adeo semper fuit alienus, vt qui illum & à puero optimē nouerant, eādē illi tum indolem, quę nunc in senē & extrema etate apparuit, etiā in infanti, & ephebo, & adolefcenti, & iuueni, & viro fuisse affirmant

affirmēt, semper in eo pudore ingenuo mirificę refulcent. Fuit humanitate, morum suauitate & clementia in omnes singulari. Familiam suam omnem præcipuē charam habuit. Erat natura valdē placabilis & exorabilis, idq; sua lenitate & bonitate affectus est, vt sæpius ipse ab hostibus laudatus sit, quā alij Principes ab amicis & ciuibus suis. Cū ad Solimannum Turcarum principem quidam Christianus dynasta trās fugisset, & ab illo interrogatus, cur relicto Cęsare ad ipsum per fugisset, ille tribus de causis, putā auaritię, libidinis, & iniustitię Cęsaris fecisse responderet, Solimannus ait, nihil horū sibi posse de Carolo persuaderi, quippe qui diū percontando & indagando cognitam haberet Cęsaris vitam, nec posse horum vitiorum labem in illo herere, qui tam sanctę & pię leges cęremoniasq; Dei & Maiorum suorum obseruaret: iustitq; hominē Solimannus à suo cōspectu remoueri, & postea etiā odijs & proscriptiōibus eum est persecutus, & ex tota Turcia exturbauit. Est hoc insigne testimoniū ab eo redditum, qui non Caroli tantum, sed totius Christiani nominis hostis infestissimus esset.

Multas Cęsar callebat linguas, quod illi ad multas magnas attulit commoditates. Itaque in bello diuerso vtens milite, cum Germanis Germanicę, cum Hispanis Hispanicę, cum Belgico equitatu Gallicę, cum Italis Italicę, cum Neapolitanis equitibus mixtim loquebatur: ad Hūgaros, Boēmos, Dalmatas, Macedones varijs sermonibus utebatur. Imperium & imperiale diadema semper non vt patrimonium se suum possidere, sed vt magistratum gerere profitebatur, idq; quā humaniter & beneuolē accepit, tam liberaliter ac munificē reddidit à quibus acceperat. A risu fuit abhorrens, quod idem de Carolo Magno legitur: interim tamen in apophthegmatibus, & acutē, falsē, breuiter, facetē dictis valdē ele-

Lenitas & placabilitas

Nota Solimanni de Carolo V. testimoniū.

Peritia idiomatum.

A risu abhorret.

Legationes ad Cęsarē.

Cibi & potus parsimonia. Vestitus.

Suppellex.

Pudor ingenuus.

gans fuit, sic vt Atticus quidam lepos in eius sermo-
ne & Nestora eloquētia appareret. Itā enim labijs
compressis sua verba distinctē, articulatē & trachim
pronunciabat, vt singulę & syllabę & cōsonantes,
& vocales, & diphthongi audirentur. His adiunge-
bat pronunciationis dulcedinem, cum summa mo-
destia & grauitate coniunctam. In ipsis autem apo-
phthegmatīs suis itā se cōparabat, vt eisēt sine ioco
ioci. Atq; ex ipsa natura magis ad condolendum &
collachrymandum, quā ad subsannādum aut irri-
dendum vitam aut mores hominum procliuis fuit,
quę quidem rara est virtus. Indē accidit, vt nō raro
in lachrymas solueretur, cū pro hominibus cala-
mitosis ei preces offerretur, & plerūquē magis ipse
flieret, quā pro quibus rogabatur.

Quotidiē suas manē horas Canonicas, vt vocāt,
legebat, easq; itā extendebat, vt bis tantum ferēt,
quantum presbyteri, semper manē legerit. A cena
semper redibat ad longissimas preces suas, quę du-
rum plerunquē erant horarum, sicut & matutinae.
Non enim suis viribus fidebat potentissimus Prin-
ceps, sed totus à summi Numinis ope & auxilio pō-
debat, quod sibi precibus tam longis quotidiē con-
ciliare studebat. Et hinc tanta illi in rebus gerendis
felicitas, tā insignes victorię: adeo vt ob multa for-
tissimē gesta, Galli cum Herculi, Germani Carolo
Magno, Itali Dauidi, Siculi Africano, Hispani Ale-
xandro Magno, Turcę Iulio Cęsari, Afrī Hānibali
comparārint. Multi cūm aduertissent eum & domi
& militię equē continuum & prolixum esse in pre-
cibus suis, dicere solebant: *Carolus sapiens cum Deo,*
quā cum hominibus loquitur. In singulas bellorum
expeditiones nouas sibi preces ipse & cōponebat,
& sua manu cōscribebat, quę prolixitate ferē equa-
rent septem illos Psalmos vltimatissimos, easq; prius
examinandas dabat suis Cōfessarijs, & ab eis appro-

batus,

batas, quotidie etiā in agmine & acie dicebat, nō
nunquā per speciem exonerādę vesicę aut alui ab
agmine secedens, vt prolixius & feruentius oraret.

Cū bella gereret, ipse primus semper suo in
agmine fuit, nonnunq̄ quindēcim horas, nonnun-
quā diutius in equo iugiter residens. In omnibus
expeditionib; bellicis audacissim; fuit, vt itā mor-
tem planē contemnere videretur: adeo se ad omnia
pericula impaidū offerēbat, vt nusquā ob bom-
bardarum ictus caput inclinaret, nusquā pedem
moueret, nusquā expallescere. Et in castris itā se
audacter supra humanum modum cōtra hostes ge-
rebat, vt occīdi velle in militia videretur: In omni
quoquē etate nunquā cupidus vite, semper mor-
tis audis fuit. Sępē etiā in castris, & in ipso iuue-
tutis flore dicebat, Cupio dissolui & esse cum Chris-
sto. Eam verō inuitaram animi fortitudinem indē
partim habuit, quod nullā expeditionē in hostes su-
sciperit, nisi animo trāquillo & optima cōscientia.

Plerique viri militares dicere solebant, Cęsarem
vincere quidem nōsse, sed victoria non perindē vti
nōsse aut velle: quibus Cęsar respondit, Iulij Cę-
sarem, quē illi obijciebāt, & alios veteres ethnicos
vnum tantū habuisse finem, videlicet honorē: no-
bis Christianis duos esse propósitos, putā & hono-
rem, & animę salutem. Sępē etiā dixit: Etsi totum
expugnāsem Francię regnum, redderem illud regi,
modo id exiguum, quod meum esse cōtendo, mihi
relinqueret. In seruandis matrimonij legibus sem-
per castissimus fuit: & licet nō decēnt, quę eum ad
libidinē illicerent, eas tamen semper cōstantissimē
respuit. Sępē ipse met fenestram clausit, nē inspi-
ceret prętereūtes formosiores scēminas. Sępē dicti-
tabat, nunquā se ducturum vxorem, si fratř Fer-
dirandum tam scēcundum fore sciuisset.

Nunquā choreis aut tripudijs delectatus est,
nisi

*Cōdolentia
erga misē-
ros.*

*Preces quo-
tidianę.*

*Preces in
bellis.*

*Fortitudo
& magna-
nimitas in
bellis.*

Philipp. i.

*Dictum
Cęsaribus.*

*Castitas in
matrimonio*

nisi decoris & honesti respectu. Nunquam per aliquid quod numen iurare auditus fuit, nisi cum fœdera iniijt, aut regnis inauguratus est.

Iugeni acumen et prudentia.

Supra modum acuto & perspicaci fuit ingenio, ita vt eius iudicij acrimoniam, prudentiam & sapientiam præstantissimi viri sæpè mirarètur. Sæpè suam sententiam scripto comprehensam, ad aliquot suos principes & duces mittebat, & illorū tamè iudicij, vt erat mirabili modestia, se submittebat: sed illi ferè semper eius subscribebant sententiæ, eumq; meliùs quàm sese rem perspexisse fatebantur. Hinc cõ-

Elogiũ Cæsaris.

stans fama fuit semper, *Carolus sapientissimũ seniarum, fortissimũ centurionum, piensissimũ iudicũ fuisse:* quam iudicij pietatem nõ semel in illo experti sunt potentissimi satrapæ, cum illis grauissima essent crimina intentata. Tres belli neruos dicebat, Com-

Nerui belli

meatum, pecuniam, militem: ex ijs si aliquo carendum esset, militem veteranum se potissimum electurum, cuius promptitudine reliqua duo se ex hoste comparaturum consideret. Cum esset in cubiculo cum suis familiaribus & domesticis, nusquam quisquam vel læta vel tristia ad eum esse perlatã, ex eius vultu aduertere potuit: tanta erat oris, oculo-

Constantia oris.

rum, & totius vultus Cæsarei cõstantia, & quasi perennis quædam serenitas. Quotidiè tres quartas horarũ pertes genu flexo orabat manè, longa talari supra subuculam indutus veste: ac tum nemini cubiculum patebat ingressus. Post eã patebat ijs, quibus

Vt diem transegerit.

ius ingrediendi erat, ac tum preces Ecclesiasticorũ Horarias dicebat. Indè se vestiebat. Post ad Rempublicam gerendam se componebat. Hinc ad Sacrum audiendum se conferebat, quod in omni vita semper audiuit, præterquàm in bello Africano semel. A Sacro rectã ad mēsam, nõ quàm ad negocia ibat, nisi si grauis accidisset casus. Cum Missæ sacrificium ad medium perductum esset, mensa parabatur: cum

ipse

ipse è sacro egrediebatur, cibi ex culina efferebantur. Halecibus, salsamentis & piscibus naturaliter delectabatur, sed ita tamè, vt haberet rationem valetudinis. In mēsa etsi parum aut nunquam loqueretur, audiebat tamè libenter aliquid nõ nunquam, præsertim ex sacris depromptum. A prandio omnes prolixissimè audiebat etiã infimæ fortunæ homines, vir humilis & misericors, supplicesq; omnium libellos accipiebat.

Audit oēs.

In præstandis eleemosynis per omnem vitam admodum liberalis fuit, adeo vt cum puer esset, quadragenos aureos in oculis habens, sæpè septies vno die eos erogarit, nescientibus præfectis & œconomis suis. In virili ætate & senili in largiendis eleemosynis ad puellarum matrimonia, iuuenum studia, scænum vitã sustentandam, captiuos ab hoste redimendos, egrotos curandos, omnium regum, principum, Cæsarum liberalissimus ac munificētissimus est habitus. Quæcunq; autem eius generis donabat, clanculum faciebat, tum accipientium pudori, tum suæ modestiæ cõsulens. In Germanos, ab hereticis rebus suis spoliatos aut vexatos, sacros & seculares, liberalitate sua piensissimè vtebatur: sed nunquam serè tales dedit eleemosynas, quin lachrymas multas profunderet, grauiterq; doleret, non se posse egenis omnibus ex æquo subuenire. Habuit autem cœconomos semper circum se attentissimos, quorum seueritate fiebat, vt princeps natura liberalissimus, nõ esset profusus in eos, quos nõ esse egenos putaret.

Largitus in eleemosynis

☞

Quidam sapientissimi proceres, Cæsari in tanta familiaritate coniuncti, sæpè eum admirati sunt, atq; planè sui temporis miraculum naturæ Carolũ fuisse constebantur: tanta erat in Carolo & morum, & sapientiæ, & pietatis præstatiã. Tandem optimus princeps sentiens se viribus deficere, & multam erga se multorum ingratiudinè expertus, toti mundo &

Miraculum nature Carolus.

do & omnibus mundi honoribus valefecit, & in solitudinem sese contulit, nauigans ex Belgio in Hispaniam. Sed in ipso itinere nunciatum ei est, Ouarum Africę promontorium liberatum obsidione Turcarum & Afrorum, ac multa illic Turcarum & Afrorum millia concisa ab Hispanis: atque etiã in auro quinquagies centena millia aurorum Carolinorum, & in lapidibus preciosis vicies centena millia aureorum ex orbe nouo Carolino Hispalim esse allata. Per id tempus stupendę auri copię ex Perua ca & Mexicana plaga tum expectabantur. Denique feliciter ex hac luce in lucem sempiternam migravit optimus, piissimus, potentissimus princeps Carolus V. cui parem per omnia Imperatorem multa secula non viderunt.

Atque interim tamen non desunt, præsertim alii quot Gallici scriptores, qui tantum principem non semel acerbè perstringant, & apud omnes traducere conentur: quos oportebat modestia vti, præsertim in principem religiosissimum, cui ipsi suis scriptis apud cordatos omnes non solùm nihil detrahent, sed eo ipso efficient etiã, vt tantò in maiori precio & veneratione habeatur. Atque hæc quidem in Carolo V. longè potentissimi & pientissimi Imperatoris commendationem pro nostri instituti breuitate dicta sint satis. Caroli Cæsaris mortem paulò post secutus est obitus Marię sororis eius, fortissimę & prudentissimę heroinę, quę multis annis Belgio præfuerat. Sub finem Nouembris mortua est etiã Maria Anglię regina longè piissimã, cuius incredibile virtute intra breue tempus in Anglia restituta fuit religio Catholica. Non mediocriter illam afflixerat Caleri & aliorum oppidorum expugnationem etiã quòd videret Philippum regem bello implicatum teneri: nec huius doloris exiguum auxilium fuit mors Caroli V. socii sui. Accedebat

Aurum & gemma alata ex nouo orbe.

Marię reginæ excessus & viuis.

Item Marię Anglica.

his omnibus hydrophis, quę cum initio eius intendisset ventrem, creditum est, eam è Philippo rege concepisse: nec adhibebantur matura remedia, nec ipsa eam quam oporteret, sequebatur victus rationem. Indè in febriculam incidit, quę suis sensibus aucta incrementis, longiori vita ob multas excellentes animi dotes dignissimam heroidem extinxit. Habuerat illa germanum fratrem Henricum nomine, sed quem non nisi trimestrem mors prepropere enecarat, pro regno terreno fruiturum regni cælestis immensã gloria. Ita quę cum Henricus rex & Catharina Marię parentes, inter quos tum mutus viuebat amor, solam Mariam sibi superesse cerneret, ad quam regni successio deuolueretur, hoc vnum summopere curarunt, vt ea piè & honestè educaretur, & optimis moribus imbueretur. Erat tum Margarita, Eduardi 4. Anglorum regis fratris filia, Reginaldi Poli mater, cuius etiã supra meminimus, tum ipsi Hærico regi sanguine iuncta, tum singulari prudentia & in Deum pietate scemina. Ea præ omnibus visa est vel maximè idonea, cui Maria quàm rectissimè instituenda committeretur. Et ea quidem in suam eam curam & disciplinam recepit, & moribus sanctissimis, omni quę virtutum genere, vt post res ipsa satis declarauit, excoluit: verum postea cum nulla posset ratio adduci, vt à Catholice religionis integritate delecteretur, hoc præmij tulit ab Henrico rege, quòd plus quàm septuagenaria iussa est capite plecti, vt iam antè dictum est: nec ipsa sola, sed etiã filius eius natu maximus, & duo alij eius consanguinei, religionis causa, eodem rege iubente, cæsi sunt.

Mortua Maria Anglię regina, eodem anno *Obitus REGINALDVS POLVS* Cardinalis & *Reginaldi* chiepius Cantuariensis, multa & virtute & eruditione, & regio quoquẽ stemmate clarissimus,

Marię reginæ educatio.

Genus Re-
ginardi Poli

Natiuitas.

Studia.

Familia.

eam tam breuī secutus est, vt inter vtriusque obitū, quod mirum videri queat, non nisi sedecim horarum spatū intercesserit. De cuius insigni viri vita & virtutibus pauca hoc loco commemorāsse opere precium fuerit, maximè quòd Sleidanus non vno loco in hereseos suspicionem eum vocare videtur, tanquā is à nouo hoc Euangelio non abhorruerit, quæ quidem est iniuria non mediocris in talem virum. Et vt breuiter genus eius attingamus, patrē habuit Richardum Polum, qui frater confobrinus fuit Henrici 7. Anglorum regis: mater eius Margarita ex Georgio Clarētīe duce orta est, qui fuit germanus frater Edouardi 4. Anglorum regis. Is verò Edouardus filiam procreauit Elisabetham, quæ nupta Henrico 7. peperit eidem Henricum 8. Angliæ regem. Itaque & paternum illi & maternum genus fuit longè clarissimum. Natus verò est anno salutis 1500. mense Martio, non diū post Carolum V. cui fuit inprimis charus, adeo vt cum quandoquē de Romana curia loqueretur, dixerit se quidē nouisse neminem, qui Polo esset melior. Mater Margarita puellū piē instituit, adolescentuū mist ad gymnasium iunctum Carthusiæ, haud itā procul à Londino distanti. Indè abiit ad Oxoniensem academiam. Porrò annos natus 19. Patauium in Italiam profectus est, non mediocri iam tum literarum cognitione præditus. Habebat pro generis splendore sic fati honestam familiam, morumque singulari venustate facile omnium erga se amorem & beneuolentiam demerebatur. Alebat domi suæ aliquot doctri-
na præstantes viros, in ijsq; Christophorū Longolium Belgam, qui apud ipsum mortuus est: quorum ille opera & consuetudine vsus, in omni scientiæ genere & linguarum cognitione maximos progressus fecit. Quinto anno postquā in Italiam venerat, exacto, iussus domum redire, prius Romā adiit,

præfer-

præsertim quòd tum annus Iubileus ageretur, locaque sacra, quæ in ea vrbe plurima sunt, pia animi deuotione inuisit, non id vtriquè facturus, si Luteri fermento infectus fuisset. Reuersus deindè in Angliam, summa omnium voluntate & gratulatione, quòd ob mores amabilissimos & multam doctrinā omnibus esset gratissimus, à rege & petijt & impetrauit eam domū, quam Iohannes Coletus ad Carthusiam, cuius suprā memini, vbi puer vixerat Polus, exædificauerat. Ibi sanè delectatus Carthusianorum sodalitiū & instituto, (quemadmodū etiā per omnem vitam loca solitaria & monasteria quotiēs opportunū fuit, libenter expetiit, magis ab ipsa natura literarum studijs & contemplationi quā actioni deditus) biennium permanxit, donec rege malè persuaso Cathariæ reginæ repudium meditante, copia à rege petita, Parisios profectus est, vt impendentes Angliæ calamitates declinaret. Sed anno absoluto, reuocatus à suis in Angliam, iterum duos annos in sua illa Carthusiensi habitatione religiosè & piè exegit. Tum verò per quosdam rex conatus est illum eò permouere, vt in Cathariæ repudium consentiret. Hæc res illum vehementer anxium cum haberet, tandem visus est sibi eam inuenisse rationem, qua nec regi aduersaretur, nec suæ conscientiæ prorsus deesset. Orabat autem obnixè Deum, vt in tanto animæ periculo minimè se desereret. Ingressus indè ad regem, vt illi mentem suam explicaret, mirabili Dei prouidentia & voluntate itā obmutuit, vt aliquādiū ne verbum quidem edere potuerit. Quæ enim ipse sibi reperisse videbatur, non tam veritati solidæ, quā humanæ prudentiæ, innitebantur. Deindè reddita loquendi facultate, summa cum modestia, in nullo prorsus regi assentatus, humanissimè eum admouit, vt à diuortio, quo pristinam esset gloriam ob-

Reditus in
Angliam.

Polus ob-
mutuit.

Henrico 8.
mitem ex-
plicat suā.

V V scura.

scuraturus, & animam perditurus, sese maturè reuocaret. Hoc quidem euidentis miraculū, & in signe erga Polum præpotentis Dei beneficium fuit, qui passus nõ est, vt aliqua ex parte suam conscientiam regië machinationis qualicunq; approbatione cõtaminaret. Ea responsione rex, qui sperãrat Polum, quod ipse magnoperè optaret, approbaturum, itã commotus est, vt eum in ter loquendum tantũ nõ occidere cogitãrit, Neque tamen vnus regis duntaxat, sed etiã aliorum in se animos hoc responso cõtuitauit. Itaq; facillè animaduertens quo in discrimine versãretur, per quosdã regi charos obtinuit, vt ipsi è regnõ abscedere liceret. Venit igitur primò Auenionem, mox Patauium, cumq;ue viroꝝ doctissimorum amicitia delectaretur, ijs tamè vtēbatur familiarĩus, quorum esset spectata pietas in Deum. Venetijs cùm esset, Caspari Contareno & Petro Caraffæ, qui postea fuit Paulus 4. Pontifex maximus, atq; tum temporis cum nõnullis sanctius quoddam & seuerius vitæ genus, cuius sectatores Rheatini dicti sunt, instituerat, familiaris admodũ fuit. Nõ multò post, licet inuitus, à Paulo 3. in Cardinalium est collegium cooptatº anno 1536. Multa studiosè prætereo, nõ longior sim, omnibus optimi viri virtutibº cõmemorandis. Missus deinde est legatus à Pontifice in Galliam & Belgium, & cùm Parisijs esset, à rege & omnibus honorificè acceptus, tamen quòd Henricus Angliæ rex apud Gallias regem vehementer instaret, vt Polum sibi traderet, iussus est postridiè indè abire: id quod propterea Gallus fecit, nõ vel tradendo Polo, Pontifici de seruando illo fidem datam falleret, vel etiã diuitiũ retinendo Anglum iritaret. Etsi verò id per molestum accidit Polo, tamen mox Camera cum petijt, & quidem non absque magno discrimine. Interim Angliæ rex cum tanquã Maiestatis reum

Abit in Italia.

Fuit Cardinalis.

Proscribit à rege Angliæ.

pro-

proscripsit, & qui cum tulisset è medio, illi quinquaginta millium aureorum præmium constituit. Indè verò non difficilis coniectura capi potest, quibus ille nullo nõ loco obiectº esset periculis. Vnus tum Erardus Cardinalis & Episcopus Leodiensis, eum ad se interposita fide publica euocauit, & sex menses summa humanitate tractauit. Et quia bellum erat inter Cæsarem & Gallum, Anglus in quatuor millia peditum cõtã Gallum decem mensium stipendia Belgico Senatui, in quo erat etiã Leodiensis Cardinalis, pollicitus est, si Polum in suam potestatem traderent. Reuocatus post à Pontifice Polus, Romam est reuersus. Omitto hoc loco legationem aliam à Pontifice illi demandatam ad Cæsarem & Gallias regem, qua tamen nihil potuit effici. Ab ea verò legatione ex Hispanijs & Gallijs reuerso, aliam, sed multo tranquilliorè, putã Viterbensem, Pontifex ei detulit, in qua multos annos magna cum laude versatus est. Indictõ autem Tridenti Cõcilio, pontifex illũ cum duobus alijs Cardinalibus suum voluit esse legatum, qui Concilio Pontificis nomine præsideret: idq; bis idem Pontifex Paulus 3. fecit, cùm prima vice ob absentiam absentiam nihil potuisset effici. Et fuit sanè inter illos legatos summa animorum charitas & consensus, & Polum omnes plurimi faciebant. Pontifex quoque ipse si quid in religionis negotio, & cum regibus & principibus agendum esset, atq; etiã in id genus scribendis literis, Poli opera perlibenter & crebrò vtēbatur. Mortuo Paulo III. duos & eo ampliũ menses maior Cardinalium numerus Polum dele-

Manet apud Leodiens. Episc.

Præsides in Concilio Trident.

Recusat sibi Pontificatum.

Cui ille grauitè admodùm respondit, summi illius sacerdotij onus non tam sibi leue videri, vt non re-
formidandum potiùs quàm appetendum existima-
ret. Per id tempus apparuit sanè in illo eximia vir-
tus & animus benè firmus, quandò neque certa fe-
rè Pontificatùs expectatio, neque aliquorum atro-
ces calumniæ eius constantiam perturbârunt. De-
niquè fuisse ille tum proculdubiò creatus Ponti-
fex, si se à Farnesio eiusque socijs Cardinalibus de-
more adorari permisisset. Cùm enim illi auide ad
eum properarent, reiecit eos, dicens non noctur-
num se velle tempus: differrent rem in crastinam
lucem, DEVM non tenebrarum, sed lucis aman-
tem esse. Postera die mutata sunt Cardinalium stu-
dia, nec deerant qui tantam animi virtutem igna-
niæ & stupiditati tribuendam putarent. Creato de-
indè Iulio tertio, cùm bellum contrâ Gallos ad Mi-
randulam moueretur, Polus Maguzanum profu-
ctus, qd est Benedictini instituti cœnobii, in sum-
ma illic tranquillitate vixit. Postquàm verò Ma-
ria in Anglia rerum potita est, Pontifex primò qui-
dem Polum legatum in Angliam mittere voluit,
sed ob certas causas ea re dilata, legationem aliam
ei decernit, de pace inter Cæsarem & Gallorum re-
gem concilianda. Venerat tum Polus Dilingam
vsque ad Cardinalem Augustanum, sed ibi hæere
iussus est à Cæsare, ad quem ibat, donè accerfere-
tur. Fecit id quidem Polus, sed interim tamen da-
tis ad Cæsarem literis, ostendit quàm parùm de-
ceat Põtificis Legatum eius aditu prohiberi: quàm
ea res hæreticis magnam sit allatura voluptatem.
Nec verò id faciebat Cæsar contemptu Pontificis
aut Legati, sed quòd tum ageretur de contrahen-
do Philippi & Mariæ matrimonio, cui rei verèba-
tur nè quam moram adferret Poli in Britanniam
aduentus. Eo matrimonio breuè pòst contracto,

Polus

Polus ad Cæsarem Bruxellas venit, acceptus ab il-
lo Principe perhumaniter. Multa illic sapienter
locutus est ad Cæsarem de pace cum Galliæ rege fa-
cienda, & Cæsar sanè libenter eum audiuit, nul-
lasque se pacis conditiones honestas, & quibus mi-
nimè dubia pax confici posset, recusare restatus est.
Ijs auditis, adiit Polus etiàm Galliæ regem, cum
quo itidem ea ratione de pace egit, vt rex cum non
sinè spe pacis dimitteret. Eo autem abeunte, plu-
rimùm se dolere rex ait, quòd non rectiùs cum an-
tehàc nouisset. Nam se nullum alium quàm ipsum
maluisse creari Pontificem. Reuersus ad Cæsarem
Polus, in cœnobio quodam propè Bruxellas dege-
bat, iam verò celebratis in Britannia Philippi &
Mariæ regum nuptijs, regina Maria Polum missis
legatis ad se accersit, abrogatis priùs legibus, quas
contra illum & eius familiam Henricus rex tulerat,
& Edouardus ratas habuerat. Tum ille, Cæsare an-
nuente, in Britanniam abiit mense Septembri anno
1554. secundissimo vsus vento, cùm diù antè con-
trarius perpetuò flauisset. In Britannia vbique ho-
norificè in primis exceptus est, ab ipso etiàm rege &
regina. Rex sanè illi processit obuiam, & perhu-
maniter eum amplexus est. Regina quoquè tan-
tam se ex eius conspectu voluptatem capere testata
est, quantam tum cepisset, cùm regina esset decla-
rata. Mansit verò aliquandiu cum regibus, deindè
in eedes magnificè reginæ iussu instructas, multis pri-
marijs viris comitantibus, deductus est. Tertiò
indè die cum rege, qui illi extra cubiculum obuiam
processit, de rebus quarum causa venerat, tractatu-
rus, ab eo literas per plures Roma missas, quibus le-
gationis autoritas non parùm expetita augeba-
tur, accepit, hoc ipso sanè mirificè lætatus. Postera
luce rex ad eius domum accessit, diuque cum illo
familiariter locutus est de Britannia regno ad Ec-
clesiæ

VV 3 clesix

Vinit apud
monachos
Benedicti-
nos.

Abit in An-
gliam.

Venit ad
Cæsarem.

Item ad
Galliæ regē

*Habet ora-
tionem ad
Anglos.*

clesiæ unitatem reuocando. Sequenti die cōuentus
fuit in ipsa regia, p̄sente quoq; Polo legato, qui in
eo cōuentu benè longā habuit orationē, gētis eius
v̄sus idiomate. Ea oratiōe gratias egit, q̄ ipsi aditū
in regnū legibus antè p̄clutū ab Henrico latris pa-
refecissent: ait se propterea venisse, vt eos cum Deo
& ecclesiā in gratiā restitueret: quas essent calamita-
tes perpeffi interim dū ab Ecclesiā se separāssent, &
quāta omni tēpore sedis Apostol. in eos extitissent
beneficia, cōmemorauit: hortat̄ est, vt oblata ijs
modò gratiā amplecterēt̄ & asseruarent. pluraq;
dixit alia, q̄ ab illis om̄ibus nō absq; significatione
ppensæ erga ea voluntatis audiebantur. Indè regni
Cancellarius Episcop⁹ Vuintoniēsis regū & totius
conuentūs noīe Legato gratias egit, scq; de ijs que
pposuisset, in deliberationē ituros ait. Abeunte ve-
rō legato in pximū cubiculū, idē Cancellari⁹ pau-
cis repetijt que erāt dicta à Legato, & hortatus est
vt in viā, à qua se quoquē deslexisse fatebatur, hæc
oblata opportunitate redirent. Itā cōuentus eo die
solutus est. Altero manè magno om̄iū cōsensu de-
cretū est amplecti Ecclesiæ Catholicæ cōcordiam &
unitatē Die sequenti, in quem feriē S. Andrea ap-
stoli incidant, oēs iterū in regiam cōueniant,
missiq; à regibus sunt ad Polū Legatū Episcopi
sex & totidē viri proceres, & cum ijs Arōdelli Co-
mes, regis domūs p̄fectus, qui legatū in regiā de-
ducerēt. Is venit cō Legati ornatu atq; om̄ibus in-
signibus, multumq; honorificè à regibus acceptus
est. Ibi Cancellarius repetit priūs dicta, rogat num
permaneat in sententiā, cupiantq; ad Ecclesiæ uni-
tatē & Pōtificis maximi redire obedientiā. Mox ab
om̄ibus acclamātū est, id planè se velle: simulq; à
Cancellario supplex libellus porrectus est regibus,
quo vniuersi se fatebantur p̄teriti schismatis & que
in romanā sedem peccāssent, ex aīo p̄cānitere, ora-
bantq; reges q̄ ab hac labe alieni essent, veniā ipsi

*Angli petūt
conciliatio-
nem.*

à pōtifice per Legatū impetrarēt, vtq; in matris Ec-
clesiæ gremiū benignè reciperent. Lecto eo libello,
à regib⁹, redditus est Cancellario, q̄ cum palām re-
citauit. Indè surgentes reges Legatū adeunt, eumq;
ipsis occurrentē regina & suo & regis nomine orat,
vt qd̄ supplicii libello petebatur, p̄stare nē grauaret.
Mox cū omnes resedissent, Legatus multa que
ad rem pertinere v̄sa sunt locutus, quibus illos ap-
parebat non mediocriter permoueri & affici, sur-
rexit, & cunctis in genua procumbentibus, vniuersos
absoluit, vixq; ab eo dictum est, In nomine
Patris & Filij & Spiritus sancti, cū omnes acclama-
rent, Amen Amen. Proferente autem Polo absolu-
tionē, regina & pleriq; alij p̄ gaudio & studio pie-
tatis illachrymārūt. post absolutionem om̄es in ui-
cēm se amplexabantur, mutuoq; gratulantes sepiūs
dicebāt, Hodie renati sumus. Deindè in regiē sacel-
lo cantatū est, Te Deū laudamus. Altera die, peten-
tibus id magistratibus, Polus Legati ornatu Londi-
num ingressus est, obuiam procedēte tota ciuitate,
que illū ad D. pauli templū deduxit, vbi p̄sente re-
ge & vniuersa regni nobilitate, Missa solēniter ce-
lebrata est, & Legat⁹ om̄ibus pōtificālē benedictio-
nem & indulgentiā de more impertiuit. postea data
opera est, vt religio in stauraretur, religiosi viri re-
uocarēt̄, hæretici qui ex locis om̄ibus ceu ad asy-
lum quoddā eò cōfugerant, expellerēt̄, Episcopi
Catholici, doctrina & pietate p̄stātes instituerēt̄.
Regina quoquē tres ad pōtificē Legatos misit,
qui ei suo, regis, regni totiq; noīe obedientiā defer-
rent. Ij Legati Iuliū pōntificē paulò antè obijisse in-
uenerunt. Eius successor Marcellus paucorū dierū
pōtifex cū fuisset, magno Poli dolore extinct⁹ est.
Itā factū est, vt Paulo 4. hæc obedientia exhiberetur.
Regina deindè Polo Archiepiscopatū Cantuarien-
sem, licet multū antea reluctanti, attribuit. Eū ille
iussit.

*Absoluitur
Angli à Po-
lo.*

*Religionis
in Anglia
instauratio*

*Angli obe-
dientiā pro-
mittūt pon-
tifici.*

ita recepit, vt Pontifici Romano rem omnem perscriberet, à quo sanè in Cardinalium consellu vnà cum regina miracè laudatus est. Post hæc faceretij ordinem suscepit, & pallio Londini accepto, ibidem primum Sacrum peregit. Absoluto sacrificio, ad frequentissimum auditorium concionarius est, vt etiàm aliàs non rarò. Iam verò vt posset ad esse gregi sibi credito, apud reginam instabat, copiam ipsi faceret ad suos Cantuarienses se conferrandi. Regina sentiens eius operam ad multa sibi cum primis necessariam, maximè quòd nõ deessent etiàm in ipsius aula, qui Catholicæ religioni occultis machinationibus detrimenta afferre conarentur, quibus opponenda erat Poli prudentia & integritas, non est passa illum à se discedere. Et theologiquoquè, alijque viri optimi in ea erant sententia, vt dicerent non posse illum, salua conscientie pietate, eo rerum statu reginam deserere: sed & rex ipse Philippus iturus in Belgium, omninò voluit illum manere apud reginam, & consilij omnibus administrandæ Reipub. non interesse modo, sed etiàm præesse. Hoc verò initio ille modis omnibus à se amoliri conatus est, sed regibus in sententia permanentibus, ita tandèm assensit, si Pontifex id gratum & ratum haberet. Nam Pontificis auctoritati semper plurimum ille derulit. Egit tum cum regina de restituendis bonis illis, quæ Ecclesijs Henricus rex ademerat, regijsq; vctigalib⁹ adiunxerat, & ad regias possessiones pertinere voluerat. Ea in re promptissimè inuenit regine animù, q̄ ablata oia Romani Pontificis & eius Legati Poli arbitrio permisit, quæ Polus adhibito Episcoporum consilio, prudentissimè Ecclesijs distribuere instituit. & ea ferè dimidia pars erat prouentuum, quos ijs in locis habuerant ecclesiastici florente catholica religione. Quæ verò ab alijs passim obtinebantur, ea consentiente Pontifici

*Polus Pont.
Rom. obser-
uanti ssim⁹.*

tifice tum quidem exacta non sunt, quòd spes esset reslorescente in eo regno religione, plerosque sua sponte ea reddituros. Atque hic obiter obseruanda est verutia & malus dolus nouorum huius temporis dogmatistarum, quorum parens Luterus fuit, quòd illi persuadent magistratibus, res ecclesiasticorum iure illis auferri posse, & tum in priuatis, tum alios vsus couerti. Id enim propterèa illi facere videntur, vt magistratus hac ratione arctius implicatos retineant. Et solet hæc res magnas parere difficultates, cum ad Ecclesiæ vnitatem redire cupiunt, qui se ab illa separauerant. Sciunt enim multa esse Ecclesijs ablata, quæ æquum sit restitui, & tamen plerunquè non apparent vnde possint restitui. Itaque illi quidem prudentissimè sibi consulunt, qui id genus fraudulentas persuasiones non audiunt, nec sibi vsurpare volunt, quæ semel Deo & Ecclesijs dicata sunt. Sed ad rem. Polus deindè cernens ob superiorum temporum perturbationes collapsam disciplinam Ecclesiasticam, Synodum habuit Anglicæ Episcoporum omnium, cui etiàm permulti alij clero interfuere. In ea Synodo post multos tractatus conscripta est totius Anglicanæ Ecclesiæ reformatio, quæ illis temporibus maximè congruere visa fuit, quam tamen non priùs edere voluit Polus, quàm esset à Pontifice approbata. Multùm præterèa illi negocij erat cum hereticis, quorum pmulti in regno supererant. Et ille quidè studebat leniter cum illis agi: sed quòd pleriq; pertinaciter suis erroribus inhærent, locus misericordie non relinquebatur. Quosdam sanè in viam reduxit, & in ijs Iohannem Cicum, hominem doctissimum, & ma- Iohannes Ci-
gni apud Anglos nominis, qui cum coram regina, cum respiscet
multis omnium ordinum adstantibus, veniam erroris petiisset, etiàm impetrauit. Fuerat ille præceptor Edouardi regis, Crescebat interim in Anglia catho-

*Fraus &
dolus here-
ticorum.*

*Synodus An-
glicana.*

lica pietas, & tum Lōdini, tum alibi aliquot monasteria Poli opera & reginę pietate iam erāt restituta. Et poterant omnia paulatim ad pristinum reuocari statū, nisi interim obortis bellis, & multis alijs accidentibus in commodis, regina è rebus humanis dolore animi & morbis corporis confecta excessisset: quam paucis horis secutus est, vt antè diximus, Polus: qui duplici quartana correptus febre, cum se vehementer eo morbo exhauriri animaduertet, testamentum scripsit, in quo præter cetera etiã si dem & erga Romanum Pontificem & sedem Apostolicam summam obseruantiam suam egregiè expressit. Ingrauescente autem in dies morbo, Ecclesię sacramentis se, vt pium & catholicum virum decebat, p̄muniuit: & licet ad modum fractis esset viribus, tamè quotidie, vt antea semper fecerat, Missam audire voluit, & cum ventum esset ad eum locum, quo solet sacra hostia cleuari, ministrorum auxilio è lecto surgens, flexis humi genibus, Christum in Eucharistia admodum humiliter & reuerèter adorabat. Pridiè eius diei, quo è corpore migravit, ipse vltro à nemine admonitus, extreme vnctiōis sacramentum sibi ministrari voluit, sicq; ad vltimū vsq; spiritum mentis planè compos, tandem ita leniter animam reddidit, vt nō tam mori quàm obdormire videretur. Obijt annos natus 58. & 6. menses, eodem anno quo Carolus V. Ex his verò omnibus, q̄ bona fide à me scripta sunt, colligat prudēs lector, quàm alienus fuerit summus ille vir ab omni hereseos labe, quam tamen illi adspargere non veretur infidus ille Sleidanus. Obijt hoc tempore etiã in Germania Otto Henricus Comes Palatinus Electoralor, & in Dania Christianus Danorum rex.

Moscouita Eodem anno Moscouitarum Princeps potentissimulus in Liuonię Torpatensem ditionem ingentem Torpatenses mittit exercitum, trecentorum millium hominum,

qui

qui omnia longè & latè populantur, ferro & igni omnia vastat, & per multa millia omnia cęde, rapinis, scēdissimā barbarie & immanitate complent. Nulli neque ætati, neque sexui parcitur. Pueri infra annū decimū necantur, intra decimū & vigesimū cōstituti, Tartaris feris hominibus vendūtur: supra viginti annos, trucidantur omnes. Pecus omne, quod in Moscouiam abduci nō potuit, mastratur: ingens ex tota Torpatensi pręda abigitur. Quadraginta dies hunc in modum scuitur est, paucis arcibus & vna Torpatensi ciuitate vim hostilē euadentibus. In Germanos ille Moscouitanus exercitus præcipuè scueibat: deprehensos omnes, mares quidem brachijs truncatis, scēmas scētis vberibus dire cruciant: plerofq; in frustra discindūt, & membra palpitantia hæc illac dispergunt. Multa nobiliū & populariū, immò infinita p̄pmodum turba cum vxoribus & liberis & rebus om̄ibus intra Torpatū urbem se recipiūt, etiã ex ijs qui decē, immò & viginti milliaribus indè distarēt: sed cum nimia multitudinē vrbs capere nō posset, supra millia decē in oppidi fossas confugiunt. Erat videre miseria, alios asperimo hyemis frigore, alios inedia, alios postremò hostili gladio confectos, passim ruere. Nam scēnissimi Moscouiorū milites, vbi miseris in fossis latitantes cōspiciunt, p̄cipites in eos irruunt: gladijs, lāceis, sagittis immaniter cōficiunt, eratq; plurima mortis imago. Qui intra urbem erant, nimia hostium multitudine absterriti, nō fuere ausi miseris ferre opem: tandem multis in eos tormentis exoneratis, hostes abscedunt. Indè porrò in Teutonici Magistri ditionem per Leidēse territorii profisciscuntur, eademq; illic horrendæ crudelitatis exempla Dittio Magistri Teutonici vstia in modum se gerunt in regione Neruensi, quæ & tur.

ipsa

Nota pietatem.

Poli mors.

Moscouita

Exempla barbaræ crudelitatis.

Ferunt mult.

ipsa páret Magistro Teutonico. Vbi satis tandem cedibus, rapinis & incendijs grassatum est, in Russiá immensis aucti spolijs reuertuntur. Nemo illis Liuonię procerú ausus est ire obuiam, itá vt impuñe illi omnia vastarent & diriperent.

Fir deinde conuentus omnium Liuonię procerum in Vuédensi oppido, & post multam disceptationem in eam sententiam itum est, vt sexaginta aut septuaginta aureorum millibus pax ab hoste redimatur. Quod etsi turpe videri poterát, post tantam acceptam cladem, tamen in presens non aliud occurrebat consilium. Interim verò dum Liuonienfú legati longissimis viarum eméssis spatijs ad Moscouiá principem contendunt, (abest enim vrbs Moscouia à Torpato cétum quinquaginta milliaribus

Liuones vs Germanicis) Liuones contra pactas quadrimestres inducias Ruthenicę Neruię incolis vim adferút, duabus colubrinis in eos displofis, & non paucis occisis. At tamen Moscouiæ, quibus religio erat violare inducias, nihil se commouent, sed celerrimo nuncio rem totam ad principem suum referunt. Itá accidit, vt eodem tempore quo Liuonienfium legati Moscouiam vrbem perueniunt, etiám hic nuncius ad principem perferretur. Legati, eius quod acciderat ignari, principem aduent, de pace tractaturi. Sed ille vehementer commotus, induciarum ruptam fidem eis improperat, cum nouo eodemque impio Luteri dogmate, quod ab annis paucis cõplexi snt, omnem illos fidem, pudorem, constantiam abieciisse, distitit. Iubet redire ad suos, pecuniam reddere Magistro, se breui ad futurum, & egregiè acceptam iniuriam vindicaturú. Ad fines Moscouitię & Liuonienfis ditionis, duę erant vrbes cum singulis arcibus: vtraque Neruia dicebatur: sed altera Germanica, altera Ruthenica. Inter vtranque non nisi fluuiolus intererat. Itaq; Liuones è sua Neruia duas,

Dux Neruiæ.

vt dixi, colubrinas in Ruthenorú Neruiam exonerarunt, alijsque prætereá Liuonibus vicinis, qui inducias ruptas putarent, confluentibus, aliquot Ruthenorum cedes ediderút. Ea res animum Moscouiæ Principis ab omni pace prorsus abalienauit. Rursus ingens conscribitur è Moscouia & Tartaris exercitus, qui primò Neruiam Germanicam occupat, arcem ditione capiunt: ciues Neruienfes Moscouiæ Principi sacramentú dicunt. Capta Neruia, exercitus omnis Neruienfe territoríu longè lateq; ad quindecim Germanica milliaria scõdisimè rursus diripit & vastat, multa que in sui Principis ditionem redigit. Post in Torpatensem dioccesin aduolat, Episcopi arcem Nienhusium, octo decim à Torpato vrbe milliaribus distantè, obsident & ditione accipiunt, vira viris & sceminis donata: sed cum ex arce ad duo milliaria excessissent, in aliud Ruthenorú agmen incidunt, qui raptis virginibus & sceminis, viros rebus omnibus spoliatos dimittunt. Habebat Magister Teutonicus aliquot equitum turmas, sed cum audiret Moscouitá cum vniuerso agmine aduentare prælij committendi causa, deserto Torpatensi episcopo, ad viginti quinque ferè milliaria aufugit. Porrò Rutheni eqtes ad triginta millia cõcepto pergút itinere, Germanos quosq; obuios trucidat. Totius exercitus Moscouitici dux Petrus Sifegaleider, strenuus olim pirata, cum omnibus copijs, in quibus erant Tartarorum triginta millia, & sclopertariorum millia duodecim, ad Torpatum obsidentem progreditur. Erant hominum ad trecenta milia Interim Germanos quosdam apprehensos, crudeliter tractat: viris brachia, sceminis vbera & nares præcidit: sicque scõdè deturpatos, in vrbem mittit: oppidanis, vt se dedant, imperat: ni faciant, eadem ratione se oēs multaturum edicit. Multi iam ciues ex vrbe discesserant, paucique qui vrbem defenderent,

Neruia Germanica expugnatur.

Nienhusiū capitur.

300000. bellatorum.

rent, reliqui erant, partim Catholicici, partim Luterani. Catholicici intra Ecclesiam cathedralis immunitatem, ut vocant, suas habebant ædes. Neminem enim ciues Torpatenses apud se ferebant, qui non catholicam religionem eiuiisset. Moscouitę vbi ad opidum veniunt, horrendum in modum tormentis omnia concutiunt. Fit magnus sceminarum & puerorum ciulatus: & licet Catholicici urbem cõstanter defensuros se reciperent, & Senatū atq; ciues Luteranos ad constantiam hortarentur, at nihilo minus paulò post intolerandis conditionibus se dedunt Moscouitis. Modò vita & facultates ipsi saluæ maneant, Pontifici & imperio Romano renunciant, & prestito sacramento, in magni Moscouię Ducis imperium concedunt. preclarè nimirum, ut qui ex Catholicis facti erant Luterani, ex Luteranis fieret Moscouitę, qui ferè Græcorum ritus & religionem sequuntur. Eam deditiõem indignissimè tulere Catholicici, qui etiã vitam cum sanguine potius se suos dicerent, quàm urbem hostibus prodant, & ab auita religione discedant. Ea re cognita, Dux exercitus Moscouitici nunciat obsessis, neminem se cogere, vrbiurato imperio Romano in Moscouij Principis ditionem transeat. Si qui id nolint, licere illis in Germaniam illæis abire. Itaque cùm Catholicici foris hostes, intus ciues aduersos haberent, ab vrbe excedunt. Erant omnes viri & scemine ad quadringentos. Fuit hoc quoquè tristissimum spectaculum, dum maritus ab vxore, frater à sorore, liberi à parentibus diuelluntur. Qui in vrbe remanserunt, pontifici & imperio Romano valesciunt, & Moscouitico iugo colla supponunt. Longū esset enarrare, quantam cladem Liunionię amplissimę prouinciæ dederit Moscouiticus exercitus: sed omnia recto DEI iudicio, quia à prisca religione ad Luteri commenta dilapsi, cum religione pariter pristina

Torpatii opidum pugnatur.

Catholicorum constantia.

virtu-

virtutem & constantiam, atq; robur inuictum perdiderant plerique Teutonici milites. Olim cum catholicici essent, religiõis & pietati addicti, decem illorum millia, Moscouitarum 80, millia collatis signis in fugam vertere potuere. At postquàm partim Luteri, partim Zuinglij, partim Anabaptisticum Euangelion amplexi sunt, Moscouitis præde sunt. Et iure quidem ferunt Moscouiticum iugum, qui pontificis Romani ferre noluerunt. Quàm verò miserum est, non videre homines, dum sub Euangelij prætextu à Catholica Ecclesia se separant, mox in diuersas & pugnantes se sectas distrahi: Indè porò existerè animorum dissensiones, quibus necesse sit tandè etiã amplissimas Respublicas intirere, cùm verissimè dictum sit, Concordia res paruæ crescunt, discordia maximę collabuntur? Sed hæc, Turcico demùm sut Moscouitico pressi iugo, intelligemus.

A Nno 1559. decimoquinto Ianuarij die in demortuæ Marię reginæ locū Angli substituunt Elizabetham, quam Henricus rex ex Bolenia susceperat. Ea, religioe veterè ex toto regno exulare iussa, Zuinglianismū aut Calvinismū restituit. Sed dū illud regnum religionē mutat, Deus Optimus Maximus inter potētissimos planeque Catholicos reges Henricum Gallię, & Philippum Hispanię pacem largitur multis conditionibus initam, quas nimis longum esset huc adscribere. Iam vtriusque regis prouinciæ tot annorū perpetuis bellis defesse erant, nec sinè grauissima Catholicę religionis iactura diuitiis protrahi potuissent, hæreticis intereà suū virum clam spargentibus, & multos inficientibus. In hac mutua tantorum principum conciliatione, vt esset pax firma & stabilis, regi Philippo despondetur Elizabetha Henrici regis maxima natū filia, & soror

Virtus pritholici essent, religiosi & pietati addicti, decem illorum millia, Moscouitarum 80, millia collatis signis in fugam vertere potuere.

Salustium.

Elizabeth substituitur Marię.

Pax inter Gallię & Hispania reges.

foror eius Margarita Emanueli Philiberto Allobro-
gum clarissimo principi.

*Exequie
Caroli V.*

Mensis Februarij die 24. in Principum & procerū
ex tota penē Europa frequentissimo Conuētū Au-
gustæ exequiæ celebratę sunt Caroli V. pientissimi
& potentissimi Imperatoris: idque singulari studio
& solennibus cęremonijs, atque magna animorum
commiseratione.

*Iohan. Gro-
perus mori-
tur.*

Die 14. Martij obiit Romę clarissimus vir D. Io-
hannes Gropperus, Ecclesię Colonienſis in tuenda
Catholica religione singulare decus & ornamē-
tum, quem pontifex Paulus quartus in Cardinali-
um ordinem amplissimum cooptarat. Sepultus est
in Ecclesia Germanorum ad pedes optimi pontifi-
cis Hadriani VI.

*Cruce in
fraxino.*

Eodem mense Martio quiddam prodigiosum ac-
cidit in ea regione Anglię, quam veteres Cambrię,
hodię Vualliam vocant. Annosa quędam fraxinus
vi tempestatis deicitur, trunco ad septem pedes ē
terra extante. Is verō cū media sui parte eo ven-
torum turbine dissectus esset, in eius parte interiori
crucis admiranda effigies conspicitur humano pe-
de longior, colore nucus auellana. Ager, in quo ex
arbor fracta est, hominis fuit non vulgaris, sed tor-
quati equitis: & quod maiori quoque admiratione
dignum est, ea arboris pars, quam ventorum impe-
tus a trūco auulsam humi strauerat, eandem omni-
nō crucis figuram referebat. Et vt ad plurimorum
notitiam rei stupendę miraculum perferretur, ali-
quot annis in arboris trūco crux illa perdurauit, nō
sinē stupore eam adspēctantibus hominibus, qui
frequentes eō confluebant rei nouitate permo-
ti. Porro qui eō accedere cōmmodē nequibant, prece-
bus ab alijs contenderunt, vt crucis effigies ad viuū
pictoris manu & arte expressa, ipsis visenda defer-
retur: quod etiā factum est, idque adeo, vt in exte-

ras quoque regiones multa eius exempla peruene-
runt. Successerat iam in regno Anglię Marię reginę
pijsimę Elizabetha, quę religionem, vt dixi, muta-
uit, permisitque Calvinistas & Zuingianos illic ni-
dificare, immō & primas obtinere. Ea verō homi-
num sęx vbiq; demolitur statuas & imagines, &
nec ipsius CHRISTI figuram & effigiem pati
potest. Voluit autem prępotens DEVS illos An-
tichristi satellites hoc stupendo Crucis in arbore
existentis prodigio admonere, vt ab impietate sua
maturę animum reuocarent, desinerentque perfe-
qui Crucem illius, quę idcirco varijs modis figura-
tur & exprimitur, vt apud hominēs perpes sit me-
moriam ineffabilis illius charitatis, quę filium Dei
compulsi ob nostra expianda peccata, ad tam imma-
ne & ignominiosum vsque supplicium se deicere
& offerre. Ipsa quidem regina Elizabetha, licet ad-
modum molestę id ferentibus noui Euangelij in
Anglia buccinatoribus, fertur in basilica aula suę
Christi Crucem erectam retinere, nec æquis auri-
bus ferre concionatores in eam impię debacchan-
tes. Et quid tandē aliud est itā pafsim deicere &
profigare sacras illas Christi crucifixi imagines, ni-
si ab hominum memoria penitus tollere omnem
memoriam ineffabilis erga nos amoris & beneuo-
lentię illius, qua redempti sumus? Sæuitum porrō
est immaniter in Anglia in statuas & imagines, & ē
templis itā illę exturbatę sunt, ac si nihil ab ethni-
corum simulacris distarent. Nec tamen satis fuit im-
pijs hominibus, eas ē templis exegisse, sed in campū
raptas pro scopo collocarunt, ad quem sagittas &
iacula contorquerent. sed neq; hęc impietas sistere
se potuit. Nam in vrbibus celebrioribus non diuo-
rum modō, sed etiā Christi ipsius imagines in
ignem coniecisse ludus fuit. Alij eō amentię & fu-
toris progressi sunt, vt Christi a cruce pendentis

*Heretici ho-
stes crucis
Christi.*

*Effigies cru-
cis in basi-
lica reginę
Anglię.*

*Nota impię
tatem.*

imaginem, ea potissimum parte, sagittis è trunculo tereti & cauo magna vi spiritus efflatis, conficiendam sibi proposuerint, qua nõ absq; singulari mysterio è latere sanguis pfluxit & aqua, & in tam nefario & omni suppliciorum genere vindicando flagitio inter se cõtenderint, quis primus illud sacram latus trajiceret, aut telo cor transfigere: idque in ipsis Londini suburbijis ita perpetratum, vir quidam grauis & fide dignus annotauit. Magna est interim Christus Deus patientia tua, sed tarditate supplicij quandoquẽ grauitate cõpensabis: quanquam hoc ipsum omne ferme vincit supplicium, vt iusto tuo iudicio snantur homines in tam horrenda impietatis barathrum ire præcipites.

Paulo post illud in arbore apparentis Crucis inusitatum prodigium, nempe circiter Pentecosten, in Cantia, quæ est Angliæ pars alia, mulier quædam in subucula sua Crucis vidit expressam effigiem. Erat ea femina non ignobilis, neque Crux illa aut colore aliquo ab homine efficta, neque actu vel filo intexta, sed è Cælesti quodam influxu nata cernebatur. Frustrâ heretici cum impijs Iudæis & Mahometanis Christi crucem abolere conantur. Obiitèr hic hereticorum fraus quædam commemoranda venit. Profertur ab illis edictû Valentis & Theodosij de non effingendo signo Christi, Prima fraus est, quod constat Valentem in imperio nunquam consociatum fuisse Theodosio: altera fraus est, eaq; apud hereticos valde solennis, quod à Theodosio quidem edicto cautum est, nè quis signum Crucis sculperet aut fingeret, sed additum est, humi. Hanc voculam illi impostores omiserunt. Videbatur pio principi cedere in aliquam Christi iniuriam, quod eius signum pedibus calcaretur: itaque nè deinceps humi exprimeretur, vetandum putauit. Vetuit hoc idem Romæ fieri ante paucos annos Pius quartus

Roma.

Romanus Pontifex. Itã isti malæ fidei homines miserandum in modum incauto lectori imponunt, nec timent illos æternæ æstuantis gehennæ ignes, quibus in omnem æternitatem ob tam nefaria mendacia cruciabuntur.

Vicesima secunda Iunij magnificentissimo apparatu celebrabatur nuptiæ Philippi regis & Elizabethæ filii Henrici Galliarum regis. Aderant Philippi nomine Dux Albanus, princeps Aurantius, & comes Egmòdanus cû alijs proceribus & nobilibus, Cumq; paulo post etiã Philiberti & Margaritæ sororis nuptias esset celebraturus Henricus rex, & interim certamina equestria fierent publicè, ipso rege omnium admiratione fortissimè se gerente, ecce è repente postremi diei concursu, à quo tamen permulti eum retrahere conabantur, inprimis regina coniunx, haesta in regis pectore frangitur, & eius fragmentum per galeam adactum, in cranium vsque altè desigitur. Ex eo vulnere intra paucos dies rex, annos natus quadraginta, etate, opibus, gloria florentissimus, occumbit. Eius obitus Galliarum regno in commotissimè accidit, plerisq; res nouas molientibus, & praua dogmata cõplectentibus, quod illo superstite nõquam ausi fuissent. Omnino statuisse fertur, si ei superviuere licuisset, acerrimè in toto regno suo persequi eos omnes, qui noui Euãgelij cõmentasquererentur. Ei in regno successus est Frãcisus filius natu maximus. Eiusmodi verò exempla admonent hoies, vt meminerint nihil esse sub sole diuturnum quoquẽ apud præpotentè Deum non esse personarum acceptione, sed cum ei visum est, tollere eum è medio sublimes & humiles, diuites & inopes: quarum rerum prudens & sagax cogitatio id efficere apud nos debet, vt semper animus sit erga Deum pius, & à reuoluentiu atq; fluxaru studio & amore liber & absolutus. Hęc em̃ magnã p̃stâr peccatoris tranquillitatẽ,

Nuptia Philippi regis.

Mors Henrici regis Galliarum.

Paulus 4.
decedit.

Die 18. Augusti Paulus 4. Romæ vitam cum morte commutat. Moritur etiã Hercules Eftenfis Ferrariæ dux; itemq; Isabela Hungariæ regina, cui rara felicitate consigit, vt & regis esset filia, & regis soror, & vxor, & mater. In regno Scotiæ vnus atque alter temerarius & indoctus nebulo inter popularæ religionis nomine seditiones excitat planè barbaricas, quæ deindè quorundam nobilium adiuturæ studijs, eius regni statum mirè perturbârunt.

Bexa contra
Vuestphali

Caluinus post vltimam suam Ioachimi Vuestphali admonitionè, pro sua maiestate nihil deinceps contra eum scribere constituerat. Itaq; Theodorus Beza impurus nebulo, hoc anno scriptum edit contra Vuestphali calumnias. Prodit etiã Petrus Martyr, sed non martyr Christi, aduersus Stephani doctissimi Vuintoniensis Episcopi librum, quo is Capernaitarum (sic enim vocat Sacramentarios) cauillationes confutat. Est hoc Martyris scriptum longè pestilentissimum, quo homo callidus mira arte & vafricie, summaq; vi audet sacras literas & antiquos patres & Concilia ad sceleratissimum dogma suum confirmandum detorquere, cum certissimum sit, hæc omnia ab illo vel maximè dissentire. Sed huiusmodi mendacijs miseræ plebeculæ illi atrociter imponunt. Faciebat hoc homo versutus, quia videbat tot testimonia Patrum contra Sacramentarios adferri à Vuintoniensi, vt multi in Angliã egregiè in fide Catholica confirmarentur, & non prorsus à periculo abessent Sacramentarij.

Luterani
sectas mul-
tas dñant.

Iuniores Saxonie principes hoc anno Latina & Germanica lingua scriptum publicum ediderunt. Itemq; comites Mansfeldenses aliud scriptum, quibus vndecim enumerantur sectæ, & vt execrabiles hæreses condemnantur. In ijs sunt etiã Melanchthonici, Maioristæ, Adiaphoristæ, & Sacramentarij, Porro in Heidelbergensi academia periculosum

Contentio
Heidelber-

ortum

ortum est certamen inter Tilmannũ Heshusium & Guilielmum Clebitium de cœna Domini. Princeps Palatinus, cui paret Heidelberga, in hac Euangelicorum funesta altercatione à Melanchthone quærit, quid ipse hoc in negotio sentiat. Melanchthon sic respondet, vt nouum quoddam Sacramentariæ impietatis genus effinxisse videatur. Sic isti miseri ex erroribus alijs in alios labuntur, semper seipsis deteriores. Nicolaus Gallus, præco Ratisbonensis Luteranus, huic Melanchthonis scripto egregiè respondet.

Rex Danorum suis & sociorum principum armis Thietmarfos liberos populos, vel qui libertatè sibi vendicarent, in duram redegit seruitutem. Solebat ille populus Archiepiscopo Bremensi parere, & Catholicæ religioni esse addictus: & eatenus permansit inuictus. At vbi Luterizat, & religionem veterem abiicit, insigni seruitute pressus, dat suæ leuitatis pœnas. Atque hi sunt præclari fructus noui Euangelij. Nouum Euangelium docet libertati carnis studere gnauiter, & interim suos sectatores vel Turcicæ, vel Moscoviticæ, vel aliæ molestissimæ seruituti addicit. Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. *Psalm. 118.*

Thietmarfs
domanur à
rege Dano-
rum.

ANno 1560, die 2. Ianuarij. Romæ Pontifex Maximus renunciatus est Iohannes Angelus Medices Mediolanensis, *Pius 4. fis pontifex.* & Pius 4, dictus, qui summa cum laude pontificatum administravit. Eodè anno obiit in Polonia Iohannes à Lasko vir nobilis, sed insignis sacramentarius. Obijt etiã Philippus Melanchtho, Luterismi egregius propagator, licet in Eucharisticè negotio Zuinglianismi quàm Luterismi esset studiosior. Multùm is vir nocuit Catholicæ Ecclesiæ, vel hoc solo nomine, quòd modestia quadam vsus, multorum sibi incautos animos conciliauit, cum Luterus planè importunus & vehem-

Melanchtho
exhalat spi-
ritum.

mens, inuisum se nonnullis hoc ipso redderet. Fertur autem Melanchthon aliquot Luteri scripta limasse & castigasse, quæ alioqui in lucem sic emissa, ut Luterus importenter quodam animi impetu & insolentia ea confecerat, plurimum Luteri dogmatis detractura fuisse putantur. Fuit Melanchthon admodum familiaris Sacramentarijs, quippe à quorum dogmate non valde abhorreret. Iohannem Crispinum ad edenda detiuo Oecolampadij scripta hortatus est, Bullingero & Caluino de rebus suis sæpè scripsit familiariter: multis studiosis author fuit, ut Tigurum & Geneuam, ob cognoscendam liquidò de Eucharistia sententiam, se conferrent. Et quia illum non puduit à sanctissimi patris sui Luteri dogmate Eucharistico dissentire, ipsius quoque discipuli & alumni & viuum & mortuum multis conuicijs, ut quidam scribit sacramentarius, lacerarunt. Et quidni illum lacerent sui discipuli, quãdò ille toties lacerauit matrem suam Ecclesiam Catholicam?

*Historia
Magdebur-
gensis.*

Magdeburgenses ministri grandia aliquot volumina ediderunt Historiæ suæ Ecclesiasticæ. Hoc anno quarta Centuria eius præclaræ, immò peccatissimæ & perniciosissimæ, ut grauissimi viri testantur, historiæ prodijt. Et ut magis mireris, Matthias Illyricus cum socijs eius Historiæ authoribus, eam reginæ Angliæ dedicant, nec dubitant in ea Epistola Nuncupatoriâ Zuinglianos acriter perstringere, ut qui philosophicis rationibus Testamentum Dòmini adeò euacuent, ut corpus & sanguinem Christi, quo ad præsentiam & Communionem, iuxta clarissima, cuiuentissima & potentissima verba ipsius Christi prorsùs remoueant, miraque verborum perplexitate fucum faciant. Porrò cum Zuingliani iactent vetustos Patres ab ipsis stare, isti contrà hoc prorsùs negant, & secum face-

*His verbis
scriptos quos-
quæ inuoluat*

re Patres, cum Zuinglianis verò pugnare affirmant. Quibus tandem assentimur?

De hac Magdeburgensium historia operæ precium fuerit paulò accuratius agere, & quàm bona fide, qua religione & pietate in ea cõscribenda versati sint, Lectori explicare. Iactitant illi se omnia ad solius veritatis amissum exigere, & hoc proculdubio persuadent imperitis: sed qui alicuius sunt lectionis & iudicij, tot in illis fraudes & mēdacia, tot in patres sanctissimos intoleranda cõuicia, multaq; alia nulla ratione ferenda comperiunt, ut facile animaduertant, non hoc illis studio fuisse, ut nobis veram & Catholicam texerent historiam, sed ut veras historias patrumque scripta in multorum perniciem deprauarent & contaminarent. Constat quidem, eos plurimum & operæ & temporis in ea cõscribenda posuisse, nec vlli pepercisse labori, ut vnicunquẽ conquirerent, quæ possent Catholicæ Christi Ecclesiæ aliquid adferre detrimenti, illorumque praua dogmata vel in speciem confirmare, sed vtinam illorum mala mens tam posset ab omnibus perspici, quàm illi sedulo mirabili astu & vafritate eam student celare. Erunt haud dubiò in Catholica Ecclesia, qui quandoquẽ prolixè illis respondent, & imposturas omnes producant in lucem: nec ità pridem vir doctissimus Alanus Copus Angelus sex Dialogos edidit, in quibus permulta illorum calumniæ, fraudes, & mendacia reteguntur: cuius ego vestigijs insistens, pauca quædam inde contra istos infidos historicos mutuabor, meisque serè verbis nonnulla ex ijs efferam, quæ ibi copiosissimè & elegantissimè habentur. Pro meo verò instituto breuis ero, ità tamen, ut lector ex ijs, quæ à me annotabuntur, de tota illa in multas Centurias distributa Historia, nullo negotio possit statuerè.

Hoc imprimis vel maximè deplorandum est, in ijs hominibus, qui semel obstinato animo à Catholice Ecclesie castris ad sathanæ synagogas defece- runt, tantum inesse nocendi studium & conatum, ut nihil prorsus prætermittere videantur, quod possit in miserorum mortalium certam perniciem co- dere: qui si soli perirent, posset hominum deplora- ta malitia id iure meritoque pati videri: iam verò quando cõtenti nõ sunt sibi ipsi exitium attulisse, sed modis omnibus nituntur etiã quã plurimos secum in æstuantis gehennæ æternum chaos pertra- here, hoc quidem tantam habet immanitatẽ & bar- bariem, ut nullus vnquam pro dignitate satis id ex- plicare queat. Et est sanè multum formidandũ, nisi Deus istorum machinationibus potenti virtute sua finem imponat, & ecclesiam ab hac hominũ fece ro- purget, non quieturos illos, donèc Patrum scripta corrumpant, quæcunq; illorũ opiniones destruunt, maximè cum iam ante multos annos constet, Lute- rum harum turbarum authorem, in ipsis diuine scri- pturæ libris tam multa adulterasse, certumq; sit, & Luteranos Luteranis, & Sacramentarios æquẽ Lu- teranis, & Luteranos Sacramentarios palàm obijce- re, quòd scripturas deprauent. Quid enim non ausi erunt homines incredibili audacia & petulãtia, qui etiã in Deum ipsum, & in sanctos cum Deo in cæ- lis regnantes, palàm cõtumeliosi & blasphemii sunt: porro verò cum non ignorent Romanos pontifices Christi in terra vicarios, pro suæ sedis primaria au- thoritate hereticis semper iuisse obuiã, & eorum elatas ceruices fortiter cõpressisse, mirabiliter cum ceteri heretici omnes, tum isti Magdeburgenses cõ- turiones in Romanos Pontifices incurrunt, illos etiã, quos pro Christo suscepta mors, aut alioqui incomparabilis vitæ sanctimonia & eximia doctri- na egregiè commendat. Hinc est, quòd non pudet

Heretici Pa- trũ scripta corrumpunt

Heretici in- festi Ponti- ficibus.

eos in dubium vocare, num Petrus Apostolus vn- quã Romæ fuerit, & cum multorum Patrum citet testimonia, quibus perspicuum sit Romæ Petrum fuisse, idque testetur orbis vniuersi consensus, tamè non multum referre existimant, quid in quamlibet partem credas: scilicet veteratoria arte in id intèti, ut si Petrum Romæ non fuisse hominibus persua- dere possint, iam illud quoquẽ obtineant, Roma- nos Pontifices non esse Petri successores, nec alijs episcopis præferri eos oportet. Caluinus hac in re, ut in multis alijs, Proteus est. In Institutione sua scribit se propter consentiẽs antiquitatis hac de re testimonium non pugnare, quin Petrus fuerit Ro- mæ mortuus: at in Epistolam D. Petri scribẽs, Nisi, inquit, maria & terras momẽto transuolauerit Petrus, procul ab Italia mortuum esse constat. Bellissi- mè sanè, in reapertissima tam pulchrè sibi cõstans, ut agnoscas mendacij spiritum istorum sibi pectora vendicasse. Iam verò quòd & Magdeburgici, & Cal- uinus, & heretici omnes Romanum pontificem cõ- gunt in ordinem, nec Romanam sedem volunt alijs esse antelatam, id illorum malitiam & perfidiam egregiè coarguit, cum nõ sint nescij Romanis pon- tificibus non modò de omni antiquitate præcipuos semper esse delatos honores, sed ipsum etiã Caro- linum librum, quem falso illi religiosissimo prin- cipi Carolo Magno attribuunt, & de quo tam im- potenter Catholicæ Ecclesie insultant, disertis ver- bis affirmare, Romanã sedem nullis synodicis con- stitutis ceteris ecclesijs esse prælatam, sed ipsi Do- mini autoritate tenere primatum. Si tanti apud illos est scriptum illud, cur hæc & multa alia eius scripti non recipiunt? Sed improba verfusia fati- s habuit aliquid inuenisse, quod ex illo scripto nobis obijceret, etiam si non nesciat multò plura illic ha- beri, quæ illis à nobis possint rectiùs obijci, quã

Caluinus Proteus. Lib. 4. Cap. 6.

Lib. 1. Cap. 6.

quæ nobis ab illis. Est ergo hoc magnoperè in istis infaustis hominibus obseruandum, quod incredibili quadam animi calliditate in omnem occasione intenti sint, & si quid vsquam in patrum scriptis occurrat, quod pro ipsis facere videatur, id mirè in modum exaggeret, cætera omnia floccipendant: quod si eiusmodi aliquid occurrat, quod trûcatum si sit, incauto lectori fidem possit facere, cum illorum erroribus conuenire, ibi nihil eos pudeat mutilas & truncatas sententias citare, quæ tamen si integræ præferantur, illorum opiniones destruant. Nec inrequens apud illos est, dum allegant aliqua ex patribus vel aliunde, ea omittere, quæ si absint, ab illis Patres stare videantur: si adsint, eos oppugnare certum sit. Quæ omnia hominum sunt flagitiosorum, & falsæ pro veris imperito lectori obtrudere cupientium.

Cent. 3.
Ca. 6. § 7.

Recitant Magdeburgici Centuriones, qui illas mendacijs refertas centurias conscripserunt, nescium quoddam crimen sanctissimi martyris & Romani pontificis Cornelij, (sic enim illis collibitum est tantum tractare virum) volunt quæ Cypriani testimonio docere, Cornelium contra Christi institutionem populo non nisi aquam in calice porrexisset: addunt alias blasphemias, in Romana sede mysteriū iniquitatis, vt in alijs rebus, ita & in Cœnæ Domini cæ deprauatione maturè laborare cœpisse. Hæc iam prima fronte illorum hominum in Ecclesiâ & pontificis Romanos in expiabile odium perspicuè satis præ se ferunt, sitque illis iusto Dei iudicio, vt odio & liuore occæcati, toti orbi conspuendos & irridendos se propinent, nec id tamen animaduertant. Primo enim intolerabilem isthæc narratio habet vanitatem, quasi ille insignis Episcopus & martyr, quem tam prolixè ipse Cyprianus commendat, tam vel stupidus, vel impius fuerit, vt contra Christi institutionem pro sanguine meram aquam portrigeret.

De.

Deinde Epistola illa Cypriani, quam pro se allegat Magdeburgici, non ad Cornelium scripta est, sed ad Cæciliū Africæ Episcopum, qui illi Carthaginensi de rebaptizandis hæreticis Synodo interfuit: & audent impostores isti contra omnium exemplarium fidem, pro Cæcilio Cornelium substituere. Facit hoc liuor & inuidia, de quibus, vt ait D. Hieronymus, scripsit B. Cyprianus librum valdè optimum: quem vti nàm isti potius legissent, & ex eius lectione sese corrigere maturassent, quam falsò producerent Cypriani Epistolâ: nihil ad Cornelium pertinètem. Colligat hinc prudens lector, qua fide isti homines in rebus nostræ religionis versentur. O calamitatè temporū horū, et tam è has historias multi cupidissimè arripiunt, eisque auidissimè lectis putant se Cræsi opes inuenisse, vti nàm tales vel admoniti, ab horū fraudibus sibi cauere. Et nè putet lector, me illos iniuria afficere, eodè ipso sexto capite tertie Centuriæ, vbi hanc Cœnæ deprauationè Cornelio affingunt, mirabili & incredibili stoliditate & cecitate animi sui prauitatem omnibus produnt, dum illam Epistolam, quam aliàs Cornelio scriptam nungantur, non illi, sed Cæcilio scriptam, contra suam sententiam affirmant. Ità repente illi sui immemores, de vna eadem quæ re, pugnantia eodem capite loquuntur. Quis tantam fraudem vnquam pro dignitate vel deplorare vel detestari sufficiat? Volabant illi Cornelium Pontificem & martyrem odio Romanæ sedis summa ignominia afficere, & sibi ipsis sempiternæ ignominie, dum suam ipsi malitiam produnt, apud omnem posteritatem notam inurunt. Nec est iam quod miremur istos Evangelicos, immò hæreticos homines, in nostræ & aliorum superiorum ætatum Romanos Pontifices tam petulanter incurrere, quando nec illi tam antiquo & celebri pontifici & martyri parcunt.

In Epistolâ
ad Galatas.

Omnis

Lib. 4.
Epist. 2.

Omnis verò illa Põtificum iniuria in Christum red-
 dundat, qui talium contumeliarum vindex aceri-
 mus erit, immò etiã nũc est, quãdò istorum nu-
 gatorum fraudes & mendacia non ab alijs magis,
 quã ab ipsijs aperiri finit. Eadem fide isti viri egre-
 gij non raro vřtutur, tum in Cypriani, tum aliorum
 Patrum contra Romanã sedis principatum profe-
 rendis sententijs: & si quidem par esset illorum vo-
 luntati facultas, iam pridem suis mendaciorum ca-
 nicularis eam sedem penitus euertissent. Sed frustra
 sudant miseri. Est autem hoc admirabile, quòd cum
 patres oēs, vbi cũ quẽ fert occasio, virgula censoria
 notatos, nihil velint habere authoritatis vel pòbit-
 ris, sed impudenter & procaciter reijciant, rursũ
 tamen si quid apud illos sit, quod ad ipsorum ca-
 sam tuendam aliquid subsidij adferre posse vide-
 tur, id vel miserè mutilatum, vel etiã vi detortũ,
 vel per capillos attractum, cogant suis seruire men-
 dacijs. Itã cum B. Cyprianus Ecclesiasticã vnitatis
 & concordiaẽ semper fuerit studiosissimus, adeò vt
 etiã qui diuersam ab ipso de rebaptizandis here-
 ticijs sequerentur sententiã, illos à sua noluerit co-
 munione separare, nihilo minũs multa ex eo illi p-
 clari centuriones allegant, quibus vnitatem Eccle-
 siasticam oppugnant, quẽ nulla esse potest, nisi cum
 Romana Ecclesia, quam idem ipse Cyprianus prin-
 cipalem, quam radicem, quam matricem, quam vni-
 tatis originem appellat, cãterẽ per orbem Ecclesiẽ
 consentiant. Porro insignem illam eiusdem Cypri-
 ani sententiã, qua ait: Ecclesia vna est, quẽ vna iu-
 rã esse & foris nõ potest. Nam si apud Nouatianũ
 est, apud Cornelium nõ fuit: Quòd si apud Cornelium
 fuit, quẽ episcopo Fabiano legitima ordinatiõ fuerat
 sit, Nouatianũ in Ecclesia nõ est: hãc (inquã) senten-
 tiã, quã nõ vnus Cypriani, sed aliorũ quoque san-
 ctissimorum Patrum est, confidenter reijciunt. Sed

Cyprianus
 de Ro. Eccl.

li. I. Epi. 6.

quarẽ tandem? Vident hic legitimaẽ successioniẽ
 mentioẽ inijci, quam cum ipsi in suis synagogis
 nullam proferre queant, cane peius & angue illam
 oderunt. Ad hos enim pertinet illud propheticum:
 Non mittebam prophetas, & illi currebant. Si exi-
 gas ab eis, quas habeat suarum ecclesiãrum aposto-
 licas & cõtinuatas successiones, ibi videbis ut ob-
 mutescere, alioquĩ nimium loquaces, aut atra bile
 percitos ferri in rabiẽ. Quã verò isti vnquam
 possint proferre successioẽ, cum neque sibi ipsi
 diũ contenti, nec idẽ semper doceant, sed subinde
 in alias formas sua paradoxa transformet? Por-
 rò multum ab illis sudatur, vt ostendant Romanos
 pontifices Concilij Niceni Canones deprauasse, vt
 sibi supra alios authoritatem vsurparet: & hic sine
 vllò pudore aut religioẽ tantã impietatis insimu-
 lant Innocetium 1. Zosimum, Bonifacium, Cælesti-
 num tam vetustos & sanctos põtifices, è quibũ aut
 Zosimum, vt falsum testem, post tres annos & nouẽ
 menses diuinitus extinctum esse. Mirum autem in
 modum hic iactitãt Synodum 6. Carthaginensẽ,
 cui Augustinus interfuit, quam etiã amplissimã
 & ornatissimã vocant, aiuntq; eius Synodi patres,
 comperta Romanorum pontificum perfidia, nihil
 ab eo tempore Romano Põtifici iuris in Africanas
 ecclesias concessisse. Quã omnia eiusmodi sunt, vt
 indocto lectori nimium pniciose imponãt, doctos
 verò admirari cogant istorum hominum improbi-
 tatem & deterrimã mentiendi libidinem. Non
 opus habebant Romani pontifices vel Nicenẽ Syno-
 di, quòd ad ipsorũ primatum attinet, approbati-
 one, vel eius deprauatione, quã incidere non pos-
 set, nisi in hominem longè sceleratissimum, cum in
 Euangelio extẽt Christi Dei ad Petrum verba, qui-
 bus ei ouium suarum pascendarum & frãrum suo-
 rum confirmandorum attribuit potestatem. Nec Luc. 22.

Legitima
 episcoporu
 successio.

Hier. 23.

Cent. 5.
 Cap. 10.

Africani

Africani patres Romanæ sedis auctoritatem contempserunt, aut illi quicquam detraxerunt: quod si vel maximè fecissent, quod isti hæretici nunquam docere poterunt, tamè extat Synodus œcumenica Sardicēsis, cui 300. episcopi subscripsere, quæ plurimum tribuit Rom. Pontifici, merito quæ; antefert illi Synodo Carthaginensē, quæ tamen nihil facit pro hæreticis, si quis inspiciat. Nam etsi non nihil hæsitabat quidam episcopi, num essent Niceni Concilij canones, qui ab Apostolicæ sedis legatis proferebant, at nihilominus præterbatur, se eos ratisper seruatuos, donec integra exemplaria Nicenæ Synodi ab Alexandria, antiochia & Constantinopoli adferrent. & cum Legati Pontifici inter cetera dixissent, ut hac de re ad Romanum pontificem quoque scriberet, Aurelius Carthaginis episcopus, reliquis omnibus approbatoribus, ait in hæc verba: Necessè est, ut nostræ paruitatis literis sancto fratri & confacerdori nostro Bonifacio singula, que tractamus, plenissimè inuimemus. Quibus verbis sanctis indicant suam erga Pontificem obseruantiam. Sed hæc omnia dissimulat versusuti hæretici, ut imperitum lectorem fallat. Nec ignorat etiam si in Nicenis canonibus hodiè non legantur illa, quæ à legatis Pontificis in hac Synodo Carthaginensē proferebant, tamè haberi ea in Synodo Sardicensi, que certè auctoritatis habet plurimum, cui etiam magis ille Osius interfuit, quæ constat Nicenæ quoque Synodo interfuisse. Sed apparet (quod maximè dolendum est) in istis hominibus quedam animi malignitas, in hoc solum intentam, ut erroris sui pertinaciter etiam per fraudem & mediocritateat. Hinc est quod hoc loco aliquid valet apud eos hæc Synodus Carthaginensē, cum alioquin etiam ipsam Nicenam, & Chalcedonensem, & in uniuersum Synodos omnes rejiciat, ubi cuncta quæ illis collibitur est. Quid verò Pontifici romano Africani episcopi tribuerint, cum multa alia, tamen tres illæ epistolæ, quæ in Augustini

*Hæreticæ
Synodos
reijciunt.*

Epistolis

Epistolis leguntur, putà 90. 92. & 95. satis declarat: in quarum prima, nêpè 90. his vtuntur verbis episcopi Synodi Carthaginensē ad Innocentiū: hoc gestum domine frater sancte, charitati tue in timandū duximus, ut statutus nostræ mediocritatis etiam Apostolicæ sedis adhibeat auctoritas. Hæc & id genus alia plurima fraudulenter celantur centuriones nostri, contenti fragmentū aliquod hinc inde excerpisse, quod prima fronte per ipsos facere videat, ut sic incautū Lectorem decipiat. Pluribus hoc loco illorum de pontificibus mediocritate cofutarem, sed est ab instituto nostro alienum: hoc vnū addendum est, Augustinū disertis verbis affirmare, ad Mauritaniam Cæsareensem, iniuncta à Zosimo Apostolicæ sedis Episcopo ecclesiastica necessitate, se esse pertractū. Itaque ille tatus Africæ episcopus reuerenter agnouit Zosimi auctoritatē, quæ tamè illi Centuriones aiunt ut falsum testē post tres annos & nouem menses diuinitus extinctū: & ut magis eorum prodatur impbitas, eadē epistola 157. idē asserit Augustinus Pelagiū & Cælestiū hæreticos à Papa Innocentio & Zosimo toto Christiano orbe damnatos esse: quibus verbis luculenter cofirmat, Pontifices Romanos totum Christi Ecclesiæ præsidere. Sed de his satis atque vti nām vellat tandem animaduertere homines, quam mala fide ab istis nouis dogmatistis religionis grauissima negocia tractentur. Præterea hoc loco, quam contumeliosè Centuriones nostri proscindant Leonem I. & Gelasium sanctissimos atque doctissimos Pontifices, quamquæ impudenter mentiantur, patres quinti seculi rara aut nulla edere testimonia de Romanorum pontificum præ alijs auctoritate, & Iulium antiquissimum & sanctissimum pontificem sibijpsi canones de suo iure mentitū esse: que omnia nihil sanè istis celeberrimis pontificibus derogant, sed horum centurionum produnt teterrimū in pontifices livorē & odiū, deploratamquæ nequitiam & impie-

Epist. 157.

Cent. 5.

Cap. 10.

Cent. 4.

Cap. 7.

ta-

tatem, quam etſi ad tēpus fert magna Dei patiētia, tamen quandoq; ſeueriſſimè caſtigabit. Quam verò ſcēdam & probroſum eſt, quòd ijdem Centuriones ex Socrate & Zoſomeno Canonem proferūt, quem modò vnà cum Muſculo deprauatè tranſlatum, eò pertinere volunt, nè ecclēſiæ citra Romani pontificis conſenſum dedicentur, modò non hæc de re, ſed de pontificum Romanorum prærogatiua, qua epiſcoporum cauſas ex remotiſſimis provincijs ad ſuum tribunal reuocabant, agere apertè proſitentur, idq; in eadem cēturia? immò etià eodem omninò folio de hoc Canone pugnantia ſcribunt. Porrò eius Canonis hæc ſententia eſt, non oportere abſq; ſententia Romani pontificis Concilia celebrari, vt habet vetus epiſtaphanij Scholaſtici verſio, vel decreta Ecclēſijs ſancire, vt quidam recēns vidoctiſſimus tranſtulit. Qui ſanè Canon cum ſtantiquiſſimus, præclarum Romanorum Pontificū authoritati reddidit teſtimonium, quod Centuriones ferre non poſſunt, & citant tamen, vt ſeipſos turpiter pudeſciāt. Et id genus ſcēdiſſimi lapſus crebri ſunt apud iſtos & alios noui Euangelij præcones, quos diuino iudicio, dum aduerſùs veritatem quaſi quibusdam furijs agitatis vndecunquè praua ſibi commenta conquirunt, mirabiliter occæcari videmus, & ruere præcipites in ſcēdas antilogias & putidiſſimas abſurditates: nec tamen pudet ſui homines perfricte frontis, & leuiùs ferunt, quòd ſciant ab imperitis iſthæc non facile animaduerti.

Et hæc quidem de oppugnatis fruſtrà à Centurionibus iſtis Romanæ ſedis Pōtificibus dixiſſe ſufficiat: iam veniamus ad ea, quibꝰ illi ſacerdotū ceſſatū libatum euertere conantur. In ijs non poſtremum locum obtinet epiſtola quædam, quam illi volunt eſſe Vldarici Auguſtani Epiſcopi. Hoc quidem obſeruari debet, legem de cælibatu ab ijs incurran-

*Antilogia
Centurionū*

*Hereticū vt
oppugnent
cælibatū ſacerdotum.*

ter vocari doctrinam dæmoniorum: porrò quòd ipſi belliffimi Euangelici fratres, pleriq; omnes petiuri ſacerdotes, & votifragi monachi, ruptis omnibus pudoris & religionis vinculis, perfractis omnium diuinarum humanarumq; legum repagulis, bladiſſimè domine Veneri ſe totos conſecrant, & alios vt idem hilariter faciunt, verbis, ſcriptis, exemplis prouocant & extimulant, id verò purū putum eſſe verbum Dei, & hoc credunt, neſcio quo lethargo oppreſſi, mortales. Sed abſit, vt plus tribuamus iſtis cæcis & inſanis apoſtatis, quàm omnium retrò ſeculorum ſanctiſſimis & erudiſſimis patribus, & iudicio totius orbis Chriſtiani. Porrò videamus, quam iſti nobis pertexant fabulā ex Epiſtola Vldarici ſcilicet. Vldaricum vocāt, quem Vdalricū dicunt alij, ſanctiſſimum Auguſtæ Vindelicorum quòdā epiſcopum. Huic iſti tenebriones quædam auſi ſunt *Epiſtola S. Vdalrico* affingere epiſtolā, vt nullius eos flagitij pudeat, ſcripſerunt ab illo ad Nicolaum I. Romanum Pōtificem. *falsò attributa.* Sed impudens commentum, vtriuſq; & Vdalrici & Nicolai inſpecta ætate, inſtār fumi diſſipatur. Nam Nicolaum Pontificē doctiſſimi viri ſcribunt obiſſe diem ſuū anno Chriſti 867. Porrò Vdalricus obiit anno Chriſti 973. Itaque hinc colligat prudens Lector, quales nobis chimæras pro ecclēſiaſticis hitorijs obtrudant Magdeburgici centuriones. Quorū ſum verò attinebat ab iſtis citari Vdalricum, cuius tota vita è diametro cum iſtorum portentosis dogmatibus pugnat? Sed verſutiſſimi homines, omni eius ſanctiſſima vita poſthabita, inuenerunt Epiſtolam, quam illi non ſinè inſigni in tantum virum cōtumelia attribuerent. Nam Vdalrico hoc tribuitur encomion, quòd fuerit paſtor & doctor Ecclēſiæ fideliffimus. Et vt paucis videat Lector, quàm nihil conueniat Vdalrico cum centurionibus & toto grege dogmatistarum Euangelicorum, fuit Vdalricus

S. Vdalrici
vita.

ricus puer in monasterio benè instituto S. Galli
educatus, indè à parètibz traditus est Adelberoni
Episcopo Auguſtano, cui inprimis ob morum integritatem
charus fuit. Factus Episcopus Auguſtanus, tempus omne ferè orando & legendo tranſmiſit, rigidus caſtigator corporis ſui, ſemper abſtinuit à carnibus, & plurimùm delectabatur offerèdo Miſſæ ſacrificio. Viſitabat crebrò totius diceceſis ſuæ clerum & populũ, inquirebatq; diligèter, num populus ſanè doctrinæ & eccleſiaſticis præceptis obtemperaret. Proſectus Romã, indè ſanctorum reliquias abſportauit, multaq; fecit miracula etiã adhibito oleo benediçto. Tãdem obiit annos natus 84. Quis verò nõ totus obſtupeſcat, talis viri vel tenuè mentionem fieri à Centurionibus? Sed certè itã illi ad ſua mendacia tuenda intenti ſunt, vt parũ curent etiã illa pro ſe citare, quæ ipſorum paradoxa penitus deſtruant. O quã immanes & horrendi iſtor quandoquè angores corripient, vbi ventum erit ad extrema. Sed ad Epistolam veniamus. In eius parte quadã ſcribitur, Gregorium eius nominis primum Romanũ Pontificè, inueniſſe Romę ſex millia capitum in ſantilium in piſcina, à parentibus enecatorũ ob celibatum, ad quem eos Gregorius cõpulerit, cuius eum poſteà vehementer pœnituerit. Overè prodigioſam iſtorum hominũ mentiendi libidinè. Quis, oro, alicuius nominis vel exiſtimationis author, huius cõmenti in ſuis ſcriptis vel tenuem vnquam mentionem iniecit? Non tulit celibatus legem primus Gregorius, ſed totus orbis longè ante Gregorium eam agnouit. Subdiaconos quidem in Sicilia Gregorius admitti vetuit ad hunc ordinem, niſi prius caſtitate promitterent: ſed ea caſtitate lege etiã Leonis I. tẽpore, immò etiã longè ante Leonem, vt ex Epiphanio lib. 2. tom. I. hæreſi 59. & Concilij Elibertini Can. 33. doceri poteſt, iam tenebantur

O portentoſum ſignèſcũ

bantur ſubdiaconi. Et quid tam ridiculum, tam abſurdum, quã credere, illis paucis annis, quibz Eccleſiæ præfuit Gregorius, ſubdiaconos Siciliae vnus tot prociçſſe pueros, eoſq; & immani crudelitate prius iugulare deindè iugulatos per longa maris & terræ ſpatia ad Romanam piſcinam apportare voluiſſe, quaſi defuerint Siciliae vel flumina, vel maria, in quæ multò & tutiùs & faciliùs infantes demergentur? Et mirum ſanè, ſubdiaconos omnes hoc inter ſe tanta concordia potuiſſe reperire conſilium, vt infantes ſuos vniuerſos tam barbara feritate occiderent, tamq; ſulta vecordia Romam vſque deferrent, nec tamen quiſquam eſſet qui tantum ſæculus efferret in publicum. Apparet ſanè quanta in his hominibus, quãmq; meditata modis omnibus Catholicæ ECCLEſIAE nocendi & labem aliquam adſpergendi inſit animorum contentio, qui ad huiusmodi teterrima figmenta corradenda confugiunt, hoc ipſo ſatis ſuperq; teſtatum efficienſes, non ſe habere, quod in Eccleſiæ doctrina, niſi per fraudes, mendacia, calumnias, reprehendant. Et vt nihil pro illis facit tota, quam ſuccinctim expoſui, Vdalrici ſancti Pontificis vita, itã ſi epistolam, quam ſceleratè illi aſſingunt, recipiendam velint, iam in multis cogentur damnare ſeiſpos, & à ſuis dogmatibus diſcedere. Hæc ipſa enim Epistola, magna ſeueritate ſacerdotibus & monachis coniugio interdicit, & Romanum Pontificem vt ſummæ ſedis Episcopum, vt omnium Episcoporum patrem, vt vniuerſalis ECCLEſIAE caput, vt Apoſtolicum reuerenter agnoſcit. Verùm hæc iſti ſuauiſſimi domine Veneris myſtæ & iuratiſſimi Pontificum hoſtes non admittent vnquam, nè ſi miſeris abſq; Dalilis ſuis cubandũ ſit, vel lemures patiãtur inſeſtos, aut frigore enecentur. Nã vt ſuis illis liceat ſui inceſtis connubijs, hinc tantas illi turbas cient:

Epistolæ cõmentitiæ pugnacis hæreſis.

& cum non ignorent omnium ætatum sanctissimos Pontifices & patres id genus scelerata damnare cōiugia, hæc illis causa est tam atrociter in Pontifices & patres debacchandi. Qui si aduersum suas impuras & obscenas libidines bellū fusciperent, & cum Apostolo corpora sua castigarent, & in seruitutem redigerent, iam & sibi & alijs lōgè profectō melius confulerent. Interim verò, vt Apostolorum principiis verbis vtamur, superba vanitatis loquentes, pellicūt in desiderijs carnis luxurie, eos qui paululum effugiunt, qui in errore conuersantur, liberatē illis promittentes, cum ipsi serui sint corruptionis.

1. Corin. 9.

2. Petri 2:

Et in hac quidem parte, vt probent sacerdotum coniugia esse verbo Dei consentanea, multam ponunt operam Centuriones nostri, & tamē vbi multum sudarunt, non nisi oleum & operam se perdidisse non ignorant, oppressi omnium seculorū perpetuo consensu & grauissima authoritate. Nam & apud Græcos non licet sacerdotio initiatis vxores ducere. Quid verò hic tantus conatus spirat aliud, quàm pectus Veneri deuotū, & spurcissimis libidinibus miserabili captiuitate & deterrima seruitute addictum? Volunt huic turpitudini adhibere patrocinium, & tamē etiā si rumpātur, nō possunt. Et hoc loco plurimū apud eos pōdus habet vni⁹ Paphnutij exemplū, quem volunt in Cōcilio Nicenō patris bus authorē fuisse nō indicendę continentię sacerdotū ordini, cum tamen hæc Paphnutij historia admodū dubia & incerta sit, & à Socrate ferè tota perdat, qui Nouatianus fuisse videt, à quo Zozomenus eam mutatus est, quē isti bellissimi Centuriones, si cōtra ipsos faciat, totius superstitionis mācipium faciunt. Quod si verò veteris Ecclesię & sanctorū patrū hac de re consentientē sententiā & doctrinam inquiramus, inueniemus tantę antiquitatis esse sacerdotū continentia, vt qui eā oppugnare instituit,

stituit, nihil nisi suā stultitiam & impudentiā pdat. *sacerdotum*
Sed nō est huius loci adferre omnia, tamē quando *continentia*
illi, vt paulò superius ostēdimus, ex 6. Carthaginēsi *perantia*
Synodo adferre nō dubitārūt, quæ cōtra Pontificē *qua:*
Romanum facere viderētur, nos breuiter ex 2. Carthaginēsi Cōcilio, cuius authoritatē hic isti impudentes floccipendūt, annotabimus, quę cōtinentiā sacerdotū vel maximē cōfirment, vt videat etiā hac in parte lector, quāta sit horū centurionū improbitas & petulantia. Eius ergo Synodi cap. 2. hæc sunt verba: Episcopos, presbyteros & diaconos itā placuit, vt cōdecet sacrosanctos antistites, & dei sacerdotes, necnon & Leuitas, vel qui sacramētis diuinis inseruiunt, cōtinētes esse in omib⁹, quō possit simpliciter, qd à Deo postulāt, impetrare, vt quod Apostoli docuerūt, & ipsa seruaui antiquitas, nos quę custodiamus. Hæc illi Patres vno ore oēs decreuerunt, sed apud Centuriones & totū noui Euangelij buccinatorū gregē nō habēt pondus, quia libidinū mācipi doctrinā pudicitię ferre nō possunt. Et interim nō pudet eos pro se citare patres Africanos, quasi apud illos vlli omīnō, nedum Africani, patres aliqd habeant authoritatis, vbi cū quē illorū terribilissimis errorib⁹ & spurcis libidinibus non cōsentiant. Verūm his dolis fallunt imperitā multitudinē. Fortassis autē dicturi sunt, hunc Africanū Canonē accipiendū esse de ministerij tēporibus, quib⁹ sit abstinentiā à fœminis: sed patres oēs huic interpretatiōi reclamant, perpetuāq; volūt esse eorū qui in sacris ordinib⁹ sunt cōtinentiā, ppter eā q, vt ait D. Ambrosius, die noctūq; p plebe sibi cōmissa eos oportet orare. Quid facient Orientis Ecclesię, inquit D. Hierony. cōtra Vigilantiū, qd Aegypti & sedis Apostolicę quæ aut virgines clericos accipiunt, aut cōtinētes: aut si vxores habuerint, mariti esse desistūt. Verūm nostri blādissimi cēturiones cū Dormitatio

Distin. 82.
Cum in præterito.

In I. Timot.
cap. 3.

(sic enim eodem loco vocat Vigilantium D. Hieronymus) libidini frenam permittunt, & naturalem carnis ardorem (vt ait idem) suis horratibus duplicat, & cum Christus suū Euangeliū auspicetur ab agenda poenitentia, isti etiā homines diuinis ministerijs addictos vocāt ad sacrificia Veneris, vt nihil sit quod distemus à porcis, quo differamus à brutis animalibus. Sed eant sanē, & strenuam suā Veneri apostatæ monachi & periuri sacerdotes nauent operas: vniuerſa illa dies, quā dō incestas libidines vltices estuatis gehennæ flammæ egregiè concreuabunt, & in omnem æternitatem dirissimè excarnificabunt.

Hereticis oppugnant vitam monasticam.

Habent verò nostri Centuriones permulta, quibus monasticæ quoq; vitæ instituta infestissimè excogitat, idq; adeo, vt nullam apud eos fidem prope modum mereri videatur, quicquid in eorū institutorum approbationem adferri possit. Et cum monastica vita tot habeat ab omni antiquitate illustrata testimonia, eximia encomia, innumeros eosq; omni virtute, doctrina, miraculorum gloria clarissimos sectatores, tamen non verentur isti impudentissimi nugatores palam asserere, monachatum verbo DEI aduersari, esse genus vitæ superstitiosum, & ad totos trecentos annos à Christo nato, nullum reperiunt monasticæ vitæ fide dignū testem, nisi Epistolas decretales Pontificū, & Vincētium, qui in Alexandria Aegypti mentionē monasterij fecit, vbi fabulā seu legendā Eugenix recitat: sic em̄ istis visum est loq̄. Cum huiusmodi hominibus, immo potius Chimæris cōtendere, quid est (oro) aliud, quā bonas horas malè collocare? Et tamē propter simplices, quibus miserandū in modum illudunt, detegende sunt illorū freudes, idq; breuiter, nē nimium ab instituto deflexisse videamur. Obseruet autem Lector, ad quantā impietate isti deuoluti sint, q̄ cum plurima etiā ex vetustissimis scriptorib⁹ adferant monasticæ

vitz

vitz testimonia & miracula à monachis edita, tamē omnia aut sceleratè irrident, aut malitiosè eleuant, aut prorsus tanq̄ figmenta reiiciunt, cum alioquū fragmentum quoddā Epistolæ cuiusdam Vldarici, quē illi S. Vldaricū esse voluerunt, tam impotenter nobis obijciāt, ac si è medio Christi Euangelio peti- tum sit. Itaq; si quid vel parūm ipsis fauere, Pōtifici & Catholicæ Ecclesiæ aduersari videatur, id etiā si ab obscuro & ignoto homine editū sit, tamē vrgēt, obijciunt, exaggerāt mirum in modū. Si verò ipsorum impijs cōmentis perpetuis reclaimer omnium seculorū consensus, totusq; orbis terrarū, prorsus nihili pendunt, & incredibili temeritate reiiciunt, aut saltem aliō impudenter detorquent. Habemus monasticæ vitæ insignes testes & encomiastas, Dionysium Areopagitā, Athanasiū, Basilium, Chrysostomum, Hieronymum, Augustinum, & innumeros alios: sed quæ ab istis de monachis scripta sunt, aut negant esse illorum, aut fabulosa videri volunt, aut egregiè profcindunt & lacerant, & euidentissima Diuinæ Maiestatis miracula eximiasque monachorum virtutes, dæmonum prestigias & mandatorum DEI transgressionēs vocant. Quid igitur istis cæcis & perditis sycophantis ad summam impietatem reliqui esse potest? Quid facerent isti, si res & gesta monachorum nō nisi ab obscuris & incertis authoribus prodita haberemus, cum à grauissimis, doctissimis, sanctissimis patribus conscripta, vsque adeo exhibent & profcindāt? Sed hac sua impudentia id tamen quandoquē consequentur, vt torus orbis intelligat, eos homines planè deploratæ & profigatæ nequitix fuisse.

Certe qui eorum hac de re (vt de alijs iam si- deam) scripta, & eas ipsas, de quibus agimus, Centurias legunt, perspicuè animaduertunt eos da- tos in reprobam sensum, & plenos malo dæmone,

Nota vassiciem et imposturam.

Centuriones dati in reprobam sensum.

ea scribere, quæ nullę piæ aures ferre sustineat. Eius generis sunt, quæ historias sanctorum monachorũ grauissimis patribus scriptas, tanquã ficticias & nugaces ac superstitiosas exhibitant: quod D. Gregorium incõparabilis sanctitatis Rom. Pontificę, in Dialogis suis totum aiunt ad monachorũ præstigias celebrandas effundi, cuius ea, quæ de D. Benedicto sanctissimo viro summa fide & integritate cõscriptę, plena superstitiõis esse dicat, ne relatu quidẽ digni iudicant: interim tamen inter alia miracula, quæ (vt ipsi blaterat) superstitiõẽ & idololatriã redolent, illud in suis illis mendaciõrũ & blasphemiarũ Centurijs recēsent, ex eodẽ beatiss. Põtifice Gregorio, vt iubente Benedicto vas vitreũ continens pauxillũ olei, foras proiectũ in saxa, nõ sit confractũ. Multa præterea alia diuinæ potentię miracula, itẽ ex Gregorio Põtifice romano, tũ Gregorio Turonensi & alijs, quę pij oēs nõ sine admiratione & veneratiõẽ legũt, commemorant, eaquẽ speciali titulo his verbis cõprehendũt: De miraculis superstitiõẽ & idololatriã redolentibus. Nõ est iam certũ, quod horũ temporũ monachi dolent se ab istis noui Eũgelij p̃dicatiõis p̃conibꝫ parũ cõmodẽ accipi, cum hęc t̃ra s̃ent p̃ficos illos longẽ sanctiss. monachos: immo verò intelligant hinc, nisi monastica vita malis demoniõs vel maximẽ inuisa, Deo verò inprimis grata foret, nõquã fatanam per hos suos administratos tam atrociter eam insectaturum fuisse. Sic isti ege. gij Centuriones verbis D. Hieronymi recitant Hilarionem, summæ perfectiõis monachum, à sexagesimo quarto anno vsq; ad octogesimũ panes ab illi nũisse, incredibili feruore mētis, vt eo tẽpore quasi nouus accederet ad seruitutem (Hic addunt misceri isti, superstitiosam) Domini, quo cæteri solent remissius viuere. Cogitur ergo etiã Hilarion esse superstitiosus, quem talẽ ac tantũ virũ fuisse scribit

Cent. 6.
cap. 13.

Cent. 4.
cap. 10.

Hierony.

Hieronymus, vt si eius conuersatio vitaquẽ ab ipso quoquẽ Homero conscribenda foret, vel inuideret materie, vel succumberet. Sed non frustra in Hilarionem tam petulanter incurrunt monstrosi Centuriones. Vident enim eius vitam ab euãgelicorum apostatarum spurcissimis libidinibus longissimẽ distare: & poterant illi sanẽ, si non totos se Veneri deououissent, discere ab illo, quemadmodũ petulantia carnis edomanda sit. Cum enim pubescenti iam corpori illius, vt de eo scribit D. Hieronymus, solita voluptatum incendia Diabolus suggereret, ille iratus sibi, & pectus pugnis verberans, Ego, inquit, a felle faciam vt non calcitres: nec te hordeo alam, sed palcis. Fame te conficiam & siti, graui onerabo pondere, vt cibum potius quã lasciuiam cogites. Simul etiã frequenter orabat & psallebat. Verũm hæc nostri Centuriones vsque adeo non ferunt, vt mox impiam superstitiõẽ sint proclamaturi: Sed tamen vel ab ipso apostolo coguntur audire, quod castigãrit corpus suum, & in seruitutem redegerit. Et cum igitur, si ausi sunt, superstitiosum vocent. Est autem certẽ edomanda carnis petulantia ieiunijs, vigilijs, precibus, atque alijs id genus pietatis exercitijs, atque hæc non dæmoniorum, sed Christi & Apostolorum eius doctrina est, cum qua nihil habent commercij noui isti Epicuri de grege porci, quorum omnis philosophia desinit in tartareos dææ Veneris amplexus & oscula, cui illi quotidie gnauiter sacrificant, vt longẽ rectius in illos idololatriæ teterrimum scelus conferri queat, quã in sanctos illos priscorum temporum monachos, qui vni Deo viuo & vero se totos consecrãrunt. Sed ad narratiõnem redeamus. Audent isti Centuriones Benedictum, Patroclum, & alios plerosque multa sanctitate conspicuos monachos, incunclanter pronunciate Antichristi notis insignes fuisse, Brigidam virgi-

57

I. Cor. 9.

Nota impie-

Cent. 6.

Cap. 10.

YY 5 ncm

Cent. 5.
Cap. 10.

nem toto orbe, apud Scotos in primis, celebri ē, appellare magam, Martinum Turonensem Episcopum longè sanctissimum, dicere necromanticum, quem etiā fatentur vitam monasticam, quam superstitiosam illis vocare libitum est, ante episcopatum coluisse. Et in his tam confidenter & sceleratè proficiendis nulla retrahuntur religione, nec veretur nè præpotēs Deus tam nefarias sanctorum suorum iniurias & blasphemias euestigio, vt sæpè aliās fecit, vlciscatur. Sed hic meminisse oportet eius sententiæ, quam in scriptis diuinis legimus: Etenim quia non profertur citò contra malos sententia, absq; timore vllò filij hominum perpetrant mala: Attamè peccator ex eo quòd centiès facit malum, & per patientiam sustentatur, ego cognoui quòd erit bonum timentibus Deum, qui verentur faciem eius. Illorum enim hominum effrenata impietas & horrenda occæcatio hominibus pijs religiosam quãdam inijcit sollicitudinem, vt diuino timori accuratiùs & studiosius inhererent, nè quãdoquè & ipsi excidant è gratia, & in eiusmodi reuerà expauescendam prolabantur animi cæcitatem & impietatem. Calumniantur tenebriones isti sanctissimorum monachorum Hilarionis & multorum aliorum admirabilè abstinentiam, & summam cibi potusque parsimoniam, vitæque austeritatem: nec vident cæci, vel potius perfidiosè dissimulant, Iohannem Baptistam ab ipso Christo eximijis ornari pconijs, quem diuina literè testatur vixisse locustis & melle syluestri, vsumq; veste è pilis camelorum confecta. Aiunt monasticū viuendi genus aduersari verbo Dei, cum præcipua eius vitæ instituta, ab ipso Christo & eius Euangelio petita sint. Vouent monachi obedientiam, castitatem, paupertatem. Earum verò virtutum clarissima exempla in ipso Christo relucet, cuius tota vita summa fuit erga patrem cælestem obedientia, nihil

castius,

castius, nihil pauperius orbis habuit, cum ipse de se locuples testis sit, filium hominis non habere vbi caput suum reclinet. Quid verò aliud fuit primum credendum vita, quàm exemplar quoddam monachatus, cum illic degerent omnes sub Apostolorum obedientia, nihil quicquam haberent proprium, & pleriq; à nuptijs prorsùs abstinerent? Omnes qui credebant, ait S. Lucas, erant pariter, & habebat omnia communia, & erant perseverantes in doctrina apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus. Talis quoque fuit priscorum monachorum vita, hodieque tales esse conantur omnes boni monachi. Cùm sit autè doctrina Christi & Apostolorum prorsùs aduersa prauis animi cupiditatibus & sædis carnis voluptatibus, p multi horum temporum pseudomonachi pertesi eius doctrinæ, cucullum excusserunt, & ad vomitum reuersi, contra fidem Deo datam, incestis se polluerunt nuptijs, & omni calcata obedientia, etiā res alienas, qui proprias priùs deseruerant, vsurparunt, ducuntque ex ijs plerique iucundos dies, & interim tamen prodigiosa quadam impudentia iactitant se puram adferre doctrinam & syncerum Christi euangelion, cum inde longissimè absint. Nam velint nolint, fateri cogentur illos sanctissimos priscorum temporum monachos, totos se cõposuisse ad Christi & apostolicæ doctrinæ imitationem, hodieque in multis benè institutis monasterijs idem studium spectari: quam vitã cum ipsi deseruerint, nihil aliud quàm viles & detestabiles apostatæ censendi sunt, prorsusque à Christi & Apostolorum doctrina alieni. Obijciunt nobis stupendi Centuriones, monachos frustrà colere Christum mandatis hominum: nos verò dicim⁹, vt iam antè quoque diximus, præcipua monachorū studia, putã, obedientiæ, paupertatis & castitatis, ipsum Christum habere authorè.

Matth. 8.
Luc. 9.

Act. 2.

Ecces 8.

Matth. II.
Luc. 7.
Matth. 3.

Et

Et interm̄ tamen ex ijs, quæ ad obedientiam perti-
nent, multa sunt ab hominibus mandata, sed cum
non solum nihil officiant pietati, sed plurimum eti-
am eam promoueat, rectè à monachis obseruan-
tur. Atq; hîc cæcos istos & stupidos magistròs stul-
titiæ suæ admonere atq; etiã arguere & conuin-
cere poterat exemplū Rechabitarum, qui, quod ex
prescripto patris sui Ionadab vinum non biberent,
non solum non reprehensi, sed his etiã verbis à
Domino per Hieremiam laudati sunt: hæc dicit Do-
minus exercituum deus Israel: Pro eo quod obedi-
stis præcepto Ionadab patris vestri, & custodistis
omnia mandata eius, & fecistis vniuersa quæ præce-
pit vobis: propterea hæc dicit Dominus exercituum,
Deus Israel: Non deficiet vir de stirpe Ionadab filij
Rechab, stans in conspectu meo cūctis diebus. Hæc
nisi fallor, negare non poterunt Centuriones no-
stri, animales, spiritum nõ habentes, non aliud esse,
quã purum putum verbum Dei. Desinant igitur
carpere obedientiam monasticam, & sui gregis apo-
statas monachos & impuros sacerdotes hortentur
ad respicientiam, vt quæ se vltro restituant suãissi-
mo sanctæ obedientiæ iugo, nullam alioqui vn-
quam partem cum Christo habituri, qui factus est
obediens Deo patri vsque ad mortem crucis. Non
est instituti mei, omnia huc adferre, quæ pro mona-
stica vita faciunt contra Centuriones: pauca anno-
tasse sat habeo. Extat scriptum Philonis de vita cõ-
templatiua, in quo multa habet, quæ non parum
momenti ad monachatus defensionem adferrent,
sed studendū est breuitati. Et ille author vixit apo-
stolorum temporibus. Sanè haud obscure indicat
Christianos illos, de quibus agit, habuisse monaste-
ria, in quibus ab alijs sciuncti, sanctæ vitæ mysterijs
imbuerentur: item omnibus facultatibus & mundi
curis, nuncio remisso, extra muros in semotis locis
habitū.

*E comp'um
Rechabita-
rum.*

Hiere. 35.

Phil. 2.

*Philo de vi-
ta contem-
platiue.*

habitasse, & miram sectatos esse cibi ac potus parci-
tatem, ac diuinarum rerum contemplationi vacã-
se. Sed hoc grauissimum Philonis testimonium no-
stri Centuriones, qui mentiri non dubitarunt, ad
trecentos annos à Christo nato nullum fide dignū
Monachatus testem extitisse, maligno & fraudulen-
to silentio ferè totum inuoluerunt. Quæ verò Phi-
lo hic scribit, ea Eusebius Cæsarensis, Epiphanius,
Hieronymus ad monachos accommodant, quod
tamen simili versutia isti Centuriones dissimulant.
atque hac illi fide in rebus ecclesiasticis explicandis
versantur. Non est verò dubitandum, quin illorum
præclarum euangelium, quod non nisi mendacijs,
fraudibus & imposturis nititur, vbi præpotenti Deo
visum erit, perindè vt superiorum ætatum hæreses
omnes, quandoquæ sit ruiturum. Porrò monasticæ
vitæ studium, & hætenus semper fuit in Ecclesia, &
deinceps quoquæ, Deo fauente, semper permanebit.
Apostatas autè & desertores monachos ponet Do-
minus vt clibanum ignis in tẽpore vultus sui, & in
ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. At-
que vt magis tabescat istorū in monachos odium,
libet D. Hieronymi ex epistola quadam ad Marcellam
verba huc adscribere: Certè flos quidã, inquit
ille, & preciosissimus lapis inter Ecclesiastica orna-
menta, monachorum & virginum chorus est. Et id
genus permulta alia possent ex alijs omni genere
doctrinæ & sanctitatis celeberrimis patribus adduci,
sed non est huius loci. Centuriones & alij euange-
lij quinti buccinatores dum monasticam vitam op-
pugnant, sui produnt pectoris putentissimam sen-
tinam, seq̄ ab omni Christiana pietate & Christi
atque apostolorum eius moribus & doctrina prorsus
abhorrere demonstrant. Quod autem tam im-
maniter & sceleratè profcindunt multos in compa-
rabili sanctimonia illustres patres & monasticæ vitæ
cul-

*Hieronymi
de monachis
sententia.*

cultores, & eorum sanctissimam vitam & insignia miracula ad superstitionem, idololatriam & impietatem referunt: id quidem eiusmodi est, vt vel ex eo solo satis superque possit intelligi, totos illos esse occupatos à malo demone, atque ab omni spe salutis prorsus excidisse, quòd illos etià malitiosè calumniantur & lacerent, quos constat iam beatam cum Christo in cælis vitam viuere. Et vt paucis rem totam expediam, nihil in istis hominibus apparet aliud, quàm peccatus mundo huic & mundi voluptatibus atque omni spurcitici & impietati deditissimum, à Christo verò & eius spiritu atque omni iustitia & sanctitate longè alienissimum, cymmerijs oppressam tenebris, & in id vnum vel maximè intentum, vt quam plurimos secum in damnationem trahat. Habent verò nostri Centuriones etià cum diuorum inuocatione in illis suis præclaris Centurijs acre & immane bellum, & cum non possint negare, multa eius inuocationis luculenta testimonia extare in vetustissimorum Ecclesiæ doctorum lucubrationibus, eò validissimè & inuictè athlete confirmant, vt quæ illorum scripta huius mentionè faciunt, ea aut negent eorù esse vera & genuina, aut ab alijs blaterè esse corrupta & deprauata. Ità videlicet vel ipsum Euangelium & omnis scriptura diuina istis erit adulterina & supposititia, vbi discrepat ab illorum paradoxis. Quòd autem hæc Sanctorum inuocationem minimè putant esse ferendam, summam illorum arguit rerum diuinarum imperitiã, qui prorsus non intelligant beatos angelorum & hominum spiritus, tam esse omnipotenti deo familiariter & inseparabiliter cõiunctos, vt nec illi quicquam velle possint aliter quàm velic Deus, nec quàm illis vnquam aut velit aut possit negare Deus, cum quo iam vnus spiritus sunt, & cum quo iam prorsus vnum illis & nolle & velle est. Quòd si intellige-

*Hæretici op-
pugnant
Sanctorum
inuocatione*

telligerent rudes & crassi isti Centuriones, desinere carpere sanctorum inuocationem, cum omnino ille honor & cultus, quem Sanctis impendimus, in ipsum Deum, cui sunt cõiunctissimi, redundet. Sed hanc quoque præclaram doctrinam, vt multa alia, ex veterum iam olim damnatorum hereticorum lacunis hauserunt: nec pudet eos toti obstrepere Ecclesiæ cum paucis ter execratis hereticis, Eustachio in Gangrensi Synodo antiquissima damnato, & Vigilantio, quem pro dignitate egregiè perstringit præclarum illud Ecclesiæ lumen Hieronymus, cui tamen isti impudentes Centuriones Vigilantium non dubitant opponere. Atque multos illi quidem citant patres, è quibus fraudulenter simulant se suam posse tueri sententiam: sed ipsi vel soli abundè sufficienti ad eorum confutandam stultitiam, tamen multos alios veteres patres vsitatissima illa dissimulandi arte prætercunt. Quid verò bonè frugis adferre potest isthęc fraus & dolus malus, dum grauissimi patres aut citantur quidem, sed vel mala fide, vel quæ in eorum scriptis apertè docent sanctos inuocandos, ea dicuntur adulterina & supposititia, aut etià permulti patres silentio inuoluuntur, nè si eorum prolata sint testimonia omni exceptione maiora, Centuriones nostri tanto pondere oppressi, toti orbi se irridendos propinent? Tam enim vetus & constans est in ecclesia dei de sanctorum inuocatione doctrina, vt qui eam oppugnare conantur, non nisi insignem suam prodant amentiam & impudentiam. Et in ijs quidem est non potestis Melanchthon, qui in Apologia nis vanitas Augustanæ Confessionis impudenti vanitate iactat, apud veteres scriptores, ante Gregoriũ primum Rom. pontificem, summum esse de hac inuocatione silentiũ. Non est huius operis citare patrũ sententias: fecerunt id permulti nostra ætate doctissimi viri.

*Cent. 4.
Ca. 6. et 8.*

*Melanchthon
nis vanitas
et impudentia.*

Reliquiæ
sanctorum
profundun-
tur ab hæ-
reticis.

Cent. 4.
Cap. 8.

Cent. 5.
Cap. 6.

Cent. 5.
Cap. 15.

De civi. Dei
Lib. 22.
Cap. 8.

Ibidem.

Pugnant autem Centuriones nostri etiã cum reliquijs sanctorũ & miraculis ad eas editis, vt antequam maduerat lector cruciari in illis tetros illos tenebrarum angelos, quibus pleni sunt. Et hæc quidem peccatum suum egregiè, vt sepius aliàs, produunt, diuulgatã Vigiliãtium hæreticum haud obscurè inter pios doctores numerare videntur, eumq; de martyrum superstitioso, vt ipsi aiunt, cultu ac ueneratione fortè benè & piè scripsisse dicunt, porrò D. Hieronymum eius scripta parùm firmis rationibus cõuellerent, magisq; cõuicijs & importunitate, quã argumentis & rationibus superare. Addunt verò etiã Augustinum ostendisse in Africa suo tempore superstitiosum & magnum multitudinis ad reliquias Stephanii protomartyris cõcursum, demeratis populis quibusdam illusionibus, quæ pro miraculis habitæ sunt. Nec his contenti, illud quoque adijciunt, apud Theodoretum illud esse memorabile, has martyrum reliquias ethnicos nihili fecisse, existimantes se inquirari, si ad eorum sepulcra accedant: quam illorum opinionem Theodoretus sibi dèm ait esse extremæ ignorantie & maximæ demeritæ. Poterant hæc sufficere ad istorum ostendendam insaniam, quandoquidem & Vigilantius hæreticos laudem, & que D. Hieronymus reprehensionem apud illos habet, & que D. Augustinus vt insignia dei miracula recitat, ea isti omni lachrymarũ fonte plãgèdi tenebriones, volunt illusiones fuisse. Tum postremò ethnicorum exemplum loculos martyrum contemnentium, nobis opponunt, quasi iam ab ethnicis demeritum cultoribus, quid nobis agendum sit, discere debeamus. Sed ipsi certè eò hoc protulerunt, vt boni omnes intelligant, eos dum martyrum reliquias contemnant, ad ethnicorum esse deuolutos impietatem. Augustinus sanè apertissimè testatur, facta suis temporibus multa miracula, Deo faciènte per quos uel

let & quemadmodum uellet: eaque ita recenset, vt ea plurimum uelit habere ponderis ad confirmandam fidem nostram. Libet huc ex eodem Augustini loco breue adscribere miraculũ, vt istis stomachus moueatur: Sanctimonialis quedã, inquit, cum ægritudine laboraret, ac desperaretur, ad memoriã Stephanii martyris tunica eius allata est, quæ antequam reuocaretur, illa defuncta est. Hac tamen tunica operuerunt caudæ eius parentes, & recepto spiritu, salua facta est. Sed ut quæ in insaniam Centuriones, uel potius ut quæ in eis & cum eis torqueatur diabolus, qui ut olim per Eunomium & Vigilantium detestabiles hæreticos, teste Hieronymo contra Vigilantium, ita nunc per eos ipsos Centuriones ridet martyrum reliquias, sunt tamen miracula hæc, quæ ab Augustino prolixè commemorantur, illius ipsius facta uirtute, qui olim ad umbram petere uentis Petri curabat ægros omnes. Non est autem magnoperè mirandum, quòd bellissimi Euãgelici nostri Centuriones cum suis symmystis buccinatoribus ita debacchantur in miracula diuinitus ad martyrum & sanctorum reliquias edita, cum se cernat hac gratia, ut etiã omni uera uirtute, ad eò deficiunt, ut nec ullum unquam canem claudicantem restituere potuerint. Inuident igitur Catholicæ Ecclesiæ & eius clarissimis membris sanctis martyribus & eorum reliquijs hanc efficaciam, & immani blasphemia opera DEI non uerentur atrocissimè calumniari, & dæmonum illusionibus ac figmentis tribuere homines planè profligati & perditii, qui non contenti vexasse Ecclesiam etiam nũm in terris militatẽ, etiã in illam iam cum Christo in cælis felicissimè triumphantẽ, suos stylos & blasphemias linguas acuunt, habituri quandoquæ amplissimã mercedẽ tam nefariè peruersitatis. Quam enim est illa eorum intoleranda impudentia, quòd

Miraculum
ex S. Augu-
stino.

Act. 5.

Hæretici
cur lacerent
sanctorum
miracula.

*Impudentia
hereticorū.*

scribere non verentur, totis quingentis à Christo annis nullum verum miraculū à sancto aliquo post mortem editum reperire se potuisse, cum tam multa vnus recitet Augustinus, quæ se certò sciuisset, quibusdam etiã presentem interfuisse affirmat: vcalios grauiissimos Patres & Scriptores omittamus, quos omnes isti videntur velle insimulare mendacij, quasi eadem vanitate fuerit Augustinus & alij sancti Patres, qua sunt isti egregij Ceturiones, quos non pudet foriter & insigniter mentiri. D. Ambrosius Epistola 85. præclarissima ad sanctorum Germanij & Protasij reliquias declarata miracula recitans, super quas etiã multa indumeta iactata ait, vt ta-ctu ipso medicabilia resposcerentur, ita subiungit Gratias tibi Domine Iesu, quòd tales nobis sanctorum martyrum spiritus excitasti, hoc potissimum tempore, quo Ecclesia tua, præsidia maiora desiderat. Non adscribit ille, vt nostri stupidi Centuriones, sanctorum miracula dæmonū illusionibus, sed pro ijs Christo gratias agit. et rectè quidem ob tam tam improbitatem in illos quadrare potest, quod sermone 19. de Arrianis dicit idem Ambrosius: Nò aliter, inquit, eorum operibus inuiderent, nisi fidè in his fuisse, quam isti non habent, iudicaret, & fidè illam Maiorum traditione firmatã, quam dæmones ipsi negare nò possunt. multa hinc studiosè prætereo Centurionū nostrorum còmenta & fraudes, quòd nimis longum sit omnibus annotandis immorari.

*Translatio
reliquiarū.*

*Cent. 4.
Cap. 6.*

Multum etiã miseros istos torquet reliquiarū Sanctorum trãslatio, quã more suo audeat vocat superstitionem, & interim ipsi nò ignorant, rem esse in Ecclesiæ vsu & praxi antiquissimã, nec tamen verentur cæci & miseri dicere, eam partim ex ethnica superstitione primùm cœpisse, & mirum in modum mendacibus prodigijs & signis confirmatam, magis què creuisse. Est hæc illis impietas cum impijs Porphy-

Porphyrio & Eunomio còmunis, vt miracula & signa diuinitus exhibita, præstigas dæmonū effecallumnietur. Leginus in D. Hieronymi scripto còtra Vigilantium, sanctas reliquias Audræ, Lucæ & Timothei ab Còstãtino Imperatore trãslatas esse Còstantinopolim, & apud easdè dæmones rugiisse: ab Archadio quoquè Augusto Samuelis ossa de Iudæa trãslatas in Thraciã, & Episcopos eius cineres in Ierico & vase aureo portasse, habemus in his multis què alijs celeberrimis ex èplis Catholicè Ecclesiæ morè antiquissimū, qui apud nos longè plus valere debet, què innumere Centurionū & similiū tenebrionū calumniæ & blasphemie. Eât illi in tenebras cum suis portetosis calonijs: nos in Ecclesia Cathol. Christū ducè & authorè sequimur, cuius spiritu scimus Ecclesiã regi, nec posse errare vnquè. Hoc verò tamè obseruatu dignū est, multa ab istis Centurionibus diuinitus declarata miracula apud reliquias & memoriã Sanctorū totius ferè Europe, vel silentio vel mēdacio supprimi & aboleri. est in Sicilia tēplū Philippi, q fuit Petri Apost. discipulus, & ab illo missus in Sicilia, ad quòd quotannis eo die, què illi facer est, multi à dæmonibus liberant. et expediret profecto, nostros quèquè eò adduci Centuriones, si fortè abiecta pfidia liberari possent à malis dæmonibus, qui eos ad hæc & id genus alia cōscribenda impellūt. Anno salutis 1541. ducetè penè scēmine ad hoc tēplū expulsis tētris spiritibus curatæ sunt. Huius Philippi Centuriones isti nec mentionem quidè facere voluerunt. In eadem Sicilia aliud templum est S. Viti longè celeberrimum, quod cum inuisunt rabidi canis morsu infestati, curantur. In Hispanijs celebris est memoria Iacobi Còplutensis Frãciscani. Huius meritis & intercessiōe, vt ait Michael Medina doctiss. theolo- De recta in
Deum fide
tur, ad cò vt etiã Carolus, Catholici Hispaniarum
lib. 2. ca. 8.

regis Philippi vnicus idemq; charissimus filius, teste eodem Medina, post omnium medicorum desperationem, post totius regni mœrorem, post regie domus lucus, ex capitis cōfractiōe penè à mortereceptus sit. Sed hæc nostri Centuriones, aut non vident, aut præstigias dæmonum esse ore impuro vociferantur, quorum incredibilem audaciam & immanem pectorum cecitatem nemo vnquam satis & admirari & abominari poterit. Nam etiã in signis illa miracula, quæ Eusebius testatur, edita esse ad illam herbam, quæ ad imaginem Christi, apud Pantendem à muliere quã Christus sanguinis fluxu liberat, statuta fuit, vsque adeo obscurare non veretur, vt & herbam illam supersticiosam vocent, & imaginem horrendo fulmine disruptã sceleratissime mutiantur, cum eam quidem imaginem Iulianus apostata iusserit deijci, & suum in eius locum simulacrum substitui, quod mox ignis cœlitus immissus inã distulcit, vt collum atq; pectus à reliquo corpore auulserit: porro Christi imago, quam ille scelestus suo loco mouerat, à Christianis in templum translata est, vt istos impudētissimos nugatores tam turpis mendacij meritò æternum pudere debeat: quem admodum & immanis blasphemia, quod Christi beneficia per illam herbam, curandis morbis omnibus efficacissimam exhibita, ad superstitionē trahere non dubitant: quam quã nē in signe hoc de Christi siminara imagine mendacium ipsi cōfinxisse videntur, nouo mēdacio eius rei teste citant Zozomenū, cuius alioqui vilis apud illos authoritas est, qui tamen nihil huius habet. O viſos Evangelicos, ô fidiſsimos historię Ecclesiasticæ scriptores. Est autem Lector, & in scribendis historijs eos bona fide versari sibi persuadeat, quos neque piget, neque pudet tam profligatã vanitatis. Tales sunt nostrorum temporum historici Evangelici.

Li. 7. ca. 18.

vel iuxta

Ruffinū, 14

Cent. 4.

Cap. 13.

Si hoc loco adferre velim, quæ illi de imaginibus non venerandis eadem fide & integritate scribunt in suis malè cōfatis Centurijs, nimium longus ero. Et hic tamen illorum atroces morsus & vipereas linguas pati cogitur etiã illa Magni Constantini sanctissima mater Helena, quam pro sua terrerima conuiciandi libidine mulierem supersticiosam vocant, nec volunt ab eã Domini Crucem esse inuentam, cum id testentur tam multi peruectusi patres: immò verò ipsi iſdem Centuriones parùm attentim ad illud, quod vulgò dici solet, mendacem esse memorem oportere, in eadem Centuria, vbi ihſuchus non admittunt, iidem affirmant his verbis: Helena mulier supersticiosa illuc profecta adorandi causa, reperia Domini cruce, duo templa ædificari curauit. Hoc verò in illis rarum non est, vt parùm sibi consentent, quod mendacibus euenire necesse est. Sic in eadẽ centuria & negant apud Eusebium extare mentionem inuentæ crucis, præterquam in Chronico, cui tamen id voluit à posterioribus insertum, & aiunt id apud illum haberi lib. 3. de vita Constantini. Eodem modo alibi sanctissimam Longobardorum reginam Theodelindam stolidam & supersticiosam, alibi in eadem Centuria mulierẽ pietate & eruditione insignem, atq; etiã piſſimam vocant. Hoc quidem pacto cœca impietas seipsam destruit & euertit. Pertinent autem etiã ipsi ad eorum numerum, quos Apostolus vocat inimicos Crucis Christi, cuius venerationem non ferunt, bellissimi discipuli sanctissimi patris sui Luteri, qui in Concionem quadam asserere non dubitauit, se quidem sicut Luteri imomnes crucis Christi particulæ apud ipsum essent, pia vox in eõ illas proiecturũ, quò nulli mortaliũ pateret aditus. Et quãuis Ceturiones Constantinũ citent, qui crucis fuit præcipuus venerator, tamẽ nõ verentur Centuria 3. ca. 10. Crucis vsum ad Montanistarũ er-

Cent. 4.

Cap. 13.

Cent. 4.

Cap. 6.

Cent. 6.

Cap. 6.

Ibidem cap.

2. & 3.

Philip. 3.

Luteri im.

pia vox in

Cruccem

Christi.

rorem reuocare. Et est reuerà magnus ad ethnoicifmum atq; adeo atheismū sub hoc nouo euangelio factus progressus, dum pleriq; eò tandem deuoluuntur, vt nulla ratione adduci queant, crucis vt signū frontibus suis imprimāt: quod quidē efficere apud nos potest, vt minū admiremur, tantas esse hodiē dēmonū vires, quippe quę crescant hominū amentia, salutaria remedia contra illorū insidias & insultus adhibere nolentium, cum olim etiā lōgē ante mille annos vſitatissimum apud Christianos fuerit, crucis signum in fronte digito pingere. Est apud Augustinum memorabilis sentētia, quā huc adscribam in gratiam Centurionum & eius farina quini euangelici buccinatorū, vt pudeant: quid est, inq; quod oēs nouerūt, signū Christi, nisi crux Christi? Quod signum nisi adhibeatur siue frontibus credentiū, siue ipsi a quę qua regenerant, siue oleo quo chrismate vnguntur, siue sacrificio quo alunt, nihil eorū ritē perficitur. Augustino lōgē vetustior Terullianus, ad omnē, inq; pgressum atq; promotū, ad omnē aditum & exitū, ad vestitū & calceatū, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quacumq; nos cōuersatio exercet, frontē signaculo terimus. Sed nostri Euangelici cum his nihil habēt cōmerciij, sicut nec cum Ecclesia Dei, extra quā illi suas condunt synagogas, in quib⁹ spiritu vertiginis agitati, portentosa subindē estingunt paradoxa, aut iam olim explōsa refingūt, in quibus etiā illud est Brentij schola profectū, cruce se signare, ad superstitionē & magiam pertinere, nec magis ad pietatē facere digitis crucem formare, quā si manibus in aēre circulum descriperis; item illud: Signū Crucis non esse Apostolicę traditionis, nec elementū eam, sed figmentū appellandā, & nō eā, sed asinū potius adorandū, qui naturalē dorso portet crucem: denique omnē hunc Christianum cultū, magiam esse & idolo-

idolatriam. Putō equidē nō longē istos abesse ab ethnicismo, vel potius atheismo, q in tam immanes blasphemias prolabantur. Sed sic solet iratus Deus punire eos, qui sibi plūs sapere vidētur, q sapiat totus orbis. Vx miseris mortalibus infelicissimi seculi huius, q in istos tā exitiosos & blasphemos dogmatistas inciderunt. Sanē Cēturiones nostri cum multis citēt vetustissimos patres, & in ijs Ambrosium, Augustinū, Chrysoſtomū, qui præclare sentiant de crucis signatione, nō tamē verentur eorū hac de re scripta vocare superstitiosa, & vehementer cōtumeliosa in meritū Christi, atq; cum fide pugnantia. Et eam quidē Augustini sententiā, quā paulō antē adscripsi, ipsi quōquē habēt, & cum negare nō possint esse Augustini, eam tñ putant illi non esse tribuendam, O cæcos & stupidos Centuriones. Non vidēt dum tot sanctiss. patrū proferūt amplissima testimonia, nihil se cōsequi aliud, nisi vt totus orbis eos vt impios hereticos exhiberet & execreret, qui à totius Ecclesię sententia & cōsensione discēdat, & tot patrib⁹ summā audeat irrogare contumeliā. Latet autē in hoc ipso magnus quidā istorū dolus, q dum vetustissimis illis patribus fidē & auctoritatē detrahere molliūt, facilē id cōsecuturos se sperant, vt aliorū omnium, qui per mille deinceps annos scripsēre, testimonijs pondus omne detractū videatur. Sed dabit quādoquē deus pius & bonus, vt isti Centuriones, vbi eorū fraudes & prestigie hominibus innotuerint, ceu vanissimi impostores ab omnibus explodantur & exterminētur, & cum suis mendaciorum Centurijs in solas terras relegentur, si nihil eis acciderit deterius. Vtinām verō respiscant, & mature agenda pœnitentiā, Deum & Ecclesiam sibi reconcilient. Hęc Lectori paucis indicata volui, vt & præsentēs & posteri intelligāt, quales viri fuerint, qui nostra ætate Ecclesiā Christi oppugnāvūt.

*Tractatus
118 in Io-
hannem.*

*De Corona
militis.*

*Brentius cō-
tra Sorum.*

*Idē in præ-
fat. in respō-
sionē ad
reju. Hosij.*

Hoc etiã anno in ducatu Vuirtenbergenſi, vbi Brentius eſt ſuperintendens, promulgatum eſt editum contra Sacramentarios.

Iohannis à Lasko ſcriptum poſthumum.

Baſileæ prodijt liber Iohannis à Lasko, cum hac inſcriptione: *Reſponſio ad virulentã, calumnijsq; ac mendacijs cõſarcinatam Ioachimi Vueſtphalis Epiſtolam quãdam, qua purgationem Eccleſiarum peregrinarum Francoforti conuellere conatur &c.* Adeo etiã poſt fata Laſkus nõ deſinit eſſe inſeſtus miſero Vueſtphalo, qui ſi ſe defendere velit, cum vmbri illi pugnandũ erit. Porro Theologi Ienenſes Supplicationem edũt ad principes & ordines Confeſſionis Auguſtanæ, pro legitima ſynodo, in qua Luterani ſoli conueniant, & Zuinglianos atq; alios aduerſarios condemnent. Non dubium quin illius ampliffimę ſynodi decreta plus authoritatis & ponderis habitura fuerint apud miſerę fascinatam plebem, quã ea omnia ſacroſancta Concilia, quæ Romani Pontificis voluntate & authoritate indiãta vnquam & habita ſint. Et quid eſt abſurdum magis? O quod prolapſa eſt Germania?

Meſhuſius in ſacramentariis.

Quin & Tilmannus Meſhuſius libellum Ienę edit contra Sacramentarios, & mox in ipſa Preſatione queritur, Zuinglij & Caluini errorem de Cœna late per orbem Chriſtianum diffuſum eſſe, cui etiã gubernatores potentes applaudant. Inter cætera, hoc libro ſuum, id eſt, Luteranum de Cœna dogma ex ſcripturis & patribus probare conatur. Idẽ contra faciunt Zuingliani. Non itã pridẽ Superintendentes Heidelbergenſes huiuſmodi decretum promulgãrunt: Luteri & Brentij Catechiſmi extra Eccleſiam eiſciantur, & eorum ſcripta nullam habeant authoritatem. Eccẽ vt ille Pontificiæ authoritatis impotentiffimus exagitator & euerſor, iam à ſuis planẽ reiſcitur & proſtigatur. Idem conuenit omnibus alijs turris Babyloniciẽ ſtruãtoribus.

Franci.

Franciſcus 2. Galliæ rex poſt celebrem ſuã apud Rhemos inaugurationẽ, cum multo comitatu Ambrãſias ſe conferret: vbi paulõ poſt à ſeditioſis quibusdam excitato tumultu, res ad ſummum ipſius regis & vniuerſe aulæ periculum ſpectare videbatur. Sed eccẽ Deus miſertus optimi adoleſcentis, authores ſeditionis prodiit, de quibus mox 24. Martij grauiffimum ſumptũ eſt ſupplicium. In Scotia hoc anno mirẽ tumultuatum eſt, dum Caluiniffimum amplectuntur, Anglis ſuppeticas ferẽtib; qui & ipſi Caluinifficum Euangeliũ complexi erant. Regina Scotiæ longẽ optima, Maria Guifani olim Ducis filia, dum à Galliæ rege contra non itã dudũ de religione concitatos motus ſuppeticas opperitur, curis permultis & morbo conſecta, moritur Edimburgi in arce regia. In Gallia quoquẽ pleriq; Caluiniffimũ ſuſpirabant. Interim eniũ, dũ Hẽricus rex tot perpetuis annis grauiffimo bello implicatõ tenebatur, Caluinus cum ſuis ſummam naãtus opportunitatẽ, peſtilentiſſima ſcripta per Gallias clãm diſperſit nõ Latino tantũ, ſed etiã Gallico idiomate: qua re multos deprauauit. Itaque Franciſcus rex, ſummæ ſpei adoleſcens, omnibus regni Ordinibus Cõuentum indiciẽ religionis componendæ cauſã. Verũm nõ diũ poſt ſuperuixit, 4. Decembris die morbo increbreſcente extinctus. Succẽſſorem habuit Carolum fratrem ſuum, 12. annorũ puerum magnæ ſpei. Exat ſcriptum Galli cuiuſdã, in quo inter alia reſertur, neãdãſſimum Geneuæ inituũ fuiſſe conſilium de hoc ipſo rege Franciſco, Regina vxore, Regina matre Franciſci, & eius liberis, proceribus, bonis magiſtratibus ad certum diem commodo loco per inſidias trucidandis: atque eius crudeliſſimæ, & poſt homines natos atrociffimæ conſpiratiõis Bezzam principem, Caluinum authorem, Ottomannũ ſubſignatorem, Spiſamium ſuaſorem, omnes Gallię præ-

Regis Gal- lia periculũ

Scotia Cal- uiniffimæ.

Franciſcus rex occidit

pređones & lanistas confcios fuiffe. Si quem plura noſſe iuuat, legat religioſis & regis aduerſus exitioſas Caluini, Bezzæ & Ottomanni coniuuratorum factiones defenſionem primam. Multa hoc anno feruntur viſa portenta. Alicubi ignis in aere per horas tres, Alicubi ſanguinem pluiffe, Foſani tres comete viſi, In planitie iuxta Centalium maximus equitum numerus turmatim conſpectus: multaq; in Gallijs, Germania, Polonia portenta alia. Iam enim paſſim homines à Catholica religione ad plauſibilia multiplicis noui Euangelij dogmata deficiebant, digni qui eiufmodi oſtentis terrentur.

*Conuentus
Numburgiſis
Euangelicorum.*

ANno 1561. Conuentus fuit Principum Auguſtanę Confeſſionis Numburgin Durungia. Quidã Zuinglianſcribit, in hoc Conuentu acerrimè actũ eſſe, ut ferebat, de Zuinglianis ſolenniter & quã apertiffimè condemnãdis, ſed id quorundã principum bonitate eſſe impeditum. Miſit ad eum cõuentum Pius 4. Pontifex nuncium ſuum virum longè doctiſſimum, nobili apud Venetos ſtirpe editũ, cui Cæſar Ferdinandus ſuum quoquẽ legatum adiunxerat. Sed quòd Principes Auguſtanę Confeſſionis ſuorum concionatorum verbis plũs æquo tribuerent, illa Pontificis legatio parũm effecit. Porrò Ioannes Caluinus ſcriptum euulgar contra Heſuſium, quibus eius nebulæ diſcutiantur, Mex Theodorus beza inſignis Caluinnianus, duos ſubmittit diſalogos aduerſus Tilmannum Heſuſij ſomnia: prior Cyclops, poſterior Sophiſta inſcribitur: vt animaduertas Euangelicorum mutuam inter ipſos modertiam. Edidit quoquẽ abſterſionem aliarum caluinniarum Heſuſij in Caluinum. Sed & Boquinus Theologus Heidelbergenſis examen libri ab Heſuſio ſcripti euulgar. Porrò verò Guilhelmus Clebitius, ò facinus audax & incredibile, librũ edidit hoc titulo:

*Caluinnius
cum ſuis cõtra
Luteranõs.*

Victoria veritatis, & ruina papatũs Saxonici. Sed quia ſublimis fuit Papatus Saxonicus Martini Luteri, nõ potuit ruerẽ, niſi fracta ceruice: ſepeliatur ergò, nec eius dein cõpẽ vlla ſit memoria. Hoc quidem contẽdunt Sacramentarij, ſed Luterani non decunt ſuo Lutero Papę Saxonico. Eodem ferè tempore etiã Johannes Sturmius quẽdam Buceri ſcripta Euchariftica diuulgar, & in præſatione ſua queritur, Luteranos importunitate & iniuſtitia ſua curſum Euangelij impedire, ad extremũ dicit, Si magiſtratus illis hominibus per triduum gladium ſuum cõcederet, crudeliſſima ſtatim ſecutura condemnationum tonitrua, fulgura, fulmina, &c. dicit etiã eos, quos velint, & quã velint probare: rursũm, quã velint, & quos velint, improbare, vexare, condemnare, proſcribere, palo propè & cruci aſſigere, in ipſas propè viſtrinas & rogos impellere &c.

*Ruit Papa
tus Saxonicus.*

*Sturmij de
Luteranis
iudicium.*

Porrò Liplix Martinus Kemnicus Brunſuicenis Apoſtolus Repetitionem edidit ſanę doctrinæ de vera præſentia corporis & ſanguinis Domini in cœnana, Prodiit verò etiã Brentij liber de pſonali vniõne duarum naturarum in Chriſto, in quo veram corporis & ſanguinis præſentiam in Cœna Luteriç explicat, valdè tabeſcẽtibus Zuinglianis, qui eam plagam à Brentio acceptã nollent. At tamen Petrus Martyr illi reſponderet, & defendit negocium Zuinglianum. Scripſit aliũ quoquẽ libellũ Brẽtius cõtra Bullingerũ, q̄ nihil minũs forſan ab illo expectãrat. Hoc anno quidam impius, blaſphemus & ter excrebrilis furciſer, Lucas Sternbergerus nomine, in ſacroſanctam Trinitatem, in CHRISTI IESV diuinitatem, in ipſum quoquẽ Spiritum ſanctum, in ſanctiſſimam Dei genitricem Mariam, de Sabbato poctiũs quã Dominico colendo, de Euchriſtia: Sacramento, de Baptiſmo denique, quod ſatanicã voſphemiam dicitur, tam horrẽda & abominanda pa-gmata.

lãm

lām dixit & asseruit, vt nullę pię aures sine horron
ferre queant. Idem ipse cūm aliquandō paucior
opinione sua coenam Dñi percepturos haberet, ali
os omnes his verbis accersiu: Venite hęc: nō enim
possū solus illum deuorare. Et ille quidem in Eu
charistia se fasus est Melanchthonem sequi, in reli
quis Sacramentis Luterū. Docuit inter alia, nō esse
Trinitatem, sed vnum Deum: non Christū, non spi
ritum sanctum. Huic tam impię opinioni quorūdam
alia planē contraria emerit in Polonia, dicentibus
quibusdam Pseudoprophetis, non vñ, sed tres esse
Deos: at Filium tamen aliquanto minorem esse Pa
tre & Spiritu sancto: porro Athanasij symbolum in
re sathanasianum appellandum. Sciscitantibus quibus
busdam Polonię proceribus, vñdē hoc dogma ac
cepissent, illi respondent purum putū esse Euange
lion, & eam doctrinā se accepisse à suis præceptoribus,
Caluino, Bullingero, Petro Martyre, & Vuolfgango
Musculo. Hunc verò tantū thesaurum nunc
demū voluisse Deum p suos fideles seruos reue
lare. Sed cū tali thesauro abeant illi quō digni sunt,
Ecce quō tandē proruit humana temeritas, & te
meraria impietas.

*Conuentus
Lunaburgensis.*

Saxones Luterani Lunęburgi Conuētus agunt,
damnantque hereseos Albertum Hardenburgum
Zuinglianū. In Transyluania alij Luteri, alij Sacra
mentariam de Sacramētis doctrinam recipiunt. In
dē secuta est Ecclesiarum distractio, effusē ridentibus
Turcis tantam Christianorum infaniam. Porro
Bremenfes, qui ferē ex primis Saxonię populis Lu
teri Euangelium susceperant, iam nouo affliti spi
ritu, Calvinismum complectuntur, fremētibus Lu
teranis, quōd à vera Luteri luce ad has tenebras es
sent deuoluti. Luterani omnes ex vrbe profuges
compulsi sunt. Vbi nūc sunt illi, qui ea in vrbe hęc
tenēs Luteri Euangelium tanquām certam veritatem

tē amplexi sunt? Scilicet Calvinus plūs vidit, quām
Luterus Germanicus Elias.

In Gallię Christianissimo regno multi à Catho
lica religione ad Caluini blasphemias deficiunt, &
res nōdūm satis sopita est.

Annus 1562. in primis in faustus & luctu
osus fuit florētissimo & Christianissimo
Francię regno, in quod iam sensim
irreperant ferē belluę hæretici Calui
niani. Sequitur est hoc anno mirabili
ter & plūs quām Tartaricē vel Turcicē in sacrosan
ctam Eucharistiam, in res Deo sacratas, in templa,
in monasteria, in calices, vasa sacra, & id genus alia.
Ex Duodecim noui Euangelij buccinatoribus, qui
inter alios verbi ministros se dicebant, octo vel nou
uem erant desertores monachi, quos euomuerat
Christus ex ore suo. Omnium verò dux & signifer
Theodor^{us} Beza, in bonis Ecclesiasticis egregiē iam
antē etiām luxuriat^{us} fuerat. tales ferē plerique oēs
fuerunt horum infeliciū temporum præcipui do
gmatistę & buccinatores multiplicis noui Euange
lij. Habet autem malus dæmon amplam potestatem
in eiusmodi impios & deploratos apostatas, quibus
ceu aptissimis malitię suę organis & ministris ad
omniuariam abutitur in miseris & incautos homi
nes spargendam & propagandam nequitiam & im
pietatem. Huius igitur Bezæ satellites inter aulicos
quosdam suū cœpēre virus spargere, & quos in
suam potuēre nassam ptrahere, illis persuadere co
nati sunt, nē nefas esse putarent mentiri, fallere, sin
gere, agere prædas & sacrilegia perpetrare: nec huic
bellissimo euāgelico Thraconi deerat suus quidam
verbi Dei egregius prætextus, sub quo perditissimi
nostrę ætatis hæretici innumeros perdidērunt. Et
erat hęc doctrina plausibilis, sensimq; per hęc apud
quosdam nō infimos sibi gratiam conciliārunt. Ea
obtea-

*Hæretici
seuunt in
Gallijs.*

*Spargitur
virus inter
aulicos.*

obtēta, in eam cogitationē incubuere, sua vt cōsilia in opus conferrent, statueruntque mense Ianuario cuncta Galliarum templa diripere & expoliare, nihil quidē aliud ex illa praeda quam aurum Tholosanum relaturi. Id vt suos haberet successus, totos suos omnes iusserunt quantam maximam possent hominum turbam cogere, & hospitia omnia vicium occupare, quō facilius hac ratione suas illi præclaras prædas nocte vna, absque civium prohibitione, possent agere. Interim iactabatur illis, si quod animo destinarent, re ipsa possent consequi, ante Maium mensem haud obscure ipsorum pium propositum & consilium perspicuum iri. Sed vt sunt versuta hæreticorum ingenia, inter eos qui callidè cogitarent, si Senatūs seu hæc sacrilegia & templorum dirptiones haberent, alias nationes id illis probro daturas, & pessimè interpretaturas, neque plerosque Galliarum proceres & homines eas rapinas toleraturos: præstare igitur, vt res differatur, atque inter eam rationem atque Regis & Senatūs eius fallendi, atque hac via alicuius mandati conflandi, vnde Regis voluntate & consensu hoc negocium agi appareat. Hoc quidem sic nonnullis visum tum fuit, sed plerique Aquitani huius moræ impatientes, magno impetu in sua regione omnia comminuerunt. Est enim in hoc nouo Euangelio spiritus quidam vehemens, qui miseros homines agit præcipites ad audenda ea, quæ sani homines nunquam auderēt. Cùm enim male persuasi sint ab impostoribus pseudoprophetis, hæc tamen ipsos ambulasse in tenebris, iam deinde veram apprehendisse lucem, non sobrietatis, sed amentię musto ebrij, ruunt in facinora, & cùm multa agant, non verbis, sed flammis vindicanda, tametsi putant rectè & religiosè agere: quæ persuasio tamen addit vires temeritati, vt tanto res nefarias auidè

*Versuta
hæreticorum.*

*Furor hæ-
reticus.*

liberati

liberius, quāto eas arbitrant magis Deo gratas, Et hæc quidē de imperita multitudine dici possint: nā multi etiā non errore, sed malitia peccant. Porro aut etiā Parisijs visebantur plures solito homines armati ad cōciones procedere duobus in locis, nec obscurè licebat animaduerti, non nisi pessima quæque istos machinari. Nam & minas vulgo intentabant, & verberabant obuios, nemine ferè contradicente: eoque planè spectabant, vt cuius causa eò venerant, id quamprimùm exequerentur: at tamen reformidabant populi frequentiam, licèt inarmati. Si quis enim civium ab Hugonistarum (sic vocabatur socij Calviniani) factiōe alienus gladiū gestasset, is vt seditiosus comprahendebatur, cùm tamen isti Hugonistę omne genus armorum circumferrent. Ipsi Iohannis Euangelistę ferijs, cum Hugonistę frequentes admodum ad concionem iuissent, & ea absoluta, Catholici ad preces vespertinas in sancti Medardi & de campanas pulsarēt, Hugonistę eam pulsatiōem iniquo tulere animo, eaq; verbi Dei prædicationem interturbari querebātur. Inde igitur arrepta occasione, in ædem necdum benè exadificatam armati impetum fecerunt, vna manu gladium, alia sclopetum gestantes, effractisq; valuis omnibus, miseram plebem inuaserunt haud aliter, quā si bellum denuciatum esset. Erat ibi cum plebe concionator Catholicus, quem isti viri Euangelici itā tractarunt parū Euangelicè, vt ille iam procumbens in genua, capitis sui sectionem expectarēt, sed ictus illi intentatus, tunicā scidit, & carnī nō leue infixit vuln⁹, nec tam è caput penitus amputauit, deinde ense quo ad collibitū est, illū egregiè verberarūt. Quosdā etiā alios enecarūt, nec paucos fauciarūt. Ipsam verò sacrosanctā eucharistiā, quod sine horrore dici vix potest, homines emotæ mētis confregerūt, & humi abiectā pedibus pculcarunt.

*Parisijs hæ-
retici inso-
lescunt.*

*Templū S.
Medardi
inuadunt.*

*Eucharistia
cōculcatur.*

Tam

Tam verò atrox bellum statuis indixerunt, vt ne vna quidem superfuisset feratur, cui nō amputāri caput, haud aliter quā si vitali illi spiritu animata fuissent: nec fenestræ vitræ huius furoris expectat esse potuere, è quibus multas comminuerunt, atque etiā aras nō paucas demoliti sunt, calices, reliquias, vestes sacras & quicquid abSPORTARI potuit, abolerūt. Horum dux quidam ad summam vsque aram ad equitās clamitabat, *Pilla tout/ Pilla tout, id est, Diripiatis omnia, Diripiatis omnia.* Tam qui omnium fuisset audacissimus & flagitiosissimus, is prae omnibus palmā referebat. Interea luctus & lachrymæ obtinebant catholici Parisienses, tum DEO, tum regi suo fideles, cum cernerent binos & binos tum presbyteros, tum alios vtriusque sexus homines vulneratos, in puteos sine vlla misericordia detrudi, atque ita crudeliter enecari: nec tamen ququam ausus erat tam barbaricam miserorū necem vel lachrymis vel gemitu proseguere. Si quis è catholicis vel suspexisset tantum, haud secus atque seditionis studiosus, verberabatur.

Miseram quandam mulierculam capillis apprehensam per plateas raptabāt & immaniter percutiebant, eam vnam ob causam, quod plorabunda dixisset. En quibus premimur angustijs: num perpetuò tam miseri futuri sumus?

Ibant autem Hugonistæ per urbem Parisiensem instructa acie equites iuxta ac pedites, distictis gladijs, alta voce clamantes, Euangelium Euangelium: non Christi vtiquē, qui non sic suum annuntiāuit Euangelium, sed Caluini & Bezae, insignium Antichristi anteaambulorum, qui ei amplissima praepararunt itinera. Addebant etiā: Vbinām sunt idololatræ papistæ? & id genus multa alia digna talibus viris & tali euāgelio. Nec verò occurrebat populo catholico, quod ad hæc responderet, aut quò se verteret.

Meat

Mense Ianuario conuentus egit Senatus regius, vt statuerent tolerari ne deberet in Gallijs gemina religio, & Hugonistis templa permitti. Tandem, vt quidam scribunt, permissum est Caluinistis impune concionari, baptizare, sacramenta contemere, sed extra tamen urbium mœnia. Vt verò animi Parisiensium lenirentur, multa ipsorum causa facta dicebantur, quando quidem in hoc edicto id quoque haberetur, nefas esse Caluinistis intra vrbes templa erigere, vel concionari, tametsi non verabantur in urbibus commorari & degere. Hoc autem edicto Caluinistæ se mirifice tuebantur postea, nec dubitabant dicere, proceres illorum approbasse religionem, cum tamen disertis verbis in eo edicto haberetur, nolle ipsos duas approbare religiones. Iam porro sedarij confidentius quā antè suis se induebant armis, idque sub specioso edicti huius exequendi praetextu. Rex etiam nūm admodum puer erat, nec poterat rebus afflictis Galliae in hoc miserabili tumultu ita facile opem ferre, erantque etiam quidam magni nominis, qui Caluinianis concionatoribus non obscure fauerent: quod idcirco dixerim, nē quis temerè hanc rerum confusionem in illo florentissimo regno regi puero longè optimo & summæ spei adscribat. Si regi Francisco, huius regis Caroli fratri, diuturnior vita cōtigisset, hereticorum conatus nō illos fortassis progressus habuissent. Sed propter peccata hominum permisit DEVS aliquid posse impium Bezam cum suis socijs apostatis monachis: rursum vbi immensæ eius bonitati visum erit, regnum illud Christianissimū ab omni hæreticorum fermento repurgaturus.

Cum autem hæc ita gererentur, vt paulò antè dixi, Senatus Parisiensis, quem Parlamentum vocant, disertis verbis ad ea sic respondit: Nec possumus, nec volumus, nec debemus.

Quibus verbis satis
A a a decla-

Catholici
aliquot in
puteos de-
murgantur.

Conuentus
Senat⁹ regij

Sententia
disertis verbis
Senatus Par

isiensis.

declararunt, quam essent plerique animis alienab
istorum hominum conatibus & machinamentis. At
tamen ob armatę multitudinis metum, postea nõ
nihil mutata sententia edictum illud passi sunt cer-
ta quadam ratione non aboleri. Iam enim Calui-
nianorum ingens erat numerus, & armis perstrepe-
bant. Verum nec sic quidem satis factum sibi puta-
bant Calvinistę, quippe qui non hoc vnum specta-
rent, vt illis suo more continere & concionari lice-
ret, licet plurimum id se obtinuisse lætarentur, quod
hęc ratione populum in suam nassam possent per-
trahere.

Quando verò potestas illis facta non fuit noua
templa construendi, ministri seu buccinatores Cal-
uiniani à rege impetrare moliti sunt, vt liceret ipsi
in Catholicorum templis sua agere ministeria: qui
in re mirabili vsi sunt vaficie. Simulabant enim se
cum Catholicis in ipsorum velle redire Ecclesias,
modo quædam remouerentur, quę ipsi censerent
diuino repugnare honori: atque de his cupiebant
audiri contra Theologos & eos omnes, qui ipsi id
negandum putarent. Hęc autem illi sic petebant,
vt suarum rerum incrementa inde oritura non am-
bigerent. Tandem definitum est, vt cum Calui-
nianiis ministris Catholici Theologi de religione
coram Regina disputarent: & missę sunt illicõ liti-
rę ad facultatem Theologicã Parisiensem, vt qua-
tuor aut quinque e suis mitterent responsuros ad
ea, quę ipsis essent proponenda.

*Disputatur
corã regina
cum here-
ticis.*

In hac disputatiõẽ à parte Calvinianorum prin-
ceps erat Theodorus Beza, qui, vt ait insignis qui-
dam Theologus, multa nouit adferre in medium,
si habeat obsequetes auditores, qui nihil illi oppo-
nant. Socius illi aderat quidam apostata Francica-
nus. Commodum sanẽ istis hæreticis eueniret,
quos

quod huic disputationi interesse non potuit
plurimum & doctissimus Lotaringię Cardinalis, ali-
bi tum grauibus negocijs occupatus, qui alias in
Poliaciã disputatione os impurum istius Thraconi-
ci Beza oppresserat, præsentẽ Regina & multis re-
gni proceribus. Interea ciuibus Parisiensibus
gloriosi Evangelici fratres persuadere nitentur,
ea quę Catholici docent, hominum inuenta esse, &
pugnare cum scripturis sacris, victosque à Calui-
nianiis esse Theologos Catholicos. At Parisienses
illis respondebant, maiores & præpositos suos non
minorem agere curam salutis suę, quã Calvinia-
nos: porrò ab illis suis maioribus & præpositis ha-
bere se doctrinam suam velut per manus traditam,
in qua illi haud aliter atque in fide IESV CHRIS-
TI, & in regis sui, tanquã legitimi principis &
domini sui obedientia, potiùs mortem essent oppo-
rituri, quã vnquã transituri in castra fremetium
beluarum atque ferarum, nouorum scilicet Euan-
gelicorum hominum, qui cælum terrę miscerent,
& ordines omnes perturbarent. Quod si verò
omnino oporteat ipsos rationem reddere religio-
nis suę, missuros se eò aliquot homines doctos suis
sumptibus. Deindẽ vrgebant summoperẽ Theo-
logos aliquot, vt ad disputationis locum celeriter
proficiscerentur. Nauabant id temporis strenuam
operam Catholicę tuendę religioni præter alios
etiã Guisij principes, magister equitũ, Marechal-
lus sancti Andreę, & ciues atque mercatores Pari-
sienses, qui se primos opposuerunt Calvinianis,
multumque posuere studij, operę & diligentię in
obsecrandis, adhortandis & extirpandis proceri-
bus, vt Calvinianorum consilia & machinationes
impedirentur.

Primum aut disputatiõis caput fuit, quod Calui-
nistę concionatores cuperẽt statuas, imagines, reli-
quias,

*Defensores
Catholicę
religionis.*

quias, templorum ornamenta destruere, constringere & eliminare: aiebantque non se redituros ad religionem nostram, nisi prius hæc & alia pleraque ipsi molesta profligarètur: scilicet in gratiam apostatarum recedendum est ab E C C L E S I A E Catholicæ institutis, & illorum impijs dogmatibus & Turcitæ iconomachiæ subscribendum. Fuit autem responsum illis abundè à Theologis Catholicis, sed illi ab hac sua sententia discedere noluerunt. Erant tum quidam ministrorum Caluiniatorum fautores, qui vt illos in suo proposito cõfirmaret, hac moderatione vtendum aiebant, vt imagines omnes exploderentur, dempta CHRISTI crucifixi. Sed id ministri ferre noluerunt, nihilo magis propitios erga CHRISTI, quàm Diuorum imagines, sese declarantes. Sed neque Catholicos audiendos dicebant. Si enim CHRISTI imago veneranda est Christi causa, quem repræsentat, idem Sanctorum imaginibus honor habendus est propter eos, quorum sunt imagines. Non deerant verò, qui hanc controuersiam ad Romanum Pontificem vel Synodum œcumenicam referendam stuerent: verum ita fiebat, vt quod apud Catholicos semper in vsu & more positum fuerat, iam in dubium verteretur. Et Caluiniati quidem hinc causam arripuère suis sacrilegijs & templorum exhibitionibus fucum quendam prætexendi. Est tunc quoddam ab eis scriptum editum, in quo illustrum mare nõ dubitârunt, se plena regis autoritate imagines confregisse, vt suam impietate in regem rejicerent, & sceleratissimè illum apud omnes traducerent. Sed & sermone passim apud omnes iacobitarum se disputatione obtinuisse, vt cum imaginibus bellum gererent, theologiamq; facultatem & Episcopos ab ipsis stare: nec talium mēdaciorem pudebat bellissimos Caluini discipulos. Iam quidā proceres

*Vanitas
Calumia-
norum.*

Caluini

Caluiniati clam militem conscribebant, alij eorum socij parum humaniter clerum tractare cœperunt. In pagis multi pastores vel parochi occidebantur, quibusdā sacerdotibus præcidiebant auricularas, easq; suis affigebant pileis. Duces & signiferi sectarij non deerant suis machinationibus promouendis: neq; ignorabāt quanti ipsorū interesset, si Lutetiam sibi possent subigere: ea em̄ in potestare redacta, reliqua oppida nullo negotio posse opprimi. Vili tūc sunt quadoque Parisijs in cõcione septingenti vel octingenti homines in equis, præter ingentem pedum multitudinem. Inuaserat indè timor ciues Parisienses, nec immeritò haud vulgariter commouebantur, quòd præcipui è sectarijs ad nongentas propè domos insignes eius amplissimæ vr̄bis prædæ destinassent. Opportunè autem superuenit clarissimus princeps Guisus, cuius præsentia ciuium animi recreati & confirmati sunt, & impedita consilia hominum factiosorum, qui iam spe deuorauerant facultates optimorum ciuium. Sic non deest præpotens DEVS spem suam in ipsum collocantibus. Tum verò fremere spe sua frustrati sectarij, quòd talem bolum sibi præreptum cernerent. Porrò ex vr̄be excedentes, aliò commigrârunt, vbi habita consultatione, cum intellexissent ab esse præter alios etiã Guisum principem, altero Paschatis die ad portam Parisiensem ridièrunt vr̄bem occupandi animo. At postquàm præmoniti sunt ne ad vr̄bem propius accederent, n̄ cæsos se vellent, actutum Aureliam omnes profugerunt, vbi facilis eis patuit aditus. Aiebant enim se mandato regis eò venire, vt oppidum illum conseruarent, nec vili damnum darent, cuique libera relicta facultate viuendi pro suo arbitrato, quemadmodum haberet edictum in Ianuario propositum, quo cautum esset, ne qua templa vexarentur aut spoliarentur.

*Periculum
Parisienis.*

*Hæretici
profugiunt
Aureliam.*

Sed belli homines hac ratione aditum in oppidum querebant, eaque fide hæc dicebant, qua uti solent hæretici omnes & perfidiosi ac simulati Christiani, aquo quos nullus est Dei timor, & honestus est promodum mentiri, fallere, periurare, nullis hanc promissis. Admissi igitur intra urbem Aurelianensem, in dies magis ac magis templa vastanda & excipilanda susceperunt, idque planè contra edictum, cuius se volebant videri patronos & cõseruatores. Et primò quidè libuit illis impetum facere in Abbatiam quandam, cuius templum vastauerunt, imagines confregerunt, sepulcra & fenestras vitreas dissiparunt, sedilia & quicquid ex ligno fabricatum erat, Vulcano cõsecrârunt, & in eundè ignem coniecerunt libros sacros in Abbatia repertos, multis interim vsi petulantissimis sermonibus. Deinde suos eò equos introduxerunt stabulatum, tantaque barbarie in illud monasterium sæuiêrunt, ut nullum eius murum integrum reliquerint. Quosdam etiàm ex monachis, qui illic remanserant, ceperunt, coniectosque in carcerem vi eò adigere voluerunt, ut ipsis indicarent sacras reliquias quas absconderant. Erant in ijs iuuenes quidam, qui magnis publicitationibus inescati, sacra ossa prodiderunt: quæ illi scelerati & nefarij homines flammis exusserunt, ut quantum in illis erat, rursus beatissimos martyres semel pro CHRISTO cæsos, ad carnificenam reuocarent.

Erant in monasterio illo duo iam affecta ætate senes, nõ ferè minores octogenarijs. Ex his alter in quodam pestilentis domus solario sedebat inclusus ad menses quatuor, clàm illi victum suppeditans quodam eius amico. Orabat verò diù nõ cessans DOMINVM, illud mortis expectans genus, quod DOMINVS ipsi vellet euenire. Alter pastoris functus officio in illa parocchia, p̄ id tẽpus itidem

more

monasterio clàm recesserat, latitaturus in exiguo quodam loco, ad quem tamen non diù post isti sacrilegi Aurelia profecti, cum ægrotum & miserum hunc senem, qui iam Eucharistiam ceu breuè morturus acceperat, inuenissent, percontati ex eo sunt, essetne monachus & sacerdos certi cuiusdam monasterij. Illo id minimè negante, restim in collum & subter brachia eius iniecerunt, sicque nudum dorsum pertraxerunt. Ut autem viderunt iam ferè extremum illum ducere spiritum, cruentissimi catinifices letifero ictu caput eius pulsârunt, atque iram animam exhalauit. Nec hoc contenti, homines omnis humanitatis & pudoris expertes, ad arborem cadauer alligârunt, & pro animi voluptate sclopettis illum traiecerunt. Postquam verò iam dictum monasterium vastauerunt, ad alias Ecclesias progressi sunt, sed multa cum simulatione, ut est solenne apud hæreticos. Proclamatum fuit Aureliæ, nulli posthac templo quicquam detrimenti allatum iri: sed hoc eum habuit euentum, quòd reliquis Ecclesijs non aliter accidit, atque illi de qua iam diximus. Sanctissimi Aniani, eius vrbis antiqui Episcopi, sacra ossa immanissimè tractârunt & exusserunt. Conculcabant homines impijssimi consceleratis pedibus sacrosanctam Eucharistiam, vel etiàm sclopettorum globulis trajiciebant.

Fabricæ & reliquiarum curatores, rationem harum red dere cogebantur: quod si non satis exactè quiuissent, in custodias ducebantur, & interdum grauissimè torquebantur, nisi pecunia se redemissent. Summam sanctæ Crucis adem incendere cum cõpissent, populus ea re permotus clamabat, Quid isthuc rei est Domine DEVS? Iam enim sibi perijisse videbantur, cernentes ardere templum suum. Res preciosas templorum ex auro & argento fabricatas, siue clinodia sub eo prætextu

Summa crux
delictas in
moribus undè
senem.

simulatio
Caluinista-
rum.

Templa Aurelia
vastata
sunt.

auferebant, quòd dicerent se ea velle seruare regi, cum inde postea nummos cuderint, nulla regi red- dita ratione. Vestes sacræ omnes prædæ cesserunt, quibus ad magnum ludibrium abutebatur, nõ tem- perantes interim sibi ab immanibus blasphemijs in Deum & cultum illius. Interdum se oblectandi cau- sa, vnum aliquem è suo grege sacerdotilibus indu- ebant vestimentis, tanquam iam iturum ad sacrifi- candum: eumq; cum ingenci triumpho per totam urbem circumducentes, ludibrij causa cantabant, Te Deum laudamus, vel, Requiem æternam &c. mul- taq;ue scæda & abominanda designabant, indigna planè quæ apud Christianos referantur. In templis & sacerdotum domibus nihil relinquebant inte- grum: libros & imagines omnes dilacerabant & ex- urebant: demptis tamen deæ Veneris & id genus prophanis imaginibus, quibus ea hominum sex nõ paulò plùs delectatur, quàm Christi crucifixi aut sanctorum eius. Monumenta omnia eleuatiore per- fregerunt, & in plerisque ossa recondita combusse- runt. Ipsum quoque cadauer regis Franciscæ eius nominis 2. qui frater fuit Christianissimus æque Christianissimi regis Caroli, iam in Gallia regnan- tis, in aede sanctæ Crucis conditum combusserunt, animi crudelitatem in extinctum declarâtes, quan- in viuum non poterant. Is enim pius adolescens Aureliæ decesserat, cum illic ageret cõsultandi cau- sa, quibus rationibus regni sui calamitatibus posse- mederi.

Campanas & candelabra templorum bellissimi Caluinistæ in bombardas transformare instituerunt: valuas destruxerunt, libros exusserunt, atque tem- pla deformârunt, vt speciem templorum omnè ami- sisse viderentur. Baptistèria cloacarũ loco habuere. Quasdam Ecclesias in cellaria mutârunt & armamentæ- ria. In tẽplo Franciscanorũ reposuerat pulueretor

mena-

mentarium, in quem postea ignis incidit, & cõsum- plit omnia. Clerus & religiosi tot malis circumdati, pro se quisque suæ salutis consulere compulsi, ex vr- be illa euadere, seque clam subducere conati sunt, Nam si quos compræhendissent, eos insimulabant furti, quòd templorum clinodia surripuissent. Facie- bant hoc illi fratres euangelici, vt occasionem ha- berent eos tormentis excarnificandi, adeo vt in ea vrbe nemo ab his tormentis se posset eximere, nisi sacrum Baptisma & Confirmationem abiturâset.

Accidit vt quodam die inuenirent sacerdotem in solario Missæ sacrificiũ offerentẽ, & Catholicos confirmantem atq; consolantem. Illum sic vt erat sacris vestibus indutum per plateas duxerunt vsque ad portæ excubitores, vbi capiti eius imposita ga- lea, & hasta in humeros iniecta, totum diem cõpu- lerunt ieiunium perstare inter illos perditos nebu- lones, q; excubias agebãt, à quibus benè liberaliter fuit irrisus, & conuicijs atq; ludibrijs exagitatus.

Parochum S. Paterni, virum grandæquam, putã se- ptuagenarium, nolentem deferere oculos suas, sed eas quotidianis sermonibus confirmantem, & de Dei benigntate & misericordia benè sperare iubẽ- tem, cum post menses quatuor eis tandem proditus fuisset, captus & præfidi cuidam traditus est. Is præ- ses iam pridem hostili in eum erat animo, quòd per multis annis contra Hugonistas, & hunc præsertim præsidem aliosq; nonnullos iudices, Catholicam religionem Aureliæ propugnâset, crebroq; eos male administratæ iustitiæ accusâset, adeo, vt eo nomine delirus, imperitus & seditiosus quoque ha- bitus fuerit. Itã enim solent isti euangelici homines insamare eos, quos cupiunt extinctos. Et tamen, vt scribunt graues viri, si in illo Galliæ Christianissimo regno, immò etiã apud alias nationes, pauci quidam nouãdarum rerum cupidi, à locorũ præsidibus

Nota impia
petulantia.

Cõburnitur
corpus Fran-
cisci regis.

Nota facin-
ouangelicũ.

Parochus
quidam ve-
scatur ab
hæreticis.

initio mox oppressi fuissent, & ex iuris p̄scripto, in eos esset animaduersum, non tot millia postea p̄sissent. Habet em̄ hoc heresis omnis & falsa doctrina innatū sibi, vt nisi in ipsis suis initijs radicatus extirpetur, paulatim crescat in immensum, & longē lateq; oīa horrēdū in modū depascat & depopulet. Vidimus proh dolor eius rei in diebus nostris exempla multa nimis, q̄ abūdē quod dicimus, testari queant, etiāsi vetera nulla suppetērēt. Sed ad rē. Cū sic, vt diximus, venerandū hūc parochū Calviniani captū tenerēt, haud secūs eū tractabāt, atque olīm Christū satellites Herodis, illudētes & mendacijs studio effūctis virū bonū onerātes, inter alia hoc etiā illi asserētes, q̄ voluerit regē Christianissimū p̄derenti etiā q̄ adulterinos nūmos cudisset. Hoc illis bonis viris sic visum tū fuit illi pio sacerdoti imponere, q̄ ipsi essent id temporis occupatissimi multifarijs cudendis numismatis ex illa p̄clara immaniū sacrilegiorū p̄da. Ad extremū liberā se illi abscedēdi potestatem facturos dicitabāt, si abiurata religioe Catholica, ipsorū teterrimis paradoxis assentiret. Atq; eis gratia crebrō ad illum mittebant suos ministros, q̄ cum illo disputarent, & eum euerterent. Sed ille vir pius, in Christo benē firmatus, quo plūs ab istis molestiā pertulit, eo factus est robustior, & in recta fide cōstantior. Tandēm multō etiām acrius eum infestare cōeperunt, vt à fide deficeret: cumq; interrogatus ab illis, vellēne ab animi sui proposito discedere, p̄sūs pernegaret, optatusq; sibi esse diceret vitam perdere, q̄ vel suos parochianos deserere, vel

*Nota signi-
ca hereticos
sum.*

*Adiudicatur
suspēditur vir
grandæum.*

tam nefariū illis de se exemplū p̄bere, suspēditio eum adiudicārūt. Itaq; ad illud supplicium proficiscēs, inter eundū loquebatur de Christi passione, orabat p̄ oculos suis & pro vrbe illa. Cū verō iam scalam ascendisset, multas fecit optimas adhortationes ad dominos, ad illorū ministros seu concionatores &

ad

ad populū, ostenditq; illis ipsorū aduersum Deum, religionē & regē Christianissimū pessimi exēpli rebellionē, simul Deū laudās pro hac ipsi collata gratia, q̄ posset pro fide occūbere, populūq; admonens nē cuiusquā periculi causā ab auita religionē se abduci paterētur. Hac verō eius dicendi libertate & cōstantia excanduerunt tum dñi quidā, tum concionatores Calviniani: porrō è plebe pleriq; ingemiscētes lacrymabant, q̄ ille tam affecta çtate senex ea animi fortitudine mortē exciperet religiōis ergō. Vt autē Calviniani suę causę patrocinarētur, rursus p̄ concinatorē quendā eum cōpellārūt, si quidē à sua religione discedere vellet, licere ipsi incolumē abire. Verūm illo talia impiorū hominū p̄missa fortiter contemne, ab illis peremptus est.

Postquā autē intra Aureliā nihil reliqui sibi fecerat Calvinista, in quod suā tyrannidē exerceat, p̄ter ciues Catholicos, q̄bus nō parūm infesti fuere, magno numero p̄fecti sunt in pagos, vbi suo more tēpla egregiē expilārūt. Quod si in illorū manū incidisset sacerdos aliquis, illud ad equos suos alligatū cogebāt post ipsos aliquādiū cursitare: ea voluptate exatiati, vel oculos ei eruerūt, vel nares & aures, interdū etiā virilia p̄ciderūt, ac postremō ad arbores alligatū bombardarū globulis confecerunt. Quorundā secārūt capita, alijs è facie cutē detraxerunt, & primores digitos amputārūt. Quibusdā in locis fœdissima edidēre atrocina & cædes omnis generis hominū, ne ipsis quidē paruulis parcētes. In pago quodā haud ita procū ab Aurelia plūs minus 25. homines comprehēderunt, in quibus erant aliquot p̄siones. Sperabant ij pueri se horū cruentas manus cōscensa ædis sacre turri posse euadere. Verūm in ipsam turrem ab illis coniecto igni, duo paruuli è fenestra sui seruandi causa exilerūt, quos nefarii hōes excipientes, rursus in ignē deportārūt, & miserandum in modum concremārūt.

*Immanes
barbaries
in Clerum.*

*Facinus sa-
crilegum in
Ludouicum
regem.*

Quodam in templo alio cum nulla clinodia re-
perissent, statuum Ludouici xi. Gallorum regis bra-
chij & cruribus amputatis foedissime truncarunt,
mox etiam profecto capite abiecerunt. Post effra-
do eius mausoleo, cadauer ad cineres usque combusse-
runt. Putantur in illo rege ea causa tantam exercuisse
immanitatem, quod ille haereticos solitus fuerit se-
uiter castigare. Eadem barbarie usi sunt in facello
Longauillano, vbi conditi erant magnates plerique;
omnes e regio stemmate oriundi; quorum corpora
couulserunt, & membra cesa canibus proiecerunt.
Porro vero cum non inuenissent optatam praedam,
neque etiam Canonicos, qui eis illam indicarent,
palam proclamari iusserunt, vt intra triduum Aure-
liae comparerent, responsum ad ea quae ipsis essent
proponenda: quod si non facerent, vbiunque pos-
tea reperirentur, laqueo se scirent encandos. Et
eo sane rem tandem perduxerunt, vt in ipsorum ma-
nus thesauri peruenerint, quibus suo more usi sunt.
Postea ad Nauarræ reginam profecti, ea inspectante
id genus alia Euagelica facinora designarunt, pro-
iectis & exultis cadaueribus parentum & cognato-
rum regis Nauarræ. Quodam in loco destruxerunt
sepulcrum cuiusdam ducis Ioannis, qui sanctus ha-
betur, itemque omnium successorum eius, quorum
omnia corpora in cineres redegerunt.

*Beza vult
ire in Ger-
maniam.*

Theodorus Beza concionator, & dux istorum, non
exigua e tot sacrilegij conflagrata pecunia, consultius
sibi fore putauit, si ab Aurelia discederet, procul a
periculo abfuturus. Metuebat enim sibi a rege, qui
magno conscripto exercitu haereticis imminabat.
Persuasit autem bellissimus Beza suis hominibus sa-
iturum in Germaniam, & inde copias auxiliares ad-
ducturum. Interea bis terve quadam in regione Gal-
liae concionatus, cum se ab eius incolis cerneret ne-
gligi, duos & ceruicifos eos vocauit: vt vero ab
eis

eis preclare & inprimis Euangelice se vlsceretur,
omnes illorum parochos & sacerdotes iussit truci-
dari, cum iam antea saepe eos numerata pecunia se
redimere compulisset.

*Cruelitas
Bezae.*

Inter alias ab ipsis occupatas vrbes, etiam Turo-
nes obtinuerunt: qua in ciuitate e tribus templis in-
gentem auri & argenti vim rapuerunt, preter gem-
mas: fuit id damnus propere irreparabile. Aliud quod-
dam oppidum precipuo quodam festo die cum in-
gressi essent, sub finem sacrificij cum agnus Dei ca-
neretur, in ecclesiam armati irruerunt, contentisque;
vocibus clamauerunt, Apagite perfidi sacerdotes, prius
quam frustatum concidamini. Ex precipuis quidam
dicabant: Eia nos hic iam sacrificemus, nam isti
posthac suas hic Missas non facient. Profugiebant
tum vt poterant Canonici, haud immerito animis
consternati, sed ab illis sicarijs capiebantur, & ad suas
aedes raptabantur, daturi quicquid haberent. Interim
his minis illorum circumsonabant aures, quod eorum
sanguinem canibus hauriendum prebituri essent.
Erat in ijs Canonicus paulo commotior, qui istos
praedones ad eius aedes adducetem iussit abscedere,
quod regis iniussu nihil haberet in ipsius domo ne-
gocij. At ille nolens cedere, & impressionem faciens
in aedes, ab illo Canonico gladium corripiente &
eius caput secante peremptus est. Eo viso, alij facto
impetu eum victum tradiderunt praefidi, qui eum
laqueo adiudicauit preter ius fasque.

*Turonum
direptio.*

Est vero & aliud quiddam ab eis designatum pla-
ne tragicum, & omnem vincens modum immanissi-
mae crudelitatis. Grandaeus monachus ab eis in-
terceptus est. Huic primo virilia amputarunt, mox
ea cocta illum edere compulerunt. Inde vero mirri-
fice eum excruciarunt, & adhuc spiranti ventriculu
seu stomachum e corpore euulserunt, perfrutaturi
homines mortalium omnium perditissimi, vbi nam
illud

*Flagitiosissimum haereticorum
facinus.*

illud eduliū hereret. Quid hac fœdissima barbarie vel ab ipsis feris belluis, vel immanissimis Scytharū populis posset attentari flagitiosus, & ab omni humanitate remotus? Hęc nimirū disciplina hauritur è scholis quinti Euangelij, cuius author Luterus, in signis verò p̄ter alios p̄motor Caluini fuit.

*Hæreticū
mirè sc̄uit
in Nort-
mannia.*

Rothomagi & per totam Nortmanniam templa inflāmārūt, exultis vnā reb⁹ sacris: qua in re eam illi adhibuere obstinati animi peruicaciā, vt ipsos cinores, ex his incēdijs remanētes, nō modò vedere noluerint, sed etiā penitus dissipārint & aboleuerint.

*Item in
Aguſtania.*

In Aquitania crudelissimè grassaturi erant, ni maturè conatibus illorum esset itum obuāi. Nam quodam loco Catholicos viuos in puteos demerserunt, paruulos medios dissecārun, sacerdotum ventres sciderunt, & intestina lignis quibusdā glomeratim illigata extraxerunt.

Inter omnia verò summæ impietatis facinora id vel maximè deplorandum videtur, q̄ sacrosanc̄tam Eucharistiam indignissimè tractārun, pedibus eam conculcantes, canibus proijcientes, ignibus cōcremantes, & sclopertorum globulis traijciētes. Quid hæc autem potēdant, quāve tandē ratione p̄p̄tens Deus has suas iniurias, quas nō ibi tantū, sed alijs etiā Europæ locis perpeſsus est, vlturus sit, ipse nouit: quem vtiuam maturè agenda modis oibus pœnitentia itā nobis reddamus propitiū, vt auertat ab ira furoris sui. Insani mortales non pensant illos æternos gehēnæ ignes, quib⁹ in oēm æternitatē p̄ tātis scelerib⁹ atrocissimè cruciabantur: vt interim sileamus p̄sentis vitę vltiōes acerbissimas.

*Idem Pi-
clauū.*

Pictauij quoquē suæ atrocitatis exempla insignia isti perditū & miserè dididerunt. Grassatum est illic quoquē ab istis horrendum in modum in templa & ædes Canonicorum. Asseruabantur ibi ossa Hilarij sanctissimi pontificis, quem d. Hieronymus nō im-

meritò

meritò vocat tubam Latini sermonis cōtra Arrianos, atque etiā Radegundis reginę Francię, cuius fuit eximia in Deum pietas & vita sanctissima: aliorum quoquē sanctorū. Hęc ossa & sacras reliquias illi impuri nebulones proiecerunt, & more suo combusserunt: vnā quoquē bibliothecas inflāmantes. Nolunt enim extare patrum monumenta, quibus eorum possint impia commenta facilè confutari. Lugduni quoquē p̄ter alia facinora euangelica, illi antiquissimi & sanctissimi martyr̄is Irenæi ossa concremārun, & in templa mirum in modum

*Irenæi ossa
cremantur.*

sc̄uierunt, nē haberent Catholici vbi sacrificarent. Apud Turones illius icidē incomparabilis sanctitatis Episcopi Martini sacras reliquias in ignem p̄-

*Item S. Mar-
tini.*

iecerunt, & cineres in aērē disperferunt. Huiusmodi, in quā, disciplina proficiscitur ex Caluini & Beze schola, & tam p̄clara facinora edere docet nouū euangelium. Et nondū volunt intelligere miseri mortales, quos duces p̄ceptoresque sequantur. Si Turcæ & Tartari hæc fecissent, omnē impietatis & crudelitatis modum excessisse dicerentur: iam verò ab illis hæc perpetrata sunt, qui se euangelicos iactant, cum sint quibusuis Turcis & Tartaris iogē immaniores. Aberrat aliquandū à Galliæ regno illusterrimus ille princeps Frācisus Guisus, sed hæreticorum grassantibus tumultibus, à matre regina & regis Senatu in regnum è Lotaringia reuocatus est, qui sanè & Christianissimo regi, & illi amplissimo regno fidissimam nauauit operam. Conscriptum enim exercitum iussu regis, & iam multi erant cum rege, itā vt diuersi exercitus ad diuersas ab hæreticis occupatas vrbes mitterentur: at tamē quod tardius illæ copię conuenirent, non potuit primis hæreticorum conatibus obſisti. Vbi ad Turones ventum est, ea vrbes hæreticis erepta est cum alijs minoribus oppidis ad Ligerim fluiuium positis.

*Eripuntur
vrbes hæ-
reticis.*

Ereptum

Reptum est etiã Andegauum. Iam enim plerique perterriti erant tam barbarã immanitatis & sacrilegę direptionis templorum: itã factũ est, vt non minori facilitate ad regis sui obedientiã se reciperet, quã ab illa dudũ discesserant. In Aquitania multi à regis exercitu cęsi sunt sectarij, duce quodam insigni, qui aliquotiẽs feliciter cum illis congressus, non parua stragem edidit. Intra Tholosam aliquot continuis diebus certamẽ acre erat catholicis cũ Calvinianis: sed hoc ipso duce opportunẽ superueniente, Calviniani fusi fugatiq; sunt. Inde verò ad obsidionem môtis Albani, vrbs munitissimę, in quã magna hæreticorum copia sese abdiderant, profectus est. Longum esset singula persequi, neque id in preesens commodẽ possem, quòd necdũ certam omnino rerum omnium eo tempore in Gallijs gestarum notitiam contraxerim. Pictauium quidem venit Marefcallus S. Andree, qui in 4. Marefcalli facit primus est. In eius exercitu erant ad decem hominum millia, aut circiter. Venit ante urbem 8. Calend. Augusti. Exhibuit illis, qui erant intus, regis literas, vt se dederent, nihil neque in rebus aut corporibus, neq; in religioe sua passuri detrimeti, modo agnosceret Regem suum. Hoc quidem sic illis crebro positum est, sed nihil effectum, illis respondentibus se agnoscere suum regem, & illi parere se velle: sed illum non habere quicquam in mandatis à rege contra ipsos. Literas etsi ostentaret, tamen eas non esse regis: & si maximẽ essent, regem esse puerum, ignorare quid fieret, impelli illum transuersum à duce Guisio. Hanc cantionem plerique omnes Calvinistę cantillabant in Gallijs, cum ad Regis obedientiam reuocarentur. Interea extra urbem cum exercitu manente Marefcallo, leuibus vtrinque praeliis subindẽ certatum est, doncẽ à Turonibus aduersus aut tormenta. Tum verò ipsis Augusti Calende

Pictauium recipitur.

vrbs tormetorum iustibus validẽ quassata, & eodem die proditione capta & direpta est. Cęsi sunt initio non pauci hæretici, sed maxima pars & quidem seditionis capita, in pedes se coniecerunt. Tãdem tota vis belli ad Aureliam obsidendam conuersa est. Accidit autẽ, vt Calviniani cum Catholicis conspigerent accerrimẽ: & quidem Calvinistę primũ aliquandiu rem pspere gerunt, cęso summo Franciæ Marefcallo S. Andree, quẽ infensissimẽ oderat, capto etiã ipso Conestabile, & multis primę nobilitatis viris. At vbĩ Guisius cum extremo agmine superuenit, victoria ex eorũ manibus extorquetur, & ipse Condẽs Calvinianorũ caput capitur, & totus peditatus ad interneciõẽ deletur. Feruntur ex Cõdẽs partib; cecidisse copio ad sexdecim millia. Ex regijs quoquẽ p multi ceciderunt, & in ijs nobiles & egregij duces, Cõdẽs in custodiã ducitur, & q ab eius grege capti erant ex regijs, Aureliã abducunt, Ammiralius secundus à Condẽo, ab hac pugna redit Aureliã, urbemq; mirificẽ communit, at Guisius ad obsidendã urbẽ cum omni exercitu reuertit.

Praelium fuit nestum.

Hoc ferẽ tempore Abdysu Assyriorum Orientis, Abdysu patriarcha, venit Romam longissimo itinere, Pontificem inuiseret, atq; ab eo confirmaretur: ad cuius etiã genua prouolutus, obedientiã promisit: iurauit etiã se Conciliorum Oecumenicorum & speciatim Tridentini statuta atque decreta omnia suscepturum, seruaturum, & suos omnes docurum. Habet autem multos sub se Episcopos, & ingenuẽ fassus est, se de Synodi Tridentinæ legitima congregatione nihil ambigere. Ipse quoquẽ ad Synodum illum accessisset, nisi eum necessaria negotia in patriam reuocassent. Et quia in itinere à Turcis spoliatus erat, Pontifex eum eiusque presbyteros & diaconum, vestimentis & rebus omnibus ad eius sacerdotium pertinentibus, & viatico

Abdysu patriarcha Assyrius venit Romam.

Professio s- donauit. Fidem suam in Concilio Tridéntino die 7.
dei patriar- Septembris Anno 1562. húc in modum abfens pro.
che Abdysu- fessus est: Fidesum puro corde & fide nõ ficta
 coram Reuerendissimis, & illustriss. D. Michaële titu-
 tuli S. Sabinae Alexandrino, & M. Antonio tituli S.
 Marcelli Amulio, S. R. E. presbyteris Cardinalibus,
 in hanc formam: Ego Abdysu filius Johánis de do-
 mo Martia, ex ciuitate Geziré in Tigri flumine,
 olim monachus S. Antonij monasterij sanctorum
 Roche & Iohannis fratrum, electus Primás siue Pa-
 triarcha ciuitatis Muzal in Assyria Orientali: Iuro
 quòd ità corde credo & ore confiteor Sanctæ Ro-
 manæ Ecclesiæ fidé, approbatis omnibus & singulis
 illis, quæ ipsa approbat: & damnatis similiter omni-
 bus, quæ ipsa damnat: Amplexor & perpetuò me
 amplexurum & retenturum esse profiteor & pro-
 mitto, & omnes fratres meos Metropólitas siue epi-
 scopos ac diocesanos, quouis modo meæ iurisdic-
 tionis subiectos ità credendum & tenendú esse do-
 cebo, & modis omnibus quibus potero, persuadere
 conabor. Ità me Deus adiuuet, & hæc sancta DEI
 Euangelia, In quorum omnium fidem, hanc meam
 fidei professionem & attestationem manu mea scri-
 psi &c. Romæ die 7. Martij, Anno 1562.

Apud Assy-
rios quæ
scripta di-
uina & Pa-
trú habentur.

Sacramenta. vti se ac populos illos iisdem ferè quibus nos:
 Confes-

Confessione auriculari, & precatione pro salute mor-
 tuorú, Canone iisdem ferè verbis in celebráda mis-
 sa, cõsecratione prorsus eadè. Imagines diuorú pijs
 precib⁹ venerari, Fidè ab apostolis Thoma & Thad-
 dæo, eorumq; discipulo Marco olim accepisse, ho-
 dieq; retinere ea loca, vbì ipse degeret. Ità Ecclesiæ
 dignitas & salutaris doctrina per 1500. annos in tã
 longinquis gètibus inter tot perpetuas infidelium
 vexatiões, eadè in húc vsq; diè permanet, quã apud
 nos Euangelici præcones oppugnant & lacerant.

Anni huius mense Nouembri Francofurti in Ro-
 manorum regem communibus omnium Electorú
 Principum suffragijs eligitur Maximilian⁹ Boëmię
 rex, Cæsaris Ferdinandi filius, multis egregijs cor-
 poris ac animi dotibus insignis, de quo omnes bo-
 ni sibi pollicentur, eum in seruanda ac tuenda Ca-
 tholica religione, patruí Caroli V. & parétis Ferdi-
 nandi sanctissimorum & pienuissimorum Cæsarum
 constantiam & integritatem præstiturum, sicut etiã
 iam non semel præclarè præstitit. Temporis angus-
 tia non patitur rem totam accuratiùs & prolixius
 commemorare, & quæ illic gesta sint, omnia ordinè
 describere. Turci Imperatoris Legatus venit Fran-
 cofurtum, præter literas ad Cæsarem Ferdinandum
 datas à Turca Solimanno, etiã equum gradarium
 & quatuor Camelos munera Solimanni offerens. Turcæ cum
 Ait etiã Solimannum misisse Cæsari dono capti-
 uos Christianos, quos nullo nec precio, nec mune-
 ribus, nec intercessione principum quorumcunque
 redimi passus esset: petere autem, vt & ipse Cæsar ca-
 ptiuos Turcas dimittat.

Mense Maio Lunęburgi Conuentus fuit princi-
 pum & ordinum Imperij, Circuli, vt vocant, inferioris
 Saxonię, in quo præcipuè actú est de Bremen-
 sibus Caluinizantibus, & decretú factum de Sacra-
 mentarijs, Iam enim metus erat, nõ sensim Caluin⁹

Maximilian⁹
Boemius, sit Ro-
manorú rex

Legatus
Turcæ cum
muneribus.

Conuentus
Lunęburgi
gensis.

etiã in Saxonia nidificaret, & Luterani præcortes cogrentur solum vertere. Tilmannus Heshubius scribit piam defensionem presentie corporis Christi contra Caluini, Boquini, Bezæ & Clebitij cauilos & calumnias. In diuersum scribit Thomas Erasmus Medicus, abutês Christi, Pauli & Patrum testimonijs. Porrò Bullingerus egregiè se tuerur cõtra Brentium. Tristissimum fuit, quòd Illyricus, Viandus & Matthæus Iudex scriberet se à Saxoniæ principibus è Schola Ienensî dimissos eo quoque nomine, quòd Sacramentarijs se opposuerint. Et quidem, nisi fallor, hodieque miserè exulat Illyricus insignis Luteranus. Denique Brentius de vera presentia corporis & sanguinis Christi in Cœna libi edit contra Martyrem & Bullingerum. Hoc scriptum ille Martyr impugnare statuit, magno Brentij commodo exhalat spiritum Nouembris die 12. Pro talibus non est orandum, quia immunes sunt à Purgatorio.

*Calamitas
Illyrici &
sociorum.*

ANno 1563. Bullingerus Brentio respondet. Itã est inter Luteranos & Zuinglianos rixa implacabilis, cum vtrinquè puram doctrinam iactent. Mirum est, principes & reliquos magistratus non aduertere istorũ dogmatistarũ vanitatem, & quòcum periculo coniunctũ sit, talibus fidè cõmodare. Quidam Zuinglianus veretur, nè hæc euangelicorũ controuersia tandem funestum & lamentabile exitum habeat. Et quid mirum, si funestum habeat exitum quantum isthuc Euangelion, cum nõ ferèntibus turbulètum & seditiosum habeat initium, vbi cõquè recipitur? Valdè offenduntur isti puri Euangelici impura vita quorundam in Clero Catholico, eam vehementer traducunt apud indoctum vulgus: sed sunt ex nostris, qui quandoquè in Tabernaculis quasdam visitatorias istorum Euangelicorum Vi-

tatorum inciderint, in ijsq; plura & deteriora à cõ-
iugatis concionatoribus adulteria perpetrata legunt, quàm possint apud Catholicos in tam augurum concionatorum.
ro orbe scortationes reperiri. Quidã Luteranicus sacerdos mirabili fraude adeptus parochiam quandam, vxorè duxit. Ea cum nouello marito iam minus arrideret, toxico ab illo perimitur, vt nouis nuptijs via sterneretur. Interrogatus cur tãtum admisset facinus, respondit coniugium in Luteranis sacerdotibus non restinguere vagas libidines. Innumeris id posset exemplis doceri, vt maximè quoque reprehendendi videatur, qui hodiè Catholicis volunt permitti coniugia sacerdotibus, contra omnia omniũ seculorum & etatum exempla. non frenatur libido libidini indulgendo, sed gnauiter potiùs reluctando, & pijs studijs perpetim vacando.

Mense Martio anni huius in suburbio Augustæ Vindelicorum apud S. Georgium, textor quidam *Demoniacæ* filiam habuit annorum viginti, à malo demone ob-
sessam & dirissimè vexatam, ad eò vt parentes eius *puella non potest libertari ab eundem gelicis.*
tantam calamitatem cernere ampliùs non sustinentes, Augustanæ Confessionis Luteranos concionatores eiusdem vrbs (erant enim ipsi quoque Luterani) consilij & opis petendæ causa adierint. Et venerunt quidem nonnulli ex illis euangelicis precationibus ad puellam demoniacam, arbitrati se virtute & efficacia Luterici euangelij satanam illum expulsiuros: sed satanas satanam non eiicit. Conati tamen sunt aliquid facere, sed securus eos contempsit teter spiritus, quippe qui Luteri carnale euangelium floccipendat. Nè tam è nihil fecisse putarentur, iusserunt parentes diligentem habere puellæ curam: posse enim Deum facilè rursus liberare puellam, si eius permisso id illi acciderit. Porrò virgo quædam, Matthiæ iurati eius vrbs quondam chirurgi filia, Anna nomine, cum famula Magdalena ex pia

quadam Christianæ charitatis commiseratione ad eandem puellam inuisendi gratia in hypocaustum venit, perspectaque eius miseria, cum existimaret non posse eam vel vnum superuivere diem, ægrè tandem parentes puellæ permouere potuit, vt acersitum mitterent D. Simonem sacræ Theologiæ doctorem, & apud D. Mauritium Augustæ catholicum ecclesiasten. Rogatus ille, vt laboranti puellæ & summis angoribus compræhensæ suam præsentiam non negaret, ad iter se accinxit: cum quæ haud ità procul ab ædibus dæmoniæ abesset, illa miserandum in modum clamitare, munitari sui præfortionem, nî dimittatur, simul etiã magno impetu velut è lecto se præcipitare velle. Sciscitante verò Anna, quam diximus, ecquid sibi vellet, didicit patrum ipsam petere.

*Vis aquæ
sacrata.*

Tum illa in poculo obtulit illi aquam iustitiam siue benedictam: qua hausta, mox cepit miserabiliter sese agitare & fursùm deorsùm mouere, adeo vt caput inter pedes adigeretur. Quo viso, ij qui circumstabant, cernere & re ipsæ competere se dicebant vim quandam sacratæ illi aquæ inesse. Nulla enim deinceps requie potita est puella, tantam quæ vim patiebatur ab illo immundo dæmone, qui aquam illam ferre non potuit, vt vnus è viris quatuor, qui eam seruabant, testatus sit se ne vnam quidem noctem apud illam porrò excubare velle, etiamsi urbem Augustam lucraturum se sciret ea opera, nisi parentes illi astutum remedium adferri curarent. Adeo nanque tetrum ex ore suo exhalasse fœtorem, vt omnes sibi pereundum existimarent.

Cum sic illa igitur magis magisque exagitata fuisset & tumultuaretur, memoratus D. Simon Theologus ad limen domus, vbi ea iacebat, accessit. Tum verò illa barbaricum in morem immaniter

vociferari, furere, bacchari, Theologo atrociter maledicere. Missum me facito, inquit, sacrificæ, probè equidem te sentio, præfocare me vis, furcifer, scelus, nequam perditissimè. Ijs auditis, Theologus dixit patri puellæ, vt eam liberam ire sinerent. Sed cum immodicè sæuaret ac ferociret, clamaretque se anima & corpore celsisse in ius & dominium mali dæmonis, idem Theologus petijt, vt pedibus eius vincula iniicerentur. Itaque ipse eius parens mantili eius colligauit pedes, percontans interim ex Theologo, vellene eam duriter ligari. Cui ille, Minimè, inquit, si quidem frustra à te vincietur, nisi DEVS eam victam tenuerit. Tum illa misera horrendum in modum ad tabulatum vsque sese efferratè intendens, constrictosque pedes supra caput adducens, se expoliavit, tantamque vim præ se tulit, vt quatuor illi viri, de quibus antè diximus, alios duos sibi adiungere cogentur, quod non possent soli eam tenere. Qui simul omnes clamabant, IESVS IESVS: malus dæmon eam abtransportat. Postquam verò Theologus sæpè dictus DEI cepit implorare opem, reter spiritus ad quartam ferè horæ partem continenter in puella mirè furere & maledicere, tum quoque crassa admodum viri voce multa & sciscitari & respondere disertis verbis non cessauit. Initiò his vsus vocibus est: Ha, ha, he, equidem Sacrificæ non migro ex hoc domicilio. Simulatque verò à Theologo dictum est, Præcipio tibi &c. aliquantò post respondit: Compellor ne igitur hinc egredi? Ait Theologus: In nomine IESV regis gloriæ præcipio tibi. Tum aliqua interiecta mora, multa nequâ spiritus lugubri voce locutus est, & modò superiùs, modò inferiùs emigrare voluit, donè tandem permisum est illi per fenestram abscedere. Antè verò quæ id

ficeret, puella in grabato se pronā inuertit, ducensq; rhonchos, cœpit tumultuari & ferocire, tanquam *Lingua atra* vomitura; atque interim ex eius ore prælonga, immanis, atra lingua longissimè protensa est, osque carbonum instar nigrefactum est, & collum in capitatis amplitudinem intumuit, idq; sic aliquandiu perduravit. Deinde fursum mox erectis luminibus, cœplosisq; manibus, Deo laudes gratesque agens, ita ait: lam nũc ego agnosco & video deum meum. Multas quoque Theologo gratias egit: à quo creberrimè interrogata, num se sentiret liberatā, semper illi respondit, Liberata sum, Deo gratia, sed video quendam rubicundo capite, tetro vultu, protensa lingua, mihi perperim innuētem, vt ad ipsum veniam. Itaque docuit eam Theologus, vt ter sibi imprimens crucis signum, diceret, IESVS Nazarenus rex Iudeorum. Cui illa morem gerens, rursus ab illo interrogata, respondit: Quoties crucem ex primo, dæmon euanescit, sed mox reuertitur. Deinde in multis Theologus eam piè & Catholicè instituit, vt que abrenunciaret satanæ, & totam se deo ac Domino suo addiceret: quæ omnia illa se facturam bona fide recepit, & sacrosancam Eucharistiam accipiens, paulatim integrè sanitati, restituta est. Hanc historiam quisquis sincero perlegit animo, facile videt, apud sectarios nullam esse dæmonum expellendorum potestatem, eamque apud Catholicos in hunc vsque diem permanere. Nec erit quicquam tam impudens, qui rei huius veritatem negare ausus sit, cum graues viri eam apud Augustanos compertissimam esse testentur.

Nota vim crucis.

Hoc anno cum princeps Guisus fortissimè Aureliam obsideret regis Galliarum nomine, & quædam die ad vesperū nauigio Ligerim trajceret domum iturus, in ipso itinere à quodā sceleratissimo, peditore, què hostes prece & precio ad tantū faci-

im.

impulerant, tribus sclopetti globulis in humero dextro lætaliter vulneratur, nec multis post diebus superuixit, magno quidem Caluianorum Aurelianensium commodo, qui propediem in eius manus venturi putabantur, si paululum ei diuturnior contigisset vita. Eius obitus regno Franciæ longè infauissimus fuit. Ante mortem aliquot diebus superuivens, omnes suos grauissima oratione admodum piè & religiosè instituit, & tandem Catholicæ religionis ergò tam proditoriè occisus, Christo spiritu reddidit. Eo mortuo, Condus liberatè custodia, nec diu post Lugdunenses hætenus refractarij, regi se dedunt, & Catholica apud illos religio restituitur, Porro rex necessitate adactus, cum Caluianis pacem fecit.

Princeps Guisus à sicario perimitur.

Religio Lugdunenses hætenus refractarij, regi se dedunt, & Catholica apud illos religio restituitur.

Mense Decēbri finis optatus impositus est Synodo Tridentinæ, in qua multa sanctissimè & saluberrimè decreta sunt: sed Euangelici dogmatistę in suis sacibus hærent, perguntq; suos & tueri & propagare errores, Fuerit in ea Synodo multi Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, & viri cõplures longè doctissimi, Multos in eam Synodum sumptus fecit Romanus Põtifex Pius III. Itemq; Ferdinandus Imperator religiosissimus.

Hoc anno Presburgi in Hungariæ regem cum multa celebritate & solitis cæremonijs coronatus est Maximilianus, Romanorum & Boemiæ rex prouentissimus.

Maximilianus coronatur Hungariæ rex.

ANNO 1564. Rex Daniæ & Lubecenses bellum, quod superiori anno in regem Suediæ susceperant, continuant maximis impendijs, multis vtrinque & datis & acceptis incommodis.

Hoc anno, 5. die Martij, Ingolstadij obiit vir doctissimus Fridericus Staphylus, ætatis suæ anno 51. Hic annis decem vixerat Vuittebergæ familiariter

*Fridericus
Staphylus
prodit fraus
des heresi-
corum.*

cum Lutero & Melanchthone, sed tandem magna Dei benignitate conuersus ad Catholicam fidē, hereticorū fraudes & mendacia atq; scēdissimas antilogias itā cōcepit proferre in publicum, vt omnium illorum in se plus quā Vatinianū cōcitarit odiū. Fuit is vir Græcē Latineq; doctissimus, & hereticorum mysteria nouit ad vnguē, quæ paulatim statuerat ad omnium notitiā perferre, nisi eum mors impediisset. Anno 1558. Coloniae typis excusa est theologiæ Luteranę trimembris Epitome, ipso Staphylo auctore. Is libellus mirabiliter offendit hereticos omēs, & cum nō essent inter se cōcordes, hoc tanto oblato aduersario ad syncretismū cōstituentium se mutuō hortati sunt, quō cōmunibus armis Staphylum oppugnarent: quod & factū est. Sed ille acriter eis respondit, adeo vt postea quidā Luteranus eum magnum diabolū vocārit, quandoquidem infestissimis eos, & propē ipsorū telis & armis oppugnabat, luculenter eorum ostendens scēdissimas antilogias, & mutuas dissensiones, idq; ex proprijs illorum scriptis. Erat inter alios eius hostes quidam

*Impudentia
Smidelini.*

Goppingensis præco Iacobus Smidelinus. Is in credibili stultitia & impudētia ausus est asserere, nullā inter Evangelicos esse in doctrinę fundamento diū cordiā, cum rumen nō solum à Staphylo, sed etiā ab ipsis Luteranis diuersum ostenderetur. Sed quid nō audet hereticorū perfrixta frons? Cum hoc Smidelino præcipuū fuit Staphylo certamē, non quod dignus esset cuius ineptijs & calumnijs responderetur, sed ob hominis cōtundendam impudentiam, & Catholicā fidē ab illius calumnijs vindicandam. In Apologia sua idem Staphylus de quodā iuvene cōcionatore Luterano cōmemorat historiā lectandam, quā hoc loco inferere paraphrasticōs nō graua bor, vt nōrit posteritas, q̄ mōstrosos ediderit dogmatistas ætas nostra. Iuuenis quidam concionator

Misner

Misnensis (Est autē Misnia pars Saxonie) cum esset aliquādiū concionatus in Misnia, voluit in Saxoniam proficisci, (ampla est enim Saxonia & latē patet) idq; memorat ipse obtinendi alicuius ministerij euāgelici. Erat autē biale. ipse qdē Adiahorista, i. Melanchthonicus: porro ea Saxonie regio, quō se cōtulit, Illyricanū habuit superintendentē. Quāuis autē matthias Illyricus discipulus fuerit Melanchthonis, tamē in quibusdā acerrimē dissidet à suo præceptore, sicut & Melanchthō à suo magistro Lutero. Interrogatus igitur hic iuuenis ab Illyricano superintendente, quam religionem p̄staretur, respōdit, se sentire cū Melanchthone & Georgio maiore. Ergo, inquit superintēdens, Melanchthoniam aluca es tu & apostata hereticus. Tantum iam intererat inter Luteri & Melanchthonis doctrinam. Porro sciscitātū superintēdētī, num crederet bona Illyricanis. opera esse pernicioſa salutī, ille quidē respondit nō se id credere, sed potiūs p̄desse ea salutī: mox verō tanq̄ Euāgelij hereticus, iussus est ex ea vrbe totaq; regione discedere. Iā em̄ Melanchthonis discipulū Illyricū, Melanchthōis discipulū ferre nō poterat. Passus igit miser hic repulſam, è Saxonia se trātulit in Prussia, opulentā & vberē regionē. Ibī tū regnabat Osiandrinū Euāgelium. Petijt verō ab Osiandrino quodā Ecclesiasticū ministeriū: sed illo percōtante, nū crederet hominē essentiali dei iustitia iustū fieri oportere, & nū eos qui diuersum sentiāt, nō alio q̄ hereticorū loco haberet, istoq; respondente aliter docere Melanchthonē, atq; etiā Illyricū, nec se itā posse de hoīs iustificatiōe sentire: illicō ceu hereticus reiectus est, & ex Pruteni principis ditiōe p̄fligatus. Venit igit in Poloniā ad Caluinianos, sed cum nollet eādē cū eis cantilenā canere, nec à Luteri euāgelio deficere ad Zuinglianismū, ab illis itidē haud secus atq; hereticus repulſus est. Itaq; exclusus à Cal. A Caluinistis, ad Picardos se cōtulit, sperans ab illo hoīm genere

genere se in eorum sectam & contubernium receptum iri. At illi volebant, vt reliquis sectis omnibus abiuratis, vnicam Picardorum doctrinam tanquam optimam complecteretur. Quod cum illi non esset integrum, miser ab illis perindè vt à superioribus compulsus est fugæ se committere. Indè ad Silesianum quendam nobilem venit, à quo interrogatus ecquidnam de Suencfeldij Euangelio statueret, an crederet externum ministerium esse superuacuum, internum verbum, seu verbi prædicati energiam, esse ipsum Dei filium, respondit sibi eam videri antiquam hæresin, quæ ab Illyrico, Philippo, Caluino & alijs multis palàm editis scriptis oppugnata sit. Quod responsum moleste ferens nobilis Suencfeldianus, hominem à se repulit: atq; ità rursus ille in pedes se conijcere compulsus est. Totigitur locis repulsam passus, ad Anabaptistas in Moravia nõ infrequentes profugit, non tamen apud eos permanendi animo, sed vt eorum mysteria & institutum exploraret. Verùm ab illis callidè sanè preuētus, tandem eis suam exponere iussus est. Quæ cum illorum placitis non valdè concordaret, nihil morati, quòd ille longos suos circuitus prætexeret, non aliter quàm hæreticum eum à se eiecerunt. Et tamen hæc sectæ omnes singularim sibi vendicant puram Euangelij doctrinam, eamq; cæteris omnibus detrahunt. In tanta autem doctrinæ varietate fieri quæ potest, vt vera sint quæ docentur ab illis? Quid (oro) tandem facient miseri mortales, qui in hos errorum Labyrinthos præcipitantur, vel potiùs sua leuitate induci se sinunt? Tam diuersis ex orbis nostri angulis clamant certatim pugnantissimi dogmatistæ, noui Euangelij buccinatores, Ecce hic est Christus: & tamen simul mentiuntur omnes, cum non possit esse Christus, nisi in vna sancta Catholica & Apostolica Ecclesia, à qua isti omnes turpiter defecerunt. Sed

vt ad

vt ad nostrum iuuenem concionatorem redeamus, venit ille tandem Viennam Austriae, vbi in Catholico quædam incidens, suas illi molestissimas peregrinationes & aduersos casus, & in quibus versatus esset hæresibus, enarrauit, simul obnixè orans, vt ad obtinendam solidam certamq; doctrinam, & scripturæ diuinæ genuinam interpretationem auxilio sibi esset. Fuit hoc proculdubio diuinæ gratiæ opus, vt homo tot exagitatus difficultatibus, tandem quædoquè rediret ad se, & perspecta falsitate, quæ hæc tendens pro Euangelij luce esset amplexus, in viam reduceretur. Possunt enim hæreses de se polliceri veritatem, sed exhibere non possunt. Est verò ab illo Catholico hoc ei datum consilij, vt eum scripturæ sensum, qui semper & vbiq; receptus fuit, amplecteretur, porro priuatos omnes & singulares sensus repudiaret. Fieri enim non potest, inquit idem, vt priuatæ opinioes Catholicæ scripturæ sensum ferant, multo etiã minùs vt inter se consentiant, sibiq; consent. Cum enim nõ sint isti in eo corpore, quod viuut de spiritu Christi, & eius perpetuo ductu ac moderamine gubernat, sed ceu aridi palmites à vitæ Christo præcisi, foras proiecti sint, spiritu Iohann. 15: vertiginis huc illucq; impelluntur, & sua commentata venditât cæcis & incautis mortalibus pro verbo Dei. Ità quod singulis visum est, hoc pro Euangelio obtruditur: cum aut alijs alia magis placeat, nec alij alijs velint cedere, nascuntur dogmata mirè diuersa, & singula tamen pro veris defenduntur, & ab eueris hominibus recipiuntur. Accidit autem hoc iusta quidem, sed nimium formidanda ira Dei, vt in istos laqueos incidât homines, & pro veritate recipiant mendacium, dum nolunt audire Ecclesiam Dei, & ijs viuunt moribus, qui talem vindictam mereantur. Est autem certè doctrinæ veritas non apud hæreticos, sed in Ecclesia quærenda, de qua præclare dictum est

A Catholico
reducit
in viam.

*Aduersus
hereses lib.
3. cap. 4.*

Ioh. 10.

*Nota de
Traditione.*

est ab Irenæo: Tantæ ostensiones cum sint hæc, nõ oportet adhuc apud alios quærere veritatem, quam facile est ab Ecclesia sumere, cum Apostoli, quasi in depositarium diues, plenissimè in eam contulerint omnia, quæ sunt veritatis, vti omnis quicumq; velit, sumat ex ea potum vitæ. Hæc est enim vitæ introitus: omnes autem reliqui, fures sunt & latrones. Propter quod oportet deuitare quidem illos, quæ autem sunt Ecclesiæ, cum magna diligentia diligere, & apprehendere veritatis traditionem. Quid enim, etsi quæ de aliqua modica quæstione disceptatio esset, nõne oporteret in antiquissimas recurrere ecclesias, in quibus Apostoli conuersati sunt, & ab eis de præsentis quæstione sumere, quod certum & relinquitur? Quid autem si neq; Apostoli quidem scripturas reliquissent nobis? nõne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt ijs, quibus committebant Ecclesias? cui ordinationi assentiunt multæ gentes barbarorũ, eorum qui in Christum credunt, sine charactere vel atramento scriptæ habentes per spiritum in cordibus suis salutem, & veterem traditionem diligenter custodienter. Hæc Irenæus martyr & Episcopus ante mille trecentos & eo amplius annos. Vt autè ad Staphylum redeamus, scribit ille quodam loco se de nostrorum hereticorum imposturis, corruptelis, fraudulētis machinationib; habere cistas aliquot libris & epistolis plenas, quæ etiã venissent in lucem, nisi mors eum abstulisset.

*Obitus Ferdinandi
Cæsar.*

Mense Iulio ipsi ferijs D. Iacobi Apostoli, diem suum obiit sanctissimus & omnibus modis Catholicus Princeps Ferdinandus Romanorum Imperator, de cuius integritate, pietate, & in Catholica fide constantia multa dici possent. Etsi verò turbulentissima fuit nostra ætas, tam è non immeritò gratulari sibi potest de duobus sanctissimis & religio-

ssimis

ssimis, & Catholicæ religionis obseruatissimis Imperatoribus Carolo V. & Ferdinãdo eius germano fratre, quorum ad omnè posteritatè sacrosancta & celeberrima erit memoria. Insistit eorum vestigijs Maximilianus 2. Ferdinandi filius, qui hodiè gratulatur Ecclesiæ Dei, Romani Imperij habenas moderatur.

Hoc anno Philippus rex Hispaniarum Garsiam à Toletò, regiarum trirēmium & maris ducem suum generalem, cum ingenti classe misit ad expugnandã arcem munitissimã del Peuol di Velez appellatam, sub dñio Turcarũ ad Africæ oram sitã, vnde frequenter impij piratæ in mare Hispanicũ incursiones facientes, prædas agebant, quod rex Catholicus minimè sibi ferendum existimabat. Vbi classis vniuersa, certum videlicet trirēmium, absq; alijs nauibus, quarum certũ nõ habemus numerũ, Malacam urbè appulit, magnam illic peditũ & equitũ, tormentorum bellicorum & cõmeatũ copiam accepit, atq; indè soluens, vltimo Augusti mensis die, tràquillissimo mari & secundo flatu ad arcem memoratam incolumis peruenit, expositosq; in terrã milite, oppugnari cœpta est arx ipsa inter abruptissimas petras sita, & mari vndiquè septa, difficilimũ aditũ nõ solum hominibus, sed ipsis etiã ibicibus præbens. Cum autem per singula momẽta validis tormentorũ iustib; verberaretur, eccè præter omnium expectationè 6. die Septẽbris Turcæ milites, qui eam custodiebant, intempetæ noctis silentio turpiter indè aufugiunt. Manserũt aut trīgintaquinq; Turcæ, quod fortassis ob natãdi imperitiam fugæ se mandare nõ possent: ijq; viui in Hispanorũ potestatè venèrẽ. Dicit verò non potest, quãto gaudio ea insperata & incruenta victoria omnium animos perfuderit. Fatebatur Dux ipse illustrissimus, & totus exercitus magno clamore testabatur, à Deo exercitũ immissum hostibus

*Arx Turcica
expugnata.*

6666

*Præsidium
Hispanicū.*

terrorem, vt ex ea arce turpiter abscederēt, quæ vix multo tempore & multo sanguine potuisset obtineri. Impositum indè est fortissimum illi arci præsidium contra barbarorum incursiones. Cùm autem milites sese ad classem reciperent, Saraceni ingenti numero & magnis clamoribus multoq; impetu, vt apud illos moris est, eos aggressi, partim cæsi, partim vsque ad 5. vel 6. millia vulnerati sunt. Erant in hac expeditione aliquot viri doctrina & pietate insignes, qui rogatu illustrissimi Ducis Garstæ eò se contulerant, vt exercitui, si res posceret, Sacramenta ministrarent. Ijs verò tum Dux ipse generalis, tum multi alij primarij Duces & alij nobilissimi & illustres viri peccata sua confessi fuere, & sanctissimam Eucharistiam ab ijs accepere. Sic nimirum promerenda est superni Numinis clementia, cuius ope & auxilio freti Hispani, arcem penè insuperabilem intra paucos dies, nullo suorum fuso sanguine, in Catholicis & optimi regis Philippi ditione redegerunt. Scripta sunt hæc à quodā viro graui & fide digno, qui huic expeditioni præfens interfuit.

*Sineses
multi ad
Christum
conuertuntur.*

Huius anni 1564. mense Septembri literæ venerunt ex Iaponum & Sinarū regionibus, vbi iam sunt aliquot Patres Societatis Iesu, quos vulgò Iesuitas vocant, quibus significabatur, magnum illorum infidelium numerum, ad octo millia, in quibus sunt reges & principes, permultiq; proceres & optimates gentilium, relicto demonum cultu, CHRISTI IESV fidem esse complexum. Accedit huc miraculum, quod in ciuisdam Sinæ conuersione operatus est dominus, est ea Sinarum natio innumerabilis, & auri atq; ingeniorum ditissima, Dormiebat ille, & vidit in somnijs tanquam vnum ex patribus Societatis Iesu: qui eum, vt Christianus fieret, hortabatur, comminatus, nisi consentiret, incisurum se foris, quam in manu gestabat, capillos eius capitis: quod

est ignominiosum & infame apud eos; & eo reuente, abscedit aliquot. Idipsum vidit per tres continuas noctes, sed in postrema abra debatur ei omnes capilli capitis. Tū ille mox adijt Patres illos Societatis Iesu, & petijt baptizari: qui hominem cõplexi, docerunt eum quæ sunt religiõis nostræ, ac deindè baptizant. Porro isthæc visio nõ dubiã illis spem fecit totius gentis illius ad Christi fidẽ traducendæ. Benedictus Deus, qui illis lōginquissimis & ab orbe nostro remotissimis natiõibus, fidei suæ & gratiæ lucẽ impertit. Sunt em̄ Sinarū populi ad extremos Orientis fines longissimo à nobis interuallo distiti.

Mense Aprilis anni huius, Mulbrunnæ habitū est aliquamultis diebus Colloquiū inter Luteranos & Colloquiū
Zuinglianos vel Caluinistas. Interfuere Colloquio Mulbrunnæ
Principes duo, palatinus elector, & Dux Vuirteber-
nense.

gicus, Theologi vtriusq; Principis diū multūq; inter se discēptarunt, sed nulla ratione, neutris alteri parti cedere volentibus, vllã cõcordiam inire & cõciliare potuerūt. Defendebāt Vuirtebergici Theologi, quorū principes facillè erant Brentius & Iacobus Smidelinus, vnã cum pane & vino in cœna Dñi (sic em̄ illi loquuntur) ad esse substantialiter & realiter corpus & sanguinẽ Dñi, & nedum à bonis, sed etiã à malis ore percipi vtrūq;: cõtrã, Palatini tam corporalẽ presentiam, q̄ quod ab impijs sumeretur Prodigio-
Eucharistia, pernegarunt. Ibi tū multum sudatū est sum dogma
à Smidelino, vt persuaderet Christi corpus perindè Brentij &c.
atquẽ diuinitatẽ, nõ modò in cœna, sed etiã locis omnibus, i. vbiquẽ, p̄sens ad esse. Eã stultissimã & hæc
tenus inauditã opinionẽ hausisse videt ex Brentio symmysta vel potiùs p̄ceptore suo. Nã isti homunciones dū suis fidūt ingenijs, ex alijs in alios labunẽ errores, quãtoq; acriùs in id incubunt, vt Ecclesiam catholicã oppugnẽt, eo deteriùs occæcant, lōgiusq; à luce veritatis in inexplicabiliū errorū tenebras recedunt.

cedunt. Nituntur quidē Brétius & Smidelinus docere Christū corporaliter in Eucharistia præsentē; sed cū id compræhēdi nulla ingenij vi possit, sed simpliciter & incūctanter credi oporteat, sub panis & vini speciebus reuerā Christi corpus & sanguinē adesse, isti prodigiosum dogma cōfingunt, Christi corpus tam esse vbiq̄ præsens, q̄ est diuinitas. Sed humanæ cecitatis figmentū est, non doctrina Christi, neq; Catholice Ecclesiæ. Porrō Calvinistæ vel Zuingliani dū nullo pacto suis imbecillis ingeniolis cōsequi possunt, vt se Christus corporaliter præsentem in Eucharistia exhibere queat, instar Capenaitarum dicunt: Quomodō potest hic carnē suam dare ad manducandū? Itaq; ad tropos cōfugiunt, & euidentissima ac luculentissima Christi verba, quibus hoc & ipse instituit, & in Ecclesia conficitur Sacramentum, sæua & impia interpretatione ad figuratam locutionē detorquent. Sed audiunt vtriq; & Luterani & Zuingliani: Nisi credideritis, nō intelligetis. Si dicis, quomodō potest fieri, audis ab ecclesia, Deus omnipotens id pollicetur & facit, & tu dicis, Quomodō potest fieri? Porrō incredibilem & execrandā habet impudentiam, quod cū tam Luterani q̄ Zuingliani toto cælo à Catholica veritate aberrent, tamē incūctanter & crebrō asseuerant, ab ipsis stare veteres Patres omnes. Et hoc quidem imperitis, & in Patrū monumentis parūm versatis, perniciosissimē illi persuadent: sed qui vel vtrūq; Patrū scripta nōrunt, illorum fatīs mirari nō possunt improbitatem & impudētiam. Interim Ecclesiam Catholicam vtrique in simulant idololatriæ, propter eā quod Christū in Eucharistia adoramus sed absit vt illorum blasphemix nos ab hac adoratione absterreant. Immo verō audient, velint nolint, ex Augustino in Psalm. 98. Quia Christus in ipsa carne hic ambulauit, & ipsam carnē nobis manduca-

Iohan. 6.

Esa. 7.

Sectariorū
vanitas.Eucharistia
adoranda.

ducandam ad salutem dedit: nemo autem illam carnem manducat, nisi prius adorauerit: inuentum est, quemadmodum adoretur tale scabellum pedum Domini, & non solum non peccemus adorādo, sed peccemus nō adorando. Itā Augustinus. Verūm his obiter dictis, ad Colloquium Mulbrunnēse redeamus. Longa sanē (vt dixi) disputatione præclari illi Theologi frustra tempus triuerunt, & non solum nulla inter eos cōstituta pax est, sed simul tas & odiū acrius exarsit. Nam eodem anno Vuirtebergici de actis eius Colloquij scriptū Germanicē ediderunt, cui Brentij præfixa est Latina epistola, qua inter cætera insignem impudentiam & vanitatem Palatinis Theologis impingit. Contrā verō Palatini non diū post grande opus Germanicū euulgârunt, quo totius Colloquij acta explicātur, & scriptum Vuirtebergensium mendacij crebrō insimulatur, atq; prolixē cōfutatur. Certē verum dicit Sapiens: Inter superbos semper sunt iurgia. Est autem hoc cum primis admiratione dignum, quod Smidelinus, qui palam ausus est scribere, inter Euangelicos præcones nullam esse in doctrina pugnantiam, iam lōgissima disputatione, in qua solus ipse loco Vuirtebergensium loquebatur, Brentio se intra silentium tenēte, perpetuō cōtra Calvinistas cōtendit, & q̄ cœdē in rebus grauissimis inter se diffideāt, toti orbi luculenter ostēdit. Sed hanc deplorati hoīs vanitatē & versutiā misera plebs nō aduertit. Si q̄ verō aduertūt, & tamē id genus hominib; in religionis rebus, vnde salus sempiterna pender, fidē adhibent, illis ego nihil sentio esse deploratius atque infelicius. Scilicet nulla est inter istos præclaros in signiū blasphemiarū buccinatores discordia, cū nullā vnquam possint conficere concordiam, nec desinant palam edictis, libris alij alios oppugnare perpetuō. In hoc ipso Colloquio Vuirtebergici Palatinos vocant fe-

Sectarij
mutuis se
scriptis la-
cerant.

Prou. 13.

Smidelini
impudentis-
sima vani-
tas.

*Sectarij mu-
tuis se ornāt
elogijs.*

*Sectariorū
versutia.*

Starios, (sic em Palatini interpretatur) porro Vuir-
tebergenses Palatini aiunt noua, falsa & inaudita
dogmata proferre. An non praclarè inter se cōfen-
tiunt, qui id genus elogijs sese inuicem ornant? Nō
debent iam isti egrè ferre, si à Catholicis tales appol-
lantur, quales ipsi se inuicem salutant. Inter collo-
quendū Boquinus Zuinglianus dicebat, nō de scri-
ptura, sed de eius intelligentia inter ipsos quæriti-
bī Smidelinus egrēgiè pdidit versutiā suā & omnium
istorum sectariorum, dicēs Bōquinum hoc ipso sibi
arma eripere, quibus cōmunitè vtantur contra Pa-
pistas. Hoc enim certissimum est, non propterea ad
scripturas puocari ab istis infidis hominibus, quōd
scripturæ pro ipsis faciant, sed quōd faciliè pos-
sint scripturas ad sua in speciem adstruenda menda-
cia detorquere. Itaq; si adigas illos ad scripturarum
intelligentiam, quæ non ab hæreticis, sed ex perpe-
tuo Catholicę Ecclesię Doctōrum cōsensu peren-
da est, iam planè iacent omnia hæreticorum cōmen-
ta. Hoc cum ipsi nō ignorent, vsque adeo solas cre-
pant scripturas perperam intellectas & impie de-
tortas, vt Patres simul omnes & Concilia omnia
prorsus rejiciant, vbicunquè ab illis dissentiūt, ita-
quæ Luterus ipse quodam loco scribere ausus est,
sacra Biblia esse hæreticorum librum. Huc igitur &
Luterus & sectarij omnes impudenter prouocant,
hæc sola valere volunt: & tamen res ipsa loquitur,
quōd ea aliter Luterani, aliter Zuingliani, aliter alij
sectarij interpretantur. Itā cogunt singuli illam ve-
racissimam sacrorū Bibliorum scripturam suis me-
dacijs seruire & ad stipulari, non absq; summa inco-
mutabilis veritatis Dei contumelia & blasphemia.

Fuit hoc apud hæreticos ferè omnes in more po-
situm, vt scripturas suis commentis prætexerent, &
itā scripturas scripturis oppugnarent. Nec defue-
runt, sicut nec hodiè defunt, qui scripturas depra-

uare & corrumpere non dubitarent. Immo verò
etiā Vuirtebergici Palatinos vocant falsarios, qui
corruperint Lucę Euangelistę verba: contra, Pala-
tini asserunt, Vuirtebergicos suis somnijs scriptu-
ram peruertere.

Quis igitur istis fidem commodet, qui tam egre-
gia de se mutuò testimonia dicunt? Addunt Palatini
Vuirtebergicos de vna eademque re & affirmatiuè
& negatiuè solere respōdere. Nec hoc mirum: per-
mittit id enim Luteri Euangelium, quem hominem
etiā ipsi Palatini Zuingliani in multis sibijpsi cō-
trarium ostendunt: vt meritò pudere debeat, eius
commenta tantum habuisse pondus apud plerofq;.

Atquè verò è diuerso & Luterus, & Ioachimus
Vuestphalus Luteranus, id obijciunt Zuinglianis,
quōd inter se pugnent. Nos hæc testimonia aliorū
de alijs libenter amplectimur, & à toto eiusmodi
dogmatistarum grege, toto pectore & animo nos
separamus & secedimus. Quod vtiuam etiā illi fa-
cerent, qui ab istis in faustis & nimium ab omni ve-
ra luce alienis, in fraudem impelli, & ab Ecclesia ca-
tholica diuelli se passi sunt. Verum dabit quando-
què benignus D E V S gratiam suam, vt videant
homines quod hætenus magno suo malo videre
noluerunt, quàm infidis nō Euangelij, sed porten-
tose vanitatis buccinatoribus, animas suas credide-
rint. Ridiculum verò est, quōd quidam ex Zuingli-
anis obijcit Luteranis, quos nouos vocat suffra-

*Praclara
encomia
sectariorū.*

*Luterani
nouū suffraganeū.*

gant. sint veri Tomi operum Luteri. Alij enim alijs obij-
ciunt, quōd Luteri scripta deprauarint. Adijcit
etiā, Luteranos voluisse Luterum nouum efficere
Papam, vt ipsi eius Cardinales, & temporis successu
etiā successores esse queant. Dij prohibeant, nē
talem Papam & tales Cardinales habeamus, quos
nec fratres Euangelici, qui ad se eam dignitatem

deriuare mâlint, recipere velint. Quis iam nobis inuideat Papam nostrum Romanum Pontificem, eiusq; Cardinales, quando etiã sectarij suos volunt habere Antipapas & Pseudocardinales? Sed hæc quidem de Colloquio Mulbrunnensi annotasse breuiter satis sit, de quo ingens scriptum, vt dixi, Palatinus, & aliud Vuirtebergici ediderunt, vt totus orbis sciret quàm præclare inter se contentiant fratres Euangelici, & vel manibus palpare possint qui velint, quàm nihil cum illis commercij habeat spiritus Christi, qui facit vt sit credetium cor vnum & anima vna in Domino.

Acto. 4.

Immaue la-
troucium.

ANNO 1565. immane facinus perpetratum est Leodij. Abbas quidam Præmônstratensis ordinis famulam habuit, quæ certa de causa iussit à se discedere, & alium sibi dominum querere. Tulit hoc egrè famulus, & interim heret ad aliquot dies apud Abbatem, atque, vt prius, cubicularij fungitur officio. Paucis autem elapsis diebus, Abbatem quodam conuiuio iam sero cubitum abeunte, homo crudelis nihil tale suspicantem fera & plusquam barbara crudelitate in ipso cubiculo iugulat, multamq; secum pecuniam è cubiculo eodem auferens, equum Abbatis sternit & abscedit, cum prius nescio quæ mendacia de Abbate ad familiam retulisset. Hæc quidem teterrimum exemplum admodum mortales omnes merito & potest & debet, vt sic vitam stituant suam, nè imparati hinc exeant. Nã propter eiusmodi dubios vitæ casus & mille pericula, inter quæ quotidie versamur, Christus Dominus in Euangelio crebrò nos admonet vt vigilemus. Horrèndum sanè fuit ita subito ac improuise necari, idque à famulo, cui iam diu non dubitasset Abbas vitam suam committere: sed tamen si animus fuit pius & diuine voluntati religiosè subditus, nihil quidem Abbatem

Mat. 24. 25.

Mat. 13.

Luc. 12.

nocitum

nocitum est: sed crudelissimum facinus sceleratum homicidam & temporarijs & æternis supplicijs, nisi dignam agat tanti sceleris pœnitentiam, reddidit obnoxium.

Prodiit hoc anno scriptum benè longum Johannis Marbachij superintendētis Argentoratensis contra Caluinistas & Zuinglianos, cui mox certatum, sed breuiter ab istis responsum est, adeò vt etiã medicus quidã Zuinglianus, postpositis interim pharmacis & potionibus, aculeatè in illũ scripserit. Videtur autè etiã iste Marbachius Brentianã vbiuitatè docere. Calumnistæ eũ tanq; ineptũ & indignũ responso cõtemptim pstringunt. Habet certè in suo libro ineptias multas, & tantũ tribuit Lutero, vt eũ omnibus etiã veteribus Patribus nõ dubiter antefereat: egregieq; eũ cõmendat ob exagitatũ & oppugnatũ Papatũ: quodq; nimis est intolerabile, ait se & suos Luteri doctrinã haud secus, atq; ipsius Christi verba & doctrinã, accipere, eũ tamè luce meridiana clariũ sit, Luterũ sepe pugnãtia scripsisse, & certè nulla ratione dignũ fuisse, cui id tribueret, qd errare nõ potuerit, eũ multos nefandos & pudèdos errores ab inferis excitãrit. O p̄digiosam huius seculi cecitatè, quòd videre nõ potest, q̄ nihil videat, qui se veram demũ Euãgelij lucẽ in orbẽ inuexisse gloriantur. Piger & pudet tã cecis Doctoribus cõfutandis tempus terere, præsertim eũ nec huic instituto magnoperè conueniat. Id verò admiratione plenũ est, quòd iste Marbachius scribit, se suosq; adiutores Ecclesiæ Argentinensis iam idem docere Argentinæ, quod Luterus & Saxonice Ecclesiæ de Euchariſtia doceant. Cũ enim Argentinæ Zuinglij dogma diũ receptum fuerit, iste iam Argentinensibus apud omnes leuitatis & inconstantie notam inurit, tanquã qui Zuingliano reiecto dogmate, Luteranum cõplexi sint, quod fortassis Argentinenses

Marbachius
Vbiquetarius
Brentianus
annus.

Ccc 4 non

non æquo sint animo laturi. Est quidē mirabilis in Germania rerū cōfusio, dum videmus alios à Lutero rismo ad Zuinglianismū, & rursus alios à Zuinglianismo ad Luteri placita desciscere, vt interim alias innumeras sectas taceam. Nec erit certē vnquam ab alijs ad alias sectas desciscendi finis, propter dogmatum incredibilem varietatem & inconstantiam, nisi redeant ad vnitatem Catholicæ Ecclesiæ, cui & rector & protector adest spiritus veritatis, quem hæretici habere non possunt. Hoc quidē certo certius est, multum conniti istos insignes Euangelicos dogmatistas omnes, vt auctoritatem Romani Pontificis prorsus euertant: sed tanta est eius auctoritatis vis & pondus, vt etiam si illis rumpantur illia, nihil tamē sint relaturi aliud, quàm summum dedecus & ignominiam sempiternam. Perstitit hæcenus Romanæ Ecclesiæ sedes annis mille quingentis contra omnes tyrannorum & hæreticorum omnium insultus: perstabit etiā haud dubiō vsq; in mundi finē. Decessit non nihil in Europæ aliquot angulis illius sedis auctoritati, sed longē plus accessit in amplissimis noui orbis atq; remotissimarū gentium vastissimis regionibus. Et vt tabescat liuor improbus & amens furor vilissimorum homuncionū, qui prauis confingendis dogmatibus & contumeliosis edendis scriptis, eius sedis ex professio hostes se declarāt, libet hic inserere pauca quædam de rege Lusitanie longē potentissimo, qui hoc anno literas scripsit Patribus societatis Iesu Romę cōgregatis, in hūc modum: Patres societatis Iesu, qui nunc estis Romę in congregatione generali, rogo vos vt petatis à Deo, vt faciat me verum filium & defensorē Ecclesię permanē, sicut confido me futurū auxilio Dei. O quātum desidero osculari pedes sanctissimi patris. Hęc ille inuictissimus Lusitanie rex. Fuit verō etiā hoc ipso anno Colonie vir quidā grandæus & venerabilis,

Legatus pat-

bilis, missus ex Thebaide ab Alexadrino Aegypti patriarcha, qui eius ipsius patriarchæ nomine Romæ Pontifici obedientiam pmitteret, vel potiùs scriptū adferret, quo is patriarcha obedientiam promitteret. Irā iridet præpotens DEVS miserimorum homuncionum impotentiam, qui se putant illam sedem posse destruere, quam nulli hæcenus neque ethnici Imperatores, neque subdoli hæretici euertere potuerūt. Elidant igitur insana licet capita sua in parietes, salua manebit sua auctoritas Romano Pontifici, atque ea ipsa hærefum architecti & buccinatores omnes pefsum prementur & penitus opprimuntur.

Idem Lusitanie rex Christianissim⁹ petijt à summo Pontifice, vt duo Episcopi mitterentur in Japoniam remotissimam à nostro orbe insulam, vbi mirē increfcit religio Christiana, & obseruantia erga Romanum Pontificem: Porrō feruntur illic esse homines acuti & insignes philosophi, quibus conuertendis non deerunt etiā Catholici Doctores, multa eruditione & vera pietate suffulti. Quæ quidem libeter nos commemoramus, vt pudeant insolentes & miseri homunciones, qui se putant magnam cladem attulisse Romanæ sedi, dum tam varijs, impijs & inter se mirē pugnantibus doctrinis Europæ regiones quasdam perdidērunt & corruperunt. Veniunt ad fidem barbarę nationes, demouunt cultrices: Aethiopię rex longē potentissimus, quem vulgō Prætoianum vocant, cuiusque est amplissimū imperium, iam Lusitanis magna iunctus est amicitia, & per eos haud dubiē in dies magis ac magis vera fide Aethiopes imbuentur: Multæ quoque Indorum insule & regiones auidē doctrinam Christiani amplectuntur, & sæpē integre ciuitates sacro ablutę sunt Baptismate. Habet harum rerum commemoratio mirificam iocunditatem: itaque non pige-

Indi conuertuntur ad fidem.

bit paululum ijs immorari. Postquam reges Luſitani longiſſima nauigatione in Indiã vſque & orbis extremos fines aditum ſibi fecerunt, eam in curam ſummoperẽ ſibi incumbendum putãrunt, vt miſeros homines dæmonum teterrimo cultui addiſtos, ad Chriſti religionem traducerent. Ea in re longe piſſiſſima, & qua illis regibus cedit in gloriam ſempiternam, vſi ſunt opera Patrũ Societatis nominis Ieſu, qui iam paſſim Ieſuitæ vocantur. ex ijs pleriq; apud illas barbaras & feras nationes ea vitæ ſancti monia, co animas Chriſto lucrificãdi ardore emicuerunt, vt non facile fidem habiturus ſit Lector, ſi ſingula referre velimus. Sed non eſt abbreviata manus Domini, vt non poſſit etiã hodiẽ innouare ſigna, & immutare mirabilia. Inter hos Patres facile primus fuit Franciſcus Xauier, ex primis ſocijs celeberrimi Patris Ignatij, à quo hoc inſtitutum cepit initium. Is Franciſcus incredibili charitatis ſeruore ſuccenſus, diſcurrit per Indiã regiões, & iam in Sinarum vſque regionem penetrare geſtibat, tamen ſi id ſine ſummo vitę diſcrimine fieri non poſſet, cum lege prorsũs barbara apud illam gentem cautum ſit, nẽ quis peregrinum hominem eõ adducat: eius legis transgreſſori capitis ſupplicium conſtitutum eſt. Sed perfecta charitas forã mittit timorem, & iam Franciſcus cum mercatore quodam tranſegerat, oblato ei pro nauulo 300. aureorũ pipere, quod eleemoſynã nomine datum illi erat, vt in Sinarum regionem eum inucheret. Verũm non diũ poſt ſu peruixit, maximis exantlatiſ laboribus. Vt autem CHRISTVS oſtẽderet, quã illi charus eſſet, & ille æterna memoria dignus, poſt eius obitum corpus illius vltra menſes 15. itã ſeruauit integrũ illæſum, vt recẽs mortuum putaretur, & ſuuiſſimum ſpiraret odorem, tamen aliquandiu à calce fuiſſet obrutum, quã etiã oſſa conſumit, &

*Eſa. 39.**Franciſcus Xauier.**Joban. 4.**Corpus exanime manet incorruptũ.*

humo opertum, vbi humana corpora facile putreſcunt. Itã voluit præpotens DEVS honorare eum, qui illam fidem annunciãſſet cæcis gentibus, quam ſectarij horum temporum Papiſticam vocant. Non patitur hic locus commemorare huius Franciſci geſta omnia, prophetiã gratiam, & miraculorum eſſicaciam. De regione Sinarum iam antẽ diximus. Eſt ampla admodũ, homines habet acuto ingenio, & diſcendi auidos, ac benẽ eruditos. Qui inter illos plurimũ eruditione pollet, nobiliſſimus habetur, & authoritate cæteros antecellit: & tamen etiã ex ijs iam multa millia CHRISTO nomen dederunt. In regione Maluccarum iam per plures in CHRISTVM crediderant. Inuidit hoc malus dæmon, & regum duorum opera vſus, partim blanditijs, partim terroribus illos ad priſtinam ſtultitiam retraxit. Sed nõ defuit vltio diuina tam ſcædã apoſtaſiæ. Ager antẽ fertiliſſimus repentẽ ſterilis factus eſt, vt toto eo tempore, quo in apoſtaſia perdurãrunt, quanũs crebrõ fererent, nullos fructus attulerit, oriza ſementi ſeruata computruerit, aquæ dulces nunquã illic comperto miraculo in falſas verſę ſint. Et quanũs ea calamitate multi interierint, non tamen ſecti potuit dura ceruix Mahometanã ſuperſtitioni deditorum, quin pergerent à CHRISTI fide abducere quos poſſent. Tandẽ ingens barbarorum manus collecta eſt, vt armis rem gererent, & Luſitanis vi reſiſterent. Sed ecce ſubitõ corripuntur terrore & tremore, arma è manibus excutiuntur, humi omnes proſternuntur: ſol propẽ meridianus adeõ obſcuratur, vt alij ab alijs minimẽ cernerentur: terra tremuit, igniti lapides ruunt è cælo, & dæmonum delubra aliaq; omnia ædificia proſternũt: arbores itã euertuntur, vt radices ſurſũm, rami deorũm ſpectarẽt. Pauci deindẽ Lu-

*Sinenſes populi.**Maluccæ**Vltio diuina in apoſtaſia.*

Lusitani, cessante hac tempestate, innumeram illam turbam aggressi, multos ex illis cædunt, nihil ipsi prorsus læsi. Redcunt tandem ad sanitatem homines perfidi, & tum ipsi, tum multi alij ethnicis miseroribus implicati, ingenti numero fidem complectuntur, adeo vt intra vnam hebdomadam supra 10 hominum millia Christianismo adiugerentur, quin & ex alijs insulis permulti eò confluiebant, vt Christiana religione initiarentur. Nec defuit diuina clementia respicientibus. Nam agris reddita fertilitas est, aquis dulcedo pristina. Hæ Maluccarum gentes longissimo à nobis interuallo separantur. Crescit apud illas garyophyllum, & plura illic locis minutissimis habentur Christianorù propugnacula. à Mauris & Indis non parùm infestantur. Est Indis regnù quoddà Bisnagæ vocabulo. In eo vrbs Chiròmandel est, vbi Apostolus Thomas & viuus annuciassè Christi Euangelium, & mortuus cõditus fuisse, hodieq; totus illic asseruari confirmatur totius gentis eius testimonio. Est sepulcrum in rupe excisum, in quo visitur corpus satis amplum & procerum, suauissimum spirans odorem, quod in hunc vsque diem tanquam Thomæ Apostoli, in multa apud omnes eius loci homines veneratione habetur. Sunt illic quoque Christiani, & plures fiunt. Cùm primùm annis superioribus apud Indos Franciscus Xauier, cuius supra meminimus, Christum prædicaret, ad illos homines conuertendos non parùm illi contulère pueri idololatrarum: quippe qui mirabili zelo & seruore parentes idololatrias reprehenderent, atque etiàm accusarent, & missi ab eodem venerabili Patre in loca vbi parentes demonibus sacrificassent, idola per præceps in cautes deturbarët, aut flammis exurerent, alijsq; multis modis eis illuderent: adeo vt patentes nõ nisi clamorè modùm eiusmodi nefanda sacrificia exercere ausi

Thomas
Apostolus
vbi cõditus.

Pueri perse-
quuntur ido-
la & eorù
cultores.

fuert. Eosdem pueros, cùm omnibus ipse coràm adesse non possët, qui eius operam efflagitabant, ad egrotantes mittere solebat, qui conuocatis vicinis & domesticis, symbolum cum precibus quibusdam crebrò recitabant, asserètes fore vt sanitati restitueretur, si crederent in Christum: Ità factum est, vt non pauci & corporis & animi morbis liberati, dei erga se misericordiam experirentur. Huiusmodi miracula permulta in ijs regionibus Catholici edidère, cùm in nostro orbe fratres euãgelici tam longè sint alieni ab edendis miraculis, quàm nihil habent veræ fidei, licèt nihil perindè atquè fidem iactitare videantur. Viuunt genialiter: absque scemnis cubare nimis molestum est: vigilię, preces, ieiunia, execrationi illis sunt tanquàm papistica commenta: & quid mirum, si tales nulla signa faciant? Longè alio gradiuntur itinere, qui apud Indos miraculis clarent, & innumeras Christo animas lucrificiunt. Certis constat grauium virorum testimonijs, Franciscum illum Xauier, in cuius libentes recordimus mentionem, longissimis sæpè etiàm nocte tota precibus incubuisse, attentissimis meditationibus mirificè animum occupasse, parcissimo plerumque cibo contentum fuisse, labores in credibiles libentissimè & quidè nõ sinè diuinarù affluetia consolationum, quas isti carnales & pseudo euangelici buccinatores nesciunt, noctesq; diesque pertulisse, non semel presentissima mortis discrimina adijisse, quæ illi à barbarorù persecutionibus imminebant, denique totum se Deo & lucrandis animabus impendisse. Nec mirum si talem vitam consecuta sunt insignia miracula, & inexpertis vix credibiles diuinæ consolationes, quibus vsque adeo sæpè inter tot labores & pericula recreabatur, vt non rarò inter orandum exclamãrit: Domine, plus satis animi voluptatum, Sæpè etiàm inter dormiendum audita

Miracula
apud Indos.

Francisci
Xauier vita

sunt

sunt eiusmodi ex eius ore voces, O bone IESV, o Domine, o creator mi, & id genus alia multa. Ac rumnarũ & laborum longè fuit appetentior, quàm quãtumlibet avarus auri vel argenti, quod sanè est haud vulgaris sanctitatis perspicuum argumētum: neque se eripi volebat diuinitus, si quæ incidissent res difficiles & molestæ: adeo iam didicerat cum Apostolo gloriari in tribulationibus, & ceretè præstitit ei D E V S quod appetebat, vt innumeris sub, indè calamitatibus premeretur, quæ illi amplissima in cælis præmia conciliabant, insignesque coronas. Obijt tandem Cantanæ in regione Sinarum, mirabili ante mortem feruens desiderio videndi Saluatoris. Is pater primus, vt iam antè dixi, nostra ætate Indis CHRISTVM prædicauit, & innumeros ad fidem traxit, quem deindè plures alij secuti sunt societatis Iesu patres, qui hodieque immensos proferunt fructus apud Indos & vicinas insulas, è quibus vnus in quibusdã literis suis scribit in hunc modum: Cùm venit in mētem laborum, quos oñim impigrè alacriterque nescio qua de causa stultè suscipiebam ac sustinebam, pudcat nunc in difficultatibus periculisque pro Christi religione ad euendis defatigari. In præteritorum verò peccatorum memoriam dum redeo, nunquàm diuinis rebus tractandis, Christi que cultu conseruando & longèh. tēque disseminando satiari possum, cùm mihi videtur, quod verissimum est, nihil omninò esse quod facio præ eo quod debeo, quia seruus inutilis sum. Ità ille, qui triennio mansit Ormutij, quæ insignis Persici snūs vrbs est, adeo solis ardoribus exposita, vt homines in aqua viuere cogantur: qui que tres duntaxat horas plerunquè somno indulgebat, & supra naturæ vsũ duobus integris mēsisbus quoti diè vnus horæ somno cōtentus vixit, charitatisque & pietatis officijs mirũ in modum addictus semper

Rom. 5.

Obitus.

Luc. 17.

Ormutium.

fuit, ac tandè intra paucos annos nimijs cōfectus laboribus, magno sui apud omēs desiderio relicto, Christo spiritum reddidit.

In Promontorio Commorino iam pridè ultra trecenta Christianorum millia fuisse feruntur: nec dubium quin interim plures accesserint. Erat in ea provincia quidam societatis Iesu pater, Criminalis nomine, qui singulis mensibus totam perambulans, curam omnium singularem gerebat: cumque hostes barbari eum perdituri aduentarent, possetque facillè eorum iniuriam omnem consensa naui declinare, è naui exiliit, & tum pueros tum alios multos in litore consistentes Christianos, nè Mauro-rum minis & iniurijs ad abiurandam fidem adigerentur, quotquot potuit ad naues adduxit. Sed tandem barbarorum militum lancea confixus, ad templum quò multi Christiani cōfluxerant, abiit, ibique ante altare orans, cæso capite, CHRISTO se martyrem consecrauit. Fuit eius vita admodum pia & religiosa, digna quæ martyrio clauderetur. Mos illi erat quotidianus, trigèsis ad oradum in genua incumbere. Socij eius alij in vincula coniecti, alij barbaris vèditi, alij verberibus affecti sunt. Successit illi Henricus Henriquez, qui strenuam in primis operam in illo Promontorio animabus lucrands nauauit, vir multa virtute conspicuus, cui socius adiunctus erat Paulus Valleus magnæ perfectiõis & sanctimonis, qui toto mense in carcere detentus, nihil in cibum sumpsit neque etiã petijt aliud, nisi orizam aridam & aquam. Non est operis huius omnes commemorare, qui in illis remotissimis Indorum populis & regionibus innumeros nostræ religioni adiunxerunt, in quibus nouis Christianis viget seruator fidei Christianæ, cùm hoc in orbe miserè tepefactamus, & errores impios Euangelij nomine complectamur, Accidit quodam tempore vt nauim

Promontorium Commorinum.

Criminalis martyrium.

TURCE

Constantia
30. *puerorū*

Giapa insu-
la.

Turcæ caperēt, & in ea præter Lusitanos plurimos, etiã 30. pueros Indorum, ætate quidem teneros omnes, sed ad eò animi virtute robustos, vt cum grauissimis supplicijs à Turcis cogentur Christo nũcium remittere, vinci nulla ratione pòtuerint. Est insula versùs Septentrionem haud procul à Sinarum siue Chinarum amplissima regione, quam Giapan vel Iapaniam vocant, ante hos paucos annos à Lusitanis mercatoribus inuenta, in longum obitens sexcenta vel plura etiã millia. Sunt in ea reges & principes, è quibus rex Bonganus facile omnium eius insulæ opulentissimus, iam pridem significauit Proregi, qui nomine Lusitanie regis, Indie præfectus fuit, se nostre religionis esse cupidum. Laboratum est apud illas gentes, & Domino suam gratiam largiter adspirante, iam ante aliquot annos supra quadraginta millia Christianæ fidei iugum mansuetis humeris acceperunt: nec dubium, quin aucto operariorũ numero & labore, auctus plurimũ sit ille numerus. Sunt homines eius insulæ rationi obsequentissimi, & bona cum primis indole atque ingenio. Itã fit, vt nec in gratiam, nec metu cuiusquam, sed recta incitati ratione, & Christo suam illis gratiam liberaliter impertiente, alacres accedant ad fidem: & quia perspicaci sunt ingenio, rationes & argumenta probè assequuntur, & acutè ad interrogata respondent: si qua in re hæsitãt, modestè petunt adiunctis rationibus sese institui. postquam salutaribus vñdis tincti sunt, cum multo spiritũs seruore disputant aduersùs parentes & familiaritate coniunctos, eosque erroris conuincunt: porrò nostram fidem egregiè propugnant. Tanta in illis animi cõstantia appãret, vt citiùs vitã quam fidem sint deserturi. Plerique nobiles & viri primarij magno numero in Christum credunt, & quo quisque est perspicacior, eo minori negotio fit Chris-

stianus,

stianus, quippe qui cernant nostram legem vsque adeò rationi esse consentaneam. Itã nimirũ præpotens & bonus DEVS habet semper, qui eius sanctissimam fidem & religionem cupiãt amplecti, dum ea ab ingratis & iam inueteratis atque in hereses erroneasque auidis fastiditur. Atque vt alibi iam dixi, etiã Sinarum populi, quos alij Chinẽses vocant, ad Christi sanctissimam fidem traducuntur, quorum ditio tam vasta & ingens est, vt sua magnitudine superet orbem Christianum. Porrò verò apud has Iapaniæ & Sinarum præclaras & insignes nationes nulla hætenus extitit memoria Christi. Quid nos hic dicturi sumus, qui eam religionem, quam tot seculis nostri coluere Maiores, homines graues & constantes, quamque modò illæ à Christo hætenus alienæ nationes cupidè complectuntur, itã leuiter & insipienter, nè quid durius dicam, deseruimus, & fanaticis ingenijs in tot sectas nos distrahendos & seducendos tradidimus? Vtinã

Sinarũ ditio
amplissima.

Seilam insu-
la.

vel ferò tantæ leuitatis nos pœniteat. Est insula Seilam in illis longinquis locis sita, ambitu suo trecenta complectens millia, cinnamomo, malis aureis & rebus alijs abundans, tanta aëris salubritate & loci amenitate, vt incolæ persuasum habeant paradisum nusquam alibi fuisse. In ea insula Lusitanie rex nõ pauca habet castella, præsidijs impositis munita, nec defunt homines pij, qui illic quoque Christum annuncient. Eius insulæ rex iam diũ baptizatus est. Est in regno Malagiorum vrbs popu-

Malacca
vrbs.

D d d ni-

*Feror no-
norū Chri-
stianorum.*

Exech. 18.

Luc. 22.

niunt, posthabito cultu dæmonum, ad agnitionem & cultum vnius viui & veri Dei, homines à Christo & vera luce alieni, aut etiã multis erroribus implicati, vt si omnia exactè prosequi velimus, longè ab instituta nobis breuitate recedendū sit. Est verò ea insignis Christi clementia, quòd plerique ex ijs, qui recentes ad fidem veniunt, nullam dant requiem sibi, donè etiam alios ad vnius Dei cognitionem perducant. Quæ quidem omnia paucis in gratiam Lectoris huc adscribere libuit, vt designat homines importuni gratulari sibi de oppugnato Papatu & Romani Pontificis autoritate: quando quidem videt feros & barbaros populos amplecti fidem Romanæ Ecclesiæ, quam ipsi oppugnant, & reuerenter suscipere totius Ecclesiæ patrem & pastorem, Christum in terris vicariū. Doleant potius se vera Christianæ fidei luce destitutos errare turpiter, & alios quoquè in errorem inducere. Respiciant maturè & agant penitentia, quia bonus est Dominus, nec vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Quòd si in sua duritia & improbis conatibus pertinaci animo persistere perrexerint, nihil quidem nocebunt Romano pontifici, sed seipfos potius malis dæmonibus effusè irridendos propinabunt, ac paulò post vnà cum illis, quos seduxerint, in ignem præcipitabunt pice & sulphure semper arsurum. Christus in euāgelio dicit ad Petrum: Ego pro te rogavi, vt nõ deficiat fides tua. Ea præcatio & promissio, ad Petri illam Romanam sedem pertinet, in quo hodieque perseverat fides vera, quæque est magistra omnium Ecclesiarum. Quòd si hoc non vult credere superbus hæreticus, habet Christus apud extremos Indos, habet apud Antipodes populos innumeros, qui id libenter sibi persuaderi patiantur. Faxit pius & misericors Deus, vt in viam redeant, qui ab huius Sedis obedientia discesserunt: quia certè non est

quis

quis Christi, qui non vult illi obedire, cui Christus commisit pascendas oves suas. Sed de his satis.

Sub finem anni 1764. & initio anni sequentis tanta fuit hyemis asperitas & sæuitia, vt multis locis vites ad solum vsque planè interierint, & grandes quoquè arbores exaruerint. Secuta est postea mira aquarum inundatio, quæ locis nõ paucis, præsertim Danubio & Rheno propinquis, incredibilem agris & edificijs cladem intulit. Sequissima quoque pestis aliquot his annis continuis innumeram hominum multitudinem tulit è medio: & vt intellexerent mortales irati Numinis iram planè effusam esse, etiã horrenda dirè afflicta multas Europæ regiones, adeò vt non pauci homines ob famis immanitatem & sibi & alijs manus atulisse ferantur. In Liguria haud procul à Nicea vetusta vrbe aliquot vici ità repentino terræ hiatu absorpti sunt, vt nulla eorum vestigia superesse ferantur. Atque vtinàm hæc flagella duras ceruices nostra, vel tandem inflecterent ac edomarent. Percutit nos omnipotens Deus, vt agnoscamus scelera nostra, & designamus impiè agere. Non delectatur ille calamitatibus nostris, sed vult vt flagellis castigati, emendationem meditemur, nè pænæ temporales mutentur in æternas. Volumus hodiè sub prætextu Euangelij nouas subindè hæreses amplecti, fastidimus Patrum nostrorū tot seculis ad nos vsq; religiosè cultam fidem, votifragos & impuros monachos incestis nuptijs pollutos, aliosque impuros tenebriones, qui vel ante mille annos sepultas hæreses iam ab inferis excitant, non alio quàm Apostolorum Christi loco habemus, eorū blasphemias & impia commenta pro luce Euangelij recipimus & adoramus, & interim non videmus noua in dies diuinæ iræ grassari flagella, nouas inauditasque clades existere, omnem ab hominibus mu-

Frigus.

*Aquarum
inundatio.*

Pestis.

Fames.

tuam fidem, charitatem, benevolentiam prorsus exulare: quæ omnia necesse est euenire, cum hereses & sectæ vigent. Vbi enim vera & Catholica fides deficit, ibi pariter corrumpere necesse est pietatem & virtutem omnem: porro è diuerso emergere vitia & flagitia omnia, quæ deinde non potest non consequi & persequi diuinæ iustitiæ seueritudo, multis ipsius horrendis flagellis in ea animaduertens. Non admodum multi elapsi sunt menses, quòd in cuiusdam regni Comitibus publicè disputatum fuit, num Christus sit Deus. Tales impietatis progressus faciunt, qui à Catholica Ecclesiæ, quam ipsi papisticam vocant, contubernio sibi discedendum statuerunt. Quid illic ad Mahometanam superstitionem reliqui est, nisi vt circumciantur, & Christum abiurent? Quid isti sentiant de totius nostræ religionis Sacramentis, institutis ac legibus, qui Christum negant esse Deum? Certè non est quod miremur ab istis & alijs sectarum architectis ac preconibus tot blasphemias & contumelias àctari in Sacramenta, in ritus & ceremonias, in omnia denique sacra & instituta Christianismi. Sed nõ dormitat semper Christus. Expergitur quandoquæ & vlciscitur iniurias suas: quàm vt non semel dictum est in superioribus, hæc ipsa est grauissima & vel maximè horrenda Dei ira & vindicta, quòd finit homines ad tantam impietatem & amentiam deuolui, quibus satius esset vel mille pestes sano animo in corpore pertulisse, aut certè nunquam natos fuisse. Verùm de his aliàs.

Melita oppugnatio.

Hoc anno Turcarum tyrannus Solimanus Meliten insulam magnis viribus sibi sumpsit oppugnandam. Ea insula miliaribus sexaginta separatur à Sicilia: ambitus eius est millium passuum sexaginta, longitudo 22, latitudo 12. Sunt in ea loca munita & pagi quadragintaquinque: Hanc insulam si cepisset Turca, non dubitabat se in Siciliam &

Italiam

Italiam facili compendio traiecturum. Classem igitur ingentem, milite & armis instructissimam, mittit, quæ ita prorsus sese comparauit, tanquam Melitam in Turcici Imperatoris ditionem redactura. Sed rectè dictum est à Sapiente: Non est consilium contra Deum. *Prov. 21.* Noluit benignus Deus, vt immanis barbaries scilicet hostis illud sibi munitissimum Italiae propugnaculum vendicaret. Est autem ille truculentus Christianorum omnium hostis vel maximè insensus Rhodiensibus militibus, quos hodiè Melitenses vocamus, quòd non ignoret illos ex professo in excipiables gerere inimicitias contra ipsum & eius similes Christianismi oppugnatores. Et olim quidem ante annos non adeò multos expulit illos è Rhodo, omni ferè Christianorum aliorum ope destitutos: sed pari apud Melitam conatu non idem adfuit successus. Apparabatur Byzantij ingens nauium vis, & res omnes ad oppugnationem necessariæ: neque id latuit Valettanum militiæ Melitensis Magistrum, quippe qui suos haberet Byzantij homines, è quibus de rebus omnibus certior fieret. Itaque habito suorum concilio, ad resistendum se comparauit insulam, vbi cùm quæ visum est opportunum, egregiè munit, resque necessarias conquirat. Erant in turcica classe præter alias naues tum onerarias, tum mahonas commeatui cõueniendo accommodas, tum liburnicas, hemiolias & scaphas, centum & sexaginta octo triremes munitissimæ, porro nauigia simul omnia ad 240. Ea classis partim primò in Marfasi-roccum portum appulit: sed non satis illi fidens, in alium, quem maiorem vocant, sese transtulit. Habebant Melitenses milites in insula non contemnendas vires, magnisque animis hostem excipiebant. Erant Turcici exercitus principes duo, alter terrestribus copijs, alter vniuersæ classi præfectus, ille Mustapha, hic verò Pialis dictus. Ijs nonnunquam

Triremes
168.

in administrando bello non satis conueniebat. Nam cum Mustapha ante Draguti aduentum tormenta è nauibus extrahenda censeret, Pialis planè voluit rem ad Draguti accessum differendam, Erat enim Dragutus rei militaris peritissimus, & ad difficultia obeunda vir strenuus, adeò vt Solimánus iusserit, nè quid eo inconsulto in castris fieret. Aduehebat is triremes tredecim, & in ijs sexcentos pedites, Sed iam antè cum vniuersa classis Marsafirocciportum attigisset, milites ad viginti millia in terram expositi, fossas, tuguria, tentoria, stationes apparare ceperant. X. Calendas Iunij Pialis Bassa cum 7. millibus peditum ad S. Michaelis oppidum explorandum se confert, sed quòd frequentes inde pile volitarent, propius accedere nõ potuit. Inito verò peracri prelio, aliquot è Turcis cæsi sunt, signumque militare eis ereptum. Consultatione inde habitatum arcem S. Elmi, vel Burgum priùs obsiderent, vbi arx visa est primo loco obsidenda, eamq; hostes è monte accuratè specularentur, rursus ad pugnam ventum est vel leue certamè, in quo còplures Turcæ, pauci Christiani perièrunt. Iam agger ab illis instituebatur ad S. Elmi arcè, vt inde eam acriter pulsarent, in eandem curam etiàm aliquot triremibus incumbentibus. Verùm ille agger non potuit esse diuturnus ob fulmina arcis creberrima, quibus hostes sternebàtur quotidie, & agger prosternebatur. Sub his autem augebantur in dies hostium copia, ab ipsa etiàm Alexandria missis sex triremibus cum peditibus nongentis. Porrò Valettanus in S. Elmi arcem misit Hispanos 400. qui rebus sæpè preclarè gestis, non paruas hostium strages edidère, paucis suorum desideratis. Miserat autem ex Insula Valettanus quendam ad Toletanum Siciliæ Proregem, qui eum certiore redderet de Turcica obsidione

idemque

idemque à Toletano in Insulam remissus, magna animi tum industria, tum virtute, quanuis non sinè ingenti periculo, tandem ad Valettanum redijt, & ab eo iussus nocte eadem iterum proficisci ad Toletanum, se dat itineri, significaturus Toletano insulam maioribus egere præsidijs. Tam illuccebat dies S. almo sacra, & ecce mirabili imperu, ceu cæstro quodam perciti, permulti Turcæ ad vallum terraceum oppugnandum accurrunt, & licet vi quãdoquè repellerentur, tamen multitudine freti, tandem propugnaculum quoddam obtinuerunt, vbi se contra nostros communièrunt. Sed cum fossam illam, quæ ducta fuerat è regione valli editioris, replere conarentur, cæsi sunt illic octingenti, ijque ex illorum numero, qui ceteris fortiores habebantur: plurimi quoque vulnerati, postea in fossis spiritum exhalauerunt. Sunt autem & ex Christianis cæsi 45. & nonnulli sauciati. In eorum locum, vt arx tutior esset ab hoste, Valettanus misit pedites ducetos cum aliquot equitibus. Is verò, quem paulò antè diximus remissum in Siciliam, Syracusas veniens, duas illic Melitenses triremes offendit, quas priùs edoctas qua deberent proficisci in Insulã, eò pergere iussit cum peditibus quadringentis. Ipse Messanè Toletanum adijt, suaque illi mandata exposuit, hortans ad ferendum suppetias obsessis. Id temporis Toletanus classem habebat necdum satis instructam. Interea Melitenses dum sustinent Toletani aduentum, sese egregie aduersus importunissimum hostem tuentur. Valettanus inprimis sedulo suum facit officium, ad labores impiger, ad pericula imperterritus. Illæ autem duæ supradictæ triremes non eum tenuèrecursum quem erant edoctæ: itaque res ea admodum incommode cecidit Melitensibus, quorum arx in magno discrimine versabatur.

Ddd 4 Dum

Turcæ exiens in insulam.

Turcarum impetus.

Pius pontifex mittit subsidia Melitenfibus.

Dum his rerum difficultatibus laborat Melitana Pius 4. Romanus Pontifex, omni qua potuit ratione illi mox opem tulit, conscripto milite & certa pecunia constituta in illud bellum, adiuncta etiã pulueris tormētarij magna vi. Et ipsa sanè periculi magnitudo poterat merito permouere omes, vti Melitenfibus nè deessent: quos si Turcicus tyrannus sibi subiugasset, dubiũ non erat, quin de tota Italia, immò vniuersa Rep. Christiana idem ille fuerit cogitaturus. missi sunt igitur cum Pompeio Columna sexcenti pedites Neapolim, simulque plerique viri illustres sua sponte eò secuti sunt, præclarã suo sumptu Reip. Christianæ in tanta necessitate operã nauaturi. Erant tum aliquamultæ triremes Neapoli, quæ cum his cohortibus profectæ sunt Messanam, vbi classis Philippi regis Hispaniarum instruebatur. Nec latebat Turcas auferescere vires & classẽ Christianorum: itaque sibi maturandum rati, statuerunt totis viribus & continentilabore oppugnare arcem, donè ea potiantur, ea enim occupata, videbantur facilem sibi aditum fore ad reliqua Insule præsidia occupanda, quod si æstate non succederet, tamen in ea arce & portu Marsamusetto decreuerant esse in hybernis, Sũma igitur animi & corporũ contentione oppugnationem adoriuntur, & perpetuo triduo assiduis propè pilarũ verberationibus mœnia deiiciunt. Quarto die cùm nonnihil remississent ea horrenda tormentorum tonitrua, cõmissum est leue certamẽ, Turcasq; eos præfertim qui cum Draguto recens venerant, insolentiũ sese ingerentes, fortissimè nostris represserũt, seq; multis occisione deletis, in fugam conijcere compulerunt, septẽ aut ad summum octo duntaxat cæsis è nostris. At vero Turcæ magis etiã iritati, proxima nocte totis viribus rursus arcem inuadunt, nostris interim ad arma conclamantibus. Inritum est vtrinque trium ferè horarum

Oppugnatur arce S. Elmi.

horarum certamen acerrimũ, cuius tandẽ hic fuit euentus, vt Turcæ omni sua spe frustrati, plurimis quoquẽ è suis amissis, per ruinas præcipientes detrusi sint. Inde verò ad quatiendos muros redeunt, & cũ sex dieb; cõtinuis propè assidue eo in opere versati essent, cũ toto exercitu arcem inuadũt, certã sibi victoriam pollicẽtes, quòd ad tredecim globorum ferreorũ millia in eam cõtorfissent. Irruunt in nostros ferociter, & erat sanè aliquãdiũ anceps victoria, tanta multitudine barbarorũ paucos circumsistente. Erat tum inter Melitenses equites Baraganus quidã vir strenuus. Eius eximia virtute primũ nõ nihil repressi hostes simul & exterriti, multis dein de è nostris ad illum cõfluentibus, non pauci occisi sunt. At turcis recetiora semper auxilia capientib; Valetanus suis recetos subsidio misit, qui Turcarum pontè ex triremiũ antennis fabrefactũ inflammarunt, quo collabète, plures 800. Turcis extincti sunt, & sexcenti vulnerati. In hac pugna è præstantioribus Turcis ad duo millia cæsi sunt: alij volunt, Turcarum ad quatuor millia cecidisse: è nostris centum cæsi, totidemq; vulnerati. Verũm Turcæ nihil hac suorum amissione retardati, nouis tormentorũ ictibus arcẽ concutiant, atq; muris disiectis tãta vi nostros adoriuntur, vt propè re desperata in fugã versi sint. At tamẽ cùm antè decreuissent fortiter pro religione occubere, hostibus se opponũt: pugnatur horis quinq; atrociter, è nostris cadunt ducẽti, ex hostiũ numero permulti. Dragutus in eo prælio icte in capite, biduo post moritur. Nocte sequenti perpetuo cum hostib; dimicatũ est, muros scandere molientibus, sed semper fortissimè repulsis. Hanc tam crebram suorũ cladem indignè ferebant Basiliæ. Itaque classe tota ad arcẽ adducta, vires oes periclitari statuerunt, & vel abire victores, vel victi succumbere. Sed antè quàm isthuc attemptarent, pontes & scalas

Turcarum pertinacia.

Dragutus perit.

cæteraque opportuna & necessaria præparabant: Valettanus his animaduersis, metuens suis qui erant in arce, suorum prius habito consilio, mittit ad obfessos tres insignes viros è suo ordine, qui arcem inspiciant, & de relinquenda ea hostibus, quippe cuius iam muri deiectione essent, quæque ab hostibus defendi amplius non posset, cum illis agant. Ibant illi tres non absque præsentissimo vitæ periculo, multis in eos displotis sclopettis: cumque arcem contemplati essent, ac summæ constantiæ & præclaræ spei responsa à præsidarijs militibus accepissent, ad Valettanum redeunt, & duo quidem ex ijs confirmabant posse arcem defendi, sed tertius pernegabat, maximè cum propugnacula omnia prorsus subruta cernerentur.

Obtinuit autem eorum sententia, qui locum nimè deserendum censebant, in eamque à cæteris itum est: sed ea infaustum habuit euentum, Turcæ enim omnes rebus necessarijs celeriter comparatis, arcem terra marique inuadunt, duobus & triginta Canonibus terribiliter quatunt. Certatum est à noctis medio in horam vsque diei tertiam, nec tamen nostri tam pauci vlla re illa ingenti hominum multitudine visi sunt inferiores, multosque fortissimè arcem propugnando Turcæ ceciderunt, parati pro Christiana religione se totos præpotenti Deo sacrificare. Verùm nimia erat tormentorum ingentium vis, quibus mœnia ad solum vsque radebantur, cecideruntque ex illis egregijs viris quadringenti. At nec sic reliquis quicquam de animi magnitudine decessit, sed incredibili virtute destra iam hostium signa lacerarunt, centuriones, signiferos & multos cohortium præfectos trucidarunt. Porrò tandem non mediocriter sole incalescente, perpetuo labore nimium fatigati, (semper enim felis Turcis recentes submittebantur, quæ res nostrorum

Melitenses
in arce S.

rum vires exhaustis) cæduntur à barbaris hostibus milites Christiani ad vnum omnes, sed non inulti, quippe qui serè toti Turcico erant adpersi sanguine. In ea pugna è nostris desiderati sunt 1300. in quibus equites erant 130. Nemo Christianus amiguit, tam constanter & fortiter pro religione & Reipub. Christianæ defensione opperitam mortem, immortalis memoria summisque præconijs esse dignissimam. Turcæ occupata arce, singulari quodam immanissimæ crudelitatis genere sæuierunt in milites triginta, etiamnum semiuiuos repertos. Primum singulis pectus ferro scindunt, cor vi extrahunt, deinde caput amputant. Corpora postremò tam sæcè truncata, vbi à nostris spectari possent, exponunt. Nec his contentus Mustapha, ea vestibus cruce candida signatis induta iubet in mare iactari, vt Melitensibus insultaret. Eius rei indignitate permotus Valettanus, Turcæ captiuos oēs iubet perimere, nec vllos deinceps captiuos fieri, sed captos mox iugulari. Cæforū capita versùs hostium castra iactata sunt. Misit deinde Mustapha ad Valettanum qui ex eo percontarentur, num quam accepturus esset deditionis conditionem.

Illos verò Valettanus magna ira permotus, è suo conspectu quamprimùm iussit abscedere. Id tulit indignissimè Bassa, multaque dirissima Christianis imitatus est. Erat in Turcicis equitibus Philippus Lascaris, è nobili inprimis Græcorum familia, proposito in CHRISTIANOS animo. Is vbi perferret Bassæ commotum animum in Melitenses, ad Valettanum transfugit, ciq; hostium consilia explicauit, neque segnem postea in Turcis propulsandis operam nauauit. Eum, cum Romam post Turcarum decessum venisset, Ro. Pontifex liberaliter pro ea in Christianos fide & bñuolentia muneratus est. Porrò verè dū in his angustijs res esset melitensium, comòdum illis

Elmi ceduntur.

Lascaris
transfugit
ad Melitenses.

illis è Sicilia superuenère, licèt tardiusculè ob ma-
ris tempestatem, octoginta equites Melitenfis ordi-
nis & sexcenti pedites. Horum aduentus mirificè
eorum recreauit animos, qui etiàm à Valettano cõ-
tenderunt, ipsi v̄t permitteret defendèdum S. Mi-
chaëlis oppidum, cui iam Turcæ primas eran: ad-
moturi manus: tanta erat horum militum alacritas,
Permisit id Valettanus, sed nullo tamen è prioribus
eius loci defensoribus indè reuocato. Ab his nouis
militibus paulò post è Turcis cæsi sunt 160. & non
pauci vulnerati. Hoc tempore castra Turcarum la-
borare cœperunt dysenteria, Deo contra illos pro
Christianis pugnantè, At illi de suo conatu nihil re-
mittebant, sed septuaginta canonibus, in quib; erant
res maximi basilisci, permultis locis simul oppidū
S. Michaëlis & Burgum verberabant ac perfringe-
bant, atq; in eum vsū aliquot sibi aggeres extru-
xère, putà nouem, quibus singulis sena imposita
erant tormenta, quæ nullo neq; noctis, neque diei
tempore ab oppidi & Burgi quassatione cessabant.
Iam verò è Sicilia sexcenti Hispani, & equites Meli-
tenfis ordinis atq; à Põtifice Max. missi milites tre-
centi, duce Pompeio Columna, Melitam se cõfere-
bant: sed ijs ex Melita signum discedendi datum est
cùm adhuc procùl abessent, quòd Valettanus neq;
magnoperè fortassis tum illis haberet opus, neque
eos vellet in presens periculū venire, Turcis omnes
insulæ aditus accuratè obseruantibus.

Tertio Idus Iulij regulus Algerij cum 27. triremi-
bus & bis mille ducentis peditibus ad Turcicā clas-
sem accessit. Is insigne aliquod facinus designaturus,
perit à Bassa copiam oppidi à mari oppugnãdi,
eamq; facilè impetrat, additis illi duobus millibus
recentium Turcarum. Intereà Valettanus catenam
quandam opportunissimè pertendit eo in loco, vb̄
erant Turcæ oppidum Inuafuri, quæ illis non paruo

*Algerij rex
iungitur
Turcis.*

ad exponendum militem fuit impedimento. At ni-
hilominus Idibus Iulij terra mariq; oppidum infe-
stant, sed tormentorum ictibus, quæ in vrbe dispo-
debatur, 12. depressa sunt nauigia, & ad duo Turca-
rū millia submersa. Qui verò à terra oppidū oppu-
gnabant, cùm ad quinq; horas cum nostris cõfixis-
sent, multis è suis interfectis, è nostris ducentos oc-
ciderunt. Erant sanè Melitenfes ob perpetuam cum
hostibus tam atrocibus tamq; multis conflictatio-
nem in magno periculo, cõegitq; ea res Valettanū
rursus scribere Toletano Siciliae proregi de mittè-
dis auxilijs. Et is tum quidem misit nonnihil substi-
ditij, plus missurus, nisi res summi fuisset periculi p-
pter Turcas itinera omnia obsidentes, qui etiàm in-
terceperunt celocè vnam, missam à Toletano, qua
multa pharmaca ægrotantibus aduehebantur. Fit
verò rursus ab hostibus noua oppidi diuerberatio,
eãq; tam perpes & vehemens, vt ægrè nostri potue-
rint dissipata mœnia vtcunquè communire. Simul
etiàm pons ab illis construitur, quem cùm è nostris
quidam immisso igni inflammare instituerent, in se-
cõ negotio, pleriq; omnes ceciderunt, & in ijs Ni-
colaus Parisottus, Valettani nepos. Indè cùm diū
fatigati mœnia verberassent, ter repetito insultu, per-
tinacissimè in oppidum Turcæ multis in locis con-
tendunt, & iam vrbe potituri videbantur, sed mult-
is suorum amissis, nostrisq; fortissimè & constan-
tissimè resistètib; coacti sunt redire in castra. Post
illud acre certamen vires hostium nostri cõtemne-
re cœperūt. Et illi quidem tum ad ducendos cuni-
culos sese conuertunt, sed nostrorum prudentia is
quoquè labor nullos habuit successus. Calèdis Au-
gusti cõcrematus est à nostris hostium pons, quem
in mœnium fossa fecerant. Paucis post diebus rur-
sus barbari in oppidum irruūt, sed frustra, suorum
trecentis desideratis, Arctissimè tum temporis obfi-
deba-

*Turca irrita
pere nituna
tur in vrbe.*

debatnr oppidū à Turcis, ità vt nostri vix vnaquam
 tutò vel respicere extra muros possent, nedum pe-
 dem extra oppidum efferre. Habent enim Turcæ
 magnam displodendorum sclopettorum peritiam,
 quibus nostros còtinenter impetebant. Per id tem-
 pus cum adeò & oppidi & Burgi tormentorum pi-
 lis essent muri prostrati, vt vel plaustris peruium
 esset iter, vtrunque locum summa vi Turcæ inua-
 dunt, tantusq; erat ab vtraq; parte tormentorum,
 sclopettorum, armorum, clamorum sonitus, vt in-
 sula omnis corrucere videretur. Eo tumultu excita-
 tis oppidanis, equites omnes ex vrbe egressi, in su-
 gam compulerunt hostes qui aquam seruabāt, qui-
 bus vt auxiliarent, reliqui ab oppido inuadendose
 reuocant, properantq; ad suos, sed vtròbique luc-
 cumbant. In eo prælio è nostris centum ceciderūt,
 & totidèm vulnerati sunt: Turcæ amplius mille &
 quingenti interfecti sunt. Ea oppugnatio durauit
 horis quinque, & quia non sinè magno DEI bene-
 ficio ea erat parta ex hostibus victoria, Valettanus
 cum omni populo solenniter templum adiit, DEO
 laudes gratesque acturus. Eodem autem die, vt no-
 stri lassitudine frangerentur, rursus Bassa suos iu-
 bet in oppidum facere impetum, sed repulsus est
 æquè vt antè, magna suorum strage edita. Et quan-
 uis victoriam iam desperaret, tamen nè apud So-
 limannum seuissimum tyrannum ignauia vel ne-
 gligentia accerferetur, crebras in oppidum irru-
 ptiones casto labore faciebat. Erant iam admo-
 dum accisa Turcarum vires & copie, permultis oc-
 cisione deletis, plurimis vulneratis: quibus de re-
 bus per quèdam è Melita profectum certior factus
 Toletanus, decreuit cum septuaginta triremibus
 adire Syracusas, & decem millia peditum Melitam
 adducere. Dū hæc fuit, ex oppido S. Michaelis qui-
 dam ad Bassam Turcicum transfugit, ostendit nulli
 inter-

Immanis
 Turcarum
 impetus.

interposita mora oppidum inuadi oportere, solos
 quadringentos superesse oppidi propugnatores.
 Huius fuga nostros incitauit ad muniendū oppidum
 sanè quàm diligenter, licèt ingens esse murorū in-
 terruptio. Hostes occultissimè rursus cuniculum
 egūt, in eoq; spes omnis muri subruendi collocata
 erat: sed is quoque cuniculus à nostris & depræhē-
 sus, & frustratus est. Itum porrò in concilium est à
 Turcis, hærendumne sit diutiùs in insula, an inde
 recedendum. Maior pars censuit, relicta Melita,
 domum abeundum. At summus dux maluit expe-
 ctandum Solimanni responsum. Dum igitur ma-
 nent in insula, nihil relinquunt intentatum: semper
 aliquid militaris exercent operæ, suntque seduli in
 institendis pontibus, agen dis cuuiculis, fossisq; im-
 plendis. Jam penè consumptus erat puluis tor-
 mentarius, & tamen rursus & oppidum & Burgum
 maiori quàm antè contentione pilarum scib⁹ ver-
 berant, murosq; solo æquant. Habebant præter alia
 tormenta tres basiliscos, quorū pilæ ad ducenta pō-
 do accederent. Ijs mirabiliter incenia pefregerūt.
 Deindè ter repetito conatu horredum in modū in
 vrbe impressionem faciunt, sed egregiè còtusi &
 conscissi, nostrorū inuictò robore repulsi tandè
 retrocedere coguntur. Eo in certamine oppidani
 oēs fortissimā propugnandæ vrbi operā nauarunt,
 adeò vt etiàm adolescētuli arma in hostes inferre,
 & virili còstantia sceminæ armatæ, ad arcèdos à mœ-
 nibus hostes accedere non dubitarint. Igitur pluri-
 mos è suis Turcæ perdidērūt, è nostris 60. desidera-
 ti sunt. Erāt tum, qui rebus suis metuètes hortarē-
 tur Valettanum, vt lautiorè maiorisq; precij supel-
 lectile in S. Angeli castellum transferri iuberet, vbi
 ab hostibus tutor foret. Tulit id indignè Valletta-
 nus, tanquàm pluris faciendæ esset substantia, q̄ ipsa
 corporum vita & ciuium salus. Itaque nè plus illi
 castello,

Turcarum
 sedulitas.

Ciuium Me-
 litem suam
 gnamimitas

castello, quàm pugnantium virtuti & fortitudini tribuere videretur, voluit vt demptis tormentorij ministris, præfidiarij omnes ex illo castello in Burgum dimicaturi accederent. Nec diù post iterum magnis viribus Turcæ oppidū adoriuntur, sed frustra, non paucis suorum trucidatis. Redeunt igitur ad castra, moxq; incredibili furore mœnia concutiunt, accurruntq; ad Valettanum quidam clamans, Omnes periurimus. Iam enim tria signa in urbem Turcæ intulerant. Tum verò Valettanus repente sumpta galea & hasta, suos hortatus vt imbelles Turcas fortiter cæderent, diuina freti benignitate, quæ ipsi hac ænens semper adfuisset, in hostes licit impetum. Eum verò mox secuti equites Melitenses, tum etiàm adolēcentes & fœminæ, Turcas omnes intra mœnia ingressos cōficiunt, ingredi conantes vi repellunt. Ea pugna ad occidentem vsque solem perducta, ceteri hostibus maximè calamitosa fuit, cæmen etiàm è nostris ampliùs du ceteros abstulit. Turcæ tandem cum ignominia ad sua castra recedunt. Iam Toletanus instructam habebat classē, cumq; lectissimis triremibus septuagintaduabus, quibus decem millia pedum, & ducenti equites Melitenses, & quadraginta equites S. Stephani vehebantur, Syracusas versùs iter intēdit, missa interim trimi & naue speculatoria, quæ apud Melitam res Turcarum exploraret. Nostri autem in Insula loca à Turcis deiccta gnauiter instaurar, vt redituros hostes fortiùs sustinere, & acriùs reprimere possint. Turcæ eo die supremam collocaturi operā oppido & Burgo expugnandis, egregiè se cōmuniunt, duobus quibusdam confectis ad tabulati formā operimentis, quæ à nostris igni missili concremata sunt; hostesq; & ab oppido & à Burgo repelluntur. Nōste sequenti Turcæ octoginta cædūtur. Porro Toletanus iam Melitā aditurus, obuam habuit nauem

Periculum
Melitensium.

onerariam è Syria ad Turcas missam cū magna panis nautici copia, sex millibus cadorū pulueris tormentarij, multisque globis ferreis. Eam exemptis priùs sexaginta Turcis, Syracusas misit. Erāt inter cæ Melitenses perpetuò in opere, nullam obtinēdi oppidi rationem & conatum Turcis prætermittentibus: qui etiàm paulò post cum toto exercitu oppidum inuadunt tanta vi, vt planè victores abituri viderentur. At hīc quoquē bis insultantes, bis æquē à nostris reijciuntur. Die sequenti magnis propositis præmij & opum & honorum, in diem tertium iubet eos Mustapha paratos esse ad inuadēdum oppidum. Deindè septimo Calend. Septembris terribilis redintegrata est pugna, per murorum ruinas summa vi intrò contendentibus Turcis, periculaq; omnia fortiter contemnentibus. Tum quidē diū accipiti belli euentu vtrinque atrociter pugnatum est: sed ad extremum cum è nostris CXIII, è Turcis ampliùs mille ducenti cecidissent, hostes re infecta abscedere coguntur. Erat sanè in nostris tanta animi magnitudo, eaq; virium strenuitas, vt propè incredibile videatur. Calendis Septembris literæ veniunt à Toletano, quibus significabatur breui ad futuram classē Christianorum. Nec desistebant Turcæ nostris facessere negocium, nec nostri aut illis parcere, aut sibi deesse visi sunt. Quodam die è nostris vintiquinque, Turcas trecentos inuafere, & in fugam verterunt. Nonis Septembris Christianorum classis ad Sacrum Iunonis, quæ est insula pærexigua non longè à Melita, applicuit. Et transfugis quidam per id tempus indicauit Valettano, Turcas sequenti die decreuisse omnibus copijs oppugnare oppidum, & nisi eo potiantur, ab insula recedere: multa etiàm amplissima esse proposita præmia egregiam operam nauaturis in expugnanda vrbe. Et certè non erat ille supremus

Terribilis
Turcarum
irruptio.

barbarorū conatus absq; ingenti nostrorum periculo futurus. Verūm præpotens DEVS non passus est viros fortissimos & de Repub. Christiana præclare meritos, illis sœuissimis & immanissimis belluis objici trucidandos. Itaque illo benèiuuante, è classe Toletani principis expositi sunt in insulam Melitiam ad octo millia & trecenti milites. Porro Toletanus dum isti ad Valettanum se conferunt, triremem ingressus, Orientem versùs nauigat cum vniuersa classe. Quæ vbi à Melitenisibus ciuibus inspecta est, tormenta & sclopettos omnes gratulationis ergò displocunt: itemq; Toletanus suarum triremium tormenta omnia semel atq; iterum exonerari iubet. Mox redit in Siciliam, reliquas copias adducturus, vt maturè Turcica præda potiretur. Iam hostes quatrindò suas res in naues inferre cœperant: cum q; iam extremam oppidi oppugnationem instituerent, Turca quidam citato equo aduolat, refert magna Christianis venisse auxilia. Mox à Turcis classicum canitur, impedimenta reliqua colliguntur, tormenta in naues inuehuntur, aggeres inflamantur. Ex omnibus tormentis vnus solus regius Canon in Insula relictus est, qui pilam vomeret pondo centum viginti.

*Exponitur
8000. mili-
tū Christi-
anorum.*

*Turca Me-
liam relin-
quunt.*

Sunt qui putent magnam tormentorum partem Turcis eripi illo die potuisse, si nostri in illos impetum facere voluissent. Ad extremum cum Turcæ cum recentibus Christianis pugnam conferere instituerent, supra mille quingenti, & eo amplius à nostris cæsi sunt. Denique à Melita immanes illi barbari recesserunt, relictis illic suorum cadaveribus ad vigintitria millia: & præterquam quòd illam insulam horrendum in modum ferro & igni vastatam, domos quassatas, vrbum mœnia disiecta reliquerunt, etiã hominum nõ paruam edidère stra-

gem,

gem, ita vt ad quinque millia è nostris desiderati ferantur, & in ijs equites Rhodienses vel Melitenses CCXL. Habebunt illi insignes viri sempiternam apud omnem posteritatem eximie virtutis sue laudem, quòd pro DEO, pro religione, pro Rep. Christiana tam fortiter & constanter seipso toties ad præsentissima mortis discrimina offerre non dubitarunt. Annotarunt quidam, à barbaro hoste ad septuaginta octo millia pilarum in insulam coniecta. Fatentur autem etiã ipsi equites Melitenses, non tam humanis viribus, quam Dei virtute se esse seruatos. Et est sanè etiã plurimum laudanda Pij IIII. Pontificis Maximi erga Rempub. Christianam paterna sollicitudo, qui amplissimas toto orbe divulgauit condonationes, quas Indulgentias vocamus, vt ijs inuitaret Christianos omnes ad precandum DEVM pro salute Melitenisium & totius Ecclesie. Nec dubitandum est, eas Christianorum preces ferocissimi hostis truculentos conatus vel maxime eneruasse. Postremò etiã Catholico & inuidissimo Hispaniarū regi Philippo maxime ab omnibus habende sunt gratiæ, quòd Melitensibus in tanta rerum difficultate non sinè magnis impendijs opem tulit. Hæc fusius multò quam antea scripsi, posteaquam prolixior ad me totius belli narratio peruenit.

*7800. pilas
tum.*

Eodem anno etiã feliciter in Hùgaria res gestæ Maximilianus Cæsar cõtra Turcas & alios quosdam, duce fortissimo & clarissimo Lazaro Schuendico, viro rei militaris peritissimo, nec minus optimis literis instructo, atque insupèr CATHOLICAE religioni addictissimo. Multa illius egregia factiora referuntur, & erūt haud dubiò, qui ea literis commendent: mihi necdum omnia suis assentio, nè parum certa pro certis commemorem, aut multa

*Maximilianus
Cæsar
contra Tur-
cas.*

etiã præclarè gesta ob eorum ignorationem præmittam, id in præsentiarum præstare non licet.

Hoc anno prodijt Vuirtembergæ liber 5. Chronici Carionis, expositus & auctus à Casparo Peucero. Is Peucerus gener est Philippi Melanchthonis. Is bonus & Lutericè euangelicus vir, pro modestia quinti huius Euangelij, incredibili furore exagitat in hoc Chronico summos Pötifices, quos cupit Imperatoribus, regibus & principibus Christianis reddere vel maximè inuisos. Ego pauca huius Chronici legi: (quid em̄ attinet, talium hominum furiosa & maledica scripta legendo, bonas horas malè perdere?) sed in ijs paucis tam multa inueni, quæ hominis in Pontifices & Catholicam Ecclesiam plusquam Vatiniã odium itã perspicue declarant, vt vel ex ijs solis de tota eius historia satis superque possit statui & pronunciari. Quis verò illum hominem in narrandis rebus putet in fidi historici officio permanere, qui ad eas ipsas animum adfert odio & liuore cæcaturum, & prauis de religione opinionibus deprauatum? At hic noster quodam loco: Vt præcedens, itã tota sequens historia euidenter testatur, verè fuisse Pötifices ἀλλὰ στρογγυλὸν Ecclesiæ & Imperij, & flagellum Dei, vt de

Fol. 41

Peucerus ar
det odio Pöt
tificum.

Attila verustas prodidit. Quid, obsecro, his dici possit atrocius, cum tamè certò constet, permultos ex Pontificibus fuisse viros sanctissimos, quibus etiã maximi & potentissimi Imperatores, reges & principes tantum derulerint, quantum nunquam detrachere poterit ista progenies viperatum? Sed ad tempus habent isti, permittente DEO, facultatem quandam illos Ecclesiæ pastores, non ab homine, sed ab ipso CHRISTO, velint nolint hæretici, institutos, ipsamque Catholicam Christi Ecclesiam infestandi & profcindendi: paulò post ob-

strucetur

strucetur os loquentium iniqua, & sempiternis inextinguibilis gehennæ flammis exurentur viri desertores, qui cum deberent in cinere & cilicio penitentiam agere tam immanium blasphemiarum, errorum, contumeliarum, mendaciorum, quibus planè cooperiti sunt, tamen non solum hoc non faciunt, sed etiã gloriantur in suis maleficijs, & in plus quam Cimmerijs tenebris haud aliter atque in ipsa meridiana luce, sese impotèter & impudenter efferunt.

Alibi quoque habet hic noster, nè solos Romanos Pontifices oppugnasse videatur: Vetera Burgauorum iura multis in locis paulatim fregerunt Episcopi, cum impatientia alterius imperij potestatem politicæ gubernationis rapuerunt, vsi occasio nibus superstitionis, qua fascinatæ tenebantur mentes omnium ordinum. Os impurum: Itãne superstitiosi fuerunt hæctenus omnes ordines Imperij, & Luterus demùm cum Peucero cæterisque id genus præclaris scilicet viris, veram nobis religionem attulit? An non hoc est intolerabili iniuria & contumelia afficere Imperatores, Reges, Principes & tot sanctissimos atque religiosissimos Maiores nostros? Si ego aut Catholicus aliquis sic scriberet, quàm atrociter in nos debaccharetur Peuceri Stylus? Non hic iam persequar, qua modestia quæue fidescribat, Episcopos potestatem politicæ gubernationis rapuisse, vios occasionibus superstitionis. Pertinet hic Peuceri morsus ad tam multos potentissimos Episcopos, & Imperij principes, qui facillè eam Peuceri à se calumniam depellent. Quòd si verò aut tempus, aut huius scripti ratio pateretur, quàm multa id genus ego possem ex hoc præclaro Chronico excerpere? Sed nolim ego tempus tam malè collocare.

Quàm autem ridiculum est, nè quid grauius di-

E e e 3 cam,

Fol. 56.

Nota Peuce
ri calumniã
insignem.

cam, quòd idem noster Peucerus socerum suum Philippum Melanchthonè, quem omnes boni excruntur, qui què à Lutero ad Zuinglij vel Caluini castra defecit, à Caluinianis palàm asseritur, audeat appellare hominem sanctissimæ memoriæ? Longè aliter de illa atra rellure scribit Illyricus eius discipulus cum socijs suis, disertis verbis illum affirmas & Còfessionem Augustinam, & libros Luteri plurimis in locis adulterasse. Quod crimen falsi non cadit in hominè sanctissimæ memoriæ, maxime cum Lutherani tam pertinaciter insistunt, Confessionem Augustinam & Luteri scripta puram putam habere Evangelij doctrinam. Quid verò possit esse sceleratius, quàm Euangelium adulterare? Verùm hoc non Melanchthon modò, sed & Luterus & totus nouorum dogmatistarum grex & fecit semper hæcenus, & adhuc facere pergit. Obiter hæc tantum attingo, nam accuratius ea excutere iam non libet. Hoc quidem in Peucero notatu dignum est, quòd Gregorium Magnum Romanum Pontificem eius nominis primum, virum summa doctrina & incomparabili vitæ sanctimonia, toto què orbe longè celeberrimum, audeat appellare superstitionum architectum. Nisi planè fallor, potest hæc vna tam atrox & impia in tantum Pontificem contumelia, totum Peuceri peccatus nobis penitus inspiciendum exhibere. Ego certè non video, quid de eiusmodi hominibus aliter sentiendum sit, nisi plañè venisse eos in profundum malorum, totosquè datos in reprobum sensum. Atque utinàm soli perirent, & non tam multos secum in gehennam pertraherent. Sed certè stabunt quandoquè illi beatissimi Pontifices contra istos miseros & deploratos homunciones, & suas de illis iniurias egregiè vlciscerentur.

Fol. 24.

Melanchtho
falsarius.Peuceri calumnia in
Gregoriū I.

Fol. 17.

Iam verò etiàm scholasticos Theologos noster Peucerus prorsus Evangelicè scilicèt exagitat, Ait enim: Sunt in manibus scripta Scholasticorum, qui in vno magistro Sentètiarum, velut canone & norma fidei explicando occupati, nè terram amittant, cælo bellum inferunt, præferentes sententijs diuinis Romana decreta, & testimonia sacra, si cubi possunt, ad decreta Pontificum, non è diuerso hæc ad illa, inflectentes &c. Quàm multa in his paucissimis verbis insunt, quæ hominis impotentem obrectandi, criminandi, mentiendi libidinem prodant euidentissimè? Nec opus his responderè, cum ipsa se destruant tam impudèti vanitate, & cæca impudentia. Et forsatis Peucerus noster nunquam vel à limine salutauit scholasticos theologos, sed à suo illo sanctissimæ memoriæ socero Melanchthone hanc præclaram hausit doctrinam, vt tam luculèter calumniatur theologos scholasticos.

Sed quid Melanchthon parceret scholasticis, qui nec veteribus illis sanctissimis patribus parcat in suo illo libello de Ecclesia, in quo homo arrogancia ebrius, velut è sublimi loco pronunciat de illis Ecclesie luminibus, cogit què tot patres ferre hæretici censuram? Eat igitur Peucerus cum illa atra tellure, quòd dignus est. Sed quid me necesse est persequi omnes Peuceri in tam exiguo opere calumnias & blasphemias? In præfatione sanè vel epistola liminari eius scripti, quædam insuper habet nõ prorsus negligenda: ca vbi paucis excussit, hominem iubebo ire, si volet, ad solas terras, nihil eo penitus commercij habiturus vnquam. Sed hæc interim Lector sciat eo animo hic mihi commemorari, vt nõrint omnes, etiàm qui post nos futuri sunt, quales viri illi fuerint, qui nostra etate bellum aduersus ECCLESIAM DEI susceperunt.

Fol. 16.

Peucerus
scholasticos
exagitat.Melanchtho
flagellat
Patres.

Iam

Ecc 4 Nec

Nec dubito, quin posteritas omnis non alio eorū loco habitura sit, quàm quo nos hodiè habemus Simones Magos, Marciones, Cerdones, Valētinus, Manichæos, Arrios, Nestorios, Vigilantios, & id genus diras pestes orbis terrarum. In præfatione igitur sua Peucerus, vt è pluribus pauca tantum annotem, ait extare sapientum querelas & commotiones factiones, quibus præcipitur, nè qui sapientiæ laudem quærunt, strepitu applausuque vulgi capisse sinant. Hoc quidem si cauisset Luterus, non eas hodiè turbas in ecclesia videremus: immò verò nisi Luterus totus eò incubuisset, populo vt placerent quas fecisset fabulas, nunquam eius iam olim damnata paradoxa tantos progressus habuissent. Tum verò etiàm in scribendis historijs plurimum tribuit Peucerus iudicio scriptoris, cum ab historico id potissimum exigatur, vt rem gestam non pro suo vel affectu vel iudicio, sed quemadmodum habet veritas, simpliciter exponat. Quòd si variant de vna re scriptores superiorum temporum, nõ dubium quin eorum præferenda sit sententia, quorū probator est fides & autoritas. Sed hæc id eò dicuntur Peucero, vt liceat ei liberè debacchari in Pontifices, de quibus ipse nihil potest pro suo iudicio, statuere aliud, quàm fuisse & esse Antichristos, vt eos vocat suus Luterus. Atque si quid de Pontificibus scribendum sit, eos potius sequendos sibi statuit, qui eos acerbissimè exagitant, vt fecit nostra ætate Sebastianus Francus, & partim etiàm Sleidanus, quàm qui eos commendent. Hinc illa huius generis historicorū temulenta rabies in Gregorius VII, (vt alios pontifices omittam) quem tamen grauissimi authores testantur virum inculpatum, immò sanctissimum fuisse, eumque non immeritò laudibus efferunt. Addit postea Peucerus, Henricum III, Fredericum II, & Ludouicum

Bau.

Banarum rabiosè exagitare scriptores Pontificios, veras causas & sceleratas molitiones pontificum prorsus dissimulasse. Hoc sic visum est scribere Peucero, nullo allato suæ affirmatiōis testimonio, tanquam nobis sufficere debeat, *avrois iça*. Hoc iusto fundamento, pergit Peucerus, & quidè rabiosè: Ex vna falsa hypothesi detexi Pontificia omnia, scilicet pontificem iure diuino armatū esse vtroque gladio, & caput esse ac dominum Ecclesiæ & regnorū mundi. Puto sanè aduertere Lectorem, hæc nõ nisi rabiosè posse dici. Quid enim sibi vindicant Pontifex in regnis mūdi, nisi vt pro officio suo, quo vniuersus Christi grex, ad quem pertinet etiàm reges, ipsi pasceus incumbit, admoneat omnes, & si quæ videat suam potestatem vertere in tyrānidem, omnibus modis det operam, id vt emendetur? Hoc fecere semper etiàm sanctissimi Pontifices, & certè licet inuidia crepet Peucerus, ad eò non vsurpauerunt sibi regna aliena Pontifices, vt ea quæ obtinent, Christianissimorum ac potentissimorum Imperatorum & regum ferè liberali donatione obtineant. Multa dein de furiosè iactat Peucerus contra Pontificum autoritatem, sed non est opus, eius inoptijs & calumnijs osibus respondēdo tēpus amittere. Qui in historijs sibi dignis versati sunt, hominis cōmenta facillè & aduertent & continent. Addit verò etiàm hoc: Pontifex Romanus prærogatiuum in Ecclesia Christi nullam habet præ alijs villo iure, sed sola consuetudine inductæ tyrānidis. Nec hic vllum adfert scripturæ locum, sed satis habet pro sua insigni autoritate id affirmasse. quàm sit autè hæc vana & temeraria assertio, nihil attinet indicare, cum sit toties à nostris ex ipsis etiàm scripturæ diuinæ clarissimis sententijs ostensum. Verum iam etiàm plus quàm Imperatores ipsi ausi sint, sibi vsurpat Peucerus, cum subiungit, se non facultates eripere Ecclesiæ, sed re-

Rabies Peuceri in Pontifices.

Nota impudens mēdaciū Peuceri.

Peucerus vult Episcopo

*pis eripere
regna sua.*

gna, quæ Christus non contulit aut commendauit Ecclesiæ. Iam scripserat paulò superiùs, Episcopos tenere regna. Hęc ergò cis eripit: sed benè habet, quòd Peuceri verba non nisi aërem verberât. Nam Episcopis Peuceri auctoritas nec pilum quidè auferet. An non verò hoc est cuiusdam intolerabilis arrogantia, vt homo priuatus tantum sibi sumat in Episcopos, qui sunt etiã principes Imperij? Sed non se discruciet his curis Peucerus. Manebût Deo benè propitio Episcopis ditiones suæ, etiã vbi Peucerus computruerit. Sed hoc scilicet est classicum canere ad inuadendas Episcoporum ditiones. Quid si verò catholicus aliquis talia scriberet contra politicos principes, an non cælum terræ misceri Peucerus ante omnes vociferaretur? Ait etiã Peucerus noster, vt obiter lectori offeram occasione admirandi peritiam illius in rebus geographicis & historicis, Cathayne regnum se extendere vsque ad sinum Persicum, & ante Tartarorum irruptionem, in Europa ferè dominatos esse Rossios, cum Rossii non adeò magnam Europæ partem tunc occuparint, & sinus Persicus à Cathayne regno plurimum distet. Sed hęc fortè leuicula sunt: illud prodigiosum est, quòd ait certamina quæ Lutero oppugnantem mendacia eorum, qui Indulgentias impudenter circumferebant, extiterunt, regno pontificio primò inclinationem, mox ruinam attulisse, cum hodièq; Pontifici maneant sua dignitas, crescatq; multis locis apud remotissimas à nostro orbe nationes. Sed ea fide solent versari fratres euāgelici in rebus narrandis, vt iam non immeritò contemnamus, quod mox subiungit se historica & religiosa fide vsurum.

*Fides euāgelicorum
fratrum.*

Tum porrò accedit ad Appendicem Chronicorum Naucleri. Sed eam Appendicem sanè non nisi aut nimia potione aut furore ebrius primùm inspicere videt. Nam p̄ Surio legit Surianū, & è Surio

no mox pro euāgelica modestia efficit scurrā, perinde ac si quis pro culice legat cuculum, & repentè cuculū transformet in crocodilum. Deindè plenis vellis in hūc miserū Suriū, ne verbo quidè vnquam ab eo læsus, incurrit. ait eum impudenter res manifestè veras calumniari & deprauare. Scilicet putabat me esse similit̄ sui Molāchthonis, (vt alios omitram) què, vt antè dixi, Illyricus eius discipulus falsum reum agit, & peragit. Iam verò in totū monachorū chorum rabidè desequiens, vocat eos deploratū p̄stigatūq; hominū genus, quorum plusq; caninam impudentiā & audaciā plusquam diabolicam iam multis seculis orbis Christianus sit detestatus. Qui vnus locus satis superq; sufficit ad detrahendā fidē omnē toti historiæ Peuceriæ, cum certissimè cōstet, monachos cunctis retrò seculis, & ab ipsa deò Ecclesiæ nascētis initijs in magna apud Christianos oēs exultatione fuisse. Quòd verò subijcit distichon Pij 2, hoc nos libèter amplectimur, sed hæc enū, vt ostēdamus illud in neminè magis q̄ in ipsum Luterū posse quadrare. Est aut̄ eiusmodi distichon:

Non audeat Strygius Pluto tentare, quod audent

Effrenis monachus, plenaq; fraudis animus.

reuerà enim iste effrenis & dissolutus apostata talia Luterus attentauit, qualia fortassis nec ipse satanas auderet, frenis apostatā vt nos nō inuideamus Peucero tam insignē m̄statā.

gistrum. De effreni enim monacho, qualis fuit Luterus, nō de illo, q̄ intra sui monasterij septa degēs, vitam viuuit monasticę professioni congruentē, hoc distichō loquit̄. Porrò verò etiã modestissim⁹ vir Surio id videt tribuere, q̄ in scribēda historia vsus sit p̄ceptore diabolo. Nā etsi Peucer⁹ maledicentiā vocat, tñ Suri⁹ satis sibi benè cōsci⁹ est, nihil se cuiusquā hoīs odio scripisse, multò verò min⁹ vsū esse p̄ceptore diabolo, cū quo familiariter sanè versatū se esse & ab eo didicisse q̄ cōtra Missę sacrificiū

euome-

euomeret, Luterus aperte fatetur, vt talis p̄cepto-
ris merito pudere debeat Peucerum. Nec tamen hic
contentus vir optimus, & planè Luterice Euangeli-
cus, vocat Surium blasphemum filij Dei hostem, &
mox dira ei imprecatur, his vtens verbis:

Vtq; repertori nocuit pugnacis Iambi,

Sic fit in exitum lingua proterua tuum.

Dolet optimo viro, quòd Surius duriusculè tra-
ctat in clytæ Germaniæ nostræ proditores & perdi-
tores, Luterum & ceteros prauorum dogmatu ar-
chitectos, qui ex illo vno homine ceu equo Troia-
no cateruatim prodierunt, quòd illorum mutas
easque acerbissimas altercationes, odia, conuicia,
quibus se inuicem egregiè profcindunt, traduci,
fœdissimas antilogias ostendit, & pleraque alia il-
lorum mysteria profert in lucem: quæ quidè omnia
cùm ex ipsorum scriptis euidentissimè doceri que-
ant, tamen non pudet Peucerum in eadem sua limi-
nari epistola scribere, doctrinam ecclesiarum Lute-
ricarū irrefragabili autoritate, perspicuitate quãta
nullius sit doctrinæ, certitudine immota verbi ca-
lestis se suosque instauratores & propagatores tue-
ri: scilicèt p̄clarè se suosque tuetur, quæ totiès in
alias mutata est formas, cuiusque propagatores in-
ter se odiosissimè digladiantur. Putat Peucerus oēs
homines aut fungos, aut talpas esse, vt nihil porro
cernere queant. Adijcit verò etiã, viros bonos re-
stinguere calumnias meritis & innocentia sua. Nos
verò palàm testamur Luterum, Bugenhagium, Bu-
cerum, & ceteros desertores monachos, huius quin-
ti euãgelij propagatores, vel eo solo nomine, quòd
ausi sunt post solennem perpetuè continentie pro-
fessionem, ad in cessas nuptias trãsire, esse perpetuò
execrabiles & infames, q̄ fidè Deo datã irritã fece-
rint: cui immani flagitio si addas tot impios iam olim
dãnatos errores & hēses, tot nefanda sacrilegia,

sacramentorū prophanationes, multaq; alia ab istis
designata facillè constabit, quàm nihil sint dicendi
minùs, quàm viri boni tum ipsi, tum Melanchthon
quoque & alij omnes noui dogmatistę, qui quidè
monachi non fuere, sed tamen apostatarum istorū
blasphemias editis libris defenderūt, aut nouas hē-
reses condiderunt. Quòd si verò Peucerus ferre nō
vult hos à nobis hereticos dici, nunquàm certè ne-
gare ausus erit & Zuinglianos à Luteranis, & Lute-
ranos à Zuinglianis hereticos p̄palàm vocari, atq;
etiã à plerisque; Luteranis prorsus damnari & rej-
ci Melanchthonicos & Adiphoristas. hęc cùm sint
toti orbi testatissima, tamè iactat Peucerus doctri-
nam ecclesiarum suarum, eamq; ait vocem esse filij
Dei, perindè ac si mortales omnes lethargo corre-
pti sint, nihilq; prorsus oculis quãuis apertis vide-
ant. Quæ verò possit esse atrocior in Dei filiū bla-
sphemia, quàm eius vocem dicere eam doctrinam,
quam ipsi quoque Luterani in mutua lite ponunt,
atque alij in alijs execrantur, nisi fortè ipse Dei fili-
us, qui est incommutabilis veritas, sibi ipsi contra-
rius est, & pugnancia docet? quòd si ad Ecclesię Ca-
tholicæ sententiam respicias, quæ quinti euãgelij
doctrinam ceu hēreticam condemnat, quæ aures
ferre sustineant, à Peucero impias hēses dici vo-
cem filij Dei? Sed his ego nimium immoror. Potest
iam Lector intelligere, quæ sit horum temporū la-
bes, in quibus id genus perniciofa scripta innume-
rabil importunis ingenijs in lucem edita sunt, nec
adhuc edi cessant.

Nam hoc ipso quoque anno prodijt Latine scri-
ptum aliud benè magnum aduersus Synodum Tri-
dentinam, à Pio 4. indictam, cuius architectos fuisse
liquiddò apparet p̄cones quosdam noui euãgelij
cum quibus solis mihi hęc res est. In eo certè scripto
tanta acerbitate p̄ter alia inuehūt in Romanos

*Euangelicò
inuicè se ha-
reticos vo-
cant.*

*Scriptū ad-
uersus syn-
odum Tri-
dentinam.*

ponti-

Psal. 65.

pontifices, vt etiã ipsis sectarijs possint merito de
 odij & liuoris nimia immanitate suspecti haberi. Sic
 sensim proficiunt in peius, & profundius ruunt, q̄ semel
 ab Ecclesia discesserunt Reuerã terribilis deus in cõs,
 Vilijs super filios hominũ, qui occulto quidem, sed
 iusto tamen iudicio permittit imperitã & miseram
 plebeculã ab istis immanissimis lupis, qui nullũ faci
 unt perdendarũ animarũ finẽ, tam atrociter in frau
 dem impelli, & in horredos errores induci, idq̄; sub
 specie eximie pietatis & prætextu verbi Dei. Sed nõ
 est hoc nouũ: fuit id apud hereticos oēs superiorũ
 etatũ semper in more positum, vt mēdacijs niteren
 tur, & emerita quadã veri specie in cautos fallerẽt,
 Hoc p̄clare fecerũt, & faciũt nostrẽ etatis noui do
 gmatistę, quorũ certẽ incredibilem versutiã si princi
 pes & populi Germanie aliarumq̄; nationũ videre
 potuissent, puto equidẽ nõ quã in eorum dogma
 ta consensissent, neq̄; illos apud se vlla ratione to
 lerãssent. In hunc quidẽ scopũ omnes isti mirabil
 vastitic collimant, vt Romani pontificis & Conci
 liorum labefactent autoritatem. Quod vbi semel
 obtinuerunt, iam illis salua sunt omnia, quod enim
 scripturam iactant, fraudulenter & falsõ id faciunt,
 non scriptura, sed scripturę praua interpretatione
 nitentes. Itaque in hoc prolixo opere neruis omni
 bus contendunt euertere omnem pontificũ & con
 ciliorũ etiã vetustissimorum autoritatem, adeo
 vt & ipsam quoquẽ Nicenam primã & Chalcedo
 nensem lógẽ amplissimas Synodos carpere non ve
 reantur, & sanẽ confidenter de omnibus in vniuer
 sum itã illi pronunciant: Hominũ traditiones, con
 cilia, Synodi, congregationes, & harum decreta p̄
 sectõ multipliciter labi, errare, decipi, falli possunt,
 & multis modis à verbo Dei ac veritate in oẽm par
 tẽ discedere. Id postea docere conant allatis aliquã
 multis Concilijs: qua in re certẽ luculenter prodũt

*Nota here
 ticorum de
 Concilijs
 omnibus
 sententiã et
 versutiam.*

nequissimam animi sui calliditatẽ, vel potiũs mali
 gnitatem, quod synodos partim prouinciales, par
 tim ab Ecclesia damnatas, pariter permiscet, & im
 perito lectori intolerabilem fraudem imponunt, q̄
 alias ab alijs secernere non potest. Itaq; primo loco
 collocant Synodũ Carthaginensem sub Cypriano,
 quę ab hereticis baptizatos cęsuerit rebaptizãdos,
 quasi nesciant eam Synodũ nunquã receptam ab
 ecclesia, tum verò non cęcumenicam, sed prouinciales
 alem fuisse. Nos verò non negamus prouinciales
 Synodos errare posse, sed de cęcumenicis legitimẽ
 celebratis, id planẽ pernegamus. Eę nanque repræ
 sentant Ecclesiam, quã est columna & firmamẽtum
 veritatis. Mox subiungunt illam sacrosanctã Nice
 nam primã, quam aiũt de militibus statuisse Cano
 nem, qui Ioannis baptistę sententiã contrarius sit: *cena carpi*
 tum etiã fecisse pœnitentię Canones, e quibus mul
 tum superstitionis irrepserit postea in ecclesiã. *tur ab here*
ticis.
 fecero, quid istis ad summam, immò plũs quãm sara
 nicam arrogantia reliqui esse potest, qui tam nesa
 riẽ lacerant illam sanctissimorum patrum, quibus
 haud dubiẽ adfuit, sicut promisit Christus, ipse spiri
 tus sanctus, Synodum longẽ celeberrimam? Et reue
 rã calumnia hæc non in illos patres magis, quã in
 ipsum redundat spiritum sanctum. Sed benẽ habet,
 quod itã perspicuẽ se nobis totos inspiciendos ex
 hibent. Iam enim quando illi tantę Synodi decreta
 impia vocare non dubitant, nihil prorsus ambigere
 possumus, quin ad illorum numerum pertineant,
 de quibus Christus ait: Si ecclesiam nõ audiẽrit, sit
 tibi sicut ethnicus & publicanus. Et est profectõ
 illorum planẽ deplorata & insanabilis malitia, cum
 quibus etiã iam eam ob causam nemo Catholi
 corum vnquã facilẽ vel tria commutaret verba,
 nisi cogeret salus miserę & imperitę plebis, quam
 isti horrendum in modum vnã secum. perdunt, *Matth. 18.*

Si

Si sic enim liceat Conciliorum etiã grauíssimorũ decreta nõ modò eleuare, sed per summam contumeliam impia dicere: quid, quæso, superest nobis ad immanem quandam atheismum, quò certè isti nos adducere moliantur? Non est huius loci, istorum fraudes omnes persequi: nam lógum est, & ab inuituto meo alienum, præfertim cùm illi pleraque adferant, quibus lectorem incautum fallere se posse non dubitãt, quæ si singulatim fusius explicare velimus, lectori stomachum mouebimus. Certo eodẽ loco aiunt, Chalcedonẽse Concilium tertio errore monachis & monialibus virginibus coniugij vsum interdixisse. Qua vna sententia simul damnant veteres sanctissimos patres omnes & vniuersam Christi Ecclesiam, quæ idẽ semper sensit: immò & ipsam scripturam diuinam, quæ grauíssimè præcipit vota Deo reddere. Et sufficeret quidem hominibus, in quibus non prorsùs lumen omne tum fidei, tum rectæ rationis extinctum sit, ad istorum amentiam & tetram impietatem liquidò cognoscendam, hanc eorum tam prophanam & ab omni Christiana pietate prorsùs abhorrentem sententiam didicisse: at sit tamen nescio quo tremendo dei iudicio, vt cùm isti non sinè magno scelere & summa impudentia, tum Chalcedonensis Concilij sanctissimum decretum lacerent, tum monachis & monialibus coniugia permittant contra fidem Deo datam, tamen habeant permultos, qui illis potiùs accedãt, quàm amplissimæ synodi Chalcedonensis & vniuersæ Catholicæ Christi Ecclesiæ sententiæ & authoritati. O cæcas hominum mentes, ò peccata cæca. Idem plùs apud nos pòderis habet impurissimorum apostatarum prodigiosus incestæ libidinis appetitus, quàm grauíssima totius orbis Christiani, quem vltimè Synodus illa Chalcedonensis representat, sententia & authoritas? Vtinàm verò suam intelli-

Item Chalcedonensis.

Isal. 75.

gerent

gerent turpitudinem eiusmodi non coniugiorum, sed in castarum libidinum assertores, & quantam sibipsis apud bonos omnes & posteritatem omnem scelerissimæ ignominia notam inurant. Sed fronte sunt plerique omnes plùs quàm meretricia, & nesciunt erubescere. Dabit autem quandoquæ benignus Deus, vt vulgus miserè ab eis dementatum, & Turpitudinis alijs malè ab eis persuasi, cognoscant eius sceleris immanitatem, quo se obstringunt apostatæ monachi, cum femina sub honesta coniugij specie facilegè cubant, & eos profectò toto pectore detestabuntur. Et reuera si legissent plerique veterum sanctissimorum patrũ scripta, pessimè istos impuros apostatas acciperent. Quando igitur isti hucusquẽ impietatis progressi sunt, vt tam execrabilem concubitum palàm doceant sanctum esse matrimonium, frustra sanè cum illis agitur de rebus nostræ religionis. Itaque nolim tempus terere commemorandis alijs, quæ in memorato scripto ab istis adferuntur; nam & multa sunt, & partim impudentissimæ calumnie, partim iam olim damnatæ hæreses. Hoc tamẽ certum est, in hoc opere cõstando nihil eos diligẽtia, nihil acerbitalis prætermisisse, vt semel omnem peccatoris sui a terrimam bilem in Romanos Pontifices & Christi catholicam Ecclesiam euomerent. Interim nõ videt, quàm sint ipsi egregij viri, qui tam multos iam olim ante mille annos partim damnatos errores & hæreses in vulgus spargant, qui inter se atrocissimè de ipsis turpissimis erroribus suis digladiantur, atq; mutuò palàm se hæreseos cõdemnent, falsi reos agant, & liberaliter atq; prorsus suo more euangelicè se immanibus conuicijs proscindant, atque eiusmodi emblematis ornent, quibus nemo rectius, quàm flagitiosissimi nebulones, ornari mereatur. Quæ cùm ex ipsorum libris certissimè ostendantur, nihilominus viros se dici & haberi volunt

Fff pios

pios & euangelicos, ecclesiae repurgandae studiosos, & nescio quid non. Sumunt sibi auctoritatem in Pontifices, in Concilia, in patres omnes, in totam denique Ecclesiam. O plus quam caninam impudetiam, plus quam satanicam arrogantiam, Sed valde putidi & deplorati heretici, vt etiam ipsi se inuicem salutat. Ego satis habeo annotasse, his infelicissimis temporibus eiusmodi scripta ab istis importunis dogmatistis esse sparsa in vulgus, quod sub Evangelij praetextu miserè perdunt. hoc quidem certissimum est, huiusmodi scriptis euulgandis nihil se consecuturos aliquid, quam vt apud cordatos lectores omnes, totamque posteritatem non alio quam insignium haereticorum loco habeantur, sensumque eorum nullus animus & fraudulenta machinationes in principum aliorumque notitiam perducantur: tum vero a futurum actum erit de illis, sicut & de omnibus superiorum aetatum omnium haereticis, quia ad res diuinae permittente iustitia Ecclesiam diuersarunt, sed tandem vt sumus cum sempiterna sui nominis ignominia euauerunt. Vnum hoc loco paucis et supra dicto contra Synodum Tridentinam scripto adijciam, vnde certo certius colligat Lector non haerere à me dei. Aiunt supradicti vsque eo auctores fuisse superstitione & barbara inscitia tenebras doctrina eius temporis, vt & ipsi Theologiae & literarum literarum studiosi, qui superiore seculo, ante annos 40. scholasticam Theologiam didicerant, confessi sintlectionem quidem se frequentasse diligenter, & tempora studijs Theologicis perdissecundis constituta compluisse sedulo, verè tamen assequi non posse, se toto quinquennio aut sexennio, quo in scholis didicissent, nullam de filio Dei vel nominis saltem mentionem à praceptoribus factam audiuisse: atque ita occupatos fuisse homines multos ineptissimis libris Magistri Sententiarum, Scoti,

Pagina 10.
Nota intolerabilem calumnia.

ti, Bonauenturae, Alexandri de Ales, Thomae Aquinatis, & similium eius farinae Scholasticorum, vt prophetarum & apostolorum scriptis legedis nullus omnino relictus esset locus, ac ne quidem vlla de his in schola mentio fuerit reliqua, uedum vt his aliquid serij studij attribueretur. Haec illi, Quae re Lector, quid his fingi possit vel ab ipso malo demone aut uanius, aut impudentius, aut contumeliosus? Quis credat quinque vel sex annis nullam in Scholis habitam mentionem filij Dei, cum ipsimet fateantur occupatos fuisse in libris Magistri Sententiarum, cuius tertij libri bona pars de CHRISTO prolixè agit? O portentosam, & non tam verbis quam uerberibus & flagris vindicandam mentendi libidinem. Jam quod Magistri Sententiarum, Scoti, Bonauenturae, Alexandri de Ales, Thomae Aquinatis, & similium libros uocant ineptissimos, non cerè faceret, si non ipsi essent omnium ineptissimi, & indigni prorsus qui ijs uiris vlla ex parte comparentur. Scioli isti, grandes sibi sopheri uidentur, quod bilingues, vel etiam utcumque trilingues interdum sint, norintque scribere Latinius quam illi patres, quos sanctè praeter alios nostri aetatis doctissimos viros, Christophorus Longolius & multijugarum rerum cognitione, & insigni eloquentia celeberrimus, summa uita integritate, & admirabili quadam diuinarum humanarumque rerum cognitione, optimi cuiusque iudicio scribit esse commendatos.

Denique, quod asserere non uerentur, nullam in scholis prophetarum & apostolorum quinque vel sex annis habitam fuisse mentionem, intolerabilem itidem habet calumniae & impudentissimam uanitatem. Nam idem Sententiarum Magister, quo eos totos fuisse occupatos aiunt, plurima scriptis diuinis loca commemorat.

Hincigitur colligat Lector, quæ istorum hominum religio, quæ animi pietas, quis pudor, quæ verecundia sit, qui talia scribere non dubitent. Et hi nimirum sunt, qui Concilium Tridentinum contumeliosè lacerant, se verò Ecclesiæ reformatores iactant. Sed tamen, ut dixi, quandoquæ sentient homines, quibus præstigijs orbi, ab istis illudatur.

Obijt hoc anno quarto Idus Decembris Pius 4. Romanus pontifex, qui sanè Ecclesiæ Dei, maximè in absoluedo Concilio Tridentino, tanto pastore dignam nauauit operam.

Pius V. fit pontifex.

ANno 1566. 7. Idus Ianuarij in Romanum pontificem electus est Michael Gilelerius Dominicanus, Cardinalis Alexandrinus, & dictus est Pius V. Eodem die summo manè de alio quodà actû fuit, cui etiàm ad pontificatum pauca suffragia deerant: à prandio autem inter primarios quosdà sermo habitus est de Cardinali Alexandrino, & paulò post omnibus Cardinalibus in eius electionem mirè & præter omnium expectationem consentientibus, ille eductus è cella, pontifex maximus salutatus est. Nemo erat qui ambigeret à Domino isthuc factum esse: tanta erat etiàm absq; scrutinio votorum concordia. Et sanè quæ eius electionem adhuc secuta est in Pontificatu vita, nihil clamat aliud, nisi eum diuinitus ad hoc amplissimû munus esse vocatum. Ante coronationem, quæ celebrata est 16. Calendas Februarij, habuit Cardinalium congregationem: (consistorium enim, ut vocant, ante coronationem haberi non solet) ea peracta, quidam ex insigni familia petijt episcopatum quèdam. Respondit Pontifex, se quidem illi cupere summoperè gratificari, nec defuturû, si alia in re prodesse ei possit, sed episcopatum tamen minimè collaturum, quòd ad tantam functionem parùm idoneus esse videretur, nõ

Episcopatum petens reijcitur.

fatîs

fatîs literis & eruditione instructus. Cùm autem ille suæ eruditionis testimonium proferret, Ego, inquit Pontifex, hac in re, quæ mihi fatîs cognita est, testes minimè requiro. Ità ille in ea petitione reipullam passus est. Porro ad Cardinales adhuc præsentem conuersus pontifex, hortatus est, nè quicquã ab ipso peterent, quod vel cõtra diuinum obsequium, vel contra Concilium Tridentinum, vel contra ordinem & rem Ecclesiæ facere videretur. Addidit etiàm, se quidem in rebus licitis & honestis Christianos principes iuuare constituisse: contra verò, si quid præter fas & decorum peterent, nulla se ratione illis daturum.

Extant præclara de eo testimonia, quæ ità se propterea comparet, vita illius ut quandam referat imaginem priorum illorum pontificum, quorum sanctitatem veneramur, Familiã se dixit eiusmodi habere velle, quæ & vita & habitu ceteris exemplo fit: nec tam ministrorum numerum aut cultum corporis, quàm virtutem & integritatè sibi spectandã constituit. Magnum se ostendit fore iusticiam patronum & vindicem. Melitenfibus Turcicam denuè obfidionem expectantibus liberaliter sanè vniuersas pontificatus maximi opes pollicitus est, & iam missurus erat subsidio tria millia peditum, nisi postea cognouisset frustra Turcarum aduentum formidari. In consanguineos suos mirabili vsus est frugalitate, adeò ut tres è sorore nepotes non solum nullis auerit vel opibus vel honoribus, sed etiàm ægrè adduci potuerit maximorum hominum precibus, ut vnum ex eis, doctrina & pietate conspicuum, tandem in Cardinalium senatum cooptaret. Fidei catholicæ conseruandæ ac propagandæ perquam studiosus est: precibus assiduis seruèter incùbit, quas dicit esse pontificum præsidia. Status Vaticanorum hortorum à quibusdam eius decessoribus magno

Familiã Pij V.

sumpru & studio ibi collocatas, Populo Romano ad Capitolij ornamentum largitus est. Ad mensam sedes, ut est in sumendo cibo potuq; parcissimus, ita in adhibendis precibus, & gratiarum actione plurimus, Episcopos non patitur abesse diu à grege suo. Est quædam sanè in eo severitudo, sed eam incredibili humanitate ita temperare novit, ut omnibus charus sit. Possunt ab eo boni sperare virtutis præmiu, mali formidare supplicium aut poenam, quæ ab illo iam non levis constituta est in blasphemos, nefariæ libidini & id genus flagitijs addictos. Reformatio nê tanto pōtifice digna & instituit, & porro in rem cōferre pergit: & domesticæ quidē familie numero permulctum detraxit, ut possit Ecclesiæ rebus necessarijs largiū opitulari, Catholicis quibusdam lōgè ab Italia degētibus, sed vel penuria, vel carceris molestia laborantibus, partim mittenda pecunia, partim scribendis literis humaniter opem tulit, & ferre decrevit. Quam prorsus abstet ab omni avaritia, satis declarat, quod pleraq; à Romana curia iussit exulare, quæ magnam vim pecuniæ conflare possent: & certe dissimili quodam tempore cum illi dispensationis cuiusdam obtinendæ causa, quæ alioqui concedi soleret, multa essent oblata aureorum millia, prorsus ea accipere recusavit: id quæ illi perpetuum est: nec enim tam id spectat, quid possit ex re qualibet obvenire compēdij, quam quid iustitia & equitas reposcat. In resignatione beneficiorum ecclesiasticorum simplici, multa sæpè admittuntur parum ad ecclesiæ leges & utilitates accommodata: eam igit statuit deinceps nō temerè admittere, nê hac occasione res Ecclesiæ velut iure quodā hereditario ad posteros transmittantur, aut etiā indignis, aut parum idoneis ecclesiastica beneficia conferantur.

Oblatus ei quandoquē fuit à quodam magno principe annuus triginta millium aureorum pro-

Preces ad mensam.

Reformatio instituta.

Pius V. quæ alienus ab avaritia.

simplex beneficiorum resignatio.

uentus, sed eum ille magno animo recusavit. Vir quidam illustris nepoti pontificis filiam suam uxorem obtulit cum dote egregia, ut possit pontifici sanguinis affinitate coniungi. Eius verò erga se benevolentia Pontifex gratias quidem egit, sed neque Ducis, neque Marchionis, neque Baronis titulis suam se velle ornari familiam ait, quibus ea habitentis caruisset.

Erat Iudæus quidam Elias nomine, multa & eruditio, & prudentia, & opibus inter suos insignis, *veritatis à* & quidem Synagogæ iam præfectus, & sacerdos Pontificis maximus. Is pontifici, cum adhuc Cardinalis esset, & de nostra complectenda religione multum cum eo egisset, pollicitus erat, se tum Christianæ religioni suscepto baptismo velle accedere, cum ipse Romanus pontifex crearetur. Huic igitur, iam ad pontificatum præter illius omnem, ut apparet, existimationem promotus, ita ait: En cernis me renunciatū Pontificem: fac igitur quod pollicitus es, interim verò curabat pro illo preces deo offerri. Paulò post Iudæus ad Pontificem redit, & se velle CHRISTO nomen dare affirmat. Monet verò pontifex, ut mature secū deliberet, & si ex animo cupiat fieri Christianus, sibi significet. Non multa interiecta morula indicat ille Pōtifici, se diutius veritati & spiritui sancto oblectari non posse: prorsusq; se constituisse cum tribus filijs & nepote trāsire ad castra Christianorum. Ea res summo pontificem affectit gaudio, hominemque complexus, & gratias Deo agens, tertio Pentecostes die in præsentia Cardinalium ferè omnium, magnaque populi mirificè gratulantis præsentia, suis cum & alios manibus baptizavit, multisque eis concessis privilegij, vnum è filijs ferè septennem sibi in filium adoptavit, atque in Collegio Germanico cum suis nepotibus curavit educandum.

Porrò Michaël (sic enim à baptismo Elias dictus est) multam nauat operam Iudæis ad fidei lumen à Iudaica cæcitate pertrahēdis: neque id sanè frustra, paulò pòst triginta ex ijs ad Catechismum perductis. In festo sacrosanctæ Eucharistiæ, licèt fractis esset viribus, & medicorum opera vteretur, attamè verè pius pontifex non sella pro more gestatus, nec corona pontificia ornatus, sed cum maxima populi ædificatione pedibus ingrediens, illud præstantissimū corporis Christi voluit circūferre sacramētum.

*Circumfert
Eucharistiā
Pontifex.*

*Catechismū
ed. ut.*

In Tridētina synodo ad pontificè reiecta fuit cura edēdi Catechismi, Breuarij & Missalis. Catechismū iam curauit Latinè edendū, idemq; eius iussu in Gallicam, Germanicā & Polonicā linguā transfertur. Maximiliano serenissimo Cæsari nostro contra Turcas dimicaturō pijsissimus pontifex opè laturus, tres supplicationes indixit, quibus ipse quoquē interesse voluit, vniuersum iter iam ætate grauis & affecto corpusculo, pedibus cōficiens, & Deū aperto capite iunctisq; manibus attentissimè deprecās. Aderant & plerique Cardinales & prælati, nobiliumq; & vtriusq; sexūs ingens multitudo. In prima supplicatione mulier dæmoniaca horridos & immanes edens clamores, ad pontificem adducta est: quæ licèt à pluribus teneri vix posset, mox tamen vbi à Pontifice benedictione tertio repetita consignata est, in terrā mortuæ similis corruit: sed postea incolumis surrexit. In secunda supplicatione tres aliæ à dæmone occupatæ, ad pontificem adductæ, & triplici benedictione acceptæ sanatæ sunt, è quibus vna non ignobilis, antea à nemine curata fuit, licèt sæpius tentatum id esset. In tertia quoquē supplicatione alia quoquē à dæmone vexata, Pontificis precibus restituta est. Ea pontificis pietate, & erga expellendos dæmones comperta virtute, animi hominum mirè accensū videntur: tanta erat

*Dæmoniaca
curatur.*

Item 3. alia.

Item alia.

ob promerendam Iubilei gratiam sua peccata confitentium multitudo.

Capta fuit per hos dies nauis longa insignis cuiusdam piratæ, in qua Christiani octoginta captiui visabantur, qui decem & eo ampliùs annis miseriam pertulerant seruitutem. Eos, cum Romam venissent, Pontifex humanissimè accepit, & vestibus atq; pecunia donauit. Exemplo integerrimæ vitæ illius permulti ad meliorem frugem se recipiunt, adeo vt etiā ex Iudæis ampliùs centū, doctrina & opibus præstantes, ad Christianam religionē accesserint. Porrò in vsu catechismenorum emit Pontifex magnificētissimas ædes, quibus etiā suos relictus haud contemnendos attribuit.

Iudæi ad fidem veniūt

Huius anni Augusto mense morbus periculosus urbē inuasit, ita vt plurimi cum tota familia decubarent pessimè affecti. Ibi sanè videre erat Pij Pontificis singularem pietatem. Nam singulis misit pecuniam, omnibus decem medicos adhibuit, multa que alia solatia insigni liberalitate impertiuit, adiunctis etiā religiosi viris, qui animarū curam gererent. Dici facillè non queat, quanta iam in Clero & populo cernatur sub hoc pontifice Romæ morum reformatio: & licèt iam senio affectus sit, at tamè ipse vult audire, videre, cognoscere controuersias plerasque omnes: assiduus incumbit precibus, multū inuemat, in victu summa vitur temperantia, quotidieque rem diuinam facit, quod professō mirum videri queat in tanta ætate. Sed vt ipse quoquē fatetur, inter hæc tot tantaq; negocia, quibus continenter occupatur, tam prospera aliquandiū vsus est valetudine, vt vix vnquam rectius valuerit.

*Liberalitas
Pontificis in
agrotos.*

A piratis redimi curauit nepotem suum exigua quidem pecunia, fortassè Turcis nesciētibus quod esset pontificis nepos. Hunc ad se accitum, non alio habitu videre voluit, quàm quo fuerat vsus dū se-

Nepos Pontificis redimetur à piratis.

deret ad remos captiuus, qui vilis erat. Admonuit autē eum sanè grauitè, vt ex antea cta miserimè in ea seruitute vita, disceret ad bonā frugē se recipere, & Deo seruire. Deindè equo & equestri officio, vndè centū aureos annuos habeat, donatū, ad suos remisit. Hoc & pleraque alia facillè testantur, quàm non sit studiosus cognatos & propinquos suos ad opes & honores prouehendi.

Familia reformatio.

Solebant adhiberi instrumenta musica, quotiès Pontificis & cardinalium habebatur consistorium. Eam consuetudinē voluit sublatam. Crebrò vrbis Ecclesijs visitat, & ad Clerum concionatur. Familiā suam magno studio reformat, quòd sciat indè exēpla manare ad Ecclesiasticos omnes, vt ipsi quoquē se suosq; ad ipsius exemplū componant. Initio mēsis Octobris familiares suos omnes conuocauit, cōcionē ad eos habuit, & inter alia, quę ijs obseruāda prescripsit, voluit vt singuli suum indicarēt nomē, ordinem & sacerdotia. Sacerdotes vt minimum ter in hebdomada sacrificium faciant, ceteri, presertim diaconi & subdiaconi, saltem quintodecimo quōq; die communicent, edixit. Sacris ordinibus initiatos, aut Ecclesię prouentus percipientes, habitum iussit ferre clericalem atq; tonsuram, nec vestes habere nisi ex lana simplicia absq; vllō serico. Turgida femoralia pati nō vult. Aulicos suos omnes, nē ocio tempus malè perdant, iussit sacrę lectioni, quam ter in hebdomada sacri Palatij magister habet, interesse: Fiunt etiā in aula prælectiones Philosophicę. Porro nō paucos suis libros Ecclesiasticorum scriptorū dedit, vt ijs legendis dum Pōtificem vicissim obseruant, tempus vtiliter tráfigant, Nihil in suorū moribus, habitu, colloquijs, & tota deniquē viuēdi ratiōe vitiosum, & quod prauū sit exempli, tolerat. Prefecto custodię corporis sui mádauit, det operā, vt milites sui tranquillè & sinè insolentia viuant.

Prælectiones in aula Pōtificis.

Impu-

Impudicas mulieres, publico proposito edicto, *Meretrices ab vrbe expelli iussit. Erant tum Romanorum ple-* *profescribantur.*
Meretrix que, qui se vehemèter opponerent, dicerentque, si meretrix ab vrbe excluderentur, magnum id Reipub. annui quæstūs dispendium allaturum: Pōtiffex tandē itā eis silentium imposuit, vt asseuerasset se cum tota Curia sua aliò migraturum, nisi illa hominum sæx profligaretur. Itā illæ coactæ sunt discedere, interim tamen nonnullæ in vicis ignobilibus ob peiora vitanda relictae sunt, cum prius in vrbis publicis & splendidis ædibus magno numero habitarent. Quædam ex ijs, quæ præ ceteris maiorem infirmis animis tentationum & ruinarum materiam præbatur, videbantur, à tota ditione Ecclesiastica nominatim relegatæ sunt.

Alio quoquē edicto vetuit, nē quis ex ijs qui Romæ degunt, hospitia publicā & cauponas Vrbis cōtinuandi & cōpotandi gratia adeat, nec quisquam in ijs ludere sinatur. Eo edicto multa flagitia & peccata reserata sunt, effectumque vt hospitia aduenarum commoditati seruiant. Nebulo quidam *Clementia* in maledicarmine Pontificem contumeliosè proscidit. Is cum tandē comprehensus, & Pōtifici oblatas, cum ab omnibus diceretur seuerissimè plectendus, iustus est à Pontifice carmen suum recitare, tum exponere, cuius vel consilio vel voluntate id scripsisset.

Dicente eo se non nisi mali dæmonis id instinctu composuisse, Pontifex respondit: Si tu mihi vt summo Pontifici maledixisses, non ferres impunè: At nunc quia in fratrem Michaelē, in monachum scorpionem, in Cardinalem Alexandrinum conuicia iactasti, abi liber quò vis. Ego verò humilitatem generis mei, vitæ & habitūs semper & animo retinebo, & libens confitebor, & ero vilis & abiectus 2. Reg. 6. in oculis meis.

In

Tota itinera.

in tota Ecclesiæ ditione accuratissimè edixit, vt itinera à latronibus tuta seruètur: si quis à latronibus cædatur, ait se pœnam exacturū ab illis, in quorum vicinia id accidisset. Nobiles quidam Poloni ab hæresi Dei benignitate ad fidem sanam Catholicæ Ecclesiæ reuertisse ferebantur. Id vbi Pontifex rescivit, mirificè gauisus est, datisq; ad illos humanissimis literis hortatus est ad perseverantiã. Mirū enim in modum lætatur respicientia eorum, qui fraude diaboli in hæresin prolapsi sint. Cognatos suos & consanguineos omnes iussit ab vrbe abscedere, præter nepotem Cardinalem, & alterū in Collegio Germanico literis incumbentem: in quo apparet animus ab omni immoderata erga suos affectione prorsus liber. Cardinalibus quoque grauitè mandauit, vt familiam suam ad habitus & mortū honestatem informant,

Oratio ad Iudices.

Euocauit quandoquē ad se Cardinales, qui præ sunt inquisitioni, itemque Rotæ auditores, quod iudicium est in vrbe exactissimum atque præcipuum, reliquosq; qui Romæ iudicij præ sunt, doctissimiq; oratione hortatus est omnes, vt in exercendis iudicij sinceros & integros se præbeant, minas etiã intentans ijs, qui secus facerent. Meretricibus, quas in vnum vrbis angulum reiecit, seueriter præcepit, ne per vrbe[m] vagentur: contra facientes, iussit publice flagellari. Duo verò aut tria illis designauit templa, quæ sacrificij & Cõcionis auscultandę causã petant. Ex ijs pleræq; nupserūt, alię complures cupiunt, honesta reperta conditione, ex ea se turpitudine extrahere: nec Pontifex se defuturum illis dixit, quas paupertas à sectanda pietate renouaretur. Eas autem, quæ sine sacramentis in ijs sordibus decederent, in sterquilinio vult sepeliri, quod multis calcar addet ad meditando[m] respicientiam. Est Romæ Academia, quam vulgò Sapientiam vocant. Ea

Academia restituta.

iam

tam collapsa erat, & eius liberales annuos prouetus quidã sibi vendicârât. At Põtifex eos iussit restitui, vt ijs alantur scientiarū omnium egregij p̃fessores. Iussit etiã, quod ante eum fecerat Pius II. vt qui Magistratu defuncti sint, administrationis suæ totius rationem exigantur. Deceuit etiã per totam Italiam mittere Visitatores, qui ab Episcopis, Collegijs Canonorum & monasterijs rationem gubernationis reposcât. Monasticam disciplinam, quæ multis locis pro dolor nimium laxata, immo collapsa est, summo operè curat restituendam, atque imprimis apostatas omnes seuerissimo anathemate percussit: ne qui tam è ex ijs animum despondeant, hortatus est primarios monachorū p̃fectos, quos Generales vocant, vt suos singuli apostatas requirant, eosque piè & humaniter tractent. Verùm ex ijs pleriq; attrita sunt fronte & indomabili corde, qui seip̃os, desperantes, tradi derunt impudicitia, secumq; alios quoscunque possunt trahere conantur in puteum abyssi: qui vtinã per principes arcerentur vbique à docendi functione, quia reuerã legẽ omnium perniciosissimi sunt id genus deplorati apostata: posteaquã in hæresin prolapsi sunt: id quod tum in nostra Germania, tũ vicinis regnis & prouincijs res ipsa plũs satis declarauit. Sed ijs omiſſis, ad Pontificem redeamus. Is sanè huius anni sacrum illud tempus, quod aduentum Domini vocamus, tametsi senilis etas à ieiunijs illũ faciliẽ eximeret, quotidianis ieiunijs, crebrioribus precibus, largiorib; eleemosynis religiosissimè voluit obseruare, libenterq; sacris concionibus adfuit: quo exemplo permulti ad illos sacros dies piè transigendos incitati sunt: nec interim tamen optimus Pontifex quicquam de ijs, quæ ad suum officium pertinerēt, prætermisit, nec detrectauit solito more priuatis personis humaniter præbere aures.

*Pontifex vs
Aduentum
exegerit.*

Fit

Fit nonnunquam, vt ære grauentur alieno cti-
am Cardinales, quorum cum sit excellens dignitas,
nemo eos facile vel in ius vocare, aut contra illos
ferre sententiam, vel latam exequi audebat. Id
fentiens Pontifex, grauissimè edixit, vt nec ipsi
Cardinalibus, si sint de ære alieno delati, parcatur,
sed contra eos iudices liberè pronuncient, pignora
quoquæ ab eis auferantur, domus ipsa diripiatur, do-
nec creditoribus sit satisfactum. Atq; interim erga
illum mira est Cardinalium obseruantia & reue-
rentia.

*Nō vult par-
ti Cardinalis
libus.*

*Vt coluerit
festa Nata-
litia.*

Festa Natalitia huius anni magna deuotione co-
luit, adeo vt in ipsa nati Saluatoris sacratissima so-
lennitate horam circiter decimam nocturnis preci-
bus & primæ Missæ interesse curarint, deinde in do-
mestico sacello primam & secundam Missam deuot-
tissimè fecerit, cunctis familiæ suæ hominibus sua
manu Eucharistiam præbuerit, & tandem apud D.
Petrum tertiam Missam solèni ritu celebrarint, por-
ro etiã pomeridianæ concioni interfuerit. Pos-
sent multa alia de hoc dignissimo Pontifice com-
memorari, sed hæc in præsens sufficiant pro hoc
anno. Vident, nisi fallor, nostri Evangelici præco-
nes, hæc quæ diximus, eiusmodi esse, vt non possint
merito nō laudari. Desinant igitur carpere & pro-
scindere Romanos Pontifices, imitentur huius Pij
V. virtutes. Sed sat scio, progenies ista viperarum
hec quoquæ præclare gesta dente canino arrodet, &
pessimè interpretabitur. Hoc enim apud illos in
more positum est, vt si videant Catholicos, præfer-
tim Pontifices & qui in Clero sunt, pie & religiosè
viuere, eos vocent hypocritas & qui suis meritis in
gloriæ CHRIS TI derogationem fidant: sin au-
tem malos in ijs mores quosdam cernant, eos ad
vulgus odiosissimè traducant: nec dubitem dicere,
si è cælis ad nos descendant Petrus & Paulus san-

ctissimi

ctissimi Apostoli, & ita viuant vt olim in terris vi-
xerunt, istos nostros portentosos noui Euangelij
buccinatores permulta habituros, quæ in illis atro-
cissimè lacerent & profcindant.

Et quid mirum est, eos etiã optimos quosque
& Catholicæ religioni addictos rodere, conuiciari,
proscindere, cum etiã mutuo sese, vt sæpe dixi,
tam hostiliter infestentur? Est hæc quædam pœ-
na gigantææ arrogantia, qua isti tument, ponuntq;
etiã in cælum os suum. Vt enim homines possint
intelligere, quàm nihil turum sit eorum sequi do-
ctinam, misit inter eos D E V S dissensionis spiri-
tum, quo mirabiliter exagitati, non desinunt pu-
blicè editis libris innumeris mutuo se horrendum
in modum conspuere & lacerare. Ostensum est hoc
tam crebrò locis superioribus, nec tamen vnquam
satis ostendi potest: adeo illi semper manent sui si-
miles. Sunt inter Zuinglianos & Luteranos per-
petuæ contentiones, edunturq; identidem ab vtra-
que parte scripta plurima, quibus alij alios oppu-
gnant. Est inter Zuinglianos è præcipuis vnus
Henricus Bullingerus, inter Luteranos Iohannes
Brentius, vterq; iam grandæuus. Isti pro more sui
Euangelij se honorificè inuicem tractant, sed tamè
Bullingerus à stute non nihil se premere conatur, &
miscet mella piperi, nec potest tamè imperare sibi,
quin subindè egregiè perstringat aduersariū Bren-
tium, Scripsit Brentius de maiestate Christi librū
contra Petrū Martyrē apostatā Franciscanū & istum
Bullingerū. Huic libro respōdit Bullingerus. Rur-
tis adfert suū scriptū cōtrariū Brētius, què Bullin-
gerus vocat Arabiū tibicinè, & scriptum eius acer-
bissimū & caliginosissimū. Adeo verò prolixū quo-
quæ fuit, vt Bullinger⁹ arbitretur annū propè inte-
grū in eo Brētiū cōsumpsisse. Et quauis nō sine ma-
gno tædio, vt ipse scribit, librū hūc nebularū vastū

inspexerit

*Cōtentiones
inter Bren-
tium et Bul-
lengerum.*

inspexerit & euoluerit Bullingerus, obitèr duntaxat perstringendum duxit: sed hoc ità tamen facit obitèr, vt Brentius se sentiat non valdè molliter acceptum: nec mirù, cum ipse, si Bullingero fides habenda est, longè sit maledicentissimus. Et vt Lector nòrit, quo de scripto Bullingeri agam, nouerit anno 1564. edidisse eum Repetitionem & dilucidiorè explicationem quandam, eiq; ceu coronidem apologeticam addidisse, qua perstringit Brentij recognitionem, (sic enim est titulus libri Brentiani) In hac Coronide apologetica dicit pios omnes concorditer censere, Brentiù peccare enormiter edendis libris suis maledicis, & c. cum petulantissimè cõculcare fidem & doctrinã Ecclesiãrũ, nempe Zuinglianarum, quarum dogmata vocet Brentius calumniator ac odiosa. Dicit, Brentium nullo Dei spiritu bono ductum, iudicare ipsum Bullingerum inanes & sine fide, p̃fundere voces, & ceu aprum Calydonium vincã Domini euertere. Dicit, quisquis Brentij reliqua his cõiuncta inspexerit propius, illum visurum apertè virulentis redundare edacissimili liuoris moribus. Non sic scriberet Bullingerus de Brentio, si is in Romanos Pontifices aut monachos ea scripsisset, quæ scripsit in hereticum Bullingerum. Sed qui nunquã desinunt lacerare Pontifices, debent nonnunquã id genus atrocissimos morsus mutuos sentire. Sed pergamus videre alia multa in tam breui Coronide. Petrus Martyr iam obièrat: cum Bullingerus vocat beatæ memoriæ, sicut & Melanchthonem, cuius quidè Melanchthonis etiã testimonium profert contra Brentium, quòd scripserit, vt transsubstantiationem, ità & vbi-quitatem corporis Christi excogitatam esse nò ità pridem, & portentosam. Et verum quidem scripsit Melanchthon, doctrinã vbi-quitatis corporis Christi non ità pridem excogitatam esse, sed quòd idem

Bullingeri
de Brentio
testimonia.

de transsubstantiatione asserit, suo more mentitur, cum ipse quoque nò neget D. Ambrosium sensisse panis naturam mutari in Eucharistia, idemque sentiant veteres sancti patres omnes. Nec tamen negat Bullingerus, ipsum Melanchthonem vnà cum Brentio fuisse Zuingliãis inensum, adeò vt existima- rit se bona conscientia illos pro fratribus agnosce- re nò posse, sed tamen tandèm factum esse illorum summum amicum & fratrem intimum. Hoc verò tametsi pertinaciter de Melanchthonè negent Lu- terani quidam, quòd ad Zuinglianos defecerit, nec careat nota turpissimè leuitatis & inconstantiæ, tam varias vnà eademque de re amplecti opiniones: at vult nihilo minùs Bullingerus plurimas, quibus id probetur, Melanchthonis manu scriptas epistolas posse proferri, neq; id leuitati aut inconstantiæ, sed saluberrimo eius profectui esse tribuendum. Scilicet egregius profectus est, ex Luterano trãforma- tum Zuinglianum. Velle autem Bullingerus etiã Brentium ità proficere, quem, quia id non vult, vocat, ceruicofum, irreconciliabilem, & Iohannem in eodem, Præclara sunt hæc hæretici de hereticis testi- monia: pergamus ad reliqua. Ait Bullingerus, Brentium abuti veterum testimonijs ad suum insti- tutum commonstrandum: quasi verò non idem faciat etiã Bullingerus & desertores omnes Catho- licæ Ecclesiæ. Quã autem absurda est Bullingeri doctrina, quando ipse quidem Brëtium ait verbo- rum ludere præstigijs, cum id faciat ipse Bullinge- rus, simul asserens & Christum se è cælo nò detra- here, vtiquè secundùm humanitatem, & tamè eum vera sua carne fideles suos in Cœna pascere. Sed ta- libus præstigijs illudunt isti in doctæ multitudini, atq; vtinã vel tandèm respiscant, Et hoc quidem loco vult Bullingerus longè tutius fidem commo- dari patribus, quã Brentio, quem dicit nupèr na-

Melanchtho-
nim hostis
Zuingliano-
rum, pòst
summum
amicum.

Præstigia
hæreticorũ.

tum, nec semel deprehensum lolio vitigare & strychnum bibere. Sed si patrum autoritas apud istos hæreticos, tam Brëtium quàm Bullingerum, certius similis valeret, iam pridem esset pax reddita Ecclesiæ, & profligati essent errores omnes, quos isti ab inferis excitârunt, aut è suis cerebris partim effinxerunt. Verùm tanti illi faciunt tum Patres, tum Concilia omnia, quanti volunt, immò sanè prorsus nihil, vbi cùque ab ipsorum impijs cõmentis & prauis dogmatis discrepant. Pergit Bullingerus contra Brentium, eum què dicit tergiversari, suffragia latibulaque quærere, sese implicare, & quid dicat ignorare, denique simplices circumagerè, & naribus trahere. Et hoc quidem verè dicit Bullingerus, sed homo versutus seipsum suo sibi ense iugulat. Nam idem præclarè faciunt etiàm ipsi Zuingliani, dum negant CHRISTI corpus haberi substantialiter in Eucharistia, & tamen affirmant vera nos eius carne vesci. Itaque vbiquitatem Brentij merito ridet Bullingerus, sed non minus ipse merito ridetur à Brentio, dum negat corporalem CHRISTI in Eucharistia præsentiam. Atque vtinàm contenti illi essent, in suas istas inextricabiles incidisse perplexitates & labyrinthos, nec miseriam plebeculam secum eò pertraherent. Sed ad rem. Adjicit porrò Bullingerus, Brentium vociferari negotium sibi esse cum virulenta excetra, & cum scorpionibus venenatissimis, denique cum homine effronte, cum sophista, omniumque mortalium nequissimo, & quidem his emblematis per frequenter ornare Bullingerum. Quis non credat vera dicere Brentium, tantum Luteri discipulum? Sed iam Bullingerus eò se confert, vt doceat Brentium, qua ratione de vbiquitate agere debeat. Nam ita diceret, inquit: Vbi que gentium in Ecclesia ingrauescit factus, superbia, auaritia, vsura, blasphemia, calumnia,

Nota.

Nota testimonium Brëtij de Bullingero.

Nota fructus noui Evangelij.

maia, spurciloquentia, ebrietas, crapula, luxus, libido, incestus, ira, cædes, contentio & inuidia. En hi sunt fructus istius noui Euangelij, quos etiàm ipsi eius præcones fateri coguntur. Nos his addere possumus vbi que ingrauescere incestas libidines apostatarum. Sed his tot malis an non illi præclaram obtulère occasionem, qui solam fidem crepant, Ecclesiæ sacramenta conuellunt, instituta Ecclesiastica extirpant, carnis libertatem prædicant, & iam olim condemnatos errores pro verbo DE I imperitis venditant? O vtinàm quandoque videant homines, quæ hominum commenta pro verbo DE I amplexi sint. Poterat his flagitijs fieri medicina, si non esset explosa ab istis infaustis dogmatistis disciplina Ecclesiastica: quæ etsi etiàm apud Catholicos multis locis pro dolor elanguit, non tamen docetur vulgus impiè sentire de Canonibus pœnitentiæ, quæ eadem modum hæretici isti faciunt, quos non pudet palàm scribere, in illa sanctissima Nicena prima Synodo factos esse pœnitentiæ Canones, ex quibus postea multum superstitionis irrepsit in Ecclesiam, vt meritum CHRISTI non parùm hac ratione obscura retur paulatim.

Isti enim tenebriones laxant miseris habenas, nec vident, immò videre nolunt, huiusmodi pœnitentiæ Canones non solum non obscurare, sed illustrare etiàm meritum CHRISTI, dum homines hac ratione retrahuntur à vitijs, monenturque sic viuere, vt merita CHRISTI ipsi bono esse queant. At postquam Luterus cum suo satellitio docere cœpit, Solam fidem iustificare, & tollere peccata, Confessionem peccatorum non esse necessariam, Liberum arbitrium rem esse de solo titulo, & dum facit quod in se est, peccare mortaliter: Docendos esse CHRISTIANOS plùs

In libro cõtra Synodum Tridentinam.

Luterus in Assertionibus suis.

diligere excommunicatiōem quā timere, Papam vel Ecclesiam non posse condere leges morum seu bonorum operū, & id genus alia portentosa & impia paradoxa, indè nimirū ea in hominibus nata est vitæ dissolutio, vā ipse quoquē Lutherus postea factus sit sui Euāgelij homines decuplo peiores euasisse Sodomitis. Arripuerunt enim improvidi mores tales ab istis seductoribus sub specioso libertatis Euangelicæ pretextu oblatam ipsi terribilissimam carnis & vitiorum seruitutem: & certè nulla his malis potest vnquam sperari medicina, nisi profligatis istorum hominū impijs dogmatibus, deatur ad unitatem Catholicæ Ecclesiæ, & in ea instauretur collapsa multis locis Ecclesiastica disciplina, id quod modernus Pontifex Pius V. admodum seriò conatur, nec infeliciter ea in re progreditur. Donè autem erunt homines in tot sectas, inter se dissectas & procaciter corrixantes, distracti, hæc quæ Bullingerus commemorat, scelera & peccata non poterunt non in dies magis magisque augeri, quādoquidem sectarum istarum signiferi & buccinatores, hominum animos omni ferè religione solunt, prauisq; erroribus imbuunt, abstractosque à Christi corpore, quod est Catholica Ecclesia, malis dæmonibus illudendos, & in quæuis flagitia nullo negotio impellendos obijciunt. Quorum enim in cordibus fides corrupta est, in ijs CHRISTVS habitare non potest: vbi autem ille non habitat, dubium non est, illic sibi domicilium constituere tartareos spiritus. Sed ad Bullingeri Coronidem redeamus.

Ait Brentium scribere de se, nempe Bullingero, quod atram in se bilem releuet, meraque & pura mendacia proferat. E diuerso probat Bullingerus, Brentium bellè cōsentire cum doctrina Suencfeldiana, cum tamen id Brentius perneget. Præclara sunt, vt dixi, hæc emblemata, quibus isti gi-

*Brentius
Suencfeldianus.*

gantes

gantes se mutuo ornant: & tamen hi sunt capita Lutheranorum & Zuinglianorum. O miseram plebem, quæ tales habet dogmatistas. Audiamus & alia: Dicit Bullingerus, Brentium Vatiniano in Zuinglium feruere odio, & Adria iracundiorè atrebilibis nimbo, ætus, tempestatesque, ante multos nimirum annos conceptos, impetuose effundere, & Zuinglium omnigenis conuicijs perfundere, atque ex vera filij DEI Ecclesia illum excludere, doctrinamque Zuinglianam vocare impiam, atque in altera obijcere Zuinglianis iconomachiam, quæ Obijcit sane & quæ ad eod non negat de se suisque Bullingerus, vt aperte fateatur se suosque & dici & esse male iconoclastas, quàm iconoplastas. Itaque & hac in parte videmus diuersa Lutheranos & Zuinglianos sentire, Lutheranos in iconomachiam damnare, Zuinglianos amplecti. Hoc autem à Brentio grauiter obijcitur Bullingero, quod ab irato & furioso Lutero, ad placidum & extra contentionem loquentem, se scripserit appellare. Ecce videmus etiā hæreticos in Lutero aduertisse furorem: & fuit ille sane impotens & rabiosus homo: cur igitur nō pudet talem furiam sequi? Sed Lutero Lutherani tertium volunt esse Eliam, & Bullingerus quoque in hac Coronide ait se dona in Lutero & multa & magna libenter agnoscere. Sed in religionis negotio furiosum esse, quis quæso inter DEI vel infima dona numeret? O cæcos doctores, cæci, immò furiosi, doctoris affectas. Addit autem Bullingerus, Luteri adultores, immodestiam hominis excusantes, dixisse palam, heroica ingenia non rarè corripitur furore, non poetico quidem illo, sed planè Diuino aut Theologico.

Ità habuit Lutherus suos adultores, qui eius furorem, diuinum diceret. Quid hinc possumus aliud, quàm lugere hominū ætatis nostræ cæcitatem, qui

Ggg 3 ista

*Brentium ar-
det odio
Zuinglij etc.*

*Obijcit
Zuinglianis
iconomachiam.*

*Brentij anti-
logia.*

*Bullingerus
de Brentio.*

ista tam absurda sibi finunt persuaderi? Pergit Bullingerus, & ait satis hic apparere, quàm anbelamēte Brentius in ipsius inhiet exitium. Deindē commemorat quasdam Brentij antilogias pugnantēsque sententias, vt qui quandoquē scripserit verbum ad panem ferre id quod cōtinuet, nempe corpus Christi: nunc autem scribat, non posse crimen Papificæ magiē effugere, qui recitatis in Cœna Domini verbis putet corpus Christi adduci: cum tamen & Lutherus multis locis scribat, teste Bullingero, verba Cœnæ conficere corpus & sanguinem Christi: ita vt iam ipsius Brentij iudicio non ipse duntaxat, sed & tertius Elias Lutherus, magus sit appellandus. An non hæc sunt eximia præconia? Itã cæcus Brentius dum sibi ipsi contraria scribit, sua ipsius sententia fit magus. Sed abist, vt Christi sermonem, quo sacrosancta Eucharistia conficitur, ad magiam pertinere credamus. Dicat hoc & sentiat Brentius cum suis similibus, daturus quandoquē pœnas æternas tam nefarię blasphemię. Ait porro Bullingerus, tantum non rumpi Brentium præ nimia ira, obijcientem Zuinglianis malitiam fingendi, mentienti, rectē dicta calumniandi, deprauandi, inuertendi, & quid non? adijcientem etiã, sibi cum Luciano (Bullingerum dicit) in schola Epicurcã negocium fore. Egregia sunt hæc: sed necdum satis multa Brentio. Rursus autem nē Bullingerus taceat Brentio, ait illum summis viribus contendere, cælum, in quod ascendit CHRISTVS, nec locum esse, nec loci quidem nomen. O insaniam. Pergit Brentius, referente Bullingero, & dicit Zuinglianos veritatē ab alijs manifestatã oppugnare: sed rursus à Bullingero egregiē irridetur ob ineptissimas & stultissimas quasdam delirationes, cogiturque fors Bullingerum ista palam scribentem. Itã ineptē & perplexē illum Diuina loqui voluit prouidentia, vt vel hinc

pij

pj & curabiles lectores intelligerent, refugiendum sibi esse à doctore, qui postquàm Archytæ crepita-culum diu & abundē pulsauit, tandē se ignorare fatetur quid dicat, aut de quibus asseueret. Hæc de Brentio Bullingerus, sed quę in ipsum quoque Bullingerum pulchrē quadrent: sicut & illud, quod ait Brentium scripturæ Diuinæ & etiã Augustini sententijs abuti: quod certum est omnes istius infausti Euangelij Buccinatores & fecisse hæctenus, & facere. Absit enim vt vel scriptura Diuina, vel sancti patres illorum teterrimis erroribus vlla ex parte faveant, tamen non pudet eos pro se sacra Biblia Patresque citare. Habet deindē Bullingerus etiã fedissimum Brentij de inferno errorem, fatentis infernum quidem esse, negantis verò locum esse. Itã Brentius cælum tollit pariter & infernum: nec minus impiē Bullingerus tollit è Sacramento substantialem corporis Christi præsentiam. Non potest, inquit porro Bullingerus, in Brentio probari nimia eius licentia in scripturis detorqueñdis, & quod nulla necessitate recedit à receptis concordia in Ecclesia consensu expositionibus, immò & doctrinis. Certē non debent hæc in Brentio tolerari, sed neque in Bullingero, in quem hæc non minus quadrant quàm in Brentium, à quo se Bullingerus scribit eiectum ex Ecclesia CHRISTI, sed contemnit æquē Brentij vt Romani Põtificis ex cõmunicatione. Ait enim se brutū iudicare Brentij fulmen. Meritò sanè contemnunt eorū fulmina, qui summis Põtificis anathemata cõtemnūt, & sicut istis quod Esaias

*Brentij de
Inferno
error.*

Esai. 33.

Nota, nota.

addit Brentium per prolixum & impexum librum suum, nempe recognitionem, omnes propè paginas adpersisse contumelijs atque conuicijs, porro sub finem libri furioso cursu ruere in portum, clamareque Zuinglianorum dogmata esse diabolica & impietatis plena, recundare illorum omnia deprauationibus, strophis atque calumnijs: errorem illorum de Cœna Dominica non esse leuem, sed pro sua fecunditate alios atque alios magis sacrilegos secum trahere, fatanam per illos sibi viam præstrucere ad omnes iniquitates: breui futurum, vt per illos reducat in Ecclesiam hæresis Nestorij, & nihil deniquè maneat reliquum de articulis nostræ religionis, sed inducatur in Ecclesiam ethnicismus, Thalmudismus & Mahumetismus. Hæc sunt sanè luculenta de Zuinglianis Brentij Lutheranorum horridè Corypheï testimonia & encomia. Porro de Brentio è diuerso testatur Bullingerus sub finem huius coronidis, illum propter singulares suas opinionones furere, tumultuari, ad arma conclamare, & omnem bipenni amicitiam dissecare. Hæc ego sanè ex breui illa Bullingeri Coronide breuiter huc adscribere volui, vt videant tamen vel tandem miseri mortales, quos duces in rebus grauissimis sequantur, qui tam atrociter inter se dissentiunt, tam immaniter se mutuò proscindunt. Quod si vel meum in stitutum pateretur, vel mihi studio esset omnia illorum scripta excutere, quàm multos ego Codices conficerem, solis eorum contentionibus & conuicijs mutuis referendis? Vtinàm verò cunctantijs illi principio admissi essent, nec tam facile fides habitata foret noua paradoxa sub specie verbi DEI proferentibus. Quid verò de nobis dicendi sunt posteri nostri, cum hæc & id genus per multa alia didicerint, viderintque illos nos homines haud secùs atque CHRISTI Apostolos &

nuncios

nuncios accepisse, qui non nisi tetros in orbem errores inuexerint, & præter hoc etiàm inter se odio, fiffimè & pertinacissimè dissenserint? Faxit præpotens Deus, vt vel serò videamus.

Non mihi hoc propositum est, vt istorum hominum absurditates & mutuas acerbitates oēs cômementem, nec tam è possum committere, quin vel aliquas annotem. Habet enim earum cognitio suas non mediocres vtilitates, & possunt illæ certè mouere homines, vt ab illorum contubernio celerrimè se expediant. Excusa hoc anno est mense Ianuario De bonis & malis Germaniæ admonitio Iohannis Vuidandi, qui (nisi tam è fallor) vnus est ex præclaris illis Centuriarum Magdeburgensium architectis. est is egregius & quidem Stoicus Luteranus, vt & Matthias Illyricus. In hac admonitio è ille primò se pollicetur explicaturum præcipua Dei beneficia, Germaniæ potissimùm ab anno 1517. collata, putà Ecclesiastica, Politica, œconomica, & communia quædam. Primum beneficium vocat Biblia sacra in clarissimam lucem producta, quæ multis seculis pro obscuro libro vbique locorum sint habita, penèque sicut & squalore in terierint: laicos publicè tantum auduisse, Legèdas Sanctorum: Theologiæ studiosos in scholis ad scholasticorum disputationes & summas tantùm assuescitos. Ità ille Vuigandus in hoc primo referèdo beneficio tam multa benè luculenta habet mendacia. Simul verò etiàm nostram Bibliorum Latinam versionem carpit, & Luteri Germanicam vsque adeò prædicat, vt non dubitet eam tribuere dictanti Spiritui sancto, & omnium aliarum gentium versionibus illam anteponat: Sed ostensum est à viris doctis, per multa loca sua non versione, sed peruersione Luterum corrupisse: & sanè vsque adeò nõ satisfecit Germanis Luteri versio, vt postea nouam cuderint Tigurini. Videt Lector quàm sint ve-

Ggg 5 ri-

ritatis studiosi homines isti, cuius gustum quandam hæc paucissima præbent. Proh dolor, tam malè collocari bonas horas & scribendis & legendis id genus scedis & perniciosis mendacijs. Addit mox, pueros & puellas iam Biblia Germanica legentes, proprium ac genuinum sensum ab sq; longis commentarijs ob oculos videre. Certè didicit Germania nunquam præstando damno suo, quàm bellum sensum è scripturis diuinis tot insana capita elicuerint, dum certatim aliæ super alias emergunt hæreses, singulis sua scæda commèta sacrarum literarum autoritate confirmare nitentibus. O quanta est horum impudentia, qui cum videant etiàm ipsos Luteri discipulos inter se atrociter digladiari, & singulos crepare scripturas, non dubitant tamen scribere, tam clara & lucida nunc prodijisse Biblia Germanica, vt pueri & puellæ genuinum sensum facillè assequantur. Nam si hoc verum est, cur etiàm grandes isti sophi inter se tam turpiter corrixantur?

Nota insensiam.

Alterum Germaniæ à Deo impèsum beneficium est, inquit Vuirgandus noster, præcipuorum articulorum fidei illustratio, qualis ab Apostolorum temporibus hucusquè in hoc mundo non est cognita. Quis dubitet hunc hominem lethargo correptum, aut nescio quibus furijs agitatum, præ insania non videre quid dicat? Proh scelus, tam densas tenebras, quas isti Argi scilicèt in orbem inuexerunt, etiàm fidei illustrationem eximiam dici.

Calumniæ in S. Patres.

Deindè etiàm tam præciosos illos quàm scholasticos patres hic insignis tenebrio calûniatur: aitq; discrimen legis & euangelij prorsus oblitteratum fuisse post Apostolorum tempora, sed per Luteri ministerium dilucidè explicatum. O portèrum in solas terras relegandum. Talibus sterculis scætet hic Vuirgandi libellus. Addit verò, in Papatu inuocationè à deo ita auersam, atq; ad mortuas creaturas (sic vocat san-

ctos

ctos cum Christo in cælo vitam beatam viuentes) conuersam, vt nulla inter gentes scædior vnquam idololatria extiterit. Agnoscit Lector Stoicum Luteri discipulū, nouumq; Vigilantium. Isti impij homines ferre non possunt inuocationem sanctòrum, quam etiàm se gloriantur profligasse, sed certè magno miserorum hominū malo, qui solebant ab omni antiquitate non sinè fructu ambire diuorum suffragia, quos scientiam Christo coniunctissimos, pro ardentissimo illorū erga nos amore, plurimū sibi præstare posse. Verūm isti miseri & cæci vt alieni sunt ab illo corpore, cuius caput Christus est, & cuius omnes sancti membra sunt, ita quoquè nullo eius spiritu vegetantur, sed traditi satanæ, vnà cum illo sanctos insectantur, nec eos à nobis inuocari volunt. Sed audiunt illi à nobis ex Augustino: Populus Christianus memorias martyrum religiosa sollemnitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum consocietur, atque orationibus adiuuetur. Sufficit hoc contra istos. Quæ verò Vuirgandus porro habet iactabundus de superstitiosis ritibus à baptismo amotis, (sic enim ille impius vocat tam antiquas baptisimi cæremonias) de integra cœna reddita, de clauibus non ampliùs raso & inuncto hominum generi (putà sacerdotibus) seruientibus, & id genus alia purè Luterica, id est, verè impia, nolo hic commemorare. Nam apparet hominem nihil habere hominis, sed totum obfessum à dæmone. Ait enim inter cætera, totum corpus doctrinæ cælestis simpliciter, dilucidè, propriè, dextrè erutum & traditum esse à theologis Germaniæ, quale in omnium patrum scriptis post apostolos nullum inuenitur. Et tamen isti theologij tam bellè inter se consentiunt, quàm olim Cadmæi fratres. O infelices Germanos, qui isthæc mōstra apud se ferre queunt,

Quid

Citra Fæstum, lib. 20. cap. 21.

Quid verò possit his dici monstrosus? En qui nolimus audire sanctos patres, iam istos cogimur audire infanos tenebriões, qui reuerà præ insania nesciunt quid dicant. Nanque addit hic noster: Plus rerũ in vno aliquo scripto exegetico Luteri in prophetam aut psalmum inuenias, quàm in multis libris patrum. O nugatoré. Certè blasphemijs & maledictis egregiè scatent libri Luteri, digni qui flammis exurantur.

Deindè tertium vocat beneficium, quòd Antichristus Papa à Lutero spiritu oris Christi interceptus est. Hoc quidem Luterus summis viribus conatus est, vt Christi in terris vicarium Romanum Pontificem penitus profligaret, sed frustra. In eo autem scelere etiàm laudare illum, hominis est penitus perditus & profligati, qualis certè est Vuigandus iste, cuius valdè execrabiles voces puto nec ipsis suis symmystis pròbati, qualis est etiàm illa, asinum Cumanum Romanum pontificem sibi armis cruentis niti vsurpare potestatem articulos fidei destruedi ac erigendi pro arbitrio: quod dici noo potest, nisi à sceleratissimo & deploratissimo nebulone. Certè quandoquè aduertent homines istorum viri a terrimum & intolerandam animi malignitatè, odiumq; in Pontificem & Catholicam Ecclesiam plùs quàm Vatinianum.

Alia deindè recenset Vuigandus Dei beneficia, de profligatis monachis, de exclusa idololatria, id est, inuocatione & veneratione defunctorum creaturarũ, vt ipse vocat, de egregiè oppugnato & expugnato Antichristo Romano Pontifice, de copia doctissimorum virorum & salutarium Ecclesiæ ministrorum, (per quos vtique nõ nisi Stoicos Luteranos intelligit) de copia item innumerabilium librorum, à germanis theologis, Lutero & similibus, editorum: quæ quidem eiusmodi sunt omnia, vt

ne.

meto, nisi Germaniæ proditor & hostis, ea possit beneficia vocare. Nam vt alia omittam, cum fateatur iste Vuigandus tot libros ab istis Luteranis scriptos, vt in mundo nunquàm plures in lucem venerint, (quod tamen est putidum & crassum mendacium) potest hinc sanè liquidò colligi, quàm immenses sumptus in eos libros impensi sint, non solum nullo Germaniæ fructu, sed etiàm damno illius inestimabili. Nam cum pecunia ea omnis, quæ in hos libros scribendos, excudèdos, emendos collata est, & infinita propè sit, & nõ nisi in Germaniæ & multorum aliorum certissimam perniciè cesserit, quantum quidem ad eos attinet, qui talium librorum lectione vel cognitione in heresin pellecti sunt: quis nunquàm verbis vllis possit consequi, quantum & Reip utilitatibus, & animarum salutis tot perditissima & pestilentissima scripta nocuerint? Et interim tamen solent isti mirum in modum exaggerare pecuniam, quæ Romæ exportetur è Germaniâ, nec vult videri se proditores & perditores esse Germaniæ, dum pro verbo Dei impias hæreses venditant incautis, & immensam pecuniæ vim exhauriunt suis pestilentissimis scriptis euulgandis, quæ vulgus imperitum auidè emit, sed nec precio exiguo, nec paruo salutis suæ detrimento.

Septimũ beneficium vocat Vuigandus, representacionem hereticorum, in quibus ille numerat Anabaptistas, Sacramentarios, Antinomios, Enthusiastas, gando. Cothurnifices seu concinnatores Christi & Antichristi, p quos intelligit haud obscurè Melæthonicos & Adiaphoristas, quæ nostra, vt ipse dicit, luce & potentia verbi sui Deus profligauit. Hic iam videt lector hominis egregij Luterani censurã non modò de Sacramentarijs, quos illi ex professo ode runt, sed etiàm symmystis suis Melanchthonicis & Adiaphoristis, Qui enim Luteri doctrinam omnem

MOR.

Calumnia in Pontificem.

mordicis retinent, Melanchthonem & Adiaphoristas, qui in quibusdam à Lutero deflexisse videntur, ferre nō possunt. Itā fit, vt Lutherani Lutheranos quosquē persequantur, & quidem valde acerbè, vt est hereticorum genus maledictione & amaritudine plenum: quod quidem iam sæpè dixi, & est crebrò dicendum, dum isti noua semper acerbitalis suę argumenta in lucē edunt, quę tamē ab illis miserè euer- si non aduertunt. Verūm obseruatu dignum est, quod porrò adiciendum, suum & suorum esse, confiteri & statuere aliquam saltem Ecclesiam, licet exiguam, permanfuram vsque ad extremum diem. Iam enim Stoici isti Lutherani in eas rediguntur angustias etiā à sectarijs alijs, vt p̄p̄modum suę doctrinę successum desperare vidantur. Et certè in eas angustias sensim rediguntur omnes horum temporum heretici, & tandem veritas, aliquādiū ab istis oppressa, eluctabitur.

Transit deinde Vuigandus ad beneficia politica, & ibi splendide adulatur magistratibus, & mētitur turpissimè, ab Apostolorum temporibus neminem eque ac Luterum illustrasse doctrinam de auctoritate & officio Magistratum. Tandem stultissimus homo doctrinę Luthericę oblitus, postquam multos fuit in pontificibus & monachorum operibus proficiendis, ait magistratus pro suis multiplicibus laboribus æterna præmia consecuturos esse. Vbi igitur nunc est illud Luteri, Opus bonum optimè factum, veniale peccatum esse secundum misericordiam Dei, sed mortale peccatum secundum iudicium Dei? item illud, Nemo non certissimus esse debet, se semper mortaliter peccare, si sua vita ad iudicium Dei iustissimum comparatur? Num peccatis vel venialibus vel mortalibus æterna præmia debentur? Itā isti cæci doctores dum veritatem oppugnant, sæpè pugnantia docēt: id quod Lutero quoquē ac-

cidit

cidit in doctrina meritorū, & alijs plerisq; tertium bonum politicum dicit esse, q̄ subditi magistratui promptius nunc obtemperat: quod q̄ sit vanum & cōmentitium, res ipsa loquitur, & tumultus Rusticorum, multa q; id genus alia satis superq; declarant: & nisi Deus Luteri conatibus obstisset, cer- neremus profectò q̄ hodiè magistratūs esset auctoritas. Reliqua beneficia politica, œconomica, communia, nē sim Lectori onerosus, ineptiēti Vuigādo relinquo, nec ijs cōmemorandis tēpus pdere volo.

Accedit deinde Vuigandus noster ad mala Germaniæ enumerāda. Hic principiò duo schismatum schismatum genera ponit, vnū à Sacramētarijs, alterū ab Interi. duo genera. nullis excitatū. Sacramētarios dicit, superstitē Lutero, Helueticos tantum quosdā montes fuisse tenere coactos: illo extincto, seminatores istorū zizaniorū longè lateq; esse progressos. Putabant Sacramentari se præclarum quippiam præ Lutero vidisse, sed vident suam doctrinam à Vuigando Zizania vocari. Et quanuis hodiè multum iactitent se quoque esse Augustinæ Confessionis, at discretis verbis dicit Vuigāndus, eos nec partem fuisse eius Confessionis, cum ea Augustæ Carolo V. exhiberetur, nec deinceps sese eidem adiunxisse. Et verum diceret Vuigandus, si non Melanchthon illam confessionem subindè recoxisset, atq; tandem ad castra Sacramētariorū deflexisset. Addit autē Vuigandus, non in re sacramentaria tantum, sed in alijs quoq; articulis non postremis publicè sacramentarios impingere.

Accedit deinde Vuigāndus ad alterū schismatū ge. Interimista- nus, ipsi planè, vt dicit, intestinum, eoq; longè perniciosius. Sub hoc comprehendit Melanchthonicos & Maioristas, tamen nominatim nō exprimit. Illis tribuit perplexas, ambiguas, flexiloquas, varias, & astutas locutiōes, eosq; licet impium, vt ipse vocat, dogma illud, Bona opera ad salutem esse necessaria,

In assertio-
nibus, arti-
culo 32
Ibid. Arti-
culo 35.

cessaria, & pleraq; alia mendacijs & fucis stabiliant, tamen sine omni fronte scriptitare, sese à sincera dei & Luteri doctrina nè pilum quidem declinasse, Non enim patitur Vuigandus operum & pœnitentiæ concionem, sed sola fide cum Lutero suo redè exolat in cælum Plutonis.

*Nota sint.
amicam ma-
lignitatem.*

Tertium malum vult esse Vuigandus, quod remissus iam Lutero mortuo impetitur & laceratur Romanus pontifex. Ecce tibi hominis deploratissimam amentiam & aterrimam cæcitatem, qui hoc ipsum pro magno malo numeret, quod abstinetur à iactandis conuicijs & contumelijs in pontificem. O plùs quàm Cimmerias infani pectoris tenebras. Ait enim: Necepsè est, si Ecclesia Christi iterùm rectè purganda est, vt ala cri pectore & coniuñctis vocibus atque stylis ardentius ac luculetius Antichristus oppugnetur, quàm aliquot annis factum est. O quas dabūt isti olim pœnas tantę peruersitatis: sed homines impij, qui iam in profundū venerunt malorum, contemnunt donèc in illum abyssi puteum detrudantur. Non vident isti miseri & omni lachrymarum fonte plangendi, quàm nihil minùs deceat hominem è religione Christianum, quàm ista terribila maledicendi petulantia, præsertim pastori Ecclesiæ, cui, velit nolit Vuigandus, Christus commisit pacendas oues suas, omnemq; illi illatam iniuriam & cõtumeliam, sibi factam ducit. Sunt hæc profectò eiusmodi, vt pijs animis vberriam suppeditent plorandi materiam, quod populus Christianus preciosissimo Christi Iesu sanguine redemptus ab istis immanissimis lupis & sceleratissimis nebulonibus tam miserè seducitur, & ad proscindendum & conspuendum pontificem etiàm incitatur. Sic Christus non docuit, neque Apostoli eius, sed hanc doctrinam hausit à Lutero Vuigandus, & ab ipso fatana Luterus.

Quar.

Quartum malū Vuigandus iste ait esse ignauiam vigilum Ecclesiæ Dei (sic vocat illum Luteri cœtū, qui rigidos habet Luteranos) in retutandis erroribus, putà Sacramentariorum &c. Sunt sanè, qui putent inter Luteranos & Zuinglianos solam esse de Eucharistia controuersiam. Sed cùm plerique alij Sectarij, tum hoc loco etiàm Vuigandus disertis verbis testatur, non de rebus friuolis & ineptis, sed de summis capitib; doctrinę celestis esse inter ipsos Zuingliani disceptationem. Quin & inter ipsos Luteranos nõ de quibus leues cõtentiones sunt, vocatq; hic noster Vuigan-*inter se dis-* sentians. significans Lipsenses dogmatistas, quos etiàm impostores appellat. De nouis Sacramentarijs, nempe Calvinianis, id affirmat, eos verba habere tali stragemate adornata, vt prohibitu eis vti queant. Deinde adijcit explodenda esse tam fraudulenta spectra orationum, quibus ad fallendum imperitiores vrantur Pelagiani & noui sacramentarij. Sed & Vuigandus cum sua teterrima maledicentia pariter perligandus est.

Sextum Ecclesiæ malum Vuigandus vult esse in-tempestiuam & perniciosam philosophiæ cū theologia permixtionem. Hoc loco rursus, non tamè nominatim, Vuittenbergenfes & Lipsenses dogmatistas perstringit, porrò Sacramentarios aperte nec dubitat dicere, lupos miseras ouiculas crudelissimè diripere ac deglutire: Multa hic enumerat, quæ ex Philosophia contra veritatem Euangelij habeant illi, quos modò dixi, Vuittenbergenfes, Lipsenses, & Sacramentarij. Refert ibi se audiente quendam præconem (intellige quinti euangelij) de coniugio ad populū declamãtem, plùs quàm viginti carmina ex Ouidio de arte amandi protulisse. Et hoc quidè Vuigandus se detestari indicat: quasi verò suus Luterus nõ planè amatoriu & Venerè nobis euangeliū

H h protur-

protulerit, omnibus etiã & monachis & monialibus laxans turpitudinis habenas, & in cõiugio quorũ degentibus permittens dicere, Si nõ vult vxor, veniat ancilla.

Septimum malum est Vuigando *πρωσωνλαρπια*, qua viri eruditione excellentes, incipiũt veluti idola coli. Melanchthonem & quosdam alios molles Confessionistas, qui in nonnullis à Lutero discesserunt, videtur hęc quoquẽ carpere. Enatũ enim fuit non leue diffidium inter Melanchthonicos & Illyricos, hoc est, molles & rigidos Confessionistas, nec res adhuc sopita est. scripsit Melanchthon acerbẽ in Illyricos, cũ tamen eius discipulus fuisse Illyricus, & ab Illyricanis dånatus est Melanchthoncum suis.

Inuentum à quibus corumpatur.

Octauum malum dicit, quod isti profopolatrẽ in multis magnis & paruis scholis iuuentutem virulenter inficiũt. Dofet Vuigando, quod Luteri dogmata quædam euanescũt, & veretur plurimũ, nõ tandem ille cum suis è tota Europa proscibatur. Ecce verò iam ab ipsis quoquẽ Luteri discipulis dicit Vuigandus infici miseram iuuentutem. Cur tandem nõ euigilant homines, & se totos ab omni istorum hominum commercio semel expediunt? Satis superq̃; à Catholica Christi ecclesia admoniti sunt, à Lutero & eius symmystis buccinatoribus reliquisq̃; noui euangelij pseudopphetis perdiuinitatem, & tetros in orbem errores spargi, nec fidem tamen sanissimis admonitionibus habere voluerũt. En iam ipsi Luteri discipuli suos condiscipulos palam affirmat corrumpere iuuentutem: vel illis tandem credant, & profigatis simul omnibus, redeant ad Catholicæ Ecclesiæ vnicum ouile, nec sibi semper ab istis tenebrionibus tam turpiter illudi patiantur.

Nonum

Nonum malum est, vt ait Vuigandus, effrenis & iuuentutis petulantia & maledicentia stolidę iuuentutis, quam malẽ imbutam à profopolatris dicit fuerere, tantum non dira conuicia euomere in pios Ecclesię doctores (se suosq̃; intelligit) scẽda, obsecrans, crudelia, impia & scelerata scripta, pasquillis & picturas effundere, certare inter se impudentissimis mendacijs confingendis, qualia diabolos propemodũ ipsos puderet proferre, & vt quisque in his artibus magis excellit, ita suis esse præceptoribus gratiorem, & ad maiores honores euehi. Quæ omnia dicuntur de Melanchthonicis, Vuittenbergenfis & Lipsensibus. Aduertit hinc Lector, quàm sint vera & iusta præpotentis Dei iudicia. En isti miserĩ nullum faciunt finem maledicendi summo Pontifici: tam multis supra modum contumeliosis scriptis, pasquillis & picturis in illum Christi vicarium petulantissimẽ incurrerunt, & ecce ex ipsis Luteris scholis prodeunt discipuli, qui, qua mensura ipsi mensi sunt Pontifici, illis copiosissimẽ remetiantur. Quis hęc non manibus ipsis & pedibus palpet, vlcerei Christum iniurias vicarij sui? Et sunt hæc tantũ initia quædam iustissimæ vltionis, quæ, nisi respuerint, apud in feros crescet in immensum, & puniet blasphemos & maledicos Pontificum calumniatores & conuiciatores in æuum sempiternum. Taceo hęc de cõuicijs in Episcopos, sacerdotes & monachos iactatis ab istis, quibus isti Euangelici satiarinunquam possunt. Sed Christus suo tempore nõ deerit officio iustissimi Iudicis, cuius vrinam illi seueritatem agenda, dum adhuc licet, pœnitentia anteuertant.

Decimum malum noster Vuigandus id ait esse, quod typographię oēs latissimẽ parent illis, nempe Vuittenbergenfis & Lipsensibus, qui non erubescant falsas doctrinas tueri & profiteri, dirisque

H h 2 con-

*Prela non
patent Lu-
tericis.*

conuicijs in probos ac fideles Dei seruos (Vui-
gandum scilicet, Illyricum, &c.) inuehi: cōtrā verò, qui
errores ingruentes (putà Vuittenbergensium & Li-
psensium) indicare vel Apologias opponere prò se
student, ijs prēla arctissimè occluduntur. Ecce rursus
evidentissimum Dei iudicium in Luteri rigidos se-
ctatores, & hostes Ecclesiæ Catholicæ. Iam longè
suprà dixi, cum Luterus & sui primùm inciperent
noua dogmata spargere, typographos illorū lucu-
brationes suis impensis politè & emendatè admo-
dum, porro catholicorū malignè & deprauatissimè
alienisq; sumptibus excudisse. At nunc Luteri fideli-
simis discipulis & symmystis etiām apud Luteranos
prēla arctissimè occluduntur, & vt addit Vui-
gandus, isti Luterici Pontifices territant typographos
suis fulminibus, nē quicquam contra se suāve do-
gmata pariantur in suis officinis imprimi, in quos
prorsus nihil potestatis habent. Quis hic non &
miretur & laudet diuini iudicij æquissimam censu-
ram? Volebat Luterus cum suis prorsus profligare
Romanum pontificem, at nunc ille cum suis profligat-
ur à suis: quicq; contemnebat ad eò Romanū Pon-
tificis excommunicationem, vt scribere nō dubitāri,
docendos esse Christianos plūs diligere excommuni-
cationem, quàm timere, iam in suis discipulis ta-
les cogitur pati pontifices, vt ipsi quidem per sum-
mā arrogantiam dici volunt, qui sinè vlla autho-
ritate excommunicēt typographos, si illorum scri-
pta excendant, qui puras putas ipsius blasphemias
mordicis tuentur. Hoc idem cæteris omni-
bus Pontificis & Catholicæ Ecclesiæ oppugnatoribus
tandem eueniet. Addit autem Vui-
gandus, hac ratione solos illos regnarè, solos triumphare, & tran-
quillam sedem sibi parare. Vellent certè plerique
Luterici superintendentes Papalem sibi, si possent,
parare sedem: quæ si illis contingeret, sentiremus

Nota.

*In asserio-
nibus.*

MOX

MOX quantam illi sibi sumerent auctoritatem, cum
interim miseri non cessent Pontificem calumniari,
quod is sibi ius vsurpet, etiām vbi nullum habeat.
Certè Melanchthon quodam loco, vt suprà quo-
quē retuli, de discipulis suis, Lutero quàm ipsi ad-
distoribus, ita scribit: Cogunt concilia, quan-
do & vbi ipsis placet, atq; vendicant sibi maiorem, *Nota.*
magis incolerabilem, & minùs excusabilem autho-
ritatem ac potestatem, quàm Papa Romanus vn-
quam. Hęc Melanchthon. Sed non multùm diffi-
militer conqueritur Vui-
gandus de Melanchthoni-
cis Vuittenbergicis & Lipsensibus.

Vndecimum malum Ecclesiæ, Vui-
gandus dicit
Ecclesiasticæ disciplinæ laxationem. Spectatum
admissi, risum teneatis amici? Planè Vui-
gandus *Vuigandus*
iam vult papista fieri. Ait politicos nolle pati, vt *Papista.*
notorij, scandalosi & impoenitentes peccatores,
Ecclesiæ CHRISTI publicè indicentur, & pro
publicanis & ethnicis habeantur, donèc pœniten-
tiam agere discant. Ecce tibi Vui-
gandus publicè
agendæ pœnitentię præconem. Adijcit porro:
Blasphemare veritatem, ignominia afficere mini-
stros verbi DEI, rapere Ecclesiastica bona, (nota
Lector) scortari, inebriari, rapere, vsuras exerce-
re, homicidia, aliaq; eius generis innumera pecca-
ta eò magis inualescunt quotidie, quia libertatem
crelendi habent. En quanta est vis veritatis, vt
eam plerunquē etiām ipsius atrocissimi hostes fa-
teri cogantur. Certè autem si restituatur vbiquē
Ecclesiastica disciplina, etiām Vui-
gandus ipse cum
toto grege apostatarum monachorum & pseudo-
prophetarum, publicam debet agere pœniten-
tiam. Quàm autem ridiculum est, quod homo
perditus inter alia flagitia, quæ sub istis infaustis
carnalis libertatis præconibus in immensum excre-
sunt, etiām bonorum Ecclesiasticorum rapinam

Hhh 3 comme

*Indulgentia
Luteri.*

commemoratur, cum vix vllò vnquam seculò tot sine
perpetrata sacrilegia & bona Ecclesiastica direpta,
quòt sub Luteri euangelio, qui sanè nouas euulga-
uit quandoquè Indulgentias vel Condonationes
cunctis illis, qui sese facultatesque suas & existima-
tionem in hoc expenderent, vt Episcopatus, Colle-
gia & Monasteria funditus deleterentur: atque, eos
qui hoc facerent, tam præclaro facinore verorum
Christianorum & charorum DEI filiorum solum
promerituros. Atque ijs teterrimis vocibus primò
inflammati rustici in Germania, maxima rebus Ec-
clesiasticis diripiendis damna dedere, vt alibi dictù
est. Voluit Luterus iustis possessoribus auferri bo-
na Ecclesiæ: at nunc Vuigandus quiritatur rapì bo-
na Ecclesiastica, quasi ipse cum suis symmythis pseu-
doprophetis quicquam habeat iuris in ecclesiasticis
bonis, & non potius in ipsum sociosque suos qua-
dret sacrilegij crimen, si res Ecclesiasticas veris pos-
sessoribus ablatas sibi vsurpant, vt sanè faciunt mul-
ti. CATHOLICI potius conquerantur, Lu-
terum cum suis pseudoprophetis docuisse homi-
nes rapere bona Ecclesiarum & monachorum.
Quòd verò nunc etiam Vuigando & sui similibus
auferuntur ipsorum res, manifesta est vltio Diuina,
reddens eis in caput illorum, quod ipsi alijs facien-
dum docuerunt.

Duodecimum malum, Ecclesiam perdens vult
nostr Vuigandus illud esse, quòd nullæ legitimæ
Synodi obseruantur. Porro nihil hîc agi dicit de
Romani Antichristi, sed de Ecclesiæ Synodis, quæ
Confessionem Augustæ exhibitam retinet. Vbi sa-
nè & à Romano Põtifice, & à Zuinglianis & à Vuit-
tenbergenfis & Lipsensibus Luteranis indicias
Synodos damnat.

Itaque illà sola rata & legitima erunt Concilia,
quæ vel Vuigandus noster, vel Illyricus, vel Cyria-

cus

cus Spangebergicus, aut id genus Stoicus aliquis
Luteranus præco indixerit. Sed benè habet, quòd
vnà cum Romano Pontifice etiam Luterani molles
& Zuingliani reijciuntur. Ecce quò proruit cæcus
hereticorum furor. Eodem modo Zuingliani &
Melanchthonici, & Anabaptistæ & innumeri alij se-
ctarij non ferent nisi suæ sectæ Synodos. Quis ve-
rò istis prodigiosis teterrimorum errorum bucci-
natoribus auctoritatem contulit Synodos conuo-
candi? quid non sibi sumit deplorata istorum arro-
gantia? Nolunt Romano Pontifici vllum esse ius
conuocandi Synodos, & illud tamen sibi arrogant,
qui nec id quidem merentur, vt inter infima Ecce-
siæ membra numerentur. Obiter obseruandum est,
esse quosdam Luteranos Vuitenbergæ, qui doceant
opera bona ad salutem esse necessaria: at hos Vui-
gandus vocat pseudoapostolos. Vuigandus enim
cum sui similibus sola fide beatus est, modò semper
crumena nummis turgat, & Dalila foueat cuban-
tem. Extrat Erasmi non minùs verè quàm falsè di-
ctam: Duo, inquit, quærun Luterani, censum &
vxoress: reliqua omnia præstat illis Euangelium.
Conqueritur etiam Vuigandus, Synodos Euan-
gelicorum iuxta arbitrium potentum aut affectus
hominum gubernari. Quod si diceret Papista, esset
peccatum plùs quàm mortale.

*Luterani
quid que-
rant.*

*Synodi euan-
gelicorum.*

Redeat ergò Vuigandus cum suis ad Catholi-
cam ECCLESIAM, cui adest doctor & rector
Spiritus sanctus. Nam extra illam conciliabula cogi
possunt, legitima Concilia nulla ratione haberi pos-
sunt. Pergit verò Vuigandus, & dicit: Donèc Syn-
odi vel impediuntur vel differuntur, varia Zizania
augmenta sumunt & dominantur, & plurimi istis
erroribus suffocati intereunt. En importunissim-
as homo Synodos vrget, cum ille cum suo

Lutero omnes Ecclesiæ Catholicæ superiores synodos, ubi cunquẽ libitum est, reiciat. Si vult audire Synodos, habet & sanctissimas, & plurimas intra Catholicã Ecclesiã celebratas: illas audiat. Quod si illas audire non vult, quẽ infania est, vt nos putet suã conciliabula vel pili facere debere? Dolet autem illi, quod plurimi deficiunt à quibusdam Lutero placitis, quod quẽ hac occasione ipse cum suis in contemptum venit: & non dolet illi, quod Lutero auctore tam multi à Catholica Ecclesia ad scdissimas hereses defecerunt. Sed paulatim non Lutero tantum, sed aliorum quoquẽ nostræ ætatis hereticorum praua dogmata vt fumus euanescent, & veritas triumphabit. Rectè enim à Cicerone dictum est: Opinionum commenta delet dies. Laborauit iam aliquot annis veritas, sed quandoquẽ elutabitur.

Cæsareopapatus.

Tertiumdecimum malum est Vuigando Cæsareopapatus, quo dicit destrui Christi vineam. Hic primò Lutericè inuehitur in rapẽ dominii, & more suo egregie mentiens, inter cetera ait Pontificẽ Cæsariibus diademata pro arbitrio imposuisse vel deposuisse, & pleraq; alia, quẽ vel mediocriter eruditi norunt esse meras calumnias. Deinde ad politicos dominos accedit, ex ijs nonnullos suis terminis excedentes, ait pedem alterum superbè in Ecclesiã collocare, eam pro suo arbitrio regere, ministros verbi non tantum osculatores, sed mera scabellum suorum pedum esse velle, religionum formulas seu cothurnos gignere, articulos doctrinæ cadere, eosque postea cum imperio & armatis minis doctoribus ærumnosã Ecclesiã Christi (putã rigidorum Lutheranorum) obtrudere, vt citra omnem contradictionẽ amplectantur: madata asfigere atq; exhibere, quibus prescribitur, quomodo & quatenus ministri verbi Dei errores & peccata reprehendere debeant,

Politici dominos carpuntur à Vuigando.

debeant, nempè, vt errores grassantes (Vuittèbergensium & Lipsensium &c.) nõ refutent fallos doctores nõ indicent, nec moncãt eos cauendos esse: peccata hominum, quantumuis in hoc mundi sine atrocità, tantum in genere stringãt, nè quis animaduertere queat se peti, sibi scilicet agendam esse penitentiam: Neminem esse excommunicandum, nisi de sententia politicorum: Neminem esse denegandum usum sacramentorum, nisi ex arbitrio aularum vel curialium, quẽcunque tandem illa causa sit. Quem admodum aurem, inquit porro Vuigãdus, Papa excommunicationis fulmen suã tyrannidẽ adhibuit: itã illi politici suas minas de expulsionibus, de carceribus, de gladijs audacissimè subiiciunt. Sic igitur exurgit & in dies incrementa sumit Cæsareopapatus, & versa vice ecclesiasticus. Antichristus in politicum degenerat. Hęc omnia nos ter habet Vuigandus, qui postquam de lassatus ferẽ est Romanũ Pontificem Antichristum per calumniã appellando, iam idem nominis tribuit etiã Lutheranis politicis dominis, & magistratibus. Quis verò etiã in his non miret & p̄dicet diuini iuris equitatẽ? Noluẽrũt isti euangelici dogmatistę Romani p̄tificis agnoscere autoritatẽ, iam cogũtur ferre politici magistratũ longẽ grauius (vt ipsi indicãt) iugum. Sed nunquam sibi politici magistratus tãtum in res Ecclesiasticas sumpsissent, nisi Luterus cum suo dogmatistarum grege ad hoc eos incitãtset.

Decimumquartum malum, inquit Vuigãdus, est odium & profligatio seriorum & salutarium verbi Dei doctorum, & substitutio ac copiosus numerus molligradorum ac placencia dicentium. Hoc verò longẽ iniustiũs conqueri Catholica Christi Ecclesia posset, dum profligatis catholicis cõcionatoribus, substituti sunt quinti Euangelij buccinatores blandissimi, nec nisi placencia loquẽtes, qui miserẽ mul-

Antichristus Politicum.

titudini solam fidem ad salutem sufficere persuadent. Sed tamen audiamus, quid de se & suis sym-

Nota. mystis porro dicat Vuigandus: Traducuntur, inquit, syncreti & fideles verbi DEI ministri odiosissimis titulis horridorum Stoicorum, intra stabulum, seditiosorum, turbulentorum hominum: muti vero canes & palpatores (Vuittébergicos & Lipsicos ad aphoristas &c, dicit) ornantur encomio pulcherrimo pacificorum, placidorum, salutarium Doctorum.

Nota. Addit adhuc miser Vuigandus: Reperiuntur non pauci inter ministros verbi Eceboli & Gnathones, qui peccata potētum contra ipsorum dicta factaq; mira fraudulētia excusare atq; ornare, carbonesq; ignitos supponere non verentur, vt magis accensu politici, in doctores syncretos (Vuigandum, Illyricum, Spangebergium &c.) audentiū seuiant, eosq; ē suis locis exturbēt, itā vt iam etiā pleriq; ex illis

Luterani parturientium.

parturientiu dolores sustineāt. Hęc omnia Vuigandus Stoicē Luteranus, cōtra molles Luteranos cōcionatur: nec aduertit cæcus homo, sic se iā tractari à suis condiscipulis, vt ipse cum suis tractare solet Catholicos, præsertim clericos & monachos. Quis pro dignitate exprimere sufficiat, quā multi Catholici intra hos quinquaginta annos ab istis neochristianis non mediocriter diuexati, & in summas angustias sæpē redacti sint? Reddit Deus paria Vuigando & socijs Lutericis, idq; eorū tamen, vt hæc omnia ferant à Luteranis. Non dormitat semper vltio diuina, lento gradu procedit, sed tarditate supplicij grauitate cōmpensat.

Iam verò etiā ad politica mala se cōfert noster Vuigandus. In ijs primum locum tribuit Gubernatorum dissociationi, & non firmā inter eos animorum conglutinationi. Hanc certē animorum dissociationem nulli magis acceptam ferre potest nostra incluta Germania, quā Lutero & aliculis illius, qui

duas nouas opiniones in religionem inuehūt, homines in diuersas sententias trahunt: & reuerā nisi data fuerit opera, vt isti à Lutero & socijs eius nihil pseudopphetis intra hos quinquaginta annos disseminati errores, funditus extirpentur, & ad vniuersam religionis concordiam redeatur, nō possimus non pessima quæque timere & expectare. Itaque si vult Vuigandus cum suis symmystis fungi officio boni viri, palām confiteatur se turpiter errasse, se cum suis socijs pro puro verbo DEI non nisi è malo cerebro enatas prauas opiniones miseræ plebeculæ venditasse, agat publicam pœnitentiam, volutetur in sacco & cinere: & qui cum suo Lutero tam multis fuit author ad amplectendos errores, etiā multis suo exēplo præcat ad agēdam pœnitentiam, & complectendam catholicæ doctrinæ veritatem.

Non sibi hęc omnia Vuigandi adscribere, nē sim longior, sed non est tamen omittendum sextū malum politicum, quod ille vocat rapinam & abusum bonorum ecclesiasticorum. Nam sacra bona, proventus & reditus dicit multos politicos nimis rapaciter contrectare, immò per fas nefasq; suę profanæ possessiōi subijcere. Sed q̄s hoc faciendū docuit, nisi Luter⁹ & sui discipuli? At verò Vuigandus dicit, hanc ecclesiasticorum bonorum direptionem eorum Tholosanum & pennas aquilinas rectē appellari, & cum copia bonorum Ecclesiasticorum summam inopiam rapi. Obsecro te Lector, perpende quid iste miser dicat, & inuenies quātunūis vanos, fallaces & impios homines, tamen vi veritatis adactos, interdum vel inuitos verū dicere. Quis dubitet, nō posse cuiquā bono esse carū rerum, q̄ deo semel dicatę sint, direptionē? Et tñ sub Lutero Euāgelio quān multa Ecclesijs erepta sint, & quidem non solum nullo commodo, sed multiplici etiā

Rapina bonorum ecclesiasticorum.

Germaniæ

Germaniæ & aliarum regionum detrimento, nimis in aperto est. Pudeat hæc dicere Vuigandum, qui cum suo Lutero & socijs ad hæc designanda præclara facinora facem hominibus prætulit, dignus sanè qui vel ob id solum & præsentis & futuræ vitæ poenas luat. Libenter autem commemorat Vuigandus illud Esaiæ, Erunt reges nutricij tui, quia perquam vellet suauiter percipere largos Ecclesiæ prouentus, & foueri munusculis principum, cum interim nihil illi minus, quam reditus Ecclesiastici debeatur. Multis quidem locis Ecclesiarum & monasteriorum bona conuersa sunt partim in vsus id genus ministrorum euangelicorum: sed veniet ille dies, quando ab æquissimo iudice ad vltimum vsque teruncius omnia ab illis in gehennæ tormentis repetentur.

*Luxuria
sub nouo
Euangelio.*

*De vita
coningali.*

Octauum malum politicum est Vuigando luxuria, quæ iam omnes, vt ipse dicit, verecundiæ fines perrupit atque excessit. Sed talem prolem edidit nobis Lutero prorsus Sardanapalica doctrina. An non ille scripsit palam, minus virum scemina, & sceminam viro carere posse, quæ cibo, potu, somno? Pudeat Vuigandum & sui similes horum vel meminisse, nec dubitent se suo hoc blandissimo propagando euangelio mortalibus omnibus ad omnem turpitudinem laxasse habenas. Cum enim Lutero ipse continentiam professus, virginem DEO sacratam sibi iungere non dubitaret, quod nihil erat aliud, quam spurcissimam doctrinam suam sacrilegæ libidinis foedissimo exemplo adstruere, nemo iam ambigere potest, illi & doctrina & moribus inuitasse mortales oes, etiam illos qui solenni voto se Deo dedicauerunt, ad explendas strenuè carnis voluptates: hincque factum esse, vt luxuria omnes verecundiæ, immò & diuinorum & humanarum legum fines perrupit. Adijcit verò Vuigandus, luxuriam inter summos, medicos & infimos, impunè excrecere: vbi sanè etiam

princi-

principes perstringit. Sed quicquid huius est, nulli magis quam Lutero euangelio debetur.

Inter communia mala Vuigandus etiam illud habet, quod non est numerus neque finis, vt ipse ait, claudicantium & inclinantium denuò ad Antichristi præstigias: (sic vocat doctrinam catholicæ Ecclesiæ: cuius pastor est Romanus Põtifex, qui Vuigandus est Antichristus.) Atque vtinam faxit benignus Deus, vt videat tandem homines istorum suauium euangelij noui buccinatorum præstigias, pro verbo Dei ipsius obrufas: ita enim fieri, vt ocyssimè sese ad Catholicam Christi Ecclesiam recipiant, & ab istis impostoribus toto pectore sese quam longissimè subducant.

Quin illud quoque adijcit Vuigandus, iuuentutem subinde fieri deteriorem, intrastabiliorè, eaque vitia audere perpetrare, quibus olim adulti vix erant obnoxij: resonare tristes querelas passim de iuuentutis petulantia & malitia, quæ incorrigibilis planè videatur. Hæc quidem verissimè dicuntur à Vuigando, sed non vult fateri homo improbus, his tot iuuentutis sceleribus amplissimas fenestras aperuisse doctrinam Lutero, quemadmodum facile intelligi potest ex ijs, quæ supra non vno loco memorauimus. Lutero & pueris & puellis, & viris & sceminis, & monachis & monialibus, & infimis & summis licere voluit penè quicquid liberet, dum multa palam scribit, quæ nõ stylo, sed laqueo & flammis vindicanda sunt. An non hominis planè perditum, & domine Veneri deuotissimi est, quod in libro de vita conjugali scribit, non esse libertatis vel consilij, sed necessitatis & naturæ, vt quilibet vir habeat mulierem, & quælibet mulier virum? magis hoc esse necessarium, quam edere, bibere, excreare, dormire, vigilare: atque ea causa teneri sacerdotes, monachos & moniales, posthabitis votis suis, liberis operâ dare?

Proh

*Inuentus
fit deterior.*

Proh scelus. Et miratur adhuc Vuigandas, cum talia pleraque alia docuerit Luterus, iuuentutem persus effrenè existere? Hæc quidem ex Vuigandi extinguo libello in Catholici Lectoris gratiam strictim annotare volui, vt videat istorum euangelicorum hominum mutuas dissensiones, & se gratuletur illorum insidiosissimis laqueis non esse irretitum, simul etiã agnoscat fructus noui huius euangelij, quos nec ipsi tacere possunt. Mihi quidem non parum molestiã adfert, ex illorum maledicis & impijs scriptis hæc aliaque excerpta: sed tamen vt tum presententes, tum posteri videant istorum cæcitatem, impietatem, impudentiam, fraudes & dolos, odiosissimæque dissentientes aliorum ab alijs animos, tametsi pro se singuli certatim vociferentur, se purum docere euangelium, non volui subterfugere laborem, qui possit cordato Lectori nõ mediocrem adferre fructum, tum ad euitandas istorum hominum sectas, tam miserè dissectas, tum ad constantius permanendum in vnius sanctæ catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ sana, & sincera, ac stabili doctrina.

Exijt etiã hoc ipso anno scriptũ valde acerbum cuiusdam Christophori Vualtheri Vuittenbergæ demorantis, aduersus Iohannem Aurifabrum Vinnariensem, eiusque primum & secundum operum

Tomii operũ Luteri Tomum Illebiensem. In hoc breui libello *Luteri corrupti.* dicitur iste Christophorus rixatur cum Aurifabro concionatore de corruptis Luteri operibus, tractatq; hominẽ Luteranũ Luteranus planè Lutericè. Objicit illi, qd Luteri Cõciones depravatæ & trũcatim ediderit: ait hominẽ contra suam conscientiam palam mentiri, conuicia probraq; in Clare, suumque isthuc satanicũ propositũ & iniquitatem tueri. Ornat miserum concionatorẽ multis bellè Lutericis elogijs & emblematis, quibus istorum scatent libri.

Adfert quoque ipse Luteri verba, conquerentis ple-

perosque ex liuore vel auaritia malè deprauatas ipsius conciones edere sub ipsius nomine. Et cur non pateretur suarum Luterus blasphemiarum deprauatores, cum ille non sit veritus sacras literas corrumpere? Interim tamen dolendum est, tantam esse hæreticorum audaciam, vt nihil vereantur corrumpere aliorum libros. Cum enim istud faciunt libris Luteri hæretici, quis dubitet eos idem audere in libros sacrę scripturę & sanctorum Patrum? Hic verò nisi legum vigilet seueritas, quod tandem doctrinæ chaos habituri sumus? Non desunt sanè, qui etiã veteribus illis præcipuis Ecclesię doctoribus manus impuras admotas esse conquerantur. Verũ hoc nouum non est apud hæreticõs. Id quidem omnem vincit admirationem, quòd iste Christophorus Vualtherus, quem apparet hominem esse valdè infulsum, non dubitat scribere, multos è præcipuis Patribus à Papistis & monachis esse vitiatos & deprauatos. Scilicèt toto orbe inter se conspirarunt Papistæ & monachi, vt omnes patrum libros adulterarent. Sed hoc dicunt isti belli euangelici homunciones, vt impunè liceat ipsis patres vel ad Luteri, vel Zuinglij, vel aliorum hæreticorum impia commenta per summum scelus accommodare. Scire autem debebat rudis iste & impolitus Vualtherus, veritatem fidei Catholicæ non indigere patrum deprauationibus: sed eiusmodi adimiculis sese fulcire mendacia, q̄ salua esse nõ possunt, nisi malis artibus id efficiat, vt veritas ab ipsis stare videatur. Eat Vualtherus, & respondeat latius præfationi Nicolai Amstdorffij insignis Luterani, in primum operum Luteri Tomum Ienæ editum, vbi propalãm asseritur, in Tomis Vuittenbergenfis multa omiſsa esse: respondeat etiã suo Aurifabro, & desinat ore impuro & maledico tot seculorum carpere monachos & Papistas.

Insignis calumnia.

Luterus à
Munsterò
reprehensus.

Extant hodieque vetustissima sanctorum patrum
manuscripta exemplaria, nihil discrepantia ab ea ca-
tholica Ecclesiae doctrina, quam hodieque Papistae
profitentur, ut merito istum insulsum officinae ty-
pographicæ correctorè Vualtherum, pudere debeat
tam petulantis in monachos & papistas calumniae.
Commemorat autem Vualtherus iste, Sebastianum
Munsterum apostatam monachum, reprehendisse
Luteri versionem in 2. capite Ionæ prophetae, quod
aliter verterit locum quendam Luterus, quæ hæc hæ-
braismus, vel Hebræorum expostitores: at Luterum
sic illi respondisse, Non esse curandos Hebraismos
Grammatistas, qui in sensu scripturæ sint Rabinistæ,
id est animal sine intellectu. Hoc quidem pulchrum
est Lutericæ modestiæ exemplum. nam sic ille suos
tractare solet aduersarios, conuicijs scilicet & con-
tumelijs in eos iactandis. Porrò Luteri hanc mode-
stiam etiã Vualtherus iste non segniter emulatur.
Idem autem ipse in hoc suo libello obiicit Aurifa-
bro, quod falsò affirmet infantes necdum baptiza-
tos etiã a actualia habere peccata. Verùm abest isti
cum suis mutuis emblematis quò digni sunt: mihi
satis est, indicasse etiã Luteri opera hodiè ab ipsi-
us amiculis & discipulis depruari, & hoc nomine
etiã illos inter se atrociter digladiari: à qua con-
tentione etiã Matthias Illyricus non est alienus.

Multa hoc anno alia sectariorum scripta typis ex-
cusa sunt, quibus illi euangelici fratres inter se cõ-
tendunt bene largiter. Vuirtebergici Luterani vel
Brentiani suam contra Heydelbergenses Caluini-
stas tuerunt Vbiquitatem: contra verò Heydelber-
genses eam oppugnare pergunt. Accedit huc Iohã-
nes Marbachius præco Argentoratensis, & valde
prolixo scripto contra Caluinistas vel Zuingianos
defendit Luteri de Eucharistia doctrinam. Scripse-
rat ille etiã tres Conciones, sed eas Iohannes Syl-
uanus

uanus tam egregiè profcindit, ut in ipsa opusculi
inscriptione non vereatur scribere, eas plenas esse
erroris Eutychniani. Est nanque etiã Marbachius
vbiquitatis Brétianæ nõ instrenuus propugnator.
Etenim desunt hominibus miseris libri, quibus & le-
gendis tempus pessimè amittant, & emendis nu-
mos perdant, edidit etiã Iacobus Smidelinus cõ-
ciones nõ paucas, in quibus suo more pergit Lute-
ricum confirmare & propagare Euãgelium. Porrò
etiã Iacobus Schegkius Schorndorffensis libello
euulgato vbiquitatem suo modo videtur velle de-
fendere. O quot immanes impensæ collocantur in
perniciosos libros, nec est eiusmodi conscribenda-
rum & in miserimum vulgus diffeminandarum nu-
garum, errorum, hæresum finis vllus. Nec hinc tamè
quisquam conuerteritur exhauriri homines perdi-
tissimis sumptibus, quos in eiusmodi scriptis com-
parandis ponunt; taceo quòd interim miseri in va-
rijs de religione sententias magis magisque distra-
hantur, & quemadmodum religione, sic etiã ani-
mis inter se dissentire docentur. Verùm hæc pestis
tam eousquè progressa est, ut haud facilis appareat
medicina, meritoque suppliciter rogandus sit Deus,
ut maturè eadè Christiano orbi opem ferre velit.

Hoc ipso anno 1566. cum Christianissimus Im-
perator Maximilians II. non obscure cognouisset,
Turcarum tyrannum Solimannum ingentem belli
apparatum instituisse, atque tum Hungariæ, tum Ger-
maniae atrociter imminere, in Comitijs Augustanis
egit cum Imperij Ordinibus de cõscribendo milite
aduersus sæuissimi hostis impendentem vim & ty-
rannidem. Itaque tum peditum, tum equitum instru-
tissimus coactus est exercitus. Porrò Solimannus
Turca nihil de suo in Christianos odio & acerbitate
remittens, cum maximis copijs venit ad oppu-
gnandum Sigetum, locum sanè & natura & arte valde

Solimannus
imminet
Christianis.

*Exercitus
Solimanni.*

munitum, cui etiã fortium virorum impositum erat non contemnendum præsidium, quibus præfuit immortalis laude dignus Nicolaus illustris Comes Serinensis. Ferrur in suo exercitu habuisse Solimannus ad cætum quinquaaginta hominum millia. Fuit autẽ ad Sigetum diebus nouẽ & vigineti, nullam neq; noctis, neq; diei horã intermittens ab infestissima oppugnatione, & immanissima pilarum diuerberatione. Longum esset enarrare singulã omniam, quæ illic gesta sunt, sed neq; si velim, illud possim, quod necdũ certa gestorũ relatio ad nos peruenierit. Hoc quidem pro comperto habetur, neq; Turcas vlli pepercisse labori, vt locũ expugnant, neq; nostros ab officio virorũ fortium discessisse, in primis autem clarissimũ Comitem Serinum Nicolaum, qui tota hac obfisione incredibili corporis & animi vigore immanissimis barbaris se opposuit, vt ipse quoq; Solimannus, eius summa virtute & cõstantia permotus, feratur illum hortatus esse, vt se ipseus elemẽtiẽ permitteret, illã vt eximios heros haud dubiẽ experturus. At ille fortis & indy-

*Cædes Nico
Lu Comitis
Serimen.*

tus vir, vt Christo Deo & Cæsari Maximiliano fidẽ inconcussam seruaret, maluit ab illis impijs Christi hostibus trucidari, quã ad illos deficere. Atq; itã eũ diũ multumq; sudãssit cum suis in barbaris profligandis, tandẽ constanter mortem oppetiit, Sigetumq; in Turcã potestatem venit, D E O id permittente propter peccata nostra. Caput verò Comitis præcisum, distillante adhuc sanguine, oblatum est Solimãno, quo ille immanis & sanguinarius canis mirificẽ delectatus esse dicitur: vt facilis coniectura sit, quã sæuo prorsusq; crudeli & tyrannico ille pectore fuerit. At tamẽ nõ semper illud atrocissimum Christianorũ flagellum sua tyrannide frueretur, nõ diũ post hanc victoriã superuixit, Vtinã Christus tandẽ reliquias populi suẽ

liberet

liberet ab istis cruentis hostibus, qui certẽ ipsum nostrum sanguinem sitire videntur, nec vlla posse crudelitate fatiari.

Hoc eodem anno 1566. cõceptum est in Belgicis Catholici Hispaniarum regis Philippi ditionibus planẽ Tragicẽ tumultuari, resq; spectare videbatur ad religionis excidium, nisi præpotentis Dei benignitate malorũ hominum conatus essent retardati. Quæ ibi tum acciderint, itemq; anno sequenti, paucis annotabo, quemadmodũ ex fide dignorũ hominum literis & scriptis accepi. Anni superioris mense Octobri venerant à potentissimo Hispaniarum rege Philippo literę ad illustrissimam Belgij Gubernatricem, quibus ob fidei Catholicæ cõseruationem promouendam seriõ mandabatur, vt per omnes Belgicas ipsius ditiones executioni darentur edicta omnia Inuictissimi quondã Imperatoris Caroli V. aduersus hereticos, quæ ab ipso quoquẽ rege postcã essent confirmata, itemq; Tridentini Concilij decreta, quod ad Cleri reformationem attinet, atque etiã certa quædam capita, è quibus præcipua sequuntur:

Vt Parochi suorum parochianorũ omnium nomina, totamq; familiam describant, & qua quisque in platea degat, & cuius sit cõditionis. In ijs si qui sint, qui nõ itã pridẽ in ipsorũ parœcijs habitare cõperint, petant ab illo parochõ vitã illorũ testimonium, sub quo proximẽ morati sint: id si non suppetat, in tra certũ tempus exhibere iubeat. Ab ignotis quoquẽ cõiugatis eius sacerdotis, qui illos conunxit, reperant testimonium, scire vt liceat, num in contrahendo matrimonio Catholicę Romanę Ecclesie morẽ secuti sint: atq; tum horũ, tum aliorum omnium, qui in illorũ præsentia matrimonio iuncti fuerint, nomina in scripta redigant.

Vt non parochi duntaxat, sed etiã Confessarij

*Tumultus
Belgicũ.*

*Aliquot ca-
pita seruan-
da.*

omnes ipsiſ confitentium nomina, cognomina, habitationem annotent.

Vt idem faciât Parochi & eorum vicarij erga cõſcribenda nomina & cognomina baptizandorũ infantum, eorum parentum, & ſuſceptorum.

Vt vtriuſq; ſexũ didaſcali omnes ſe ſiſtant corã Episcopis, expoſituri conditione, patriam, religionem ſuam, & quos libros pueris prælegant. Porro Episcopi de ijs facti certiores, vel admittât, vel reijciant, aut certè differant illos & ſuſpendant. Si qui verò non ſe ſiſtant, aut non velint reſpondere Episcopis, ijs ſas non ſit iuuentutem inſtituere.

Vt parochi accuratè perquirant, num illi, qui publicis viſitant eleemoſynis, Catholici ſint, ſuaq; peccata confeantur, & communicent. Si qui tales non ſint, ijs à præfectis pauperum negetur eleemoſyna.

Has literas illuſtriſſima Gubernatrix huius anni 1566. menſe Ianuario ad Episcopos & Magiſtratus omnes perferendas & publicandas curauit; quæ tametsi nihil habent æquitati & rationi non conſentaneum, tamen à turbulentiſ quibuſdam hominibus tumultuum Belgicorum cauſa omnis in eas conſertur. Et quidem earum occasione in vulgus ſparſi ſunt rumores, deinde etiã aliquot Belgij magiſtratus perſuaſum eſt, harum literarũ editis Hiſpanicam introduci Inquiſitionem. Voluit autem Rex, vt qualis hætenũs etiã ſub Carolo V. ijs in regionibus fuiſſet inquiſitio, talis deinceps ſeruaretur ob religionem conſeruandam. Porro autem & libelli ſupplices à quibuſdam oblati ſunt, quibus petebatur, nè Hiſpanica Inquiſitio induceretur in Belgium. Eſt etiã ab aliquot nobilibus hac occasione iſtum ſcõdus, in quod initio quidem etiã CATHOLICI quidam feruntur conſenſiſſe, quòd ad Hiſpanicam Inquiſitionem attinet, qui ta-

Rumores de
Hiſpanica
Inquiſitiõe.

Scõdus nobi-
lium.

men poſteà ab illis ſe pararunt. In eo ſcedere non abſque graui iniuria CATHOLICVS Rex accerbè & iniquè perſtringitur, quòd ſumma vi inuichere conatus ſit Inquiſitionem pernicioſam, & non modo alienam à ratione, Diuinisq; & humanis legibus aduerſam, ſed quæ omnem etiã vincat ethnorum tyrannorum immanitatem & crudelitatem. Iuſſit autem Rex, vt Inquiſitores ita ſuum exerceant officium, vt hætenũs feciſſent, & ad eos tum Diuino, tum humano iure pertineret. Quod igitur iſthuc ſcõdus Regi impingit, id quidem eiufmodi eſt, vt non immeritò Catholici ab eo diſceſſerint, qui tamen fortaiſis hanc verborum acerbitatem minime probarunt.

Ad eiufmodi autem acerbitates incitantur homines tum maximè, cùm ſe tradunt iſtius noui Evangelij ſeditioſis dogmatibus, quæ res publicas mirum in modum labefactât & euertunt, hominumq; animos ad turbas & tumultus ciendos impellunt. Exempla paſſim extant plũs ſatis multa. Dum promittunt enim Sectarij præcones immodicam libertatem, animos hominũ, alioqui nimium pronos in malum, omni religione ſoluunt, & laxant vitijſ hætenas, tametsi videri nolunt. Sed ad rem. Agitantur interim concilia, ſed valde occultè, nec tamen ita occultè, quin interdum nonnihil ſeſe aperirent. Nam menſe Martio quidam ſectarius Brugiſ ſupplicio affectus, inter alia dixit, ſe quidem poſtremum hæreſis nomine pœnas luiturum: quòd ſi verò ad menſem vſque Maium ſuperſeſſe liceret, nihil ſibi fore periculi.

Porro Calendis Aprilis libellus ſupplex ad Maximilianum Cæſarem prudentiſſimum Latine ſcriptus eſt, eidemq; poſteà oblatus in Comitijſ Auguſtanis eiufdem anni, idque nomine illorum, qui in Belgio Evangelio filij DEI conuenienter & cre-

Libellus
ſupplex ad
Maximilianum
Cæſarem

dere & viuere cuperent: rectius dixissent, 'euāgelio Caluini. In eo libello multum conueruntur de inquisitione Hispanica, de promulgatione Conclij Tridentini. Hortantur Cæsarem, vel potius obtestantur, vt Philippo Regi se præbeat monitorem, nè pergat fundere piorum sanguinem, & ea re in se domumque Burgundicam prouocet iram D E I. tum etiā postulant ab Imperatore, vt religionis negocium in Comitijs accuratè tractet, nec tamen illis solis fidat, qui mediam quandam fingentes religionem, vtrinque claudicent.

*Federati vel
nitiū Bruxel
lar.*

V. Aprilis multi ex fœderatis nobilibus Bruxelas venerunt, illustrissimæ Gubernatrici libellum supplicem porrexerunt, quo inter cætera volebant edictorum ad Inquisitionem pertinentium executione tantisper prorogari, donè ad regem Philippum quispiam mitteretur. Gubernatrici tum fortè aderat magni nominis eques aurei velleris, qui dixisse fertur ad illam: Nō est quod formides, Geux, id est, mendicij sunt isti & nihili homines. Indè illi arrepta occasione, se Geux vel Geuseos nuncuparunt, & paulò post quidam ex Fideijs disti fœderis nobilibus in publico conuiuio iam apud omnes peruulgatissimū illud *Vive les geux*, Viuant Geusei, Bruxellis proclamasse fertur, simul è vasculo ligneo, quali vtuntur medici, hausto vino. Porrò etiā vestes sibi sumpserūt coloris cinerices, & ad latè appenderunt vascula lignea, quorū laminis argenteis hæc inscripserunt: V. Aprilis 1566. *Vive les geux*.

*Symbola
federatorū.*

*Responsum
Gubernatrici.*

Postridie erat conuentus equitum aurei velleris, cum quibus cōmunicato consilio, illustriss. Gubernatrix respondit, se quidem iam concepissee quandā edictorum moderationem, quam mittere velit ad Philippum regē, & simul etiā illorum negociū sedulo curare apud illum: & tamen non ea se esse authoritate, vt iam olim cœptam Inquisitionem, edi-

torumque executionem abrogare queat: præsertim cum nō sit è re Belgicarū ditionum, nullis eas erga religionis cultum legibus teneri. Posse autem ipsos faciliè coniecturam capere, quo erga cæteras Belgij prouincias sit animo, quod Brabantix ordinibus iam pollicita sit, nulla illos inquisitione vexatū iri.

VIII. Aprilis fuit euulgatum responsum quoddā Equitum aurei velleris, tāquā illi fœderatis promississent, nemipem deinceps religiōis ergō pœnas daturum, nisi fortè seditionis aut magni cuiusdam offendiculi causa, donè à Rege ex cōsensu Ordinū vel statuum certi quippiam decerneretur: verum id commentitium fuisse, deindè in publico conuentu Equites illi demonstrarunt. Porrò confœderati, vt vel externo aliquo symbolo suam in regē Catholicum fidem protestarentur, ad collum suspensam ferre cœperūt illius effigiem fusilem argenteam vel auream, referētem formam numorum veterum: in cuius altera parte visebantur manus duæ se mutuò cōplectentes, cum apposita mantica & dictis vasculis: cuiusque hæc erat vtrinque inscriptio, *Sideles an Roy insques ala besace*: id est, Fideijs Regi vsque ad manticam. Est verò etiā in vulgus alter quidā sparsus numus æreus, in cuius vno latere hæc legēbantur. *NUMVS VIANENSIS*: in altero verò, *FLAMMA FERRÓ QVE*: cum insculptis symbolis domūs Burgundicæ.

*Symbolum
aliud fœde-
ratorum.*

*Numus
æreus,*

*Conuentus
Ordinum.*

Mense Maio in Flādria, Arthesia, Hānonia, Hollandia, Selādia, Phrisia, Namurco ordines tres, Ecclesiasticus, Nobiliū, & Magistratū cōuocati sunt, suā singuli exprōpturi sententiā de regionum edictorum moderatione, que quidē capita habet 54. a quibus, nihil tale sperāribus sectarijs, pleraque omnia approbata sunt, præsertim ab Hannoniensibus, Arthesijs ac Flandris, additis tamē nōnullis capitibus.

VI. Maij cuiusdam oppidi Magistratus & ciues

libello supplicij apud dominum suum, vnum ex cō-
föderatis nobilibus, egerunt, nè pateretur nouam
apud ipsos religiōem introduci: sed id frustrā fuit.
Ego de industria abstinco nominibus. Erunt autem
haud dubiō, qui omnia prolixè annotabūt & edent
in lucem. mihi sufficit, pro meo instituto res breui-
ter commemorāsse.

*Libellus
Supplex Ant
uerpiensiu.*

*Chartulę
minacec.*

*Libellus
Gallicus.*

Alterā Iunij missa est dicta moderatio ad Ant-
uerpiensem Magistratum. Id vbi resciuit plebs, præ-
textu iniuriæ ipsis ea moderatione irrogata, libel-
lum supplicem quibusdam obtulere, ij rursus Ma-
gistratui, cuius hæc erat summa, nè illa moderatio
admitteretur, vtpotè à Cardinalistis confecta. Sic
autem in odium illustrissimi Cardinalis Grāuellani
Catholicos principes appellabant. Porro Bru-
xellis IX. Iunij sparsæ sunt schedulæ, in quibus hæc
ferè legebantur: Quicumque Consules, scabini, re-
ctores primariarum Brabantiaë vrbium, in modera-
tionem edictorum sine consensu nobilium confæ-
deratorum & plebis, contra eius priuilegia consen-
seritis, frustatim taxī malè peribitis.

XII. Iunij eodem exemplo alter sparsus est li-
bellus Gallicus, qui quidem Belgarum omnium præ-
se ferret nomen & titulum, nec tamen esset nisi ab
vnius prouinciæ hominibus editus. Eius hæc erat
ferè inscriptio: Admonitio, qua boni & fideles sub-
diti & incolę inferioris regionis, eiusdem gubernato-
res & status eorum admonēt, quæ ipsi in religio-
nis negotio sentiant & postulent constituenda. In
hoc libello vrgent pacē publicā inter catholicos &
Confessionistas in Comitijs anni 1555. promulga-
tam, vt ipsi quidem aiunt, cum tamen nihil serua-
rent minus, quàm quæ illic sancita erant. Nam
tametsi illic permixtum fuit Cōfessionis Augustanę
Ordinibꝫ sua viuere religiōe, at simul tamē disertis
verbis interdictū est, nè Catholic. Ordinū subditis

ad

ad suam cogāt religionem, vel illis abstrahāt, & cō-
tra superiores suos in suam fidem & clientelam re-
cipiant, aut quouis modo tueantur. Quanto igitur
minus Catholicorum ordinum subditis, inuitis su-
prioribus, licet mutare religionem? nam autem pa-
cem lingua vernacula excudi curārant sine priuile-
gio, vt plebs concitaretur: tantique eam volebant
esse ponderis etiā apud Belgas, vt tametsi initio se
videatur referre ad Belgij ordines generales in vñ
coactos, tamen postea palām affirmant, neque duci
Brabantiaë, neque ordinibus quicquam licere con-
tra illam. At non diū post, ea quam diximus, modera-
tio à deputatis trium ordinum nedum Brabantiaë,
sed etiā aliarum prouinciarum belgicarum appro-
bata est, & cum responsis omnium ordinum, ita vt
se curaturam receperat illustriss. Gubernatrix, in
Hispanias profecti sunt Equites aurei velleris, Mar-
chio Bergensis, & Dominus de Montigny.

At verò sectarij iam non contenti libellis suppli-
cibus egisse, maiora ausi sunt. Nam remissa non nihil
inquisitione, quanuis non expresso consensu, sub
finem Maij, & hoc ipso quoque Iunio mense, cœ-
perunt Sectarij sua in agris habere noctis & tene-
brarum conuenticula, & quidem euocatis ad eam
rem ex Germania superiori, è Saxonia oppidis ma-
ritimis, ex Gallia, Anglia, Embda, alijsque locis no-
ui euangelij tam bellè inter se contententis mini-
stris & buccinatoribus, qui vel inuito rege & magi-
stratibus, suos errores & hæreses disseminare non
dubitauerunt.

*Conuenticu-
la in agris.*

XXVI. Iunij publico proposito edicto id genus Contra ex-
sectari omnes iussi sunt è ditionibus Belgicis exce-
dere: & qui populum euerterent, iussi sunt compres-
siones. Verum id
suam non habuit executionem, plerisque nobilium
sectariorum metu nihil attentare ausi contra tales

Iii § præ-

*Armati eſt
ad cōciones.*

predicatores: quo factū est, vt etiā clara luce non sint veriti palām concionari. Ex primis ferē fuisse aiunt Flandros quosdam occidentales, & Iperensibus vicinos, quos videre licebat armatos ensibus, sclopettis & fustibus ire ad conciones. Nec Antuerpienses postremi esse voluerunt ad res nouandas. Iam antea in sylua quadam cōeperant: porro Dominica die ante natalem S. Iohannis Baptistæ in viculo *Burgerholz* dicto, non longè ab vrbe, duæ habitæ sunt cōciones, vna Teutonica, Gallica altera, & quidē per viros nouo euangelio dignos, nempe tinctorem & coriarium. Secuti deinde sunt & alij ingenti numero in Hollandia, Selandia, P. rithia: nē qua tamen vis metuenda foret, armati concionibus intererant. *Quin* & in Flandria Ipereses, Gandenses, Hondefcorani, Aldenardenses, Bergenses, Caslerani, Tornacenses & Insulenses similia attentarunt. Brugenses sanè ad duos ferē menses restiterunt, hodieq; constantes permanent, qui apud eos dicuntur Francoræ: (est autem magistratus perpetuus, quartum Flandriæ membrum referens) Egre-
giam quoquē DEO & regi suo fidem prestiterunt
Bruxellenses, Louanienſes, Dordracenses, atq; vni-
uersa ferē Arthesia & Hānonia, demptis Valēcenis,

*Contra con-
uenticula.*

III. Iulij illustriss. Gubernatrix grauiter vetuit, nē qua vel priuatim, vel publicè conuenticula fierent, concionatoribus capitis supplicium, alias pœnas auditoribus intentans: atque etiā sexcentorū aureorū præmium proponens, si quis concionatorem sectarium compræhendisset. At hīc dormitante executioe, nihil effectum est. Immo verò Antuerpienses maiori etiā numero ad conciones extra urbem procedere non dubitarunt, freti partim quorundam nobilium fauore. Missus eō fuerat Comes Meganus, vt de præsidio accipiēdo cum illis ageret: verum is, nē quid caperet detrimenti, coad-

est

est re infecta discedere: porro quidam alius vir nobilis ex confœderatis, ingenti pecuniæ summa donatus est à sectarijs: Cū autem 8. Iulij sub noctem rumor diffunderetur, aduētare cum regio præsidio Comitem Arenbergium, multum sudatum est, singulis ad suas fores excubias agentibus. Accidit paulo post die quodam tres arde ædes: tum plebs accrescentibus animis facta iam audacior, ingentibus cōcitatis turbis, exclamauit: Ad cedes, Ad cedes: *Tumultus* ditio est. Et sanè, nisi prudētia magistratū itū esset *Antuerpiæ.* obuiā, aētū fuisset de illo celeberrimo emporio. Visabantur quoquē non semel affixæ Canonico-
rum chartulæ, hæc verba continentēs: Verbum
Dei iugulentur sacrifici: In malam crucem sacrifi-
cos, monachos, canonicos. Mouit ea res non im-
merito tum ecclesiasticos, tum ciues catholicos ple-
rosque, vt inde abscederent: simul etiā thesauri
infiniti ea occasione exportati sunt. Missus eō fuit
à Curia ob motus sedandos princeps Auracus: cui
us aduētū etsi pacatiora facta sunt omnia, at tamen
plebs temeraria ad conciones egredi etiā solito
ardentiū visa est: adeo vt 14. Iulij, quæ fuit Domi-
nica, sex conciones foris habitæ sint.

XV. Iulij conuentus fuit confœderatorum no-
bilibium apud S. Trudonis oppidum, quo etiā mis-
si fuere Comes Egmondanus & Dux Arescortanus, sed nihil egerunt. Mutata verò sententiā, collo-
quiū indictū est in Duffle, ad 18. Iulij. In hoc cōuen-
tu Trudonensī vsi sunt cōfœderati habitu nigro, col-
lo iniecta catena ferrea, cū appēsā regis effigie ac va-
sculis ligneis. Oblat⁹ est ibidē cōfœderatis libell⁹
supplex mercatorū & plebis nomine, petentiū præ-
fiores, nē in suæ religiōis exercitiō impedirent, do-
nec p ordines legitimè cōgregatos aliud statueret.
Iam antē petierāt solūm cōuentū ordinum, modò
verò etiā legitimè cōactū adijciūt, nō absq; cauillo.

Por.

Porrò viua voce polliciti sunt se arma posituros, Responsum autem illis est à scederatis, non eos ob religionem vim passuros vllam, donèc aliud ab ordinibus decerneretur, modò tamen extra modestie cancellos non efferrantur. Interim verò principibus Auraco & Egmondano in Duffle (qui pagus est haud procùl Antuerpia) id significandum censuerunt, se quidem velle populum còtinere in officio, ità tamen, si ipsi cum Gubernatrice securitatem illi præstent ad conuentum vsque generalem.

*Principes
agunt cum
federatis.*

XVII. Iulij ipsorum legati ad principes memoratos venerunt in Duffle, Actum autem cum illis est quàm potuit fieri modestissimè, nè peiora tentaretur, scriptoque rogati sunt, summoperè curarent impedire còciones agrarias, maximè cum rumores ferantur, non postremam illorum causam fuisse libellum nobilium 5. Aprilis exhibitum: quòd si eas impediunt, hoc ipso facilè se posse hanc sibi notam eximere, præsertim cum post duos antè dictos Legatos, etiàm veredarius ab illustriss. Gubernatrice missus sit in Hispanias ad regem, vt assensum præbeat indicendo generali ordinum còueniui, ob excludenda sæpè dicta conuenticula. Intereà autem nulla còtra eos arma sumpturam Gubernatricem, si tamen etiàm ipsi armis abstineant. Ad hæc confederatorum legati tum quidem nihil responderunt, quòd non eatenùs se porrigeret illis data facultas: at scripto postea responsum est.

*Gubernatrix
premonet
ciuitates.*

Porrò illustriss. Gubernatrix rebus volens opportunè consulere, ad vrbes omnes datis literis, hortata est vt sibi prospicerent, nè qui vel motus ciuiles existerent, vel à sectarijs inuaderentur. Ad Episcopos etiàm literæ scriptæ sunt, vt populum Catholicum crebris concionibus & morum emendatione in officio continerent, indictisque ieiunijs, elemosynis & publicis precibus iram Dei placarét.

Id

Id quidem præter alios strenuè curauit Episcopus Brugensis, Clero ieiunare iusso die 4. & 6. & sabbato, plebeque ad preces faciendas admonita sæpiùs, & quotidiana integro mense habenda concione. Mox verò etiàm alijs literis indicatum est Brugensibus & Francotis, quibus machinationibus apud ipsos quoque sectarij ad proximam dominicam instituisent còciones forenses introducere: qui sanè Brugenses aliquandiù se egregiè opposuerunt. Alij verò vrbes cœperunt militem domesticum conscribere, vt si qui extarèt tumultus, comprimi possent, nemine iam dubitante aliquid monstri alere sectarios. Antuerpienses tamen, licèt postulante principè, id temporis necdùm militem conscribere voluerunt. Per hos dies cum apud Montenses Hånoniæ quidam tentarent concionem inducere agrariam, illi oppido egressi conuentù dissiparūt, quibusdam verò etiàm manus iniecerunt, nec diù post solum vertere iusserunt.

Sub finem Iulij iterùm Bruxellas venerunt legati confederatorum, & scripto benè longo ad 9. capitam Duffle proposita responderunt. Primò, gratias agunt ob missos in Hispaniam legatos. Secundò, promittunt se morigeros fore & Catholico regi & illustriss. Gubernatrici. Tertio aiūt, quòd ad inquisitionem atinet, non esse seruata fidem. Quarto, moram regij responsi, ordinum conuentum extraordinarium, minas denique & nobilibus & plebi intentatas, in causa esse, quòd populum à concionibus veritatis arcere nequeant. Quintò, paratos se esse fatètur opponere se patriæ totius exteris hostibus: sed regis subditis manum adferre, id non esse sui officij ex debito præstandi. Sextò, non posse doceri, suorum quenquam plebem ad dictas conciones inuicè: nec tamen se ire inficiàs, esse inter ipsos, quicquid sint eiusdem cum illis religionis, non eas im-

*Respondent
federatis.*

pro

proberit. Septimò, se quidem illas conciones hæc-
nùs frustra esse impedire conatos: proinde rogare
se, ipsius Celsitudo velit opportuna adferre reme-
dia. Octauò, se de Regis erga se fide nihil ambigere,
eiusq; aduèctum sibi etiàm in votis esse: neque enim
se quicquam designasse, cuius ille debeat obliuisci.
Quandò tamen compererint ipsius Celsitudinem
sibi non satis fidere, publica etiàm fama se perduel-
lionis & læsæ maiestatis insimulari, compulsos se
externa sibi auxilia comparare: at tamen malle se,
vt ipsius Celsitudo cum aurei velleris Equitibus se-
curitatem promittat. Deniquè in conuentu Tru-
donensi non se negant mercatoribus alijsq; po-
pularibus fidem addixisse suam, sed ea causa tamen
id se fecisse, nè illi Gallorum opem & fidem implo-
rarent.

*Aliud scri-
ptum sede-
ratorum.* Calendis Augusti rursus alio prolixo scripto mè-
tem suam fusius explicant. Intellexerant enim illu-
striss. Gubernatricem id desiderare. In hoc scripto
inter cætera aiunt, non sibi deesse iustas conquerè-
di causas, quòd mox post oblatum libellum suppli-
cem quidam Equites aurei velleris se prorsus ab
ipsis tanquam à perduellibus abalienarint, suosq;ue
consanguineos monuerint, nè aut ipsis concessera-
rentur, aut si id fecissent, ab ipsis recederent: mul-
taq; habent alia, quæ breuitatis studio præterimus.
Porro illustriss. Gubernatrix se illis 20. Augusti re-
sponsum reddituram dixit.

*Chartulæ
Antwerpier
sums.* Interim Antuerpiæ vno die supra bis mille char-
tulæ distractæ sunt, quibus hæc continerentur. Per-
mittitur libera fidei suæ professio hominibus eccle-
siæ reformatæ, (itã vocant hæresibus deprauatos)
modò se commodos & fidos regi subditos præstet,
neque vllas turbas cieant, tum etiàm Magistratui
morem gerant. Sed quanam ratione illi possint dici
fideles Regis subditi, qui se cetas ipso vel maxime in-

uito

uito, amplectantur & tueantur? Quàm autem fidi-
fuerint, ipsi mox declararunt. Nam X. Augusti inci-
pente turbas apostata quodam Augustiniano, ipsis
D. Laurentij ferijs sacellum eius apud Casletù Flan-
driz vastatum est. Postridiè Balliolani, ac xij eiusdè
mensis Iperensis ordinum mendicantium aliaq;ue
monasteria & templa omnia tam intra quam extra
urbes inuasertunt, imagines omnes, Christi Crucifi-
gna, altaria, baptisteria, Eucharistiæ ædiculas,
organa, sedilia, sacella, suggestus, candelabra, codices
confregerunt: ac deinde Casletani, Poperingani,
Hondelcòtani, Rosbrugani, Bergesès, Armentere-
riani, Rotornacenses ac alij, aut saltem ab illis omni-
bus designati, ornamenta omnis generis, thesauros,
calices, patinas, ampullas, thuribula, aut frustatim
comminuèrunt & inflammârunt, aut absportârunt:
& quod est sanè apud homines è religione Christi-
mos dictu quoquè horrendum, sacrosancam Eu-
charistiã homines impij & scelesti pedibus cõcul-
cârunt, confoderunt, ignibus inccerunt: eo dem mo-
do etiàm sacras tractantes reliquias diuorum: sacro-
oleo & chrisma te calceos inunxerunt, mirisque lu-
dibrijs Christi à cruce pendens & sanctorum ima-
gines exagitârunt, additis id genus planè barbaris
vocihus: Si Christus es, si filius dei es, si quis sancto-
rum es, aut aliquid potes, dicito, **Die uel es, aut q;**
tuam imaginem non cõfringemus. Iam verò eti-
am vix vnquam præstando studioforum & totius
Ecclesiæ damno teterrimi illi nebulões multas pas-
sim insignes bibliothecas prorsus dissipârunt & p-
didderunt. Hęc autè tot tamq; atrocia mala aliquot
viles homunciones, & quidè perpauci, ab Augusti
diero. vsq; ad 25. eiusdem, non sinè magna ad poste-
ritatem ignominia, per Flandriã, Hollandiã, Selan-
diã & Frisiã ppetrarunt. Porro Brugesès circa hæc tẽ-
pora cum intellexissent ingentè aduèctare seclariõ-
rum

*Vastantur
Ecclesiæ, &
monasteria.*

*Iniurie in
S. Eucharis-
tiam &c.*

*Bibliothecæ
perduntur.*

rum turbam, putà ad 30. vel 40. millia, qui vellent armata manū apud illos hæreticas conciones inuenire, non immeritò formidare visi sunt. At pauci duntaxat venere, plūs minūs octingenti, sclopetis & fustibus armati, qui eregionè vr̄bis bis cõcionati, nihil præterea efficere potuerunt. Aderat enim intra vr̄bem Comes Egmòdanus, ab eius vr̄bis magistratu accersitus, qui misso caduceatore, iussit homines seditiosos è Brugensium finibus excedere.

Prætor Brugensis.

Est autem certè non mediocriter hac in parte laudandus supremus Brugarum prætor equestris ordinis Dominus de Ogniez, qui xi. Augusti summo mane è 30. sectarios ingredi volentes, portis obsecratis, exclusit, qui nihil boni animo concepisse haud iniuria videri possint. Ij ipsi autè cum se exclusos cernerent, ad mœnia vr̄bis suos cantillârunt psalmos, & sibi mutuò nescio quas buccellas porrexerunt. Fortassis suâ illâ præclarâ seruârunt cœnâ homines pphani in loco prophano, apud quos nullus ordo, nulla religio, sed confusio plūs quam Babylonica.

Tumultus Antuerpiæ.

XV. Augusti, ipso solenni die assumptæ in cælos beatissimæ matris Dei, rursùm Antuerpiæ tumultuari ceptum est. Iam suggestus positus erat, vt ex eo concionarentur in vr̄be noua Calviniani: sed impediti sunt autoritate Principis Auraici & magistratūs. Dominica proxima celebrata est non absque multorum metu solennis annua supplicatio in honorem eiusdem sacratissimæ Virginis: sed tum Antuerpia blasphemijs & contumelijs in illam tantam virginem personabat. Cruciatur enim in impijs hominibus malus dæmon pia Virginis Matris & sanctorum veneratione: itaq; quod per se non potest, per suos administratos eam modis omnibus abolere & profcindere non cessat. Sed illa sacratissima Virgo conteret satanam cum omnibus satellitibus eius. Postridè ex vr̄be discessit Auraicus princeps. Rarum

tum Sectarij se inuenisse sui consilij & voluntatis explendæ opportunitatem, septem ea die cõciones partim à Calvinianis, partim à Luteranis haberi ceperunt, die Martis sequenti cum vespertinas in cede Virginis Matris preces persoluerent Canonici, factor cõsensus suggestu, postulatoq; nouo testamento, Pastorem ad disputationem prouocauit. Cernens hoc quidam nauta Catholicus, eum è suggestu deturbauit. Mox hæreticus quidam nauæ brachium sclopetto læsit. Indè ortus tumultus, templū omne ipsamque vr̄bem compleuit. Erat sanè illud beatissimæ virginis templum longè pulcherrimum, structuris & picturis eximijs, multisq; maximi pretiosissimis & perditissimis scurre plūs quam turcicam ceperè iconomachiâ, maxima vi & incredibili furore diffractis, comminutis & dissectis statujs, aris, imaginibus omnibus, ipsa quoquè edicula sacrosanctæ Eucharistiæ, cuius precium ferūt excessisse summam multorum millium aureorum. Aras è fundamentis conuulserunt & confregerunt. Indè ad monasteria & templa omnia progressi, eandem insaniam declarârunt. In monasterijs vix quicquam integrum relictum: quæ deuorare non poterant, proiecerūt, vinum & ceruisiam extractis epistomijs studerūt, in vasa butyri & in farinas lotium & oleum immiserunt, supellectilem diripuerunt, & vt animas quoquè perderent, monachos ad defectioem incitârunt. Nemo facilè vel dicere, vel credere possit, quantum damni intra paucos dies in sola Antuerpia & locis vicinis datū sit ab istis satanicis & deploratis tenebrionibus.

Nam etiã ex vr̄be prorumpentes, non admodum multi, in pagis adiacentibus omnem insaniam perdidit furorem in sacras imagines & templa effuderunt. Nox ea, qua primùm ceperunt debacchari,

Kkk horri.

horrida sanè fuit catholicis, in primis autem ijs, qui in Clero essent & monasterijs, omnibus non frustra summo timore correptis, atque huc illucque diffugientibus, plerisque nihil nisi præsentem mortem expectantibus. Videre tum erat, virgines Deo sacratas è suis cœnobijs feminudas profugientes, vt scitariorum impuras manus euaderent. Deinde etiã aliquot diebus vrbs templa omnia ab illis furiosis hominibus obserata sunt, nè liceret Missæ facere sacrificium, quod illi cane peius & angue oderunt, haud dubiò occupati à diabolo. Nò iniuria vir quidam grauis eam vrbe id temporis appellauit nouam Babyloniam, sinè rege, sinè lege, sinè sacrificio. Habebant verò in dicta œde primaria sua conuenticula & Conciões Caluiniani, porrò Luterani apud D. Georgium. Erat tum Antuerpiæ Hermannus quidam homo importunus & audax, ad ciendas turbas & seditiones natus. Is se plebi insanienti ducem & signiferum præbuit seditiosis concionibus suis. Nè quid autem ad summam vrbs cõfusionem deesset, facta Caluinianis & Luteranis intra eam concionandi potestate, ausi sunt postea etiã Anabaptistæ foris publicè concionari. Verùm prohibiti à Magistratu, palàm quidem habere conciones desierunt, et priuata conuenticula intra vrbe clàm egerunt. Ità tres pugnantissimæ hæreses Caluinianorũ, Luteranorum, & Anabaptistarum eam insignè vrbe mœdissimè distractam contaminarunt. Hoc quidem memoratu dignũ est, quòd cum in œde primaria diu multumq; sudatũ esset ab iconoclastis in deicienda Cruce Christi augustissima, vtriusque sanè latronis imagines adhuc permanere passæ sint. O miseros, q nec ipsam passæ pro oibus seruatoris nostri memoriã sibi refricari cõspecta imagine ferre queunt, ne creuerant autè sectarij ad certũ diẽ occupare domũ Senatoriã sanè amplissimã & sumptu maximo exadificatã.

Antuerpia,
Babylonia.

Tres sectæ
Antuerpiæ.

ificatã, turrim quoquẽ edis D. Virginis, & carceres sui muniendi causa, nouoq; creato magistratu sibi Antuerpiam vindicare: sed diligentia Senatũs ea consilia malorum hominum impedita sunt.

XXII. Augusti etiã Buscoducentes iconoclastæ Buscoducẽ in templo D. Iohãnis, cui ad summum splendorem & incredibilem elegantiam atque mirificum ornatum nihil reliqui esse videbatur, omnia similitudine vastarunt & conuassarunt, atq; conciderunt: nec alijs eius oppidi sacris edibus & monasterijs licuit cõsceleratas impiorum hominum manus effugere. Scẽitum est atrociter in Franciscanorum & Dominicanorum cœnobia: tametsi essent in ijs viri benè religiosi & pij: sed tales ferre non possunt euangelici apostatæ & seductores, quòd sciant, eorum cõcionibus & alijs sanctie studijs & exercitijs, suos nefarios conatus & praua dogmata plurimũ impediti. Carthusia quoquẽ eius loci miserè discerpta est: Hæc sunt noui Euangelij præclara facinora, atque in ijs excelluisse, hoc palmam tulisse est.

XXIII. Augusti Gandau simile bellum indictũ est Gandau statuis & imaginib: & postridiè apud Valècnas & Tornacum. Ab ijs oibus, sicut & Buscoducentibus etiã in sanctorũ reliqas & ipsam SS. Eucharistiã, atq; etiã magnatũ quorundã sepulcra scẽitũ est, q; obtinendi cuiusdam thesauri. Et Tornaci quidẽ magna vis auri & argenti quoquẽ, nisi fallor, reperiã est. Qui apud Gaudaueses eiusmodi flagitia designarũt, 300. aut 400. tantũm fuisse putant, & quidẽ ex hæc plebis oēs, vt mirũ sit, tam paucos, tamq; nihil homũciones, talia vel attentare potuisse. Iactabãt illi quidẽ, se mãdato Comitiss Egmòdani ea facere, verũ scelesti illi, vt graues viri scribunt, falsò id affirmabãt. Interim tamẽ sub hoc p̄textu mirè illi grassati sunt in monasteria oĩa, p̄sertim verò in Abbatia Blandiniẽsem, & cœnobiũ dñicanorũ, excisis,

præter ingentis præcij marmora, etiã instructissimis bibliothecis, quarum Blandiniensis, si qua alia, vel maximè referta cernebatur vetustissimis codicibus, *Bibliotheca Blandiniensis* Quis verò sanè mentis dubitare queat, dum sic optimos quosque codices immani barbarie perdunt isti, nihil eos spectare aliud, nisi vt fides Catholica, q̄ ex eiusmodi libris plùs quàm dici queat, asseritur & confirmatur, prorsùs p̄sum̄ eat? Et audent tamen iactare bellissimi homines, se cupere modis omnibus instauratam veram fidem. Sed id persuadere fungus & stipitibus. Sentiunt, sentiunt miseri vetera patrum scripta longè lateq̄ ab ipsorum impijs commentis dissidere: itaque nè ex ijs confutentur, ea planè abolita vellent. Sed ad insitutum redeamus. Cessatum est ijs, quæ diximus, locis aliquandiu à Diuinis officijs, lætantibus demonibus, quos torquet cultus diuinus, & Tornaci diu Caluinistica sunt conciones habitæ. Alijs quoquè locis Evangelici buccinatores strenuam nauarunt operam, grassantiq̄ huic incèdio affatim materiæ subijcere studuerunt.

Tumultus Mechliniæ.

Qua die Gandau, eadem etiã Mechliniæ tumultuatum est, iamq̄ à Franciscanorum & Carmelitarum monasterijs initia sumebantur confringendarum imaginum in sacris edibus: verùm ciuibs se opponentibus, eodem die sub vesperam extra oppidum, monasterium Hansuicense & alia circumadiacentia templa expilarunt & depopulati sunt. Igitur Mechliniæ quoquè à die Martis ad Dominicum vsque, Diuina sunt intermissa officia. Duces huius tumultus duodecim plùs minùs adolescentes secũ habebant, ijque paulo antè captiuum quendã Viluordiè impotentem audacia è carcere extraxerant.

Aldenardi fecerunt iconoclastæ.

XXIII. Augusti, ipsis D. Bartholomæi ferijs Aldenardi & in pagis vicinis maiori etiã infania efferbuere impij iconoclastæ, Est ijs in locis insigne virginum

virginum pijsissimarum cœnobium Magdendale, in quo, vt & Gandau in ijs quas diximus, Abbatijs, non imagines tantùm, & ea quæ ad cultum diuinũ pertinent, sed etiã fenestras vitreas, & plerunque supellestem confregerunt. Iam apud Brugenses parus rumor erat, aduentare à Gandensibus 60. millia sectariorum, qui, si resistere pergant, Brugenses circumquaque extructis ignibus fumo enecare velint. Erat enim idem ipse dies Brugis quoquè cõditurus vastandis templis & conterendis imaginibus: id vt commodiùs fieri posset, hic rumor concitatus erat. Itaq; rursùs in motu fuit ciuitas, totaq; nocte in usu magistratùs res quæque preciosiores & prestantiores imagines in loca tutiora è templis exportatæ sunt: singulis quoquè templis adhibiti custodes, qui perpetim ea ab sectariis iniurijs tueantur. siquidem minè in dies sua capiebant incrementa. Sed & à Comite Egmondano per magistratum celeriter euocatus est miles prædiarius. Erant autem duntaxat sclopettarij, quorum aduentu vrbs illa magno periculo liberata est. Mox etiã conscriptus est miles domesticus sumptibus Cleri & ciuim: atque ita militum opera, Brugenses Deo bene fauente omnem iconoclastarum conatum impellerunt. Habebunt suæ constantiæ laudem semper internam Brugenses: habebunt & Louanienfes, & Bruxellenses, qui vi ferroque sectarijs se opposuerunt: itemq; in Flandria Alostani, Teneramondani, Curtracenses, Dunkercani, præsertim verò Insuenses, qui magnæ prudentiæ exemplo sectarium omnem maturè illis eripiendis armis compresserunt. Sed & reliqui omnes, qui in hoc rerum tumultu se constantes præbuerunt, digni certè sunt, qui apud omnem posteritatem multa eaq̄ eximia laude afficiantur.

XXV. Augusti, Apud Traiectũ inferius sectarij in Traiectum

sis sumul- sus. quatuor parœciarum templa, Dominicanorumque & Franciscanorū monasteria irruerunt. Postridiē ruderibus ē D. Iacobi aede exportatis, illic suo more concionati sunt diebus octo. At quinque Canoniorū Collegia, reliquaque cœnobia perpetuis excubijs vim eorū omnē à se depulerūt, & diuina officia more solito celebrarunt. In Hollandiæ quoque plerisque oppidis more suo impotentes sectarij debacchati sunt, demptis Dordraeco, Gouda & Harlemio, paucisque minoribus municipijs: multumque seruitum est in mendicantes monachos, absque cæde tamen. Nondum enim tantum illis nocere permisum erat, quantum vellent.

Datur securitas.

Dum hunc in modū noui euāgelij atrox Tragedia agit, illustriſſ. Gubernatrix tum Catholici regis, tum suo nomine diploma euulgat 23. Augusti, securitatemque in præteritū confederatis nobilibus præstat: simul etiā ostendit inquisitionis cessationem, donè rex de religione aliud edixerit. Securitas ea his conditionibus data est, vt deinceps regie maiestati fidem debitā præsentent, turbis & tumultibus præsentibus cōpescendis pariter incumbant, iconoclastas nō sinant vltra p̄gredi, immo eius sacrilegij reos puniant: dent operā, nē qua vis aut iniuria fiat Clero, magistratui, & nobilibus Catholicis: summo cōnitatur opere, vt plebs tantorū malorū magistratū cōfestim arma ponat, & nē cōciones sectarię fiant, vbi hæc tenor habitę nō sint: vbi verò factę sint, posthæc sine armis, absque scandalo & tumultu fiant. Ad extremū vnā resistant quibuscunque exteris hostibus & rebellibus, nouęque religionis hominibus persuadeāt, vt que à regia maiest. ex Ordinū cōsilio posthæc decreta fuerint, ijs per oīa se morigeros præsentent.

Federati scribunt se- Charijs.

XXIII. Augusti quidā ex cōfederatis nobilibus ad ministros, consistoria & mercatores datis literis hortantur, vt modesti sint donè ipsi veniant ad sedandos

sedas tumultus, securosque iubet esse, nihil ipsis ob sue religionis exercitia molestię illaturū iri. Postridiē ipse cum decē alijs, tam suo que cōfederatorū omnium nomine iurant, se seruatores omnia ab illustriſſ. Gubernatrice p̄posita, suūque cœdus rescindunt, quā diū ea securitas permanebit. Itaque eodem die ad Belgij gubernatores, Equites aurei-velleris, & cōcilia Ordinū, cōciliū quoque priuatū, postero autē die ad cætera puincialia cōcilia cunctasque primarias ciuitates literę expeditę sunt, quibus & ea securitas, & inquisitionis cessatio publicata est.

Porro XXV. Augusti publico edicto cōstitutum *Edictum cōtra iconoclastas.* est capitis supplicium & bonorum confiscatio in omnes iconoclastas, templorum & monasteriorum expilatores, incendiarios, & id genus maleficos homines: pœna verò arbitraria & priuilegiorū amissio promulgata est in magistratus, prætores, atque in vniuersum omnes illos, qui eius farinę homines nō arcerent: grauis quoque pœna in illos, qui armati sua haberent conuenticula.

XXVIII. Augusti dñ Bacquerzelius missus Aldernadū ad sedandas turbas, apud Gerardi montem casu reperit etiā nūm grassantes iconoclastas eos ipsos, quos Aldernadū inuaserāt, mox pulsu campanę cōuocatis ad arma ciuib⁹ & rusticis, necopinantes aggressit, cæduntur ex illis decē aut 12. primarij: postera luce in crucē tolluntur XXI. ceteri maximo numero flagellant & p̄scribuntur. Non dissimilis strages nesciorū hominū eodē ferē tēpore edita est apud Marchenas opulentū Benedictinorū cœnobiū. Fefellerant illi fidē dño de la Tour, de non vastanda Parochiali Ecclesia suæ ditionis, atque etiā SS. Euchariſtiam impijssimi flagriones pedibus cōculcārant. Is igitur Duaco euocat aliq̄t nobiles, ijsque & suis agricolis stipatus, è monasterio p̄deuntes aggressit, cædit è p̄phanis multos, cōplures vulnerat, ministrūque

*Bruxellenses
instant pro
concionibus*

quendam, illorum ducem, agit in cruceñi. Iam in Arthesia & Lucemburgensi ditione miles consecr-
bebatur regis nomine, vt refractarij homines sub-
iugum mitterentur. Tumultiabantur enim multis
locis sectarij, atq; adeo etiã Bruxellis mirè insta-
bant, vt conciones permitterentur: quibus tamen
portis clausis oblittebant magistratus, nè possent
egredi ad conciones, consentientibus ea in re ciui-
bus omnibus, qui in consiliũ solent adhiberi.

Rediãt verò Antuerpiã princeps Auracæ, moxq;
maiori quã antea numero miles domesticus scri-
ptus est, ad bis mille quadringentos. Eodem autem
die ibidem supplicio affectus est Anglus quidam &
alij duo sacrilegi, tresq; ad triremes damnati: seuerè
quoquè sub graui pœna mandatum, nè sectarij Ca-
tholicis molestiam in diuinis officijs facerent, &
vt rursus fierent conciones Catholicæ & officia ec-
clesiastica. Sunt tamen & sectarijs permittit concio-
nes in noua vrbe, modò nè in templis fierent. Itaq;
& Luteranus præco iussus est relinquere adẽm S.
Georgij: at non prius ille paruit, quã data esset se-
ctarijs facultas aliquot fana exædificandi, è quibus
alia Calvinistæ, alia Luterani sibi vendicarent. Por-
rò Mechliniã vltima Augusti sumptum supplicium
est de iconoclasta quodam; & factionis capita in
carcerem conijciuntur.

III. Septembris illustriss, Gubernatrix sub pœna
capitis vetuit, nè quis aut militem consecraret, aut
suum militiæ nomẽ daret. Id propterea factum est,
quòd didicisset iam iconoclastas alicubi cogere ex-
ercitũ, vt se vlciscerentur. Hoc verò mense per Fla-
ndriã vbiq; tractatus sunt initi cũ sectarijs, & ab il-
lis sub signati, ijs in locis, vbi antea illorũ erãt habi-
tẽ conciones. Gandauĩ quidẽ XI. Septemb. his cõdi-
tionibus actũ est, Vt neq; impediant, neq; impedi-
sinãt catholicos, aut cultũ diuinũ antiquis seruati:

Vt

Vt nec in vrbibus, nec in templis extra vrbes cõci-
onentur, sed solis diebus festis & dominicis concio-
nandi habituri facultatem, locis à magistratu at-
tribuendis contenti sint: Vt nè quibus vtantur ar-
mis: Vt quatuor tantũ ministros habeant, quorũ
non nisi duo simul concionentur, sintq; Belgæ na-
tione sub ditione regis Catholici, neq; aliundè ex-
ulare iussi: Vt ij ministri iurent Magistratui, se in po-
liticis omnibus debitam præstituros obedientiam,
nec vsuros verbis, quæ scandalum vel seditionem
mouere queant: Vt sectarij vestigal & cætera onera
cum alijs ciuibus pendant: quin & adsint Magi-
stratui in omnibus, q̃ ad publicam pertineant tran-
quillitatem: Vt ministri alios hortetũr ad præstan-
dam Magistratui obedientiam & modestiam. Ea
omnia sectariorum, quos vocant, cõsistoriales præ-
stito prius iuramento sub signãtũ: alij in proximo
conuentu sublatis digitis iureiurãdo cõfirmãrunt:
atque tum ijs eadẽm, quæ foederatis Nobilibus, se-
curitas data est. Atqui verò non alibi duntaxã, sed
etiã Gandauĩ contra hanc pacem ventum est, &
accessit diuq; retentus Hermannus ille seditio-
sus, cuius supra mentionem habuimus.

Erãt etiã Brugis sectarij homines. Ij ipso exal-
tate S. Crucis solenni die eundem improbum Her-
mannum aduocant, & in S. Crucis cœmeterio suas
audiunt conciones, vt populus Catholicus sua de-
uotione frustraretur. Verũ à prandio partim cõ-
pulsatis campanis omnibus, partim milite illuc mis-
so, compulsi sunt ad eum redire locum, vbi X. Au-
gusti primũ id fecerant. Sed illic quoquè eorum
interturbata est concio à militib; & Hispanis qui-
busdam, quos illi iniuria affecerant. Vulneratus est
verinque vnus atq; alior: sed plane actum fuisset de
sectarijs, nisi tractatus cum illis initos Brugeses
reformidãssent. Et certè die sequenti grauior con-

Kkk 5 questi

*Extra Bru-
gas sunt
conciones à
sectarijs.*

*Tractatus
inici cum
Sectarijs.*

questi sunt Sectarij multi numero & seditiosi, nec dubitarunt minas intentare magistratui. Itaq; certas ob causas, q̄ & conuentum esset cum illis certis conditionibus, vt supra dixi, & multum illi minarent, et libellū supplicē valde seditiosū exhibuissēt, Senatus illis coactus est permittere loco iam dicto conciones suas, donēc adueniret Comes Egmondanus: simul etiā seditio nis metu proponere edictum, quale iam antea Antuerpiæ, Gandau & alibi publicatum fuerat, nē Catholici eorum impediret conciones, neque alij alios iniuria afficerent. Interim tamen non deerant catholici, qui vt illas hereticorum conciones auerterent, multiplice festore locum illum plerent. Est verò etiā oblatum Catholicis libellus supplex magistratui, nē permitterentur illę conciones: cuius rei causa etiā facultates & vitam se libenter profunderē velle dictabant: sed & magistratus sedulo in id incubuit, vt quantum quidem in ipsis esset, homines ab adeundis illis concionibus retardarent.

Extremo ferè mense Septembri quidam non potestremæ nobilitatis, cuius nomini parco, cū aliquot socijs vel affectis ingressus in templum oppidi sui, aras & imagines dissipauit, exactamque ex indice vniuersam ecclesie suppellectilem, igni iniecit: & nē quid superesset, etiā priuatorum aedes excussit. Idem ipse ex pago quodam sacrosanctam Eucharistiam cum arcula argentea ablatam, pistraco suo deuorandam tradidit. Hanc verò tam immanem nimiumque horrendam iniuriam suam qua tandem ratione vituram sit ille præpotentis DEI filius, ipse nouit. Ad eiusmodi prorsus barbaras immanitates istius noui euangelij sceleratissimi præcones mirificè inflammāt homines: sed deuorabūt eos illa tartareæ aures morsu amarissimo, & in omnem eternitatem singulares & exquisitas dabūt penas tantis iniurijs

iniurijs affectæ sacrosanctæ Eucharistia, nisi dignā egerint pœnitentiā, & eos q uos miserè deceperūt, in viam reuocauerint.

Dauentrienses permiserunt suo pastori, vt plebem ad Augustanæ Confessionis formulam docerent: at nihilo minùs Canonicis sua omnia reliquerunt. Hollandi iterum tumultuari cœperunt. Delphis, oppido Hollandiæ, fœminæ, vel certè viri fœmineis vsi vestibus, Franciscanos expulsi ex vrbe eiecerunt. Amsterodami & Carthusiani & Franciscani expulsi sunt: è suis monasterijs: idem passæ fuissent etiā Deo dicatę virgines, nisi ciues obtulissent.

Eodem ferè tempore sectarijs Furnense oppidum inuadere conantibus, egregiè resisterunt incolę, aliquot cæsis, cæteris in fugam actis. Conspirauerant illi cum quibusdam incolis, sed scilicet ad muros admotæ, deprehensæ sunt. Eodem autem mense cum non remitterent sectarij Flandrenses, exemplo Antuerpiensium illis quoque Gandau, Iperis, Aldenardi, Ballioli, Armenteriæ & quibusdā alijs locis permissum est sua sibi sana condere, extra muros tamen.

III. Octobris Mechlinię versū in tumultū Sectarij, volebant iconoclastas è carceribus eripere. Eum tumultū sedauit Comes Hochstratanus, qui iam aliquandiu illi vrbi præfectus fuerat: at tamen postero die coactus est captiuos illos dimittere. Eodem die Bruxellis rursus nouo edicto clandestina intra urbem conuenticula prohibita sunt, ministro suspendij, auditoribus exilij pœna constituta. Breui post in Hollandiam abire compulso principe Auraco, (erat enim generalis Burgundię, Hollandiæ, Sehandię & Traiecti inferioris præfectus) opportunè illi apud Antuerpienses substituitur idem comes Hochstratanus.

*Tumultus
nouus Ant-
uerpia.*

Nam die 17. eius mensis, nisi ille prætor fuisset, non templa modo, sed etiam mercatorum & diuitum domos expilassent importuni sectarij. Sub vesperâ enim illius diei denuò in primariam beatissimę matris Dei eodem irruerunt, duce quodam nobili Antuerpiensi, prætextu quidem iconoclasmi ob restau- rata sacella quædam: re autem vera, (vt habita que- stione facti sunt eius turbæ authores vel capita) vt occupato templo & ædibus monetariorũ, tanquã munitionibus quibusdam, ipsa nocte diuitũ ædes diriperet. Verũ comes coacto milite eos templo exegit, lesisq̃ue non paucis, factionis capita aliquot comprehendit. Quod autem literæ minaces eo die sparæ essent cõtra Minoritas, milites quosdam misit, qui illos tuerentur. Porrò altera die nobilis ille, quem diximus, media nocte apprehensus, manẽ se- ptima hora in medio foro suspensus est. At perge- bant tamen sectarij, & quinque fana gnauiter intra urbem construebant: in ijs Caluinistarum Gallorũ cætera vincibat magnificentia. Si illam pecuniam dedissent hominibus miseris & egenis, rectius con- suluissent sibi.

*V. fana Se-
ctariorum
Antuerpia.*

XXV. Octobris conuentus Ordinum habebatur apud Traiectũ inferius. aderat princeps Auraicus. Ibi tum Sectarij nihil dubitarunt ad arcis portam suas habere conciones. Iussi verò à præfecto disce- dere, cum non parerent, displosis tormentis in fu- gam acti sunt, paucis vulneratis, nemine tamen in- terempto. Porrò Ericus Dux Brunswicensis tribus indè milliaribus aliquot peditum armatas habens cohortes, Hollandis, nè quid attentarent, terrori fuit: Brabantis verò, miles Bruxellis vicinus.

*Tumultus
Brugensis.*

Prima Nouembris, Alosti minister quidam non contentus loco Concionibus ipforum attributo, cum propius urbem accessisset, cruci datus est. Tertia Nouembris apud Brugenses non absque ledi- onis

onis periculo tertio tumultuatum est. Sectarij em̃ à concione redeuntes, cum solerent ad suas quisq; domos diuertere, multis iam introgressis, partim ad portas substiterunt. Secuti sunt illos viri 50. qui mox conspectis mœnibus, psalmos suos cantillare ceperunt alta voce. Ea re excitati nonnulli ex ijs, qui urbẽ ingressi erant, ad portas recurrerunt. Iussi autem eas cantiones missas facere, simulq̃ue, ita iu- bente Consule, porta obserata, tympanistæ manum gnauiter fauciãrũt. Itaque alij milites excubias agẽ- tes, sclopettis petunt sectarios, duos mox interfi- ciunt, permultos vulnerat, è quibus tres paulò post expirãrũt. Tum verò sectarij arma corripiunt, sed à milite repente in vnum coeunte distinentur. Ita tum impedita sunt consilia & machinationes ho- minum malorum. Aliquot eius factionis coniecti sunt in carcerem.

XI. Nouembris ipsis ferijs S. Martini, nouus Antuerpiam terror inuasit, dira minitantibus sparso rumore Sectarijs: & fuisset ille fortassis non pro- prius vanus, nisi Comitis Hochstratani nocturnæ at- que diurnæ excubiæ obstitissent.

Hoc mense Nouembri venerunt Antuerpiam à *Ministri Lu-
terici veni-
unt Antuera
piam.* Confessionistis euocati sex ministri Luterici, quo- rum capita fuere Illyricus & Spangenbergius, qui paulò post Latine & Teutonice suam edidere Co- fessionem, quam appellãrunt Confessionem mini- strorum Iesu Christi in Ecclesia Antuerpiensi, con- sentientem cum Augustana Confessione. Ediderãt iam antea suam quoquẽ Caluinistæ Teutonice, di- ctam breuem fidei confessionem. Vtraq; à Catho- licis doctissimis & grauissimis viris confutata est. Porrò autem Luterici buccinatores nõ admodum magnos videntur Antuerpiæ successus habuisse, q̃ Caluiniani primas sibi facillè vendicarent. Et certè cum postea indè discessissent, & Spangenbergius Coloni-

Nota respō-
sum euan-
gelicum.

Coloniā venisset, quodam ex illo percontante, quis rerum status esset Antuerpiæ, aut aliquid eiusmodi, ille respondit: Antuerpiæ Christus pender inter duos latrones, Papistas & Calvinistas: significare volens, ut arbitror, Luteranis ibi non multum esse loci & autoritatis. Hoc quidem reulit mihi vir doctus, qui se id ex eius ore audiuisse affirmabat. Non dubium, quin in illa opulenta regionelibenter nidificassent Illyricus, Spangébergius & eius farinae euangelici præcones, sed eorum votis successus defuit.

Sectarij
Brugenses
quid exegerint.

Eodem mensē non contenti Brugenses Sectarij suā habere conuenticula, etiā alia suæ sectæ exercitia, putā, baptismum, matrimonia & sepulturas more Antuerpiensium & Flandrorum occidentali-um introducere moliebantur. Ea re motus Brugensis Episcopus, cum nō posset solis cōcionibus, illis resistere, apud Senatum egit, ut dicta exercitia, quorum nulla facta esset mentio in suprā memorata securitate, prorsus impedirentur. Itaque Senatus paulō post sectarium quendam, quod prolem suam foris baptizari iussisset, exilio multauit. Sed eā ob causam permulti sectarij ad curiam venerūt, expositulaturi de collega suo: atq̄ dilati sunt, donecā Gubernatrice aliquid certi statueretur. Illa verō & Brugenses rectē fecille respondit, & postea in alijs quoque Flandriæ vrbibus ea exercitia fieri vetuit, quippe quæ nunquam ipsa probasset.

Transgigitur
cum Sectarijs
Traiecti
Egmondani
cum Flandris.

XXV. Nouembris Princeps Auracus cum Sectarijs Traiecti inferioris eodem modo transgigit, quo Egmondanus cum Flandris: præterquam quod hic adiectæ fuere conditiones istæ, Vt nē quis impediat compræhensionem iconoclastarum aut prædonū: Vt nē quis distrahat, aut penēs se seruet libellos famosos in Regem, in Gubernatricem, aut alios magistratus: Vt nē quis famosas cantilenas, aut quod popu-

populum ad seditionem commouere queat, pro-palām canat: Vt nē quis vel Catholicus, vel sectarius concionator in partem aduersam inuehatur, aut iniurius sit: si secūs fecerint, concione priuentur. liceat verō vitia generatim perstringere & carpere.

Eodē mense duo mercatores Hispani valdē opulenti, sed Calvinistæ, Geneva accersunt Antuerpiam ministrum Calvinianum, suę nationis hominem, nempe Hispanum, qui publicē Hispanis concionaretur. Sed ceteri Hispani Catholici & illi & auditoribus mortis intentarunt minas: a magistratu quoque causa vitandi tumultus prohibitus est. Itaque præter clancularias coitiones nihil ille bono vir ausus est attentare.

Eodem quoque mense multum insolescere ceperunt Valencenses, non contenti concionibus sectæ suæ intra ipsam vrbem, & quidem in æde pri-maria S. Gaugerici: sed etiā quodam de cogentes clerum omnem ex vrbe discedere, magistratu nihil auso resistere ob nimiam improborum hominum multitudinem. Monebantur quidem ab illustriss. Gubernatrice, ut Catholicis suas redderent ecclesias, sed surdis ea dicebantur. Iam verō etiā per omnem ditionem illam proclamari fecerunt celebrationem cœnæ Calvinisticæ, certo die in S. Gaugerici æde futuram: in qua sanē præter alia animarum pericula, ut verbis vtamur illustriss. Gubernatricis, more apud illos receptū est, ut ante omnia solemniter abiurent Romanam catholicam Ecclesiam, polliceanturque se non redituros ad illam, simulque iureiurando confirmet se eam Ecclesiam prorsus persecuturos. Hęc quidem digna est ad tam prophanam cœnam præparatio. O humanorū peccatorum inexhaustam cæcitatem. Porrō illustriss. Gubernatrix huius mensis die 26, datis ad illos literis

Nota morē
cœnæ Cal-
uinisticæ.

litteris exegit, vt militem præſidiarîũ reciperet, p̄ſer-
tim cùm certò conſtaret, duos illorum miniſtros p̄
concione palàm dixiſſe, eius vr̄bis Caluinianũ con-
ſistorium (ſic enim vocant) non teneri obediẽtiam
preſtare magiſtratu. Addidit autem Gubernatrix,
ſe per omnia ipſiſ ſeruaturam, quẽ nobilibus fœde-
ratis addixerat. Eſt autem magiſtratus initio, & ple-
rique ciues non ſe preberent refractarios, at ſediti-
oſi illi miniſtri plebi perſuaſerũt, nẽ præſidium vr̄-
bi imponi paterentur.

XIII. Decembris iteratum eſt editũ de nõ ca-
piendis armis contra Catholicos, ad eoque Regem
ipſum, additum eſt autẽ, licere vnicuique ſibi faciẽ-
tibus armata manu ire obuiam, tãquam perduelli-
bus & hoſtibus patrię, atq; etiã illorum ædes di-
ripere, præſente tamen loci præſecto.

*Valencen-
ſes decernũ-
tur rebelles*

Eodem die Valencenſes pronuntiati ſunt re-
gię maieltati rebelles, tum quòd nolent admittere
præſidium, tum quòd primi ipſi in cohortes regias
apud monaſterium S. Saluij maiora tormenta exo-
nerãſſent, atque cœnobium Carthuſianorum & S.
Vedaſti eccleſiam, iam ſecundò vaſtaſſent & diru-
iſſent, cùm tamen initio m̄eſis huius alteris Guber-
natrix litteris denuò moniti eſſent accipere præſi-
dium. Ea autem in Valencenſes lata ſentẽtia, per
omnes vr̄bes publicata eſt, ſimilis quoquẽ in eos
om̄es, qui illis aut commeatum, aut arma appor-
tarent. Paulò poſt facta eruptione, ad tria millia, vt
fertur, egreſſi ex vr̄be, à regio exercitu in vr̄bẽ cõ-
puli ſunt, caſis ex illis circiter ſexaginta. Erat tum
obſeſſum oppidũ multo milite regis, qui prohibe-
ret nẽ qua vel alimenta, vel auxilia obſeſſis impor-
tarentur. Moti ea re Sectarij, copias contraxerunt,
vt ſuis ferrẽt ſuppetias. Scriptus autem eſt miles p̄-
cipue in Flãdria occidentali, vt à quibus cœpta erat
imaginationum oppugnatio & conciones ſchiſmaticę,

ipſi

ipſi quoq; primi manefeſtẽ rebellarent. Iunxerunt
ſe autem illis ex Tornacẽſibus maiori numero col-
lectę copię. Ipſo verò nati ſeruatoris ſacratiffi-
mo die, more bellico ſub ſuis quiq; ſignis cœpẽre
progredi: altero S. Stephani die ædes Tornacẽſis
Officialis inflammãrunt, monaſteria vicina expilã-
runt, atque etiã pagorum adiacẽtium templã: nec
parcendum putãrunt ædibus domini de Vuaterlo-
ſio, quòd eſt templi turre vnã cum paſtore templum
ipſum ab illorum impetu vendicãſſet. Sed tamen
non proſtũs impunẽ tulẽre ſuam audaciam. Nam
huius Flãdrorum cohortis ante alias præmiſſe cer-
tior factus dominus Raſſegemius, Inſulæ, Duaci &
Orcheſij præſectus, ipſo S. Iohannis die feſto miſit
contra illos 50. equites & 200. pedites ſclopetari-
os: qui cum Caluinianis quadringentis cõferta ma-
nu, ceciderunt ex illis 150. cæteri, qui ad diſtã Vua-
terloſij turrim ſe receperant, immiſſo in templum
igni, vel flammis, vel fumo extincti periẽrũt, nullo
ẽ regijs cohortibus deſiderato.

*Nota here-
ticorum ſa-
cinatorum in-
tãtis ſolen-
nitatibus.*

*Caſuntur
Caluiſtæ.*

Hoc ipſo autem die ſocij ſectariorum ex Torna-
cẽſibus collecti, monaſteria Carthuſianorũ & mo-
nialitũ priũs euãſtata & direpta in cẽderunt, & incre-
dibili contumelia eas moniales affecerũt pro noui
huius euãgelij pudore & verecũdia. Abbatiffam em̄
cũ aliquot ex iunioribus in itinere cõpræhenſam,
p̄ omnia ſerẽ Tornaci cõpita irredẽdam circũduxe-
rũt, alijs quibũdã vetulis miros terrores incuſſerũt,
& per omnẽ noctem benẽ multis ludibrijs & cõtu-
melijs miſeras exagitãrunt: atque egerimẽ ſanẽ ſtu-
pra impiorum hominum euadere illæ potuerunt.
Ea eſt diſciplina & modeſtia noui Euãgelij. Altero
manẽ, feſto die SS. Innocentum, Abbatiam S. Nico-
lai iam antẽ toto triduo rebus precioſioribus, & q̄
ad victum pertinẽt expoliãtam, flammis permiſſere.
Indẽ, nondũ comperta ſtrage ſuorum, illis latũri

*Sectarij ve-
xant moni-
ales.*

LII opem

opem, in pagum Vuaterloſum venerūt. Porro Do-
minus Raſſegemius, dimiſſis tota nocte nuncijs ad
præſidia & nobiles vicinos Catholicos, itemq̄ue ad
ruſticos in eiufmodi cœtus paulò antè in militiam
adſcriptos, id ſua ſuorumq̄ue diligentia aſſecutus
eſt, vt manè ſexta hora ad ipſum conuenerint duo
pedum ex vicinis pagis millia, trecēti pedites ſelo-
pettarij, & equites centum. Aduerſarij erant ad tria
millia. Cœptum eſt vtrinque leuibus quibuſdam ꝑ-
lijs agi, Caluinianis Tornacum ſe ſenſim recipien-
tibus. Atque ecce de improviſo occurrit illis Do-
minus Norcarmij Hânonię præfectus, magnis in-
ſtructus copijs, decem pedum ſignis, & equitibus
ampliùs ſeptingentis. Is cõ feſtū Sectariorum diſ-
ſipat copias, & circiter ſeptingentos aut octingen-
tos interficit, ſeptem aut octo duntaxat è ſuis amiſ-
ſis, è quibus duo equites, alter Raſſegemij, alter Nor-
carmij, q̄ ſe mutuo nõ agnoſcerēt, ꝑ errorē mutuis
concidere vulneribus. Atq; ea res, q̄ ab vtraq; par-
te noſtri putarent ad hoſtium numerum pertinere
eos, qui regi militabant, in cauſa fuit, quòd cum in-
ter vtroſque cõcluſi facilè ad internecionem omnes
Caluiniani cædi potuiſſent, permulti euaserint.

Sed tamen impietatis ſuæ pœnas quaſdam luit ea
hominum ſex, quę illis quoque ſacraſſimis diebus
tot flagitia deſignarat, & repreſſi ſunt immanes ac
ſæui malorū hominū conatus, quos iam impotēter
iactabāt, nēpe ſtāmis ſeſe ab ſumptuos monaſteria
& tēpla omnia extra vrbes ſita, idq; intra paucos di-
es, neque in Flandria duntaxat, ſed etiām per omne
Belgium, ceteris eoſque necdūm prorūpere auſis,

Eodem mēſe etiām Traiectum inferius ſemel at-
que iterū occupare tentarunt Sectarij, ſed nihil
conſecuti, cœperūt muris admouere ſcalas, vel eti-
ām ſeras portarum effringere, aut id genus alijs ſtra-
tagematibus fruſtrā eò conniti,

Haſte.

Haſtenùs huius anni in Belgio res geſtas itā com-
memorauī, vt tamē Geldrię motus necdūm attige-
rim. Itaq; hoc loco quę ibi quoque acciderint, pau-
cis annorabo: Lector dabit veniam, quòd non apto
ſatis ordine hæc commemorantur. Nam ſeparatim
hæc ad me ſcripta peruenere. Prima Auguſti die
huius anni Nouimagij, quæ eſt in ſignis Geldrię ci-
uitas, Catholicis regis mandatum publicatum eſt, nè
quis vlli alteri, quàm Geldriæ præfecto, militaret.
Iſ præfectus eſt Carolus illuſtris Comes Meganus &
eques aurei velleris &c. cuius in hac rerum pertur-
batione magna in Catholicum regem fides & exi-
mia in religione Catholica tuenda, hæreticisq̄ue ꝑ-
ſtigandis virtus enituit. X. Auguſti, ipſis ferijs in-
dylti martyris Laurētij Caluinianus quidam præco-
monach⁹ Apoſtata, extra mœnia Nouimagij in Iu-
deorum cœmeterio virus ſuum conionado ſpar-
gere cœpit, habuitq̄ue frequēſ auditorium. Altero
die, qui erat Dominicus, largior pluuia illū ſeruo-
rem nõ nihil reſtinxit, hominesq; domi tenuit. Pro-
ximo die Dominico alio in loco concionē habuit,
permultis ex plerisq; oppidis ad amē cõfluentibus.
Mirum eſt, itā ſeruere miſeros homines ad audien-
das ſeditioſorū hominū conciones, è quibus tamē
nihil bonę frugis, immò verò certā animarū perniti-
cię reportat. Sed tenebriones iſti nõrunt ſua blādi-
loquētia inſcare in cautos, & mēdacijs fallere. Con-
cionator iſte, vt dixi, apoſtata monach⁹ fuit, Ludo-
uicus nomine, & eſt notatu dignū, quòd iſta ꝑclara
multiplicis noui euāgelij dogmata per nullos ferē
magis, q̄ eiufmodi votifragos monachos diſſemi-
nent: vt qd ab apoſtata Lutero cœpit, apoſtatas quo-
que habeat propagatores. Erant autem certē No-
uomagij per plures Catholicos, quos nõ parū affli-
gebat iſtius Ludouici aduentus.

L. II 2

Et

Strages Se-
ctariorum,Præfectus
Geldriæ.

*Zelus Noui-
magisum.*

Et in ipso quidē assumptæ in celos gloriosissime Virginis matris peruigilio, honestiores quique ciues zelo Dei permoti, in collegio Iohannitarum cōueniunt, vt inter se consultarent de profligando lupo illo: vbi etiā recitati sunt libelli supplices, à bonis benè cōfecti, quibus conabantur eius vrbs re-publicam à rebus nouandis deterrere. Sed erant quidam homines factiosi, quibus reclamantibus, re infecta discessum est.

*Cōcionator
apostata
Nouimagis
intrat.*

Porrò verò D. Bartholomæi festo die, apostata ille sub horâ quintâ à sui studiofis in oppidū introductus est, & parū sanè abfuit, quin importuni homines in ipsam summam ædem mox impressionem facerent. Eam ob causam vasa preciosa & sacre vestes vesperî clam è templo exportatæ sunt. Altera die, quæ erat Dominica, Caluianus ille præco in veteri, vt vocât, cœmeterio apud arcem Falconiam suam habuit concionem sub arbore: & quia metus erat, (quod ferè ad seditiones ab istis concionibus incitari soleant homines) nè à peracta concione in summum templum impetum facerent, & suo noui huius euangelij more omnia diriperent, ægrè abfolutum est summæ Missæ sacrificium. Nonæ preces sacerdotibus sibi fuga consulentibus, prætermissa sunt: quicquid erat supellectilis, quæ tolli posset, incredibili celeritate è monasterijs omnibus in ciuium domos elata est: porrò templa clausa sunt. Vbi cum què enim istud nouū euāgelium nificat, ibi mox silent diuina officia omnia, vt quædā vastitas & horrida barbaries introduci videatur.

Die festo decollationis S. Iohannis Baptiste, à quibusdam è Senatu deductus est ille concionator in templum S. Iohannis, populo licet inuito, & certè nisi quidam è magistratu obstitisset, hominem in diuiciis expulissent. Erât enim in Senatu Caluinistico

fer.

fermèto deprauati, quæ etiā postea loco moti sunt. Calendis Septembris Senatus pronunciauit atque sancit sub pœna capitis, (id enim pridè boni ciues precibus contenderant) nè quis in templis aut monasterijs diuina officia interturbaret, vel res ecclesiasticas diriperet: simul etiā licere, voluit Ludouico suas habere conciones, donèc essent finita comicia, id quæ in æde S. Iohannis.

Quarto Nonas Prior Prædicatorum, vir insigniter eruditus, cum Ludouico in disputationem ingressus est, sed sectariorum frequentia & conuicijs obrutus, nõ potuit eam prosequi, licet multis modis illo Ludouico esset superior: & certè Ludouico ad primam quæstionem respondere nõ potuit. Vincta autem faciliè hæretici clamore & contumelijs, vbi ratione non possunt.

In ferijs S. Matthæi apostoli Ludouicus in eodè templo infantem baptizauit, parentibus vt id permitteret, pecunia corruptis. Est hoc quoquæ facinus euangelicum, & eiusmodi artibus promouent euangelium suum.

Septimo Calend. Octobris ingens fuit motus ciuium bonorū intra urbē illam. Nam ea nocte vigiles, vt apparet, Geusiani vel Caluinistæ, deiecerant sepulcrum ante imaginē Saluatoris à cruce pendètis in cœmeterio S. Stephani, eius rei indignitate adeo commoti sunt catholici ciues, vt in seholam cōuenissent, vbi etiā singulis noctibus seruabant excubię. Superuenerunt aut etiā quidā primarij è Senatu, sciscitantes quid ille sibi cōuentus veller: responderunt ciues, irent visum quid in S. Stephani cœmeterio designatum esset. Illi cōtrâ hortabantur, vt eum diem saltè sustinerent. Tum ciues: Satis, in quiebāt, multi dies effluxere: rursumque cōclamabāt, ad arma, ad arma: neque em diutiùs isthæc toleranda nobis sunt. Hac ipsa die, Deo benè propitio, nostra iura &

*Disputatur
cū hæretico.*

*Catholici
Nouimagis
ses nõ ferunt
iconomachos.*

privilegia tuebimur. Itā tum repentiē à Schola do-
mum abeunt, & opiniōe celerius forum armati oc-
cupant: simul etiā ambos consules in forum per-
trahunt vnā cum labaro seu vexillo insigni, qui se à
catholicis staturos iureiurando confirmarunt. Tu-
bā quōquē sonitu per omnem urbem denūciatum
est, vt ciues & indigenæ omnes quamprimum ad
labarum aduolent, alioqui non alio quā regis &
urbis hostium loco futuri. A prandio indicunt Cō-
sules silentium noui euāgelij buccinatoribus, eosq;
in pedes se conijcere iubent. Et illi boni viri aut
aufugerant, aut alicubi delitescbant. Manserunt
autem, ciues in armis tota nocte ad duodecimam
vsque sequentis diei. quo die ante prandium quin-
que sectarij à Senatu eieciti sunt, & totidem catho-
lici in eorum locum subrogati. Similiter quinque è
Magistris Societatis S. Nicolai, (Sic enim appellan-
tur) quorum octo semper assident Senatui eius vr-
bis, quibus alios eiusdem numeri catholicos susce-
perunt. Hoc enim de constituenda porroque con-
seruanda Reip. pace consultantibus, magna omni-
um confessione necessarium visum est, vt zizania
prius euellerentur. Deindē ciues iam delassati, præ-
stito prius Senatui iuramento, dimissi sunt.

*Nota zelū
feminarū.*

Eodem autem die à prandio complures femi-
næ, zelo religionis in citatē, arreptis fustibus & ha-
stilibus in templum Iohannitarum irruerūt, vt no-
uum Caluinistici buccinatoris suggestum euerte-
rent: sed q̄ fores essent clausæ, nihil efficere potue-
rūt. Manē alterius diei ante quintā ciues impetu fa-
cto illā egregiā cathedrā deiecerunt, protractamq;
in medium forum, luculentis ignibus exusserunt.

Alterā Octobris allatę sunt in Senatū Nouimagi-
sem literę, missę à quibusdā primarijs fœderatis no-
bilibus, qbus accusabant ciues tyrānidis in Senatū.
At illi non magnoperē moti illis literis, responde-
runt,

runt, suo quandoquē tempore declaratum atque
compertum iri, rem aliter se habere, iureque Sena-
tores loco motos esse.

XIII. Octobris etiā Tilam, munitum Geldriæ *Tilam in-*
oppidum, quidā sectarius ecclesiastes ingressus est, *greditur ec-*
sed eum Scultetus, vt vocant, mox extra portam *clesiastes.*
eduxit. Incredibilis est istorum improborū homi-
num feruor ad corrupendos omnes suo teterri-
mo fermento.

XV. Octobris Geusij Nouiomagij in cœmeterio
S. Antonij congregati, per legatos à Senatu peti-
erunt restitui sibi suum concionatorem, itemq; exu-
les, seruata vtrique parti sua libertate. Non poterat
tunc haberi Senatus, quod multi abessent. Itaq; die
18. Octobris redierunt Geusij in Senatū, suasque
preces obtulerūt. Populus verò Catholicus, veritus *Catholici*
ne mitius pro hereticis actū esset, pertæsus tandem *non ampli-*
molestiarum quæ à Geusijs ferebantur, semel expe- *us ferunt*
diri penitus voluit. Paulò post duodecimam Geusij *Geusios.*
non absque fastu, & magnos præ se ferentes spiri-
tus, in foro ambulabant, & in arce Falconia respō-
sum expectabant. Ea res malè habuit ciues catholi-
cos, rursusq; è summa turri signo dato ad arma re-
currunt, atque intra semihorulam forum omne cō-
plent, neq; indē discedere volūt, donè Comes Me-
ganus Arnemio ab illis accersitus adesset. Erāt eti-
am nonnulli Geusij in armis, sed repentiē disparue-
runt. Decreuerāt illi sanè occupare forum, expecta-
bantq; militem subsidiarium: sed eorum consilia ir-
rita fuere. Altera die venit illustriss. Comes Mega- *Comes Me-*
nus, atque à pijs & catholicis ciuibus amāter & hi- *ganus venit*
lariter in urbem introductus est. Erant ad septem *Nouimagiū*
circiter millia ciuiū, q̄ illi ierāt obuiam. Porro Co-
mes plūs minūs sexaginta eqtes secū adduxit, estq;
honorificè pductus in arcē Falconiā. no facto, iussit
rūt cōsules populū arma deponere, & abire domū.

XXIII. Octobris. in Senatu decretum est, vt 100. pedites conscriberentur, qui cum totidem Comitibus peditibus urbem diu noctuque custodirent.

Nouimagenses iurant Senatui.

Pridie Omnium Sanctorum, iuramentum prestitere ciues Nouimagenses Senatui, obtemperaturos se Consulibus, non aurem prebituros peregrinis pseudoprophetis, non illaturos damnum rebus ecclesiasticis, sed vim illis allatam, haud aliter atque a seipsum prohibuituros, &c. Hunc quidem in modum Nouimagensem res sese habere: vnde potest perspicue videri, quod illi digni sint multa laude, quod rata constantia pro conseruanda catholica religione, & fide erga catholicum regem Philippum decertarunt, nec passi sunt apud se preualere impias hereses, quibus iam multae prouinciae miserabiliter dilaceratae sunt. Vtinam vero eam fidem & constantiam multi alij declarassent, nec locum vllum impijs dogmatistis prebuissent. Rursum idem certe aliquandiu haereticas conciones apud se habuerunt, & erant catholicorum res saepe ea in vrbe admodum afflictas, donec tandem clemens & pius Dominus illam catholicae paci & vnitati restituit, & piorum luctus conuertit in gaudium.

Colonienfis Magistratus laudatur.

Interea vero dum in Belgio isti tumultus grassarentur, & metus ingens esset, ne illa perditorum hominum fax longius etiam extra regis Philippiditiones progrediretur, prudentissimus sanctae Vbiourum Coloniae Senatus, immortalis ad omnem posteritatem laude dignissimus, summa cura & vigilanti tumultus omnes intra suos limites auertere & auertere studuit, Deoque praepotente illius optimos conatus mirabiliter fortunante & adiuuante, in hunc usque diem eius amplissima urbis celeberrima Respublica illud suum in asseruanda mordice semel recepta religione singularis constantiae nomen sibi optimo iure vindicat, nec sibi turpissimam haereticos

hereticos labem adspergi sustinet, fructura haud dubio eam ob causam tum DEI Opt. Max. largissima benedictione, tum apud posteros omnes laude eximia atque perenni.

A

NONO 1567. initio mensis Ianuarij, Massecani aut certe sub fine anni superioris, etiam rebellant, Traiectenses ad Mosam, atque Massecani, aduersus dominum suum Leodiosum Episcopum cristas erexerunt, & ausi sunt etiam illi bellum indicere statuis & imaginibus, concionesque sectarias inuohere, porro praesidium recusare.

Eodem tempore illustriss. Belgij Gubernatrix per omnes Belgicas ditiones, & Comes Egmondanus per Flandriam ea, quae supra diximus, sectariorum exercitia omnibus interdixerunt: sed necdum illi temporis obtemperatum est.

VII. Ianuarij Comes Arenbergius Phrisiae praefectus, Phrisiam gentem primus omnium ad tranquillitatem reuocauit, accepto a tribus oppidis Transsylvanis iureiurando, nihil eos ad regis usque aduentum noui molituros: Leuardia quoque recepta sub his conditionibus, Vt in tra tres aut quatuor dies ex ea ditione emigrent sub poena capitis & honorum omnium confiscationis ministri, apostatae, & sacerdotes priorij omnes: quae poena etiam illorum receptationibus constituta est: Vt templa & monasteria omnia in pristinum statum restituantur: Vt nihil in religione ab illis inuocetur: Vt nulla noua feriant sedes, reiecto vero renuncient: Vt regia edita more solito publicent, tradantque tormenta & bellicas munitiones omnes.

Tornacum vero etiam mox occupatum fuit a domino Norcarmio, introductis per castrum nouem peditum signis, & paulo post laqueo addictis duobus ministris, & 15, alijs sectarijs de primoribus eius

LII 5 loci.

loci. Porrò etiã arma omnia ciuibus erepta sunt, & tum exercitia Caluinistica, tum conciones omnes cessare iussa: qui verò cum Clero omni antea pulsus erat, denuò restitutus est Episcopus.

Per id tempus misere suos homines Valencenenses ad illustriss. Gubernatricem: sed nihil actum est: immò verò cum paulò post ex vrbe pabulatù egres si essent, cæsi ex illis sunt circiter 130. augebantur autem in dies copia vrbem obsidentium.

*Caduntur
Valencenens
ses.*

Eodem, ni fallor, mense cum Tornaci contra p. hibitionem Domini Norcarnij quidam sectarius præco rursus concionari attentaret, displosum est in eum tormentum maius, quo ictu multi adstantes vulnerati sunt. Insulenses autem matrona die quadam in vnum coeuntes, infantes suos omnes ab hereticis baptizatos, vi ablatos in templum apportarunt, vt quæ omiſſa erant, ritu Catholico suppleretur. Idem in infantibus rusticorum fieri curauit dominus Raslegemius.

*Libellus
supplex Se-
ctariorum..*

XIX. Ianuarij Ecclesie, quæ se scilicet reformatas vocat, rursus libellum supplicem porrexere nobilibus scederatis. In eo præclari illi reformatores multum quiritantur de non seruata securitate ipsis promissa: de exercitijs suæ religionis etiã sub capitis pœna interdictis, quæ tamen illi nobiles interpretati essent sub concionibus permixtis contineri: de sociorum suæ sectæ & ministrorum persecutionibus & afflictionibus, cõtrã quàm polliciti essent nobiles: de infantibus quos ipsi baptizassent, à Catholicis rebaptizatis, (quod falsò affingit Catholicis) de multis ipsorum symmystis, qui metuentes sibi, patriã, coniuges, liberos dimiserint: de Valencensium miseria maiori, quàm vnquam ab hostibus passi sunt: de milite totam Belgicam implente, quo miserè ipsorù focij expolientur & opprimantur multis locis. Addunt etiã modestissimi viri se ha-

erentis

erentis omnem molestiam & obedientiam præstitisse sub spe dictæ securitatis: momentque nobiles, vt cogitent an non iure de ipsis possint conqueri, quòd sub libertatis prætextu ab ipsis tanquam ad victimam ducti sint, & ad extremum malorum peruenierint. Tum quoque orant, perspicue vt declarent nobiles, an reuera Gubernatrix & Equites auri velleris omnia suæ religionis permiserint exercitia, cum tamen in literis non nisi concionum sit mentio facta: & si ita sit, dent operam, vt pacta conuenta vtrinquè obseruentur, liceatque ipsis securè circa vllam molestiam sua habere exercitia, (hoc est, impune homines in errores inducere, & in clerum atque monachos, reliquosq; Catholicos acuire & armare.) Vtque etiã fratres Valencenenses à summa hac calamitate extrahantur. Hæc & pleraque alia in suo illo supplicii libello habent isti optimi viri, qui cum illas opulentas & Catholicas Catholicis Regis ditiones in tumultus verterint, & innumeros pios atque Catholicos homines summo mœrore effecerint, dum nefarij ipsorum conatus reprimuntur, tam lamentabiles, tanquam planè innoxij & iniuriam passi, querelas edunt. Sed non semper dormitat Diuina vindicta.

Verum cum insolentes & procaces sectarij multa contra fidem datam attentassent, atque in dies pœora molirètur, illustrissima Gubernatrix volens modis omnibus illorum conciones profligare, Calendis Februarij cuidam magnæ authoritatis viro negocium dedit, vt Mechliniæ ex ministris coram magistratu adeste iussis percontaretur, vellèntne spontè suas conciones omittere.

Ibi Lutheranus quidem minister ait se non fore difficilem, tantum liceat ipsi crastino die suis valere dicere: at Caluianus respondit, se id non posse salua & integra conscientia. Ecce tibi religiosi homi-

hominis valdè arctam conscientiam. Itaq; postridè Brabantia Satrapa, Drossardum quem vocat, iussu illustriss. Gubernatricis sub media concione Calu- nistarum ministrum Martinum Sinetium cum duo- bus alijs, qui primi eò ministros euocauerant, abri- puit, itemq;e alium è Concione Luteranorum, se- cumq;e omnes Viluordiam abduxit. Ibi tum sanè miserè trepidatù est ab Sectarijs, equitibus per me- dias turbas istos absportantibus: certè pleròq; vi- dere erat vtriusq; sexùs, relictis penulis suis, se sub- ducere. Atque hoc pacto Mechlinia: omnis eorum concio prohibita est.

Sub idem tempus venerunt Antuerpiam aliquot nobiles fœderati. Ex ijs primarius quidam vt satis faceret precibus memoratis sectariorum, libellum supplicem oblaturus, scripsit illustriss. Gubernatri- ci, num gratus illi foret suus suorumq; accessus ad illam. Rescripsit illa, quantum ex literis eiusdè no- bilis quidam colligunt, se nimium placidè accepisse libellum supplicem 5. Aprilis datum, vtpotè ex quo tot repenti mala extiterint: nolle se deinceps id ge- nus libellis fascinari, neque ipsorum cupere aduen- tum. Tum etiàm die sexto mensis huius vetuit, nè certi quidam fœderati nobiles (quorum nomina malim ab alijs, quam à me exprimi, nè videat eorù infelicitati insultare) intra Bruxellense oppidum ad- mitterentur.

Libellus Itaq; VIII. Februarij idem ille nobilis respondit
supplex fœ- Gubernatrici, simulq; nobilium quorùdam fœde-
deratorum. ratorum nomine libellum supplicem illi misit, quo se quidem purgare nituntur, aiuntq; se ea fide, qua nobiles deceat, curasse vt tranquillitas Belgio red- dederetur: potuisseq;e omnes sopiri turbas, si quem admodum cõuentum erat, ita processum fuisset. At cum in dies omnia rectius succederent, & ex Regis atque Ordinum communi decreto quippiam boni expe-
pecta-

expectaretur, præter omnem spem mutationem ac- cidisse insignem, planè contrariam promissis Princi- pam, quibuscum tractatus fuerit initus. Nam exta- re literas, quibus nouæ religionis interdantur ex- ercitia, cum tamen permissæ sint cõciones, sub qui- bus comprehendètur etiàm dicta exercitia. Hinc verò populum, cui securitatè ipsi promiserint, sua spe frustratum, omnia in ipsos conferre, & quòd promissis non steterint, in simulare, vt possit ipsius Cellitudo ex adiuncto ipsorum libello supplici in- telligere. Addunt & alia quædam de vi illata mini- stris, & quòd eò tendant omnia, vt etiàm Concio- nes prohibeantur, quodq; Gubernatrix non fidat fœderatis, ipsosq;e à principum colloquijs & vrbis- bus regijs arceri velit, & vt peruelles in itineribus apprehendi, & pleraq; alia. Orant etiàm velit de- clarare, num vnà cum concionibus exercitia quo- què permiserit nouæ religionis, vt ipsi plebi per- miferint: vt securitatem nobilibus datam stabilem & firmam seruet, atque militem, qui contra ipsos conscriptus videatur, exauctoratum dimittat, edi- taq;e post cõuentionem proposita irrita pronun- ciet. Hæc si fiant, omnia tranquilla fore aiunt: sin minus, ingentia esse formidanda mala, in ijsq; mul- tam popularis sanguinis profusionem. Postremo petunt breue responsum, vt sciant quid ipsis facien- dum sit. Hæc præcipua ferè sententia est eius sup- plicis libelli, cui quid illustrissima Gubernatrix re- sponderit, mox subijciemus.

Eodem aut ipso die in crucè actus est supradictus *Martinus* Mechliniensium minister Caluinianus *Martinus Si-*
Sinetius su- netius, cum priùs quidem, quantum ex eius chiro-
grapho colligi licet, ad Catholicam Ecclesiam re-
uertisset, Sectarij id pernegant, eò quòd proximus
nori, Psalmum quendam Dauidicum Teutonice
cantauerit, Chirographum eius tale fuit: *Eius recan-*
tatio.
Quinta
Februarij

Februarij Magister Gilsenus pastor Capellæ (apud Bruxellas) cum F. Petro Luxo Priore Carmelitarũ vocati fuerunt Viluordiam ad me Martinum de Sion: qui postquam mecum disputassent de varijs questionibus, præsertim de Baptismo & Sacramento altaris, humilem agnitionem erroris mei feci, quem pollicitus sum verbis & factis omnes dedocere, quos eundem docui: renuncians ex animo omnibus erroribus, me submittens in omnibus reliquis eorum iudicio. In argumētum veritatis hoc ipsum scripsi, & manu propria subscripsi, Martinus Sinenius. Et rursus: Præscripta confirmo ego idem Martinus Sinenius hac 8. Februarij.

*Guberna-
trix respō-
det.*

XVI. Februarij illustrissima Gubernatrix ad libellum supplicem paulò antè memoratum, primario illi nobili fœderato in hanc ferè sententiã respondit: Non se assequi, qui sint illi nobiles, quive populus, à quibus ij supplices libelli prodierint, cum plerique nobiles fœderati sibi satisfactum putent, tum cessatiõe inquisitionis & edictorum, tum securitate proposta, atque adeò in dies se offerant ministerijs regiæ maiestatis iuxta illius mentem & intentionem. Verùm satis mirari se non posse, illos sibi persuadere exercitia illa se vnquam permittere voluisse, cum è diuerso non obscure ostenderit molestum sibi esse, quosdam nobiles populo securitatem, quo ad illa exercitia, præstitisse mox à conuentione inita, idq; contra suam mentem & voluntatem: tum etiã, cum nobiles promitterent se amoturos arma, scãdala & tumultus publicos, scandolorum nomine etiã dicta exercitia cõprehensã fuisset, quibus ipsa ne verbo quidem assensum præberit. Sed & si qui attendant, quãto animi angore cõciones locis solitis sine scandalis & armis haberi permiserit, eos scire proculdubiò, quã longè à sua mente abfuerit ipsorum exercitijs præbere consensum,

*Exercitia
nova reli-
gionis.*

sentium, putã, vt noua ipsi sibi deligerent Confessoria vel magistratus, collectas & onera subsidiaria regis subditis imponerent, idque, vt ipsi iactitant, ad aliquot aureorum milliones: vt sacramentorum administrationem sibi vsurparent: vt in totam populum confusum quoddam chaos introducerent: vt matrimonia suo ritu contraherent, vnde miraculorum confusio sequitur: vt deniquè ea facerent, quæ sub exercitiorum prætextu in suis conuentionibus nõ verentur attentare: è quibus pleraque tum sibi tum regis, tum magistratum auctoritatem vindicent, se profectò valdè sui fore immemorem, si ijs assentiatur: cum præsertim sui officij sit, eam auctoritatem tueri. Atque se rectè ait magistratibus contrariam mentem suam explicuisse. Si autem verò secus populo persuaserint, illorum esse, se ad illos excusare. Iam quòd ad libertatem attinet, eam eatenus datam, nè ipsis imputaretur libellus 5. Aprilis oblatas, non autem quantum ad religionem spectat, tamen eò illã ipsi detorserint contra animi sui sententiam. Itaque iustam tum sibi indignationis causam suppetere, quòd hæc tam falsè sibi assinxerint: tum regiæ maiestati, quæ intellexit populum ab ipsis itã animatum eò audaciæ procellis, vt sub religionis prætextu vetita religionis exercitia inuehat, suoq; nouo magistratu regium magistratum in ordinem cogat: quod non modò non approbaturus vnquam Rex, sed etiã subditorum auxilio vindicaturus. Quòd verò dicat ipsam sentisse cõtra præcta cõuenta, eius generis omnia nitentiã nimiumq; laxa verborum suorum interpretatiõe, etq; quarundã vrbium magistratus ea non permiserit: qui tamè si modum excesserint, oportuisse ipsos se querelas deferre, vt remediũ adhiberetur. Sed quæ eo nomine se fecisse contra conuenta, quòd solent ea quidam ob sua maleficia apprehensi sint: interim

interim autem silentio præterire ipso conoelafimū & templorū vastationes, quæ post eam conuentionem facta sunt, etiã à quibusdam foederatis nobilibus, introductasq; in oppida conciones, cum antea in agris tantum haberentur: item Ecclesias occupatas, monachos profligatos, externos concionatores accersitos, cum promississent se conciones im-
 3 pedituros: in loca quædam ab his nouitatibus aliena, eas introductas: plebem ab ipsis animatã, regias domos occupasse, tormenta & bellica instrumenta cum supellectili exportare, regio præfectos & magistratos abijcere, itã vt quidam non sine vitæ periculo euaserint: tum quoquẽ vrbes regias occupare, in aciem sub signis militaribus coire, minari eodem aut profligationem Ecclesiasticorū & regionū ministrorum, in quibus etiã ipsa non sit excepta, & Catholicorum omnium: immò etiã in ipsa diripere, in flammare, euertere monasteria, templa, edes nobilium & aliorum. ex his verò omnibus, & literis ab ipsorum exercitu ad Valencenenses quidẽ scriptis, sed interceptis, haud difficilem capi posse coniecturam, quò hæc euasura fuerint, nisi prepotens Deus per fidos regis ministros anteuertisset: nempe ad ipsius quoquẽ regis profligationem. Quòd si, vt iactant, velint regi præstare se obsequetes, eximant à vulgi animis hanc vanam de permissis exercitijs persuasionem, videantq; vt regi iam aduentanti se purgare queant. Quòd verò exercitus dimitti velint, & itã gladiũ illi auferre, cui à Deo traditus sit, simul etiã edicta omnia rescindi, non difficile indicari posse quorsum id tendat. Hæc & pleraque alia rescriptis illi nobili illustrissima Gubernatrix, quam sanè in hoc rerum tumultu dubium non est, sæpè in maximas fuisse angustias coniectam.

Hassellenses sunt

Per hoc tempus seditiosus ille Hermannus, cuius antea iam meminimus, Hassellensib⁹ Episcopi Leodien-

dienfis subditis auctor fuit vel hortator, vt & conciones intra oppidum haberentur, & imagines atq; statuas dissiparent & confringerent, templaq; diriperent: atq; adeo medio foro ille sectarius Ecclesiastica ornamenta & supellectilem omnem incendit. Idemq; Hassellenses rebellare docuit aduersus Leodiensem Episcopũ, apud quos sanè etiã adeo ille gratus fuit, vt Tungrensis ad aliquot dies illũ expotentibus, hominem accommodare noluerint, nisi ipsi cõsules vades darentur: simul etiã ad medium vsq; iter, quo Tungrenses occurrerunt, cum 300. aut 400. militibus illũ deduxerint. Accidit verò apud Hasselctum res memoratu digna, & miraculi loco habita. Occupati erent iconoclastæ media nocte deturbanda crucifixi Seruatoris imagine: & ecce semel atq; iterum, nullo vento flante, cerei & faces omnes extinguuntur. Aderat Hermannus, & nè quis eam rem alijs indicaret, omnes iurare voluit. Tandem Hasselctum ab Episcopo Leodienfi obfidentur, & præco Hermannus timens pelli suæ, relictis illis, quos euertat, callidè se subduxit, delitescens in curru sceno onusto. Pulchrum hoc fuit stratagemã euangelicum.

Rebellant suo domno.

Miraculum

Ad Buscoducenses refractarios missus fuit quidã ex sectariorum Antuerpiensium capitibus, qui illi oppido præfesset. Noluert enim admittere regium presidium, & multa insolenter sanè egerant sectarij eius loci. Missus eò paulò antè fuerat Brabantia Cancellarius cum Domino Peterfomio, vt turbas Cancellarius illic sedarent: quos illi non sunt veriti ceu captiuos vs Brabantia apud se detinere. Habebat extra urbem Comes tunc tenetur Meganus ad sexdecim signa peditum, vt cõmeatum captiuus. & auxilia ab ea excluderet.

XVI. Februarij Antuerpiæ sub horam decimam vespertinam arsit cœnobium Franciscanorũ, & maxima ex parte cõflagrauit. Sunt qui culpã conferat

M m m in

in sectarios: ego nihil affirmare velim, tametsi illi benè maiora ausi fuère. Data sanè opera est, vt illi patres Franciscani per calumniam tãquàm qui carnes in Quadragesima comedissent, traducerentur, eius rei persuadendę causa iactatis in hortum illorũ affis carnibus. Sed & honestę quędam matronę (alij dicunt meretrices à sectarijs summissas fuisse) ingressę erant monasterium, vt sarcinas contemplantur. Eas sectarij, teterrimo in vulgus sparso rumore, tanquàm illorum patrum scorta comprehenderunt, cum tamen proprij illarum mariti testarentur, eo ipso temporis momẽto illuc eas fuisse à suis domibus introgressas. Vsq̃ue ad eò isti Euangelici homines ardent odio monachorum: atquẽ vtiuam arderent magno & feruenti amore Christi.

Erant Antuerpię è sectariorum colluue aliquot copię conscriptę. Eę iussę sunt ea vrbe excedere. Porro non parũ multos extra vrbe illi sibi adficiuerunt vndiquẽ aduentantes. Misit autem ad eos magistratus Marggrauium cum peditibus non ampliũ sexaginta, vt qua auctoritate niterentur, ex eis perquirerent: quos illi improbi miserè irriserunt, vique extorquere voluerunt à Marggrauio, vt clamaret, *Vive les geuz.*

At tamen non diũ pòst, ducibus quibusdam è nobilibus fœderatis, partim in Hollandiam, partim in Selandiam nauibus profecti sunt. In itinere autem primò Flissingenses, deindè propugnaculum maritimum Rammeken se inuadere conati sunt sui communiendi causa: sed neque ijs in locis, neque vspiam alibi admissi sunt, regio milite illorum machinationes eludente. Nam & Traiectum inferius occupare nisi sunt, sed obstitit Comes Meganus cum decem peditum cohortibus: qui simul atquẽ oppidum illud ingressus est, mox consuluere sectarię conciones omnes, & sediãosi se in pedes conij-

Traiecti scribunt conciones sectarię

tere cœperunt: captus tamen est vnus atque alter, qui pertinaciores videbantur, & profugorum bona omnia in tabulas relata sunt, illi verò publico edicto citati. Vianę erant milites sectariorum ad duo millia relictĩ, vt Traiectensium infestarent agros, Rheminauigationem inturbarent, merces & naues compræhenderent. Porro Amsterodami quidam è fœderatis primarijs nobilibus omnia perturbauit. Ciues eius opulenti emporij in varias factiones, vt est solenne in hoc nouo euãgelio, distracti, quotidie ad aliquot horas visebantur in armis. Fuissent autem superiores Catholici, nisi Senatus, peiora metuens, eos placasset.

Hoc ferè tempore Equites aurei velleris, itã vt *Iuramentum* Catholicus rex postularat, iurãrunt se seruaturos equitũ antedictam Catholicam Romanam, & erga Regem obediẽtiam, vnus tamen, cuius nomen reticeo, ab hoc iuramento præstando se abstinuit. Idem autem iuramentum, per Flandriam præsertim, alij nobiles fœderati omnes iussu Comitis Egmondani præstiterẽ. Scripsit etiã idem Comes ad omnes Flandrię vrbes, vt darent operam, quoad eius fieri posset, sinè vi abolendis concionibus sectarijs: atque in ipso Quadragesimę initio per omnem Flandriam excurrens, singulis vrbibus persuadere conatus est, vt eas conciones missas facerent: sed vix vlla obtenta perauit, donèc postea alijs id vijs effectum est.

XI. Martij, aut circiter, Brugenses, vt sectarios ministros à concionando deterrerent, miserunt certos homines ad locum concionis, qui ministrum iuberent crastina luce se sistere ad præstandum iuramentum, quẽ admodum in alijs oppidis fecissent. n̄ id faceret, sciret sibi concione interdicitũ iri Sed ille iam ad menses aliquot Brugensium sectariorum bellissimus cõcionator non ausus comparere, fuga *Brugensis*

Concionator fugit.

sibi consuluit. Itaque proxima Dominica siluit concio.

Aldernadi quoquè à die nona mēsis huius nulla est permiffa concio, idq; hac occasione: Contra iuramentum ab ipforum consistorialibus præstitum, altera Martij ad Concionem armati proruperant. Itaq; missi sunt milites præsidarij, qui ea, quam diximus, die impedirent, nè cum armis egrederebantur. Tum illi etiàm iactis in milites lapidibus, duos sauciârunt. Milites sui defendendi causa displosis sclopettis, nouem è sectarijs perimunt, permultos vulnerant, ità vt paulò post octodecim extincti sint, quodq; admiratione dignum est, vix vnus euasit ex eius oppidi iconoclastis, qui non aut ibi, aut paulo post interièrit.

Eodem ferè tempore etiàm Antuerpiæ, iussu illius striff, Gubernatricis, Princeps Auaricus & Comes Hochstratanus persuadere nisi sunt sectariorum capitibus, vt vel ad tres menses ommitterent conciones, & interim ipforum fana sigillo regio obfignarentur, sed frustra: immò paulò post ingens ibi tumultus extitit, qualis alibi nusquam, idq; hac occasione. Redièrant ex Hollandia & Selandia aliquot sectariorum copiar, eeq; nouis quotidie accessionibus auctæ, valdè diuexabât agros Antuerpiensibus vicinos, agricolas exagitabant, & tum cuiusdâ officarij regij ædem, tum tépla vicina expilabant. Habebant isti id temporis symboli loco caudas vulpinas, à pileis vel galeis pendentes. Ea re cognita, misit contra illos Gubernatrix Droffardum Brabantæ vel Sattrapam, cum aliquot equitum & peditum cohortibus, tum multuariè ex Flandriæ & Brabantie præsidij accersitis. Illi, decimotertio Martij improvidos summo manè adoriuntur, ordines dissipât, permultos cædunt, & quidem supra ducentos illo in loco, vt fertur, præter illos qui in fuga perempti sunt.

Plurimi

Ingens tumultus Antuerpiæ.

Cæduntur Sectarij.

Plurimi quoquè in Scalde fluuio perièrunt, plures in horreo quodam exusti: ceteri pauci in oppidum euaserunt. Captus etiàm in fuga est quidam nô postremi nominis, qui multa Geussiorum arcana detexit, secumq; habuit catalogum eorum omnium, qui nomen militiæ dederant. Volebant ijs suppetias ferre sectarij Antuerpienses, sed à principe Auarico & Hochstratano Comite prohibiti, portam vrbs perfrègere: at suorum accepta strage, mox vltro in urbem redièrunt. Nec sanè ab iniurijs & minis in Principem abstinuère iam regressi, vique exorse-runt aliquot maiora tormenta & arma: quibus instructi, forum frumentarium occupârunt, moxq; signis explicatis, rectà pergunt ad occupandam curiam. Verùm Principis Auarici & Comitiss Hochstratani atq; magistratus studio tādè effectum est apud quosdam sectariorum primarios, vt ea die pax esset & concordia. Interim tamen captiuos omnes, tam æris alieni quàm criminum nomine in carcerem coniectos, mirabili audacia soluerunt atq; dimiserunt.

Postridiè cum nouam seditionem moliri viderentur, his ferè conditionibus dicta concordia confirmata est: Vt 12. cohortes sectariorum cum 8. cohortibus ciuium semper in excubijs sint: Vt nullus externus admittatur. Vt sectario rû in excubijs semper sit maior numerus, & quædam alia. Hęc si impetrarent, pollicebantur se nulla clero, templis catholicis damna daturus. Verùm eodem ipso die fidem datâ fefellerunt, cum à meridie, duce illo Hermannno, qui se ab Haffeleto subduxerat, rursus aggressi sunt cœnobîa expilare & vastare, in primis autem Franciscanorum, Dominicanorum & Carmelitarum. Et vt suè indulgerent libidini, quosdam Franciscanos egregiè ludificatos in medio exerci- illuduntur. tu per totam urbem etiàm bombardis onustos cir-

M m 3 cun-

cu nduxeratis: qui quidem, illo bombardarum pondere fauciaris humeris, diu postea decubuerunt, Quin & clauas sibi vendicârunt, & Hermanno suo tradiderunt: mox celeres nuncios mittunt Valencenas, hortantur ne se dedant, quâdo quidem etiã Antuerpia ab ipsis stet, At tamen sedatus ea die tumultus fuit, ne quid prætereã atrentarent.

Sequentis diei summo manè illi inter se conspire cœperunt de totius ciuitatis direptione. Itaq; pulsato tympano conuocant Calvinistas & Confessionistas omnes, vt ob defensionem Euangelij in antedictum forum frumentarium pariter conueniant. Res erat summi periculi, actumq; fuisset de illis amplissimi emporij opibus, deq; magistratu & Catholicis omnibus, nisi prudenti Consilio Principis & Comitatis atque magistratûs, alterius tympani pulsû ad ferendam maturè opem accersissent ciues & nationes omnes, præconis voce addita, vt quicumque Regi & Magistratui assistere vellent, in forum se reciperent. Confestim igitur in vnum coierunt non modò ciues Catholici Germani, Hispani, Itali, Lusitani, sed etiã Confessionistæ Lutherani, Catholicis se iungentes aduersus Calvinistas tanquã seditiosos. Ibi tum clamari ceptum contra Calvinianos: *Viue le Roy*, id est, Viuat Rex, & Geusij expellantur ab vrbe. Et facilè tum Calvinistæ ex vrbe eieciti fuissent, nisi ob vitandam mutuam ciuium cædem, quidam se sequestros interposuissent. Itaque conuentum denuò cum illis est, sed longè alijs quàm die præcedenti conditionibus, ijs videlicet atq; alijs consimilibus, vt primum omnes arma ponant, vt tormenta maiora restituant, vt nulli nisi Magistratui fas sit signa militaria erigere. Ex eo tempore fracti sunt animi Calvinianorum, nec quicquam grande deinceps eo in loco ausi sunt attentare: porrò illorum capita se

fensim

fensim subduxerunt, & inter primos Hermannus, quem hominem etiã Sectarij execrantur, nisi verò sub certis quibusdam conditionibus etiã pax illis communis constituta.

Hoc ferè tempore, nempe Dominica Iudica, id est, decimasexta Martij, quidam Calvinianus præco singulari quadam audacia non longè à Colonia concionem habuit. Sperabat fortassis homo improbus se in ea præclara vrbe aliquem posse tumultum ciere, & homines ad res nouas molindas incitare. Verùm neque admodum multos habuit auditores, & nisi absens ab vrbe tum fuisset clarissimus vir Constantinus Liskyrchius eius anni consul, & alia quædam obstitissent, ne ille furcifer haud impunè tulisset tantam audaciam. Et certè non fuit ille ausus denuò illo in loco habere concionem, & si sanè fuisset ausus, sensisset Catholicum Coloniae Agrippinæ magistratum non defuturum saluti & tranquillitati Reipub. suæ. Mox autem à prudentissimo Magistratu feueriter prohibitum est, ne quis extra urbem ad Conciones eiusmodi exiret. Pertinet hoc quoquè ad eximiam laudem inclytæ Coloniae.

Hoc mense ab illustrissima Belgij Gubernatrice ad Valencenenses missi sunt Dux Arescottanus & Comes Egmondanus. Ij die decimotertio huius mensis sub fide publica euocarunt ad se homines viginti, quos illi designarent, ad Colloquium sub horam tertiam promeridianam, Eo quidem die nemo venit, quòd se dicerent impeditos: sed postridè ob id tantum missi sunt quidã, vt audirent condiciones ab illis nomine Gubernatricis offerendas, quæ quidem erant æquissimæ. At illi tunc discesserunt, & die XV. eiusdem mensis Valencenenses iam ab Antuerpiensibus animati, responsum eiusmodi reddiderunt, quod victoribus potius quàm

M m m 4 viētis

Obstititur
Caluinistis.

Concio he-
retica extra
Coloniae.

Legatio ad
Valencenenses & Valencenens
ses.

viētis conueniret. Itaque iam memoratj principes re infecta difcefferunt, arctiusq; obsessi sunt Valencenenses.

Eodem tempore ad vnum è primarijs fœderatis nobilibus, qui tum Amsterodami degebat, secundus missus est legatus Secretarius priuati Concilij regij, Dominus Iacobus **de la Torre**, admoniturus eum nomine illustriss. Gubernatricis, vt ea vrbe excederet, & quædã prætereà alia faceret, ni publicus hostis declarari vellet. Vbi is ad eum venit, hoc solum obtinuit responsi, non esse illum eiusmodi legatum, cui oporteat responsum reddere. Erant tum Amsterodami aliquot nobiles fœderati in eodem hospitio, ad quod se Secretarius contulerat. Ij sanè aliquot dies captiuum eum detinuerunt, nec semel minas mortis intantârunt, literas & munimeta eius omnia abstulerunt. Magistratus, metu primarij illius nobilis, nihil se commouebat, donèc is negaret suo iussu factum. Tum verò, non recuperatis tamen suis munimentis, scapha accepta à Sculteto & Consule, solo hospite conscio, illorum euasit manus. Paulò post ille primarius nobilis, publicus patriæ hostis pronunciatu est.

Hafsetum deditur.

Sub id tempus Hafsetum se dedit Episcopo Leodiensi his ferè cõditionibus: Vt impensas obsequij Episcopod prestent: Vt suo sumptu cœnobija & templa restaurèt: Vt deinceps Catholicam fidem profiteatur. Hęc sunt lucra & cõpendia noui euangelij, & indè nascentis rebellionis. Est autem miles oppido sinè cæde recepto impositus.

XVI. Martij, aut certè Dominica Letare, Bruges Sectarij rursus quendã sibi adsciscut ecclesiastè, sartoris famulũ, vix natum annos 22. dignum sinè tali patella operculũ. Venerunt eò missi à Brugensi magistratu & à Francotis, & disertis verbis homini, nè concionaretur, in ter dixerunt. At ille tamen à

meridie

meridie id attentas, vbi sub vesperam vrbe ingressus in ipsa porta comprehenditur, & in carcerem mittitur. Indè cessârunt conciones eiusmodi apud Brugesenses, semel tamen atque iterum suos psalmos ceuonicos cantillârunt, donèc vicesima sexta Martij conuenticula illis omnia publico edicto vetita sunt.

Sub finem Martij rursus Antuerpiæ Sectarij sua habere conuenticula secreta, arma cõm ere, & ad tumultum spectare cum viderentur, multiq; mercatores exportatis indè rebus suis abscederent. Gubernatrix per Principem curauit conciones sectarios omnes prohiberi, tamen si nondum obtemperatũ fuit: voluitq; constanter militem exterum eò inmitti. Præfecto quoque criminali, quem vulgò **Koebe Koebe** vocant, mandauit, vt auctores emes tumultus illius Antuerpiensis, vnaq; sectariorũ ministrros omnes comprehenderet.

XXII. Martij Dominus Norcarminus accitis è Duenco, Tornaco, alijsq; vicinis oppidis tormentis, Valencenarum mœnia tanta vi & assiduitate verberauit, vt ciues mox colloquedi facultatem petierint.

Et sub vesperam nõ negata, aiebant, se paratos deditionem facere eis conditionibus, quas antea recusarant. Verum non sunt auditi. Postridiè duobus & viginti tormentis summo manè quatuntur mœnia, turris cuiusdam templi deiicitur, magno illato vicinis ædibus detrimento, nec cœpto abstititur, licet horribili clamore oppidi matronę manibus deditionem insinuarèt, donèc ante meridiem ad multum spatium disiectis mœnibus, facilis militi in oppidum pateret ingressus. Iam verò summe ad inuadendum anhelante milite, ipso meridiano tempore sinè vlla conditione se permittit Regis voluntati. Eodem itaq; die, qui erat Palmarum Dominicus, à meridie cum maxima copiarũ parte ingreditur Do-

M m m 5 mi-

Ecclesiastes captur.

Conuenticula noua Antuerpiæ

Kod Nüt

expugnatur.

minus Norcarnius, oppidumq; Regi catholico recuperat. Porro ad aliquot dies obferatis portis Michaëlê Herlinû ditissimû mercatorê cû filio & duobus noui euangelij p̄conibus, totius rebellionis capitibꝰ, in carcerê cōijcit, ea verò Valencenarû, vrbis munitissimæ, expugnatione omnibus Sectarijs animi a demit. Mox aut missi sunt ex hoc exercitu, q̄ Căbresiû, ditiôis episcopi Cameracensis oppidulû a Sectarijs occupatû, oppugnarêt. Sed vbi eis loci incolę acceperûnt Valēcenarum deditionē fecisse, oēs profugerunt, portisque patentibus miles ingressus est.

Traiectenses Mosam se dedunt.

Aprilis mensis initio Traiectenses ad Mosam se Regi missis Bruxellas legatis dederunt, militemq; regium apud se introduci passi sunt. Fuerat illi diu rebelles, malè persuasi à sectarijs buccinatoribus, multaq; more sectariorum egerant: sed eiusmodi conatus plerunquē tristes habent exitus, punitq; temeritas vel maximè seipsam. Quanto illi rectius sapiunt, qui seditiosorû hominû repudiatis cōcionibus, pmanēt in officio, nouandisq; rebꝰ abstinerēt.

Conditiones acceptæ ab Antuerpiensibus.

VII. Aprilis illustriss. Gubernatrix cum Antuerpianis, qui suos ad illam legatos miserat, his feremè conditionibus transegit: Vt sectarij ministri & cōcionatores omnes quamprimum Antuerpia discedant: Vt omnes Sectariorum conciones, exercitia, & quæcunque indè pendent, putà, Consistoria, conuenticula, collectę pecuniarię, & similia cessent: Vt tēpla direpta vel diruta, in pristinû statû reuocentur: Vt cultus diuinus vbiq; restituat, itemq; cōciones catholicę alięq; Ecclesiasticę cęremonię oēs, idq; sinè vllò impedimento vel iniuria tā in psonas Ecclesiasticas, q̄ eorû res & facultates: Vt nouorum sanorû structura cōquiescat, cunctaq; vbi rex iusserit, subruant: Vt nihil interim innouet, neque quicquā fiat religioni catholicę cōtrariû. Vt ciues & incolę oēs obediāt Regi, cunctaq; eis edicta, etiā ab ha-

harû turbarû initio pposita feruet: Vt posthac non ferat in sua Rep. vllos exules, errôes, aduersum Regem conscriptos, exteros sectarios, fugitivos, apostas, & similes: Vt Magistratui reddat pristina auctoritas, & debita p̄stetur obedientia. Vt milites p̄uidia rij, donèc illic erunt, iuret se Regi parituros & seruatuos iam dicta. Hęc si fiant, vicissim promissit Gubernatrix, eius vrbis ciues neq; in illa, neq; alia belgij ciuitate p̄quisitû, molestatû, impeditû, persecutû iri religionis ergo, donèc Rex cum ordinû cōsilio aliud statuat, cui tum illi perindè vt alij Regis subditi, obteperare debebūt. Si qui aut ad regionû edictorû p̄scriptû, qd ad religionē attinet, gerere se nolent, aut obediāt, aut discedāt, quæ admodum Rex cum ordinibus decreuerit. At hinc excipiuntur tamen ij oēs, qui rei sint maiestatis, destructionis & direptionis templorû atq; iconoclasmi, latrociniorum, rebellionis, cōspirationis in regiam maiestaté, & criminû consimiliû. Porro in his oibus regię maiestati cōsensu saluus erit, cui etiā se scripturâ p̄cipis illustriss. Gubernatrix affirmauit, modò integrum sileat cōciões & exercitia omnia nouę religiois. Postremò hortabat, vt hęc oia q̄ celerimè exequerent, ita citius impetraturi hætenus malè gestorum veniam. Eę verò cōditiones omnes ab Antuerpiensibus acceptæ & admissæ sunt, sicq; paulatim ibi res meliùs habere cœperunt.

IX. Aprilis immodicus fuit tumultus Buscoducis. *Tumultus. Buscoducis.* Cum em iuramentû exigeret ab eo, quē sup̄sà dixi. Buscoducis missum Antuerpia esse, vt illi oppido p̄fesset, nec sis. Id nisi sub ea forma, quā ipse cœperat, p̄stare vellet, Sectarij pruptis Curię foribꝰ, Magistratû cū ciuibus cōsilia cōmunicantē inuadūt, & bonos ciues oēs in fugā compellūt. Verum pius & clemēs Deus turbasitā sedauit, vt sub vesperâ suâ qsq; domû spontē repeteret. Porro die II. Aprilis exauctorato milite, solutis à Senatu stipēdijs, Antuerpien̄ ille dis-

Cancellarias dimittitur.

cessit, moxq; ad horam sertiam Cancellarius Brabatie & Peterfomius dimissi sunt, & Bruxellas vsq; à 32. sagittarijs deducti Simul etiã cõscripti à magistratu milites 400. qui excubias agerent, planeq; exulare iussa omnis concio sectaria. Itaque sectarij pleriq; suis secũ exportatis rebus, indẽ aufugerũt. X. Aprilis Antuerpia excessẽre nouẽ ministri sectarij eius vrbs, partim Calvinistã, partim Lutera- ni; mox etiã omnia illorum sana prophana, iussu Curie à magistratu obsignata sunt, donẽ Gubernatrix eõ veniret.

Eodem tempore in Flandria, iam ante Pascha sublati iussu Comitis Egmondani agrarijs concionibus, deturbata sunt Sectariorum sana, Iperis inprimis, & Balioli, atque Armenteria, & in locis adiacentibus. Porro Comminij, iubente Duce Arescottano, ex sani Sectariorum trabibus tria sunt structa patibula, in ijsq; mox suspensi per plures. Deindẽ etiã Gandavi tanto militum impetu vnus horũ spatio dirutum est sanum Sectariorum, vt vendita statim omni materia, præter stramina nihil reliqui fuerit. Cœpit quoq; passim per vniuersam Flandriam de ijs, qui circa Domini natalis ad arma concurrerant, & de iconoclastis omnibus supplicium sumi, itã vt per trimestre in sola Insulensi vrbe ad octoginta in crucem sublati sint ex pagis vicinis. In Hollandia quoq; & Selandia sensim trãquillitas reddita est, profligatis sectariorum concionibus, & eorum sanis euerfis.

XXIII. Aprilis Antuerpiẽ solẽnis Missa celebrata est de sacrosancta Eucharistia in templo beatissimẽ semperq; virginis Mariẽ: & quidem iam aliquor menses illud sacrũ siluerat. Adhibitus autem est solẽnis campanarum sonitus, iam canonicis reuersis, & mercatoribus frequentissimis eõ quotidie confluentibus, a deo vt itinera omnia omnis generis opi-

bus & sarcinis oppleta cernerentur. Est tum illo in templo, tum in cæteris omnibus magno sudatum opere, vt ante Gubernatricis aduentũ rudera omnia exportarentur. Eodem die domestici milites omnes authorati sunt, demptis quatuor cohortibus. Insignẽ id ferebant illi milites, atq; sub vesperã alterius diei illis in vnum coeuntibus, & mira minitanti- bus, res ad tumultum spectare videbatur. Verũ prudentia Magistratũs itum est obuiã, accito mi- nisterio iam ad vrbe aduentante. Itaq; xxvj. mensis huius summo manẽ, duce Comite mansfeldio, in oppidum intromissa sunt 16. peditu signa: priũs tamen curribus aliquot cum eorum impedimẽtis in- tero receptis, & ad viarum angulos obiectis, nẽ quid maligni homines possent attentare contra illos.

XXVIII. eiusdem venit Antuerpiam illustriss. Gubernatrix cum plerisq; aurei velleris Equitibus, & cum tota aula, stipata eqtibus septingẽtis ad suũ & vrbs p̃sidium: itemq; trecentis alijs, qui fors inui- derent, nẽ qui tumultus existerent. Ingressã vrbe, ecclã contẽdit ad primariã sacratissimẽ virginis maris edem, vb; omnibus antea præparatis, mox solẽne sacrũ de Sancto spiritu factũ est, totius vrbs car- nalis cõcrepantibus: inprimis autem pro gratiarũ actiõẽ decantato, Te Deum laudamus.

Calendis Maij, aut certẽ pridie eius diei sub me- diam noctem Amsterodamo discessit nobilis ille primarius, cuius antea quoquẽ meminimus, à mul- tis nobilibus fœderatis & cum tẽdis innumeris de- ductus ad nauem cum omni sua familia & supelle- ctile: vb; valedicens nobilibus illis, mandauit, vt in- de abscederẽt quãprimũ, nulla tamen cuiquã vel in, vel iniuria illata. Illi igitur biduo post cum vni- uersis copijs suis indẽ abierunt. Porro Carthusianũ

Peditũ 16. signa veni- unt Antwerpiam.

Guberna- trix intrat Antuerpiã.

Carthusianũ Amsteroda- mensis dirigitur.

latis Egmondanâ miris modis vastandâ & expilandâ sibi
sumperunt, monachis nō mediocriter diuexatis, & Priore
miserrimè captiuo aliquouſquē ptracto. Indè prætereſſes
Alemariâ urbē, opima pda iam dicti monasterij & multis
thesauris onuſti, vicinū Regulariū cœnobiū icidē expi-
lârūt. Eſt verò illos pſecutus Comes Meganus, ſed aſſequi
nō potuit, doncè ſuis eſſent cōiuncti, qui erāt ad quatuor
millia, & eo ampliùs, armis oīs generis egregiè instructi.
Prohibuerat autē Gubernatrix ſub pœnis grauibus, nē illis
auxilio eſſent certa quædam oppida. vndè factū eſt, vt ali-
quot locis fruſtrâ tētârint cōſcētis nauibus abſcedere. Tā-
dè tamē oppiduli cuiuſdâ incolas vi adegerūt, vt naues cō-
cederēt, quas ingreſſi oēs abſceſſerūt, exceptis C. q. tardius
aduenerāt: qui quidē ſtrenuè cū regijs copijs cōſtigentes,
pleriq; oēs ceciderūt, 20. verò cōpræhēſi ſunt, & x. mox ſu-
ſpendio necati. Qui autē Vianæ & locis vicinis erant, ſuorū
accepta clade, omnes mutato habitu fugerunt: ſi quē verò
ex ijs depræhēdebantur, mox ſuſpendio addicti ſunt.

*Sectarij ſuo
cumbunt.*

Porò nobiles quidâ federati, horū duces, in peculiare
quandâ nauim ſe receperunt, nauta ſanè inuito, qui etiã
pauld poſt Comiti Arenbergio obuiam veniētī illos pro-
didit. Erāt enim benè poti, ſomnoq; obruti, itā vt ab mili-
tibus Arenbergianis cōphēſi ſint C. & tres, in qbus erāt no-
biles 63. Simul etiã in eadē nauī pda cœnobiū Egmondani
apphēſa eſt, & 30. aut 40. millia dalerorū. Nobiles capti Vil-
uordiã iuſſu illuſt. Gubernatricis magna ex parte abducti
ſunt. Ea autē res ſectariorū audaciâ, præſus cōtudiâ, maximè
p̄ captiuis multa illorū arcana & machinatiōes detegerē-
tur. Viana poſteâ occupatur ab Erico Duce Brunſuicēſi,
& ditio Traicētis redit ad pacem & tranquillitatē.

*Nobiles ca-
piuntur.*

X. Maij aliquot peditū ſigna regis nomine ingreſſi ſunt
Amſterodamū, & pauld antè Buſcūducis. Iam ſerè rebellio
omnis, cunctaq; ſectariorū exercitia & cōciones in nihilū
redacta viſebatur, nō ſinè ſingulari p̄potētis Dei benigni-
tate, qui etſi ad tēpus pmiſit in illis opulētis & catholicis
regionibus aliquid poſſe ſectarios, citò tamē illorū cona-
tus reſpreſſit, flexus haud dubid precibus ardētiffimis & la-
chrymis piorū hominū. vtriuſq; ſexus, quorū illis in locis
ingens ſanè copia eſt. Eodē autē die Antuerpiæ, p̄ter alios
multos in vicinis itineribus, duo iconoclaſtæ & quatuor
alij ſuſpenſi ſunt. Porò etiã id tēporis illuſt. Guberna-
trix iuſſit Antuerpiæ ſingularū familiarū noſa & cogno-
mina deſcribi, itēq; arma in ſingulis ædibus reperta. Fana
autē hæreticorū donauit exteris militibus, ea cōditione,

vt

reſolo æquarent. Sunt qui dicant pro quinque ſanorū ſe-
ctariorū materia oblata eſſe aureorū Rhenenſiū 14. millia.

XII. & XIII. Maij permulti ibidē, iubente Gu-
bernatrice, in carceres coniecti ſunt, atq; in ijs ple-
rique iconoclaſtæ & temporum expilatores.

Sub diem xx. eius menſis aliquot Germaniæ prin-
cipum legati venerūt ad illuſtriſſ. Gubernatricem,
orantes vt qui cōfeſſionis eſſent Auguſtanę in Bel-
gio, ijs libertas concederetur, neque ob priùs ad-
miſſa quicquā moleſtiã inferretur, & id genus alia.
Reſponſum illis eſt, non poſſe hæc de re quippiam
conſtitui, doncè Rex ſuam explicet voluntatem:
porò illuſtriſſimam Gubernatricem orare, nē ſe
negocijs religionis in Bølgio admisceant. Itā tum
nihil impetratum eſt. Intereâ verò dum illi ijs
in locis eſſent, tam Cōfeſſionistarum quàm Calui-
nianorum fana ſub hafta vniērunt, idque in com-
modum militū præſidiariorū: ſolum ſiſco adiudica-
tum, poſteâ pars quibuſdam militiæ ducib; pmiſſa.

XVII. Maij in Hiſpanijs obiit Marchio Bergeſis.
Eius coniunx necdūm comperta morte illius, hoc
terē tempore cōſulem oppidi Caluiſtam iuſſit in
carcerē includi, edixitq; palàm, vt ſolum verterent,
quicūq; vel ples ſuas baptizari curãſſent in fano ſe-
ctariorū, aut eorū more in iſſent cōiugia, aut cœnã
Caluiniano ritu celebrãſſent, neq; vellēt reſpice-
re. Ferūt autē circiter 700. tum indè auſugiſſe.

XVIII. Maij Regis nomine illuſtriſſ. Gubernatrix
publicauit Antuerpiæ edictum, ob ſedandas turbas
omēs, quæ illic religionis cauſa deinceps oriri poſ-
ſent. In eo autē nulla fit mentio eorū, quæ hætenū
admiſſa eſſent. Scripſerat em̄ Rex, ſe ſibi ſeruãſſe eo-
rum tū punitionē, tum cōdonationē, pro merito-
rū qualitate. Huius edicti hæc ſerè ſumma ſuit:

Primò, vt iuxta edictum anni ſuperioris, in Iulio
mulgatum, præter bonorū omnium conſiſcationē
miniſtri ſectarij & concionatores morte mulctent,
& ſuſpēdantur. Eadē pœna pleſtatur, quicūq; ſuas

*Legati prin-
cipū ad Gu-
bernatricē.*

*Marchio
Bergeſis
moritur.*

*Edictū An-
tuerpiæ pro
mulgatum.*

I.

ædes ad habenda conuenticula commodatò dede-
runt aut permiserint: itemq; receptatores, fautores,
sustentatores illorum, si tamẽ id pro more habeat,
aut sint hæretici obstinati: Qui talia adeunt cõuen-
ticula, pœnam luant arbitriariam, itã tamen, vt in-
quirat iudex, num quada[m] ducti curiositate id fe-
cerint, an verò armati: Cõcionatores sub pœna ca-
pitis solum vertant: Parentes, curatores, heri, ad iu-
dicis arbitrium puniãtur pro liberorum & familiæ
suæ culpis, & pueri vel famuli flagellentur, nisi cõ-
stet illos horum culpas pro viribus impediisse ac
prohibuisse: Vt citius prodantur cõuenticula, quis-
quis illa detexerit, si eius sit sectæ, & ad fidẽ Catho-
licam cõuertatur, hæctenus admissorum habeat ve-
niam & impunitatem: Vt magistratus & prætores,
illorum aliõquã rationem reddaturi, contra ea con-
uenticula aduigilent.

II.

Secundò, vt iuxta aliud præcedentis anni edicti,
iconoclastæ omnes, & id genus templorum ac mo-
nasteriorum expilatores & inflammatores, aut ijs
opem ferentes, bonorum confiscatione & laqueo
plectantur: sitq; cuius fas eos comprehendere &
Magistratui adducere, Omnino etiã mādatur ma-
gistratibus, vt nẽ permittant talia facinora, immò
verò modis omnibus obstitant, sub pœna arbitrarìa,
prestandiq; damni, quod ecclesijs illatum sit, Idem
facere tenentur, qui sint ecclesijs vicini, aut ad ec-
clesiarum parœciam pertineant, nõ modò erga pa-
rochiales ecclesias, sed etiã alia eiusdem parœciæ
facella.

III.

Tertiò, vt qui Sectarij sua exercitia, putã, bap-
tismum, matrimoniũ, cenam, psalmodiam, publici-
cantũ in cõuenticulis, sepulturam & similia colue-
rint, in crucem agantur, aut capite plectantur: illis
verò auxiliõ q fuerint, pœna multẽtur arbitrarìa,

III.

Quartò, vt infantes nocti mox in ecclesiam ferã-
tur

ritu, & ritu Catholico tingant. Habeant etiã paro-
chi librum, in quo annotent diem baptismi, nomẽ
baptizati, parentumq; & susceptorũ: pœna arbitra-
ria constituenda in parentes, qui non iusserint ba-
ptizari: Si verò sectariorum more fiat, pœna capitis
& bonorum cõfiscationis in baptizãtem, & bap-
tizandos offerentem. Obstetrices quoquẽ deintegrò
suerint, se indicaturas infantes magistratui, si à partu
intra horas 24. non baptizentur: & si id negligant,
puniantur.

Quintò, vt nullus ludimagister iuuetutem insti-
mat publicè vel priuatim, nisi priùs de fide exami-
natus à Scholastico & duobus à Senatu deputatis,
prestitoq; iuramento, iuxta formam prescribendã,
de nõ prælegẽdis libris aut dogmatibus ab Ecclesia
Catholica damnatis. Seruent verò hæc ante decimũ
diem post huius edicti publicationẽ, idq; sub pœna
arbitrarìa: quòd si verò dein cõps errores aut hære-
ses docuerint, capite & bonorum cõfiscatione mul-
tentur: parentes aut, qui ad eiusmodi scholas suos
pueros miserint, pœna arbitrarìa.

V.

Sextò, vt prætores & magistratus cum Visitatori-
bus exactè obseruẽt decreta omnia de typographis
& bibliopolis pmulgata, & immorigeri, capitis &
bonorum cõfiscationis pœnas luant, si sic affluẽ-
rint: alioquẽ pœna extraordinaria, non tamen capi-
tis, plectantur: & qui tales emunt libros, multa ijs
pecuniaria irrogetur.

VI.

Septimò, quicunq; regijs subditis collectas pecu-
narias imposuerint, absq; Regis iussu, autoritate,
permisso vel consensu, etiã si vltro conferant, vt
pœnã ferant arbitriariam, & ampliùs quadruplo re-
stituant q̄ acceperint, partim fisco regio, partim
pauperibus applicandum. Vt etiã sectarij sub pœ-
na arbitrarìa non illiciant in suas sectas plebeculam
simplicem elemosynis aut operis prestãdis. Si qui

VII.

verò tales collectas iam fecerint, aut contribuerint ob militem cōscribendū, aut in posterū id fecerint, tanquā rebelles plectantur capite, & bona eorum Fisco cedant.

VIII. Octavo declarati sunt rebelles omnes cōsistoriorum præfecti, & verita deinceps cōsistoria omnia tam intra, q̄ extra vrbes, item q̄; conuenticula, prætextu cœnæ Calvinisticæ, Colloquij, visitationis, religionis ad publicam perturbandam pacem, idque sub eadem pœna.

IX. Nonò iubentur vrbibus excedere ante horas 24. exules, fugitivi, errones, apostatæ omnes, ij præsertim qui sub religiōis prætextu eò aduenerint: & quidē sub pœna aut virgarum, aut exilij, aut capitis, pro ratione meritorum.

X. Decimò, vt quicumq; aliundè in Belgium cōfluxerint, si sint exules, iubentur quamprimùm abscedere sub pœna in exilij literis expressa: sin alij sint, adferant testimonia Parochi & Magistratūs sui de vita sua & causa discessūs ex alijs ciuitatibus.

XI. Postremò interdicuntur scādala omnia ac impedimenta, motus quo quē & iniuriæ in homines Catholicos, in Ecclesiasticos, in monasticen professos, & quidem sub pœna capitis & cōfiscationis bonorum, si graue sit scandalum: aliās arbitrariæ castigatōnis. Hæc autem omnia suum habebūt robur, donec aliud de religionis negotio constitutur.

Sub finem mensis Maij tumultuati sunt Sectarij Steenbergij, nisi fallor, cœperuntq; denuò aliquot vastare Ecclesias. Verùm missis eò Antuerpia 300. militib; pleriq; fugerūt, nōnulli in crucē asi sunt:

*Sumitur
supplicium
de 4. Gen-
seis.*

In Iulio sumptum est Valencenis supplicium de quatuor primarijs Geuseis vel Calvinistis eius loci: quibus vnus erat opulētus ille mercator Michael Herlinus eū filio, & duo cōcionatores. Is Michael prolata in ipsum & filium mortis sentētia, eultello

pennario aliquot sibi vulnera sub pallio infixit, in quibus nōnulla exitiosa fuisse ferunt. Ea re ex profuente sanguine animaduersa, pductus est ad supplicium. Porro Sectarij versi in tumultum, nitūtur & illum & alios eripere, nec obtemperant militibus monētibus, vt sedatè se gerāt. Itaq; disploduntur à milite aliquot sclopeti in seditiosos, quibus sex pempti, cōplures grauius vulnerati sunt.

Accidit verò quiddam memorabile Cambresij, *Apostata mutat sibi nomen.* quanquā incertum habeo quo mense & die acciderit. Erat ibi quidam Iohannes Carmelitanus apostata hæreticorum ecclesiastes. Is se dominū Philippum dici voluit. Captus radēm, pernegat se esse eū monachū, qui putabatur. Et quanuis diuersum testarentur plerique homini familiariter noti, & ipsa quoq; eius mater, optima & catholica mulier, quæ eum certis indicijs docebat esse suū filium, & hortabatur, vt monasticum habitum reciperet: ille impudenter ait, Mulier, non noui te. Verùm multis tādēm conuictus testibus, nō potuit negare se esse illum fratrem Iohannem Carmelitanum. Itaque in castro Cambrensi suspenditur, sed ab hereticis sublatu, in vicina quadam fossa sepelitur. *Suspēditur.* Ecce autem spargitur latè rumor, Iohannem excitatum à mortuis, in Francia concionari, nec deerant qui se dicebant eum vidisse rediuuium, eumq; audiuisse cōcionatē. Sed vt impudens commētum palàm posset coargui, magno studio Catholici eius cadauer perquisierūt, inuentumq; iam scærens & horridum denuò suspenderūt, nec illud postea amotum est. *Denuò suspenditur.* Talibus figmentis delectantur nostri euāgelici præcones, & cum vera miracula nulla habeāt, ad eiusmodi prodigiosa commenta confugitur.

Tornaci, Iperis & Gandau, multisque alijs Flan- drie locis, pleriq; profugi Sectarij ad certam diem citati sunt sub pœna cōfiscationis bonorum, Illis

verò nō se sistentibus, bona illorū partim sisco ad-
 dicta sunt. Tornaci vno die è ditionibus Regis cen-
 to 6. *Geusei* tum & sex Geusei Tornacēses p̄scripti sunt, & bo-
proscripti. na corū confiscata. Multi ibidem in castro habebā-
 tur in vinculis, quorū vix pauci euasuri putabātur.
 Aldernadi quidā è p̄cipuis Sectarijs cum semel ha-
 bita quēstione nihil esset confessus, & tandē testi-
 bus conuictus, vereretur ad alterā quēstionē se ab-
 reptū iri, vel ferre nō sustineret publicē necis igno-
 miniam, de fenestra domūs præcipitem se cecit, sed
 singularis Dei benignitate, qui non vult mortē pec-
 catoris, eo casu extinctus non est, sed respiscens, &
 peccata sua confessus, Catholicē mortuus est.

Gandavi pridie Apostolorū Petri & Pauli ingēs
 rumor sparsus fuit, postridie futuram cōcionē hæ-
 reticam, & q̄ Sectarij præcones 4. iam essent urbem
 ingressi. Perlata res est ad magistratum, & diligenti
 habita inquisitione, primus author in vincula con-
 iectus est: nec vlla fuit concio heretica: sed ipso apo-
 stolorum festo die, quo futura dicebat, ad sacras re-
 liquias S. Liuini, quæ tum biduo antè ex castro, vbi
 ob Geuseorū metum aliquandiu fuerant, in templū
 S. Bauonis relatæ erant, clauda mulier sanata est. Et
 certè aliquot ibi tum miracula facta esse adeo certū
 est, vt in publica acta relata sint.

*Miraculum
 ad reliqui-
 as S. Liuini.*

Eodem propè tempore haud procul Brugis qui-
 dam Sectarij rursus sua habere ceperunt cōuenti-
 cula, id prætexentes, quod non nisi vsque ad S. Io-
 hannis ferias, vt ipsi dictabant, conciones vetitæ
 essent, sed missus eò præfēcti Flandriæ vicarius cum
 aliquot è castro Gādensi leuis armaturæ equitibus,
 ludimagistrum quendam, qui concionē habiturus,
 paulò antè in fantem suo more baptizauerat, comp-
 hēdit, & postridie mane in crucem egit: sunt & alij
 quidam compræhensi, cæteri fuga dilapsi.

*Exemplum
 memorabile*

Vltima Iunij apud Harlingenē Phrisiæ castrum in

captiuos quosdā, quos suprā diximus in nauī vna à
 comite Arenbergio compræhensos, lata fuit sentē-
 tia. Porrò nobiles 7. confœderati ad Gubernatricē
 missi fuerant, & de cæteris eius sentētia expectā-
 tur. Itaq; præter alios partim exulare iussos, partim
 ad triremes dānatos, patibulo septē addicti sunt, è
 quib; vnus dūtaxat ad fidē Catholicā se recipiens,
 peccata sua cuidam Franciscano patri confessus est,
 petijtq; Missam fieri, in eaq; sacrosanctam Eucha-
 ristiam sibi porrigi. Quod cum factum esset, atque
 ille cum alijs suspensus, iam spiritum exhalasse pu-
 taretur, animaduertit præfēctus eum etiā nūm ani-
 mam agere. Iussit igitur licitori, vt mortem vno ad-
 huc saltu illi acceleraret. Quod cum ille tentaret,
 funis ruptus est. At ille humi collapsus, paulò post
 tum à Deo, tum à præfēcto ore titubante veniam &
 petijt & impetrauit, traditusq; chirurgo curandus,
 hodieq; fortassis superest. Quotquot verò illi spe-
 ctaculo aderāt, miraculi loco isthuc habuère, quod
 sacrosanctæ Eucharistiæ virtute à morte seruatus
 esset homo ille. Et multi sanè in Phrisia, hac re per-
 moti, quotidie redeunt ad Catholicam Ecclesiam. *Multi ad fia-*
 Est verò res à cōmissarijs perscripta ad illustrissimā *dem redens*
 Gubernatricē, qui se etiā funem accuratè inspe- *Phrisiones.*
 xisse addidère, certoq; cōperisse eūdem fuisse, quo
 ceteri essent strāgulati, minusq; q̄ ceteros p̄deris
 habuisse, sicq; ruptū fuisse, ac si ense dissectus esset.

XVIII. Iulij illustriss. Gubernatrix cum tota aula
 Bruxellas reuersa est, cum ad id vsq; temporis Ant-
 uerpiæ fuisset. Porrò Comes Mansfeldius Antuer-
 piæ cum præsidio relictus est.

Ante hos autē dies Rurēmundē in Geldria Geu-
 sci quidam rursus suū habuère ecclesiasten, qui pri-
 mō apud Nouimagenses, deindē in Maseque cōci- *Rurēmun-*
 onatus fuerat. Illum volebant Rurēmundam intro- *denses sim-*
 ducere, vt festo die Visitationis beatissimæ Mariæ *in motu.*

virginis concionaretur. Illud aut̄ obtinere cum nō possent, extra urbem habita cōcio est in pago quodam. Egrediuntur eō extra Rurē quādam Geufci genti, aut circiter, vt aiunt, concionem audituri. Catholici interīm aduocant vicinum quendam satrapam, orant̄que vt præsidio militari ciuitati opem ferat. Venit ille cum paucis militibus, moxq; portæ urbis ocluduntur. Redeunt inde à cōcione Sestarij, mirantur clausas portas, rogant eas aperiri, & se intrōmitti. Catholici negant se illos agnoscere pro ciuibus. Iterūm redeunt, seq; intrō recipi petunt, vt possint adesse vxoribus & liberis suis. At Catholici vxores & liberos illis quidem per murū, vt fertur, demiserunt, sed eos admittere noluerunt. Hęc quidem de rebus inferioris Germaniæ, vt antè dixi, à grauib; & fide dignis viris accepi, & huc adscribere volui. Alij haud dubiō quandoq; prolixius oēm historiam separatim describent.

*Gotha de-
ditur.*

Huius anni mense Aprili, cum aliquandū iussu Imperij obsessum fuisset, deditur Gotha oppidū cū arce munitissima & propē inexpugnabili, ibique p̄terce alios captus est Vuilhelmus Grumbach, & paulō pōst grauissimo supplicio affectus, cū alijs quibusdā. Est aut̄ notatu dignum, quod eodē ferē tempore, nisi tamen fallor, cæsus est iste Grumbach, quo anno 1558. crudelissimo latrocinio peremptus fuit celeberrimus ille Herbpolensis Episcopus Melchior Zobel, cuius supra meminimus. Verūm hac de re, q̄ parū certi habeam, nolo plura scribere. In Belgium hoc anno aduenit cum instructo exercitu illustriss. Dux Albanus, postcā institutus ditionis Belgicæ gubernator. Non dubiū, quin hæretici cristas demissuri sint, qui illas ditissimas regiones scēdissimè perturbarunt, & damnis maximis affecerunt. Quod si verō illic nidificare & prosperis frui successibus eis licuisset, maiora sanè attentassent. Sed

ha-

habet humana malitia certos sibi præfixos limites & cancellos, quos prætergredi non potest. Vtinam verō tandē redeant ad sanitatem, qui in Europa tot turbas excitarunt, atque sub prætextu purę doctrinæ & Euāgelij, orbem erroribus & dissidijs impleuerunt, miseramq; & imperitam plebeculam in varias easq; scēdissimè pugnantem & dissectas opinionem & sectas distraxerunt. Quod etsi ad tempus passus est Christus p̄potentis Dei filius, qui pro illa sudit sanguinem suum, tamē quādoquē seuerissime vindicabit, & pœnas exiget æternas ab illis, q̄ illi ad perditionem se duces & authores præbuerunt. Immo verō vbi immēsæ illius bonitati visum erit, etiā in hac vita, nisi respuerint, egregiè castigabit & punit illos, reuocabitq; oculos suos, ab illis dispersas & dissipatas, in ouile catholicę & vnice Ecclesiæ suæ, præstabitq; vt agnoscant errorem suū, doleantq; vehementer se audiuissē voces alienorum, cosq; summè deinceps fugiant & execrentur, quemadmodū crebrō superioribus seculis eum fecisse non dubitamus. Et certè etiā hoc ipso anno pro singulari benignitate sua ad Catholicę Ecclesiæ gremiū reduxit illustrē & magnæ apud Germaniæ principes authoritatis Comitem ab Helfenstein Vricum, adeo vt is coram multis & grauib; viris Luteranismo & Augustanæ confessionem, cui, nisi fallor, inter primos subscripserat, abiuraret & anathematizaret: totusq; ad Catholicā Romanā Ecclesiā redierit. Fuit autē cum fratre suo altero illustri comite apud amplissimum Augustanum Cardinalē vltra tres hebdomadas, profugatisq; à sua ditione hæreticis & vxorij; ministris atq; cōcionatoribus, catholicos sacerdotes & cōcionatores acciuit, qui magno studio incūbunt in viam reducendę miserę plebeculę altarib; instauradis, & sacris imaginibus restituendis, idq; sanè p̄missis, vt quidam

*Comes ab
Helfenstein
redit ad ec-
clesiam.*

N n n 4 grauis

gravis vir scribit, ad omnia & auribus & manibus vulgi. Porro etiã huius rei nouitate penè attoniti vicinarum ciuitatum homines, plerique sese colligunt, & ad pacem & vnitatẽ vnicae matris Catholicae Ecclesiae reuertuntur, frementibus pseudoprophetis, qui dolerẽ suis faucibus eripi ouiculas Christi. Quinetiam medicinẽ celeberrimus professor D. Venerandus Gablerus, tanti Comitiss exemplum secutus, redijt ad catholicismum. Adfuerat is Petro Paulo Vergerio de corpore migranti, apud quem mira quaedam viderat, quae illi animum videbantur perfregisse, vt non modò Catholicus, sed pietissimus quoquẽ Catholicus fieret. Inter alia verò per multa, quae Comitem hunc eximium ad Catholicã Ecclesiam reuocãrunt, illud non postremum fuit, quòd, sicut ipse ait, in Augustana Confessione nullum neque in doctrina, neque in caeremonijs fundamentum vel concordiam inuenerit, neque apud suos concionatores inuenire potuerit, sed sit ab ijs ab alijs ad alia remissus atque reiectus, & vnã cum suis subditis in vastissimos errores abductus: tum etiã, quòd sicut Lutherus, ita & omnes posteri illius in suis scriptis inconstantes sint, & modò hæc, modò illa sibijpsis pugnancia doceant. Benedixit Deus, qui præstitit tanto Comiti, tot annis aberrãti, vt isthæc videret tãdẽ, quae sanè eiusmodi sunt, vt vel sola meritò cordatos omnes permouere possint, nè quicquam velint deinceps cum hac prorsus lubrica & fallaci noui euangelij doctrina habere commercij. Videbunt quãdoquẽ eadem etiã alij, Deo benè propitio, moxquẽ vt viderint, aclutũm redibunt in viam, & isti hæctenũs tot homines miserè fascinantes errores vt fumus euanescent, eorumquẽ aures & buccinatores, nisi ad sanitatem redierint, sese abdent in tenebras.

Eodem anno Caluiniani in Franciã regno nouo
excit-

*Medicus in-
signis sit ca-
tholicus.*

excitãrunt tumultus, sub religionis quidem prætextu, sed pessimo conspirationis & rebellions exemplo: Nam magnis cõtractis copijs, etiã ex Germania aduentitio aucti milite, Christianissimũ Gallorum regem sibi oppugnandum sumpserunt, cui tamẽ eos oportebat se morigeros præbere. Verũ, vt sæpẽ iam dictum est, noui huius euangelij præcones sua præclara dogmata non nisi per tumultus, seditiones, rebelliones propagare nouerãt, ijquẽ adeò fascino homines, vt etiam si toto cælo aberrent, tamen rectè se facere arbitrentur. Non potest autẽ tãdẽ nõ vel ipsa se punire temeritas, nec vnquam prosperos habent successus seditiosorum & rebellium hominum improbi conatus. Legantur historiẽ veteres, & earum rerum exemplis plena comperietur omnia. Omnes pij vicem Christianissimũ regis dolent, nec dubium est, etiã à proprijs subditis in multas cum sæpẽ coniectũ esse angustias, quod certè illis tandẽ benè cedere non potest. Faxit Dominus Iesus, vt qui horum malorum authores fuerẽ, ad sanitatem redeant. Sed de his non libet iam plura scribere, donèc ad nos omnia certiora perferantur.

De Belgicis quoquẽ rebus aliãs dabitur maior accuratiũs quippiam scribendi opportunitas: nec deerunt multa lectu digna, vbi ea certò relatu didicerimus.

Sub finem huius anni, cum se vltro abdicãset pontificatus electus in Archiepiscopum Coloniensem Fredericus illustris Comes à Vueda, in eius locum 23. Decembris substitutus est, magna quidem omnium gratulatione, Salentinus illustris Comes Isemburgicus, multa doctrina, insigni probitate ac pietate, rara prudentia, multisquẽ alijs egregijs virtutibus diuinitus ornatus. Faxit rerum omnium præpotens Deus, vt, quemadmodũ boni omnes id

Nun s sibi

sibi de illo principe pollicentur, Coloniensem di-
tationem omnem ita gubernet ac moderetur, vt &
temporariæ & ecclesiasticæ res sub illo eos habeant
prosperos successus & incrementa, vna eademque
vera Catholica fides ita conferuetur, atque aduer-
sum fallaciõsã & exitialia hæresum portentia muni-
atur, vt ad diuini nominis cedat gloriam sempiter-
nam, & totius gregis sui salutem.

ANno 1568. multa & in Gallijs & in Bel-
gio gesta sunt, quæ opportuno tempo-
re in scripta referuntur. Et est quidem
post multa grauissima Galliarum flo-
rētissimo regno illata damna pax que-
dam confecta, sed certiora omnia expectamus. In
Belgio quoque multa conati sunt, nec adhuc cona-
ri desinunt Geusei, sed rerum istarum exitum præ-
stolamur, vt integra possit conscribi historia. Inte-
rim orandus est Christus, vt hisce tumultibus cle-
menter finem imponat, Ecclesiam suam multis iam
defessam & propè oppressam calamitatibus & cla-
dibus, malorumque hominum in festinationibus, pro
suo immenso erga illam, vtpote sponfam suã, amo-
re tandem quandoque cõsoletur, miserè euerfis &
malè persuasus hominibus gratiæ suæ lucem
impertiatur, vt agnitis erroribus suis,
redeant ad pacem & communio-
nem Ecclesiæ suæ, extra quã
nulli salus esse potest.

INDEX

INDEX RERVM AC
VERBORVM, NON QUIDEM

OMNIVM, SED MAXIME INSIGNIVM,
in præcedentem rerum in orbe gestarum Com-
mentarium, collectore Laurentio Surio,
digestore Barthol. Laurente.

A Bbas Leodij à famulo iu- gulator 774.a	instituitur 65.b
abbatia S. Nicolai apud Tor- nacũ, quàm Turcicè à Geu- sis expoliata & exusta 897.b	academia Romæ vnde quæ re- formata 828.b
abbatiæ Blandiniens̃ biblio- theca quid à Geusis damni tulerit 884.a	academia Vuittenbergeñ in- stituitur 118.b
abdamelech quis q̃ de impui- so Tuneto potitus, ac mor- tuus 514.b	acanzes qui sint 102.b
abdyfu patriarcha Assyriæ ve- nit Romã, & quid ibi fecerit ac dixerit 753.b 754.a b 755.a	acrocerauniorum hoim agre- rium audax facinus 404.a
abraim ex seruo ad summos à Solimãno prouehitur ho- nores 329.a &c. incitat Soli- mannum in Persas 330.a er- ga Christianos mercatores humanus est ibidem. perdit gratiam Solimanni, ab eo- demq; iugulatur 333.a b	Ade, cuiusmodi felicitis Arabiæ emporium, quæ direptum 395.b 396.a
absque fide nihil placere deo 410.b	adenius rex q̃ perfidè à Tur- cis interceptus 396.a
abusus quis à Pio V. sublatus 826.a	adiaphoristæ seu Indifferen- tiales qui per quæ hereticũ aliò recens nomine appel- luntur 845.b
abusus causa res ipsas nõ tol- lendas 78.a	adolphus Schauenburgicus fit episcopus Colonieñ 545.b restituit antiquam religio- nem 546.a celebrat primi- tias 563.b obit 621.b
Academia Francophordiësis	adrianus I. scripsit contra li- bros falsò Carolo Magno adscriptos de imaginibus: 572.a eius legati præsidet 7. Synodo ibidem. b adrianus 6. fit Pontifex 148.b restituit pacem Hispaniæ. ibidem.

I N D E X.

ibidem fuit Caroli V. præceptor 155. a moritur 164. aduentum quem quæ Pius V. exigit 829. b adulatores Luteri quæles 837. b adulteria quos quod adigant 381. 382. adulteria Euægelicorum præconum 757. a Aegyptus quam fertilis & pulchra 114. a ætne mirum & prodigiosum incendium 377. b ætnei ignis descriptio & philosophica ratio 378. a b Afflictiones quæ quibus quæ salutares 455. b africæ historia 324. b & c. atrorum supplicium mos, fraus & fides qualis 513. b Agnus ubi è terra nascatur 62. a agricolæ olim quænam dicitur 45. a Alanus Copus scripsit contra Centurias Magdeburgensium 695. alba regalis quæ Turcis dedita, & vendit sic dicitur 499. a albani Ducis in Belgium aduentus 934. b albericus Vespucius nouas regiones inquirat 22. a alberus Brædeburgicus perstringit Carolum V. 590. b item Ludouicum ab Auila ibidem, vexat Vlmenfes,

592. a item Vuolphgagum Teutonici ordinis Magistrum & Norinbergenfes, itemque episcopos 600. a 601. b 602. b 606. redit cum Casare in gratiam 603. a exemplum crudelitatis edit 607. a à Camera profcribit 611. b omni sua ditione eicitur 614. a moritur 637. a albertus Pius Carporum principis, quo habitu sepultus 432. b albertus Prussiarum Magister fit Luteranus, & ducit uxorem 192. b alberti Pighij mors 491. a alces animal quale 46. a aldenardi seu Aldernadi quæta ausi sint Genus 884. b 885. a alexander Farnesius fit pontifex 317. b alexander Medices fit caput Reip. Florentinæ 253. b celebrat nuptias 365. b monetur à Carolo V. ut sibi caueat ab insidijs 367. b qui clam occisus 380. a b alexander 6. Castellanos ad Lusitanos conciliat 7. scribit Ruthenis 30. a moritur 53. a algerica seu Argierica Cæsaris expeditio qualis 485. algerij regulus quot cum tributibus ad Turcas in Meliten

I N D E X.

ten accesserit 796. b althæorū in Flædria laus 885. b alouisius vel Ludouicus Gritrus. quære Grittus. 28. b Alstria commendatur 28. b Ambasiæ quale ex fumo Cæsari periculū oblatum 437. a amida quibus rumoribus contra patrem Muleasem incitatus 511. a amide Tunetani in patrem suum Muleasem scelus 511. a 512. a amstorffius quis vendit factus episcopus. Nūburgenf, & rursum eiectus 483. b 484. a amfordia qui per Rossemium occupata 509. b amsterodamica Carthusia à quibus fugitiuis direpta 925. b Anabaptista quidam suo fratri coram parentibus præcidit caput & c. 207. anabaptistæ existunt 203. b eorum dogmata 204. a inter se dissecti sunt ibid. quorundam ex ijs insaniam & impudentiam 206. a anabaptistæ occupant Monasterium 304. a eiciunt omnes ipsis consensire nolentes 304. b factorem creant regem 305. a & tota eius urbis occupatæ & expugnatæ, itæque regis historia. ibidem & sequentibus. anabaptistæ inuadunt Amste-

rodamum, sed plectuntur 349. b eodem modo agitur in quodam Fissig monasterio ibidem. anabaptistarum apud Antuerpiam audacia qui reclusa 882. b andreas Auria deficit ad Carolum V. 214. a eripit Gallicis Genuam ibidem b recusat Genuæ principatum, & statua illi decernit 215. a alii quot Greciæ vrbes expugnat 287. b quæ de Turcis prædā adeptus 402. b 403. a cur cum ea prædā aufugerit 403. b vendit Gallorum regi reconciliatus 408. b andegauū eripit hæret. 752. a anglia redit in gratiam cum Pontifice & Ecclesia 615. a anglie rex spernit Concilium œcumenicum 392. b in Anglia florent literæ 77. a anglia apostata duo curant testamentum nouum Lutericum Anglicè excudi 196. a anglia vincunt Scotos. 560. b & c. bellū faciunt sacris imaginibus 561. a anglorum contra Henricum octauum seditio qui sedata 405. b anglorum Luterizantium articuli contra Luterum qui & quot 434. a b anna Bolenia quota qualisve Hen-

I N D E X.

Henrici octavi vxor, cur ca-
pitate plexa 376. a b
anniam Cluicā Henricus An-
glus repudiat 454. a
annibaldi & Pienefij ducum
Gallicorum fortuna & cla-
des 383. b 384. a
annua illa Antuerpienſi ſuppli-
catio qui per Geuſas bla-
ſphemata 880. b
antichriſtus politicus, hēretico
cuidam Vuigando quid
ſit 857. b
antichriſtus qui à Lutero ſci-
licet interfectus 844. a
antichriſtū qui quo onere &
cura leuent 525. a
antididagma Colonienſ. cōtra
Bucerū & eius ſocios 494. a
antinomi vndē orti, & vndē
(ſi dijs placet) primū cō-
futati 420. a b
antipodes ſunt 660. a
antuerpiā quot peditiū ſignis,
ventura illuc Gubernatri-
ce, occupata 925. a
antuerpia quot ſectis vno co-
demque tempore contami-
nata 882. b
antuerpia vndē meritō dicta
Babylonia 882. a
antuerpię noua conuenticula
qui tandē ſublata 921. a
antuerpię qualia Geuſis ſana
ædificari permiſſa 888. b
antuerpięſum ſeditioſorum

libellus quis quid cōtinu-
erit 872. a
antuerpięſi qui qua in re Hel-
dros ſequuti, & quomodō
velut inſaniērint 874. a b
antuerpięſis plebis temeraria
& audax ſeditio 875. a
antuerpięſi ſupplicatio an-
nua quā blaphemē 1566,
irriſa 880. b
antuerpięſiū tumultus & icono-
noclafmus Turcicus 880. b
antuerpięſiū tumultus icono-
claficus q in choatus 881. a
antuerpięſiū tumultus qſ cuius
comitis præſentia ſedatus
892. a
antuerpięſes quot noua ſana
condiderint 892. b
antuerpięſi quibus conditio-
nibus gratiam adepti 922. b
Aphrodiſum expugnat &
euerſitur 581. a
apoſtata quidā Carmelitanus
qui ſe monachum fuſſe, &
ſuę matris filium negarit,
& qd de eo mortuo Geu-
ſe ſinxerint 931. a b
apoſtatae quomodō ab Era-
ſmo depiſti, aut deprędicati
ti 375. a
apoſtatae qui quāto perē dete-
ſtandi & fugiendi 496. a
apoſtatae q quibus potiſſimum
requirendi 829. a
apoſtatarū impudentia 441. b
men-

I N D E X.

mendacia 442. a
apoſtoli quā vitārint hēreti-
cos 453. b
Aqua ſacrata ab hēreticis ir-
ridetur 170. a eius antiquus
uſus & vis ibid & 758. a
aque mortue quorū principū
conuentu illustratae 408. b
aqueſis Epifc. qui in legatio-
ne ſua apud Proteſtātes ex-
ceptus 391. b
Arabes & eorū res deſcribun-
tur 326. a b
aras & imagines è tēplis exi-
gere, qd præ ſe ferat 396. b
arca marmorea miris clino-
dijs reſerta, vbi non itā pri-
dēm inuenta 510. a
archiepifc. Colonienſ Buceri
patronus qualis 493. a
archiepifcopus Colonienſ vro-
get ſuā reformationē 516. a
archiepifcopi Colonienſ pro
Cluienſi principe interceſ-
ſio quid profuerit 501. b
arenbergij comitis aduenien-
tis rumore quomodō Ant-
uerpięſes affecti 875. a
argentinenſes fœdus percu-
tunt cum Heluetijs 235. a
anno à Comite Helfenſtei-
nio piē deſerta 935. b
auguſtana cōfeſſio qui Lute-
ranis habita 449. a cur quā-
tilli faciēda 450. a qui hoc
anno à Comite Helfenſtei-
nio piē deſerta 935. b
auguſtana cōfeſſionis thema-
ta aliquot diſcutiunt 449. a
b eius nullum neq; in do-
ctrina, neq; in cæremonijs
eſſe

argierica Caſaris expeditio
cur importuno tēpore ſu-
ſcepta 480. a b
arlunum quſ contra fidem à
Gallis dirutum 485. a
armati cur Geuſij concioni-
bus intereſſent 874. a
arouienſ ſynodi (ſi dijs placet)
decretū quod quale 370. b
arriani vbina hodiē repul-
lulent 424. a
artheſię laus 874. b
arx S. Elmi in Melita obſide-
tur 790. b oppugnata 792. b
expugnatur 794. b 795. a
arx Turcica occupatur ab Hi-
ſpanis 767. a
Aſanaga quis qualis ve fuerit
491. b
aſyrij qſ biblicos & ſanctorū
patrum libros, quæ Sacra-
menta hodiēque habeant
754. b & c.
athanafiſ ſymbolū qui vbina
hodiē blaſphemetur 424. a
Aues quæ cur quos Geuſas
deuoraturæ 890. b
auguſtana cōfeſſio qui Lute-
ranis habita 449. a cur quā-
tilli faciēda 450. a qui hoc
anno à Comite Helfenſtei-
nio piē deſerta 935. b
auguſtana cōfeſſionis thema-
ta aliquot diſcutiunt 449. a
b eius nullum neq; in do-
ctrina, neq; in cæremonijs
eſſe

I N D E X.

esse fundamentum 936.a
 augustini stylus dicendi qua-
 lis 372.b
 auraiçe princeps quis, quàm
 Cæsari dilectus 515. b
 auraiqus quarum Belgij pro-
 uinciarum p̄fectus 891.b
 auraiqus quid Vltraieci cum
 Geufis tranfegerit 894.b
 auraiço & Egmōdano quid à
 fœderatis respōsum 876.a
 aurelia obfidetur 753.b
 austriaci frustra à Ferdinãdo
 rege petūt nouam religio-
 nem 624.b

B

Babylonia describit̄ 331.b
 baiazetes fugat fratrem
 suum 12.b
 baiazetes turca expugnat mo-
 tonem 11.b
 balliolani & Iperenfes quæ
 monasteria & tēpla quàm
 Turcicè tractarint 879.a
 balsamum vbi crescat 115.b
 baptifmus ruthenordm 40.b
 baragani equitis meliteni stre-
 nuitas 793.a
 barbarussa accitit à Soliman
 no 323.b ab eo creat Bassa
 & maris p̄fectus 324.a
 affligit Christianos ibid.b
 occupat Tunetū 327.b itē
 ciuitates multas Africę 328.
 a à Cæsare ex Africa pro-
 fligatur 358.a fugit Cōstan-
 tino-

tinopolim 359.b māgonta-
 nos abducit in seruitutem
 366.b quantum vbi & quā-
 dō fecerit naufragiū 424.a
 vndēnā turcarū imperato-
 ri maximè acceptus 425.a
 classe quanta Rhegyum oc-
 cuparit 497.b
 basilea describit̄ ac deficit ab
 Imperio 29.a
 basileeses sub Oecolampadio
 vt seruârint Cœnam 178.b
 tumultuantur 217.b imagi-
 nes comburunt 219.a
 basilius dux Russię durissimè
 imperat suis 35.a latet sub
 fœno 60.b oppugnat Tar-
 taros 61.b
 basse apud turcas q̄ sint 104.a
 bati Tartarus vastat Christia-
 nos 32.b
 Belgarum aliquot ad Cæsare
 supplicatio qualis 869.b
 belgium quomodo per quos
 vastatum 485.b
 belgradū expugnatur à Tur-
 ca 147.b
 bellerbechi duo apud Turcas
 103.a
 belliaca apud Parisios turris
 fulmine tacta 385.a
 beneficiorū Dei in Germaniã
 recensio qualis 841.b & in
 bennō S. Episc. canonizat̄ &
 eleuatur, at à Lutero mirè
 p̄scinditur 105.a
 ber-

I N D E X.

bergenfis Marchionis vidua
 q̄ se viriliter contra Geu-
 fas gesserit 927.b
 bernates sūt Zuingliani 208.
 bernates multa auferunt Sa-
 baudo 365.a
 Bertoldus archiepiscop. Mo-
 guntinus moritur 62.b lau-
 datur 63.a
 bertramus quis fuerit 291.b
 fit magni à Zuinglianis ibi.
 bezæ supba & insana de Cal-
 uino encomia 420.a
 Biblia quī per Lutero scilicet
 illustrata 482.a
 biblia à Tigurinis versa 489.
 bibliopolarū quę quibus vbi
 habenda cura 929.b
 bibliothecę quales & quę per
 Geufas vastatæ 879.b
 bibliothecis cur adeo infensi
 Geufæ 884.a
 bichlingo Comiti quis à Ca-
 rolo V. vitā obtinuerit 511.a
 bisotes & Vri vt differat 46.a
 Blandiniē apud Gandaunos
 abbatia quid à Geufis per-
 pessa 883.b 884.a
 Boēmi Ferdinando regi con-
 ciliantur 558.b
 bolenia Anglorū regina suis
 colorib⁹ depicta 376.b 377.a
 bolonia obfidetur 515.b dedi-
 tur 516.a redditur 579.a
 bona Ecclesię quàm diuersè
 à diuersis hereticis aestima-

ta 854.a b
 bona opera vndē meritoria
 410.b
 bongani regis in Giapa diui-
 tię & potentia 784.b
 bona quibus alijs hereticis
 concionatoribus, præter
 Bucerū, honorata seu onē-
 rata potius 493.a b
 bononia prædicatur 69.a
 bonorum ecclesiasticorū ra-
 pina qd cui Lutero malū
 sit 859.b
 bonorū hominum suspicio-
 nes de Iesuitis, vndēnam
 sint 461.a
 boppardia occupatur 28.a
 bornemissa quī Budā pditu-
 rus, nō prodiderit 470.a b
 boū millia 80. vnica via Vien-
 nesī vno anno in Germaniã
 adducta 477.b
 Brabantia qui à Gallis, duce
 Rossēmio, vexata 485.b
 brabaticę copię quę, quī à Lu-
 liacē aut cæsæ, aut fugatæ
 499.b
 brandeburgicus elector qua-
 lis inter imperatorē & Smal-
 caldicos mediator 426.a
 brentius quid & quàm impiè
 scribat de crucis signo 533.
 b 726.b latitat Basileę 565.
 b scribit contra Martyrem
 & Bullingerum 756.a
 brētius inter Lutheranos qua-

I N D E X.

lis aut quantus 831. b quid
noui excogitarit 832. b qui
Bullingerū trahet aut no-
minet 834. b
brētius & Bulliugerus, qui &
q̄ se mutuò traducant 837. a
840. a b
brentij antilogiæ 838. a de in-
ferno error 839. a
brentium suo se gladio iugu-
lare 838. a
brugen Prætor quis quā qua
re laudem meruerit 880. b
brugen epi encomium 877. a
brugen Geufæ qualem apud
brugas elegerit p̄conē 820. b
brugeses quanto Geufarum
timore affecti, & quomodo
indè liberati 885. a b
brugeses quo Geufarum ru-
more quàm timuerint 879. a
brugen Geufarum tumultus
quorū qui cōpressus 893. a
brugensiu laus 874. b 885. b
brugensibus sectarij qui quid
negocij facesserint 894. a
brulij Zuingliani apud Tor-
nacum fortuna quæ 518. a
brunsvicens dux è sua ditione
eijctur 489. a cum filio vn-
dè captus, & quid à Lutero
tum adhuc sup̄stite passus
523. a 524. a
brunsvicens ducis nūcium ab
Hessio præter ius fasq̄; spo-
liatum 427. b

bruxellæ duo Luterani com-
buruntur 159. a
bruxellis quàm Geufæ insti-
terint, & qui eis illic resti-
tum 888. a
bruxellensiu laus 874. b 885. b
Bucerus Zuinglianus, postea
Luteranus 198. a moritur
in Anglia. ibid. corrumpit
commentarios Pomerani
in Psalmos, ibidem, b item
Luteri in Epistolam ad he-
bræos. 199. a contra Bren-
tium se tuetur. 197. a vt pri-
mò venerit ad Luterū. ibi-
dè. b inclinat ad Luterū
279. a non auditur ab Hel-
uetijs, ibid. b 302. b 310. a
se à Tigurinis alienat 421. b
bucerus vndè & cur Bonnam
vocatus 493. a an diceffi
Colonien reformadæ ne-
cessarius 494. b Bonnæ p̄-
sente Cæsare qui se gesserit
503. b suo q̄ gladio iugula-
tus 526. b & quò eadè re-
dactus 527. a non vult sub-
scribere Interim 563. b mori-
rur 583. b circumcidit filiu
suum. ibidem.
buceri simulatio, leuitas &
versutia 371. a b
buceri apud Zuinglianos in
synodo technæ 420. b 421.
a variæ de vna eademq̄; re-
sententiæ 421. b liber Bonnæ
aduers

I N D E X.

aduersum Colonien editus,
qualis 493 b
bucorum antilogiarū diuer-
sarum à Groppero conui-
ctum 495. a cur tanti fece-
rit archiepiscopus Coloni-
en 495. b Colonien archi-
episcopo imponere potu-
isse, Tigurinis non potuif-
se 519. a
budæus vbi & quando mor-
tuus 454. b
buda qui iam propemodum
capta, rursum amissa 470. a b
buda cur Turcis adeò utilis &
grata 478. a b
budæ obsessio 468.
budæ oppugnatio infausta
469. b 470. a
budæ laus à situ seu amœnita-
te loci in cōparabilis 479. a
budam Turca clam occupat
472. a
budenses thermæ calidæ quot
& quales 478. a
budensia templa qui à Turcis
tractata 472. b
bullingerus qui Brentiu per-
stringat 837. & deindè suo
qui se iugulet gladio 834. a
839. b inter Zuinglianos
qualis aut quantus 531. a de
Brentio testimonia 832. a
burdegalenses tumultuantur
568. b durè castigantur. ibi-
dè, restituantur 579.

buscoducensium furor icono-
clasticus quomodo specio-
sissimum D. Ioannis tem-
plum sedâr it 883. a teme-
ritas in legatos ad se mis-
sos 913. a nou9 tumultus q̄
mox sedatus 923. b
buxetum in Italia quorū prin-
cipū colloq̄o illustratū 477. a
C Adauera Buceri & Fagij
cōburuntur &c. 637. b
cæci qui quos cæcos ducant
837. b
cædis clandestinæ seu prodii-
torie principis Florentini,
descriptio 381. a b
cæsareo papatus heretico cui-
dam Vuigado quid sit 856. b
cæsar q̄ Bonnæ tractatus 503. b
cæsaris Argieram obsidentis
aduersitas quanta 481. b
482.
cæsaris & papæ colloq̄a 481. a
cæsaris in Paulum 3. qualis ali-
quando affectus 496. b
cairus qui olim vocata 393. a
caletum & Guiena expugna-
tur à Gallis 646. b quando
Caletum primò ereptum
Gallis 647. a quid de illo
dixerint Britannia reges
ibidem.
calecuranorū idololatria dia-
bolica 397. a
calix doceri non potest, q̄ sit
necessariò fundus 390. b

I N D E X.

calumnia quę quibus in quos
quàm familiaris 385. b 482.
b 844. b 863. b
caluinus suis coloribus depi-
ctus 415. a eius blasphemię
415. b quali miraculo suam
hęresin defendere conatus
416. a quibus technis f. &
Zuinglianis & Luteranis
applicet 417. a b qui inter
Zuingianos & Luteranos
mediet 419. b quibus co-
loribus Luteranos depin-
xerit 439. b Seruetum sup-
plicio afficit 610. a Luteri
in Genesim commētarios
explodit 612. b disputat cū
Velsio 620. b reijcitur à
ministris Francophordię
ibidem. eius fermēto Gal-
lia corrumpit 640. b scribit
in Vuestphalū 616. a 642. b
perstringit Magdeburgensē
ses. ibidem. Petrū esse mor-
tuū affirmat & negat 697. a
oppugnat cum suis Heshu-
suum 730. b
caluinista aliquis quid in pro-
ximo apud Coloniam pa-
go ausus 939. a
caluinista sęuiunt, & vastant
templa &c. in Gallia, & ei-
us tumultūs historia breuis
733. &c. tuentur se quodam
edicto 736. a in Gallijs im-
pudenter mentiuntur de

rege & Catholicis 840. b
sęuiunt in Clerum 744. a
nitūtur occupare Lutetia,
ibidem. fraude occupant
Aureliam. ibidem. b vastāt
ibi templa &c. 742. a sum-
ma eorū crudelitas in mo-
ribundum monachū 743. a
comburent ossa S. Aniani.
ibidem. b diripiunt omnia
ē templis & cędibus sacer-
dotum 744. a vexant quen-
dam sacerdotem sacrifican-
tem 745. a. Item parochum
septuagenarium. ibidem. b
746. a b tandem suspendūt
747. a in Gallijs immaniter
tractāt clerum 747. b item
omnis generis catholicos.
ibidem. sęuiunt in statuum
& ossa Ludouici XI. & ma-
gnatum quorundam, &c.
748. a b Turonis magnam
prędā rapiunt 749. a gran-
dęuum monachum cogūt
sua edere virilia &c. 749. b
mirē sęuiunt in Nortman-
nia & Aquitania 750. a cę-
dūtur à regis exercitu 752.
a 753. a
caluinista & Luterani quę
sibi seorsum loca seu tem-
pla Antuerpię occuparint
882. a
caluinistica, vt vocant, cęnę
mos quis quàm abominan-
dus

I N D E X.

395. b
caluinus quanti apud Argen-
toratum habitus 415. a qui
se Lutero pręferri affectā-
rit 440. a
caluinista sturtia 416. a simula-
tio qui aliquandō Bernę
deprehensa 417. b eius &
Luteranorū dissensio qui
tandem manifestata 418. a
caluini de Luteranis senten-
tia, qđ illis tribuat, quibus
ve coloribꝰ depingat 481.
a b eius antilogię & incon-
stātia 420. a eius cōtra san-
ctorū reliquias cauillatio
quanti faciēda 503. a b
caluino suum qui falsum mi-
raculum cesserit 416. a b
cambaia qualis Indorū vrbs
qui Lusitanis dedita 377. a
cameracum quorum princi-
pum conuentu illustratum
425. b Cęsar occupat 507. b
camerę iudicium Protestan-
tes odisse & nolle 387. b
388. a b 389. b cur Cęsar
sublatum noluerit 388. a
cus Smalcaldicis adeo in-
uisum 426. b qui cur amo-
rum voluerint 440. b pte-
stātibꝰ esse velut in ocu-
lis spinam 491. b
campson Sulthanꝰ perit III. b
canes ē Gallorum castris fu-
giunt ad Helucios 89. b

canibali anthropophagi 8. b
eorum crudelitas, 9. a
canonum pœnitentiā vsus
quantus & vtilitas 835. b
cantana vrbs Sinarum, cuius
obitu clara 872. a
cantuarien Archiepiscopi &
martyris ossa, hęreticę cō-
busta 422. b
capita occisorum ducū quot
qui Turcarū tyranno obla-
ta 400. b
capituli summi Colonienꝰ &
Vniuersitatis disceptatio-
nes cōtra pręsulem suum,
quales 493.
capsula argentea mira, vbi nō
itā pridem reperta 510. a
caput S. Annę qui durę ab in-
cendio seruatum 504. b
cardinaliū aliquot recens cle-
ricorū catalogꝰ 405. b 406. a
cardinalibus qua in re parci
nolit Pius V. 533. a
cardinalistę Gensijs in Belgio
qui aut quid habitū 872. a
carolus Magnꝰ fingitur scri-
pisse cōtra 7. Synodum 571.
b. monasteria ditando dicit
se deū placare &c. 592. b &c.
eius literarū exemplū. ibid.
carolus V. vbi & quando na-
tus 2. a
carolus V. baptizatur, & quę
ibi contigerint 4. b
carolus V. debellat Marraha-

I N D E X.

nos 129. a
 carolus V. fit Cæsar 131. a eius
 genealogia 131. b potentia,
 modestia, prudentia 132. b
 coronatur Aquisgran 136. a
 carolus V. ducit vxorē 192. b
 carolus V. venit in Italiam, &
 rota historia coronationis
 eius 226. & 237. eius laudes
 eximia 229. a b eius cor-
 poris habitudo 230. a. eq-
 tandi pericia ibidē. Fran-
 cisco Sforcię restituit prin-
 cipatum Mediolanē 232.
 a b nascitur ei filius Ferdi-
 nandus 233. a
 carolus V. ex Italia abiens Au-
 gustam, vt illo itinere tra-
 ctatus sit 248. b & c. est Au-
 gustæ in processione ad-
 modum religiosē 250. a in-
 dignatur Lutheranis princi-
 pibus nolentibus interesse
 processioni ibidē. b
 carolus V. agit cum Saxone
 per legatos 273. b eius co-
 piæ contra Turcas 286. b
 carolus V. Italię proceres sibi
 deuincit 319. a
 carolus V. est in maris pericu-
 lo 352. b eius classis contra
 Barbarussam 353. a conte-
 mnit pericula 353. b 358. b
 coronam ciuicam meretur
 356. a seruat fidē Clemen-
 ti VII. iam defuncto 365. b

percutit fœdus cum Venc-
 tis 366. b Romæ lauar pe-
 des 12. pauperibꝫ, & ijs mu-
 nera largitur 367. a frustra
 tentat Masiliam 368. a
 carolus V. apud regem Fran-
 ciscum in vrbe Gallica præ-
 det, cenat, pnoctat 409. a
 carolus V. quando qui in Gal-
 lia tractatus 437. a
 carolus V. cur quàm simplici
 habitu in Italiam profe-
 ctus 480. b
 carolus quintus, quādō & cur
 vulgō diceretur mortuus
 484. a
 carolus quintus bellum facit
 Protestantibus 535. a & to-
 ta eius belli historia ibi-
 dē & c. eius copiæ omnes
 in hoc bello 539. b multos
 Protestantes recipit in gra-
 tiam 542. & c. à Germanis
 pater appellatur 543. b op-
 pugnat Saxonē, & tota hi-
 storia, 548. a & c. eius pijs-
 sima vox 553. a Scythę & Afrilli
 suā offerūt operā 554. a eius
 liberalitas in Hūgaros & c.
 555. a sedat Germanos & his-
 spanos milites. ibidē. b
 carolꝫ quintus totam domat
 Germaniam 556. b à Paulo
 tertio, maximi & fortissimi
 cognomine ornatur. ibi-
 dē. distribuit tormenta
 bello

I N D E X.

bello parta 557. a curat cō-
 scribi Interim 563. b offert
 pontifici 565. a mutat Se-
 natum Augustæ & Vlmæ
 567. a Cameram constituit
 509. a p̄mulgat in Belgio
 seuerum edictum in Lute-
 ranos 579. a
 carolꝫ V. inopinato bello ob-
 ruit ferē 591. a recipit Au-
 gustam 602. a ingreditur
 Argentinam 603. a Metim
 frustra oppugnat ibidē.
 Terouennā diruit 606. b
 Hedinum expugnat 608.
 solo æquat 609. b tradit
 Philippo filio Belgiū 617. b
 nauigat in Hispaniam, va-
 catꝫ soli Deo & sibi 628. a
 carolus quintus imperio se
 abdicat 647. b piē mori-
 tur 649. b vt se sub mor-
 tem gesserit ibidē. eius
 totius vitæ historia breuis
 650. b & c. eius victus, vesti-
 tus 664. vt diem transege-
 rit 668. b eius exequiæ ce-
 leberimæ 688. a
 carolus Francisci regis filius
 morit adhuc iuuenis 523. b
 carolus Philippi filius, Caroli
 quinti nepos nascitur 523. a
 miraculo curatur 723. b
 caroli V. genus 4. b
 caroli quinti felix ex Italia in
 Hispaniam nauigatio 380. a

caroli quinti & Francisci re-
 gis Gallorum familiaris cō-
 ſuentus 406. b
 caroli quinti filia nothavidua
 Octauiο rarnesio nubit 407. a
 caroli Geldrorum ducis Ca-
 tholici obitus 428. a
 caroli quinti quale per Galli-
 am ex Hispania in Belgium
 iter 436. a
 caroli quinti preces quotidi-
 anæ 436. a
 caroli quinti edictum in suis
 ditionibus hereditarijs cō-
 tra libros hereticos 452. b
 caroli V. copię aduersum Ar-
 gieram quantæ 481. b
 caroli quinti in summis ad-
 uersitatibꝫ animus qꝫ 482. b
 carolo quinto quæ cur cum
 quibus aliquandiū dissimu-
 landa 428. b
 carolo 5. qualia in itinere per
 Galliam pericula insiterint
 436. b
 carolum V. & regem Franci-
 scum, Pauli III. pedes ofcu-
 lator 407. a
 carlstadius fit ex doctore ru-
 sticus 159. a scribit in Lu-
 terum 166. b quid sentiat
 de eucharistia ibidē. fit
 primus ex sacerdotibꝫ vxo-
 rius 174. a in eius nuptijs
 Missam Lutherani compo-
 nunt ibidē. Orlamundꝫ

I N D E X.

palàm reprehendit Luterum, cuius opera profcribitur. *ibidèm.* rursùs restituitur 175. a oppugnatur à Lutero & Luteranis. *ibidè* ab Oecolampadio defenditur. *ibidèm.* b fit postea diaconus Tigurinus, post moritur Basilicæ 264. a qd de eo scribant Luterani. *ibidèm.* b
 carthulicæ quæ quid passè 339. a 345. b 881. b 897. b 925. b
 carthusianus aliquis qui per Erasum ab apostasia seruatus 375. b
 caruenna vrbs libera 325. b. p. ceres Mauri in eius templo tumulantur. *ibidèm.*
 castellani, eorumque vicini, quomodo templa, templorumque supellectilia tractarint 879. a
 casparus querhamer editi Luteri antigias de communiõne 348. b malè tractatur à Luteranis 349. a
 castrensis agrus Salentini quibus quid a Turca beneficij præstitum 404. b 405. a
 caltronouù Dalmatiæ vrbs quæ per Turcas expugnata 438. a
 catechismi innumeri Sectariorum, sed discrepantes inter se 236. a
 catharina Angliæ regina de-

cedit 350. a fortiter tolerat diuortium. *ibidèm.* scribit regi Henrico epistolâ sub mortem 350. b eius sepultura & apophthegma 351. a
 catharina Hærici octauæ vxoris cur ab eo repudiata 378. b
 catharina Hauarda fit quinta Henrici octauæ vxor 454. a
 catharinæ martyris quale in Sina delubrum 393. b
 catholicæ fidei defectû quæ necessariò mala sequantur 788. a
 catholici alicuius nauis apud Antuerpiam facinus ac periculum 881. a
 catholici qui à quibus sectarijs quomodo superentur 453. b 454. a
 catholici merguntur in puteos Parisijs 736. a
 cazan regnum 59. a
 cazanenses deficiunt à Moscuitis 59. a fugant Moscuitas. *ibidèm.*
 Cephalenia expugnatur à Venetis 51. a
 cetus eijcitur in terram 580. a
 Chalcedonenis synodus vnde qui hodie spernatur 445. a 816. a
 chartulæ minaces quâdò Brunxellis sparsetur 872. b
 chartulæ quæ quibus ædibus apud Antuerpiam affixæ 875. a
 chartularum falsò pro Ge-

I N D E X.

sis scriptarum, vnoque die bis mille distractarum, argumentum 878. b
 chersonesus aurea vnde non ita pridem expugnata 11. a 395. a
 christinate & oleo sacro qui Geuse quàm sceleratè abusi 879. b
 christus dicitur à quodâ apostata desperasse, ab alijs nõ fuisse Deus 207. b
 christi à cruce pendētis imago quibus vocibus à Geuse impetita 879. b
 christi Dicitatem hodiè à quibusdam Christianis in disputationem rapi 788. a
 christiana templa quomodo à Turcis tractentur 396. b
 christianorum miserrimæ clades aut fugæ 399. 401. a 424. b. 438. b. 471. b
 christianorù apud Barbaros recens cõuersorum feruor quis 786. a
 christiernus Daniæ rex fraude acceptos Suediæ obfides abducit in Daniâ 123. b. occupat Stocholmiâ, & summam exercet tyrânidè 124. a. exulat. *ibidèm.* b. & 148. b. moritur 124. b. capit à suis 280. b
 moritur Luteranus 281. a
 christophorus Bógartner horredas cedes perpetrat 211. a

christophorus Columbus inuenit nouas terras 7. b. nouâ instituit nauigationem 9. a
 christophorus Longolius qui aut quæ habitu sepultus 432. b
 chronicò peuceri quale 804. a
 Ciuitas aliqua sub Geusico domino, quid ab eo frustra petierit 872. a
 ciuitates aliquot tumultuantur 183. a. aliæ scribunt militem nõ idem patiantur *ibid.* b
 ciuitates nolūt obistere Ferdinandi regis electiõni 273. a
 Classis Turcarum contra Melitenfes quanta 789. b
 clemens VII. ingentem pecuniam confert contra Turcas 282. b. moritur 317. a
 clerus per Luterum in contemptû adductus 236. b
 clinodiorù mira supellex vbi nup sub terra inuēta 510. a b
 cliuentis dux quibus cõditionibus Cæsari reconciliatus 506. a b
 Colloquiû Ratisponens quid successus habuerit 465.
 colloquium quod qui cur clâ reliquerint 528. a
 colloquium Vuormatiense 643. b. fit in eo dissensio inter Luteranos. 644. a. exijs quinque à suis exclusi, dant literas Catholicis 644. b

I N D E X.

colloquū Mulbrūnenſe euā-
gelicorum 769. a. nulla in-
ter eos pax ibi effici poteſt
ibidē,
colonia qualibꝫ technis quo-
tiēs per hæreticos tentata
502. a
colonia vndè potiffimū vbi-
quē & ſemp laudāda 502. b
503. a
coloniēſis archiepiſcopꝫ no-
uas ſeqꝫ indignas res medi-
tatur 493. a
coloniēſ clerus prouocat ad
Papam & Cæſarem 516. b
coloniſis archiepiſcopus à
Carolo quinto citatꝫ 523. a
coloniēſ ſenatus cur à Caro-
lo quinto per literas lau-
datus 501. b. 502. b
coloniēſ ſenatus laus 904. b
coloniēſes contra Senatum
tumultuantur 88. a. duos
conſules & alios quofdam
ſupplicio afficiunt 88. b
cometæ alicuius diſcriptio &
apparitio 425. a
commorinum promontoriū
vndè non itā dudum inſi-
gnitum 873. a
concalli Sylueireniſis laus &
obitus 462. a. 463. a
concilium Piſanum cōtra Iu-
lium II. 85. b
concilium Lateranenſ ſub Iu-
lio II. 86. b

concilium qui à Proteſtanti-
bus reiectum 392. a
concilium Tridentinum cō-
tinuatꝫ 587. a. ſunt ibi tres
electores Archiepiſcopi,
ibidē. Epifcopi Gallie
cur nō adſint. ibidē, diſ-
ſoluitur concilium 589.
concilia omnia qui ab hære-
ticis traducta & ſpeta 432.
a. 814. b
cōcionator iuuenis Luteranꝫ
à Sectarijs vbiqꝫ reijctur
763. à quodā Catholico ſa-
num accipit cōſiliū 765. a
concionator Nouimagam
infecturꝫ, qui fuerit 799. b
concionatores ſectarij trepi-
dant 565. a. Luterani apud
Zuinglianos deliteſcunt,
ibidē. b. alij aliō diffugiūt
ibidē. proſcribūtꝫ à Ca-
rolo V. 585. a. reuocantur
600.
cōcionatorum ſeditioſorum
ſex vndiqꝫ in Belgium vo-
cata 873. a
cōcionatoribꝫ qualibꝫ apud
Antuerpiam Geuſij primū
vſi 874. a
cōcionatoribus qd qua pæ-
na vetitum 874. b
cōdæus capitur & Caluinifſtæ
cēduntur 753. a liberatur &
cuſtodia 761.
conditio pacis à turca Ferdi-
nando

I N D E X.

nando oblata, qualis 474. b
confeſſio Auguſtana offertur
Carolo V. 246. a mutatur
crebrò à Melächthone. ibi,
quanti eam quidā fecerint.
ibid. b multę ſectę ad eam,
reclamātibus Luteranis, ſe
reſerūt 247. a ceu Babylo-
nica meretrix adoratur à
multis ibid. b. eius menda-
cia 252. a confutatur à Ca-
tholicis 254. a
confeſſio 4. ciuitatū offertur
Cęſari Auguſtę 261. a con-
futatur à Catholicis ibid. b
conſtantienſes fruſtrā nitunt
deficere ad Heluetios 85. a
conſtantienſes proſcribūtꝫ,
ſed redetūt in gratiam cum
Cęſare 566. b dedūt ſe do-
mū Auſtriacę 568. a
conſtantinopolis terremotu
& tempeſtate mirè affligi-
tur 81. a
cōſtantinus Magnus nō vult
eſſe epifcoporū iudex 560. b
conſtantini Copronymi im-
pietas ac dementia 505. a
contarenus quid ratiſbonę à
chiſmaticis ppeſſus 465. a
continentia ſacerdotum & c.
perantiqua 709.
cōuentus imperij duplex, Spi-
rę & Noriberge, quid pro-
fuerit 486.
conuentus Numburgēſ Euā-

gelicorū 730. a Legatus Pō-
tificis ibi nihil efficit ibid. b
conuenticulorum prohibi-
tio 874. b
corcyra quid à Turcis aut p-
piter eos perpeſſa 404. a
corduba ſub Mauris habet
gymnaſiū cum inſigni bi-
bliotheca, & quid ibi do-
cuerint 325. a
cornelius Papa falſo inſimu-
latur à cęturionibus 692. b
cornu vnicornis quā vim ha-
beat 303. a
coronæ tres Cęſarum 238. a
corſica capitꝫ à Turcis 609. b
Cromuellij Angli & Perilli
Athenieſ collatio 452.
criminalis quidam profeſſor
inſtituti Ieſuitani, vbi ob-
fidem cęſus 873. a
crux fugat demones 10. a
crux olim quā crebrò im-
preſſa credentiū frontibus
726. b ſinè ea nō perſiciuntur
ſacramenta ibid.
crux apparet diū in diſſecta
ſraxino 688. b in ſubucula
nobilis ſœminæ 690. a de
cruce mendacia hæretico-
rū 690. b in Anglia quā
barbarē & impiē ſint tra-
ctatę ſacrę imagines 689. b
cruce Chriſti à Geuſis demo-
liri, latronum nō itē 882. b
craſſus ſpoliat templum Hie-
roſo

INDEX.

rosolymitanū, & luit pœnas 160.a
 Curtracenses in Flandria vnde laudem meriti 885.b
 cuselbasæ qui dicti 16.a
 cutheia vrbs capitur 20.a
 Cyprianus à Centurionibus reijcitur 700 b qd de Romana ecclesia scripserit, ib.
D Aemon à quibus non ità pridem gentib⁹ adoratus 397.a
 Danum & Suedum Gallo contra Cæsarem confœderatos 479.b
 danorū regis filia nubit Lotharingo ibid.
 danuillerum vnde occupatū & dirutum 485.a
 dauali Vastij raurinū & pinarolum obfidens fortuna 386.a
 dauentriæ qd mutationis admiffum 891.a
 dauid Georgius, & eius breuis historia 630.b &c.
 Decreta quę quorum tumultuū putentur aut iactētur occasio 867.b
 delphensium fœminarū aut virorum sub fœmineo habitu facinus (si dijs placet) euangelicum 891.a
 deruisæ, quales apud Turcas sint monachi 478.b
 Diabolus disputat cum Lute

ro, & vincit eum 511.a fæpè illi noctū apparet ibid.b
 diſterium in Hungaros lepidum 476.b
 didymus Alexandrinus cæcus doctiffimus 584.b
 direptio quæ in quibus quò iustè vindicata putet 438.b
 diſciplina quę vnde qui restituta 829.a, quibus flagitijs faciliè medeat 835.a quàm sit vtilis, & qua egeat in flauratione 836.a
 diſciplinę ecclesiasticę laxationem quis hereticus deplot 853.a
 diſputatio Badensis 200.a
 Berneſi ſcandalosa 208.a
 quæ cum quibus vt cauenda ibid. cum Caluiniſtis in Gallia 738.b 739.b 740.a cum Geuſa aliquo apud Neomagum 901.a
 diſſenſionis ſpiritu qui quàm maximè laborent 831.a
 diſſidiorū inter ſectarios cauſæ ipſiſſimę quæ 407.b
 diſſociatio q̄ inter quos quale ſit malum 858.b
 diuinatio rerū futurarū quibus qui cauenda 512.a
 diuinationibus ethnicorū q̄ & cur olim ſides habita 512.b
 dium vrbem Indicam Turcas fruſtrà oppugnâſſe 395.b
 Doctores. Luterani qui, quos alios

INDEX.

alios doctores Luteranos traducant 858.a
 doctrina Luteri quæ cur laqueo & flâmis digna 861.b
 dogmata valdè impia ſpargantur 207.b
 dominicani quidam ob iniuriam in Dei matrè puniuntur 80.a
 dominicani quanta à Buſcoduceſi Geuſis ppeſſi 883.a
 donatiani heretici quàm maſtè cupidi mortis 204.b
 dorothæ Chriſtierni filia nubit Palatino 364.a
 Dragutus quis q̄ rei militaris perit⁹ 790.a ei⁹ mors 793.b
 Dunkercani in Flandria quã vnde adepti laudem 885.b
 dura intra vnus anni ſpatiū tẽ obſeſſa, bis dedita, ſemel expugnata 504.a
 dura oppugnat, capitur, & inflammatur 504.a
 duram qui à Bonna Carolus V. adiērit 503 b 504.
 duram qui occuparint Brabantiam, & rursùm amiſerint 487.b 488.a
 dux aliquis transfuga qui à quo dignè occiſus 401.b
 dux primus Florentiæ, qui q̄ nequiter occiſus 381.
 ducū Ferdinãdi apud exechiū vel interitus vel fuga 399.

E Ccius quid pro Cõtarenò aduersum Luteranos egerit 465.a
 ecclesia ærumnoſa, hæretico cuidã Vuigando qd 856.b
 ecclesiæ (ſi dijs placet) reformatæ apud Geuſas qd ſint aut ſignent 878.b
 ecclesiastica ſupellex quò No uimagij geuſis p̄cluſa 900.b
 ecclesiastici apud Antuerpiam qui vexati ac territi 875.a
 Edictum contra exteros conſcionatores cur non fuerit executum 873.b
 edicti Antuerpię promulgati thema ſeu membra quæ 927.b 928.a
 Edouardus Anglię rex moriſt 607.a ſubſtituit ſibi Suffolciã & Mariã exhereditat 608.b
 eduardi vltimi Anglorū regis natiuitas 385.b
 Egmō dana abbatia vnde qui expilata aut vexata 926.
 egmondanus Comes qui à Geuſis Gandauē traditus 883.b
 egmō danus & Aurac⁹ qd cū fœderatis trãſegerint 376.a
 egmondanus comes qui Bruſſenſi contra Geuſas adſiterit 880.a
 egra vrbs Catholica 549.
 Elephãti & Rhinocerotis deſcriptio & pugna 107.a
 eleono

I N D E X.

eleonora soror Caroli V. it
in Gallias 252.b
elias tertius apud quos quis
439.b
elizabeth nascit Hérico An-
glie regi 300. b capitur à
Maria ibid.
elizabeth fit Anglie regìa 687
b mutat religionē ibidem.
retinet Crucis effigiem in
basilica sua 689.b
Episcopatus Constantiensis
amplissima diocesis 568.a
episcopatus rhenani vt appel-
lentur 568.b
episcopus roffenfis Fischerus
scribit cōtra Lutrum 161.b
episcopi Constantinopolita-
ni, quàm arrogantes 37.a
episcopi Ruthenorū semper
abstinent carnibus 30.a
episcopis Belgarum quid cur
vndē iniunctum 776.b
Equos cur suos vniuersos Ca-
rolus V. aliquandō occi-
derit 483.a
equites precipui apud turcas
qui sint 103.b
equitum duorum regionum
sub diuersis p̄fectis mutua
per errorem, miserabilisq;
interemptio 898.a
Erardus Sneyffius scribit in
Zuinglianos 620.a
erardi Cardinalis & episcopi
Leodien̄ mors 409.b cum

cur itā traduxerit Sleida-
nus 410.a
erasmus Alberus scribit in
sacramentarios &c. 620.a
erasmus infamatur Zuinglia-
nismi 199. a purgat se ibi. b
erasmus Rote, quid scripserit
de euāgelicis 234. b &c. vbi
& quandō mortuus 371. b
eius scripta quę qualia 372.
a cēsurg 372. b cōsilia 373. a
scandala 373. b
eramsi de apostatis monachis
iudicium 374. b 375. a ad so-
litudinem Carthusianā an-
helatio quanta 375. de Lu-
teranis disterium 374. a
ericus dux Brunsvicē quō
Hollandicos geufas in of-
ficio continuerit 841. b
erphordia tumultuat contra
Senatum 74. a
Estampie heroidis Gallie cō-
siliū quī Carolus V. eua-
ferit 436. b
Euangeliū Luteri quale 154. a
euangelici qui quomodō se
inuidem traducāt 813. a de
quibus inter se dissident
167. a 645. b
euāgelici volūt inire fœdus,
sed nō ferūt alij alios 233. b
euangelicorum, qui itā se vo-
cant, vita hōdicrna qualis
781. a

cuan.

I N D E X.

euangelistæ qui q̄ inter sese
discordes 376. a
euerhardi Billici de Bucero
& Sleidano sentētia 495. b
eucharistia conculcatur 735. b
745. b miris afficitur iniu-
rijs 750. b
eucharistia toto anno serua-
tur apud Ruthenos 40. b
eucharistia quī à Lutero con-
tra sacramentarios defensa
519. a
eucharistia quā impiē à qui-
bus geufis cōculcata 785. b 779
eucharistiam qui Pius V. alio-
quī fractis viribus, circun-
ferat 824. a
eucharistiam à Geufa quodā
nobili, p̄sttaco ad voran-
dum (proh scelus) traditam
890. b
Exaltatio S. Crucis iam olīm
celebris 81. b
exechium quàm infelicitē à
Ferdinandi copijs obfes-
sum 397. a 398. b 399. b
expilatores qui quas Comiti
Megano p̄enas dederint
926. a

F

Fabarū excussio quē vbi
quibus principib; me-
tum incusserit 408. a
fabiolę post diuortij nuptias
ab hereticis iactitari, eius
aut ea de re p̄nitentiam

fileri 446.
familiam quī suam Pius V. re-
formet 826. a
fana apud Antuerpiā heretica
q̄bus cesserint 926. b 927. a
fana geufarum vbi in Flādria
dissipata 924. a
Ferdinādus fit Hungarie rex,
sed ab alijs eligitur Vaiuo-
da 194. a exiit Vaiuodam
regno Hungarie 222. a. b
fit Romanorum rex, recla-
māte Saxone cū suis 265. b
à quo dein Saxonum duce
aspernatus 429. a quī Hun-
gariam occupare conatus
467. b fit Romanorū Im-
perator 647. b morit 766. b
ferdinādi Cęsaris clades quę
quàm miserabilis 401. a ex
Austria in Flādriā profe-
ctio 440. a fauor erga Te-
suitas, quis aut quātus 461.
b. legatio & munera ad
Turcam missa 473. b 474. a
ferri mira vis 102. a
Fidem sinē charitate nihil p̄-
desse 411.
feri ex Lutero Zuinglianū
qualis sit profectus 833.
Flagella quę cur quibus affi-
duē obtingant 787. b
flandresibus Geufis vbi fana
extruere permissum 891. b
flandrorū oppida quę initio
Geufis infecta 874. a
flān.

I N D E X.

flâdros oim primos, armatos
ad cõciones accessisse 874.a
flissingenses qui à Geufis in-
uasi 914.b
florentia deditur 253.a quâta
fames eius obsessã ibid.
florentiã dominum cuienam
Cesar vltro tradiderit 425.b
florentini ducis miseranda &
periculosissima mors 380.
Fœdus perpetuũ istum inter
Palatinos & Vuirtembergi-
cos principes 93.b
fœdus ferunt aliq̃t catholici
principes 172 b
fœdus Smalcaldicũ iniũ 265.a
Luterus id approbat, licet
antea aliter docuisset 267.a
fœdus quod cur vbi à Belgis
temerè istum 868.b
fœderati nobiles q̃ cur vndè
se Geux vel Geuficos vo-
cãrunt 870.a
fœderati quid singulatim ad
9. capita Duffensia respon-
derint 877.b
fœderatorũ aliud ad Gubern-
atricẽ scriptum, quid sibi
voluerit 878.b
fœminã concionantur 153.b
Franci occupant Galliam 4.b
franciscus Valesius fit Galliã
rex 106.a occupat Medio-
lanum ibid. b bellum facit
Carolo V. 148. a occupat
Mediolanum 164. capitur

& ducitur in Hispaniã &c.
174.a dimittitur ex Hispa-
nijs, & percutit fœdus co-
tra Carolum V. 179. a Nea-
polim frustra obsidet 213.
b. facit pacem cum Cesare,
& recipit filios suos 225. a
magno zelo mouetur in
hæreticos 313. b eos punit
grauissimè 314. a profigat
Sabaudiã principem 365. a
litteris perstringit Cesarem
493. a moritur 547. a eius
encomion ibid. eiusq̃; bi-
bliotheca ibid. b qua sin-
stra fama adpersus 509. a
franciscus Delphinus extin-
guitur 368. b
franciscus II. Gallorum rex
quãdò natus, & quã nõ diũ
vixerit 508. a est in magno
periculo 729. a mori ibid.
b. de eius & suorum necè
quorundã cõspiratio ibid.
eius cadauer comburunt
Hugonistæ 744.
franciscus Guisius reuocãtin
Gallias 751. b perimit 761. a
franciscus Sickingius frustra
obsidet Treuiros, & inter-
ficitur 158. b vexat quosdã,
& est fidutia Luteri præci-
pua. ibidèm.

frãciscõ Sphorcia mori 360. t
franciscus Xauier dum cupit
Sinã conuertere, moritur

I N D E X.

778. b corpus eius non pu-
rescit ibid.
francisci primi Gallorũ regis,
laus & pietas 508. b
francisci Xauier encomium,
deuotio, zelus, obitus, laus
& recipit filios suos 225. a
franciscani oēs, dum Angliã
regi nolũt consentire, malè
tractantur 344. a
franciscani quid vbi à Geufis
perpessi 883. a 891. a 914. a
franciscano habitu qui quan-
tiq̃ue viri sepeliri se volue-
runt 432. b
francofordensis Protestãtium
conuentus quid sibi volu-
erit 428. b 524. b
francophordia ad Oderam fit
vniuersitas 65. b
francophordiẽ ad Moenũ tu-
multuatur 183. b
francotarũ apud Brugas laus
& constantia 874. b
fridericus à Vueda renunciat
archiepiscopatu Coloni. 917
fridericus Aragonius regno
Neapolitano exiit 51. b
fridericus Staphylus moritur
761. b fit Catholicus 762. a
prodit fraudes hæreticorũ
ibid.
froschouerus quid qua de re
à Lutero precij aut gratiã
consecutus 489. b 490. b
fructus noui Euangelij 195. a

834. b 835. a
Furnense oppidum qui Geufis
refugerit 891. a
furor Luteri quis à quo dep-
henfus 837. b

G Ableri medici insignis è
secta ad ecclesiam con-
uersio 936. a

gains dux Arrianus olim ab
Archadio petijt templum
frustrã 197. a

galli è Neapolitão regno pel-
luntur 53. b

galli oppugnant Turcas infe-
liciter 51. a

gallorũ diuersiss. locis Cesarẽ
inuadentiũ successus 485. b

gallorũ legati qui vbi inter-
cepti & cõsi 479. a

gandaum quã amplum &
populosum 2. a

gandau quomodò in statuas
& imagines scãuitum 883. b

gandauensis in Flandria tu-
multus quãdò qui subla-
tus 435. b

garfise Neapolitani magna de
intercepta classe Turcica
laus & honor 498. a

gazelles Syriẽ prefectus rebel-
lat, sed cõditur cũ suis 135. b

Geldri cur quãdò à suo duce
defecerint 405. a

geldrensis principatus quanti
Carolo V. æstimatus 501. b

geldren ducatus vsurpatio q̃

PPP Gui-

I N D E X.

Guilhelmo Cluieſi ceſſerit
405.b
generalib⁹ Ordinū quid Pius
V. potiffimū iniūxerit 829.a
genua describitur 69. b diri-
pitur 155.a
genuenses pellunt nobilitatē
69. b ſubiguntur à Gallis.
ibid. olīm q̄ potentes ibid.
genuenses vt tractārint ca-
dauer cathol. defuncti 636. b
georgius Paccius effingit ſce-
d⁹ quorundā principū 212.
a offert Lantgrauio ibidē.
accuſatur & conuincitur
faſſi &c. 213. a Antuerpiā
plectitur. ibidēm.
georgius Lundeſi episcopus
laudatur 124. b
georgiut Saxonix princeps
non patitur Luteri doctri-
nam 194. b reſpōdet egre-
giē Lutero. ibid. perſequit
Luteranos 294. eos Lute-
rus animat 295. a is prin-
ceps lacerat à Lutero ibid.
multa patit à Lutero 296.
biubet exulare nō cōten-
tos vna ſpecie. ibid. a habet
controuerſiam cum Saxo-
niē electore, eaq̄ cōponi-
tur 297. a
georgius Sichelus horrendo
ſupplicio afficitur 97. b
georgij Dauidis infana apud
Friſios hæreſis 506.

georgij Saxonix ducis opti-
mi & Catholici laus 413. a
mors 429. b hæredes q̄ aut
quales 414. a 430. a
germania quando ad fidē cō-
uerſa 31. a vt à Tacito de-
ſcripta 76. b item à Seneca
ibidēm.
germanix calamitas 476. a
germaniā intreſtinis diſſidijs
eneruari 429.
germanica bibliorum verſio,
à Lutero facta, qualis habē-
da 481. b
germanici apud Romā colle-
gij inſtitutor & rector pri-
mus quis 459. b
germanus procerus à puni-
lione Turcico miſerabili-
ter occiſus 471. b
germani vt ſoleant denuncia-
re bellum 536. b
germanorum copias contra
ſe collectas qui Turcæ ri-
ferint 489. a
geuſa aliquis ſeſe ex fenestra
p̄cipitans, quō ſeruatus ac
piē mortuus 932. a
geuſæ Brugarum portis ex-
cluſi, quid deſignārint 880. a
geuſæ quomodo apud Tor-
nacū à Raſſegemio & Nor-
carmio intercepti 898. a
geuſarum ſeu Geuxarum ap-
pellatio vndē 870. b
geuſarum nocturna in agris
con-

I N D E X.

conuenticula 873. b
geuſarum Antuerpienſi concio-
natores in initio quales 874. a
geuſarum in eccleſiaſticos ver-
ba ſeditioſa quæ 875. a
geuſarum in Deuſte colloq̄o
quid concluſum 875. b
geuſarum aliquot pauciſſimi
quanta ſcelera in magnis
etiām vrbibus perpetrare
auſi 884. b
geuſarum in feſto natalis dñi
ſaciora & p̄cne 897. a b
geuſarū ſupplicatio quæ qui-
bus oblata, & quid conti-
nuerit 906. b
geuſis qui tandē permiſſæ
apud Antuerpiam concio-
nes 888. b
geuſicorum in belgio tumul-
tuū occaſio 867. a b
Giapan Inſula apud antipo-
des 603. a
giapa ſeu Iapania inſula vndē
nō ita pridē reperta 784. a
giapanorū industria & erga
fidem Chriſti affectio quā-
ta 784. b
Globorum millia tredecim,
vnam in arcē cōiecta 793. a
Gnathones inter Luteranos
doctores qui quales 858. a
Goſſariani cauſa q̄ vbi quādō
tumultuatum 427. a
gothæ obſeſſæ deditio 936. b
goudenſium laus 886. a

Græci rebelles Eccleſiæ Ro-
manæ 36. b
granata à Mauris occupatur
325. a. recuperatur à Ferdi-
nando rege. ibidēm.
gregorius Magnus quam à
quo hæretico paſſus calu-
niam 806. b
grittus charus Solimanno, in
Hungariam venit Turcæ
legatus 319. b. defendit Bu-
dam contra Ferdinandum
320. a. trucidatur 321. a. p̄-
daingēs celo auferit. ibi. b
gropperi de Sleidano ſenten-
tia 494. b
gropperum in ſuſpicionē he-
reſeos à Sleidano mēdaci-
ter vocatum 494. b
grumbachij apud Gotham
captio & ſupplicium 934. b
Gubernatrix qui p̄monue-
rit ciuitates 876. b
gubernatricis ad petitionem
nobilium reſponſio 870. b
gubernatricis edicta quæ à q̄-
bus contempta 874. b
guleta oppugnatur 354. b ex-
pugnat 355. a. inſtaurat 356. b
guilhelmus dux Cluieſi qua
fortuna principatū Geldrie
adeptus 428. a
guilelmus Clebiti⁹ ſcribit de
ruina papæ Saxonici 730. b
guilelmus Radēſis taxat 539.
b. &c.

I N D E X.

guintiū oppidulū 283. b Turca indē scribit ad Carolū V. 284. b vastat Germaniā 285. a fugit turpiter bis 286. b

Habitūs abiecti causa quātopere Lutherus execrāndus 433. a

Hereses vnde oriuntur 181. a

heresum cōprimendarum certissima via quæ 435. b

heretici nostri se hortātur ad mutuam pacem, vt possint oppugnare coniunctis viribus Pontificem 180. b

heretici mira fraude persuadent Principibus, vt Concilium petant 255. b postea respuunt 256. a

heretici non audent sub capitis periculo cum catholicis disceptare 271. b

heretici vt calumnientur catholicos 315. b viuunt bacchanaliter etiā in parascœue 316. a

heretici sua quā scelera excusent aut pallient 442. b

heretici quidam olim Cain & Iudam &c. coluerunt 641. a

heretici nostri scripta patrum deprauant 699. a mira eorum fraus & versutia in citandis patribus 698. a etiā antiquissimos pontifices lacerant 699. b 703. b

heretici Centuriones quam blasphemā in sanctōs quosdam 712. a b & 713. b 714. a 717. b 718. a oppugnat Sanctorum inuocationē 718. a quos authores in hoc sequantur 719. a

heretici cur solas scripturas valere velint 772. a b

heretici qui quomodo se metuō suis depingant colonibus 834. b

heretici qui à quibus hereticis scilicet repressi 845. b

hereticorum versutia 387. a calumnia & temeritas 410. b 411. dominatio qui sitrestricta 433. b iactatio de scriptura qualis 447. b 448. a in Iesuitas petulantia & conuicia 461. a occęcatio & superbia quanta 815. b

hagenocō imperij conuentus quid profecerit 441. b

hannonæ laus 874. b

harducllis quis fuerit, & vt visxerit ac mortuus sit 13. a 15. a

harlemij commedatio 886. a

hassella seu hasselletū qui rebellārit, ac se dederit 911. b 920. a

Hecle mōtis descriptio 379. a

heidelbergēses damnant scripta Luteri & Brentij 713. b scribūt in brentiū &c. 771. a b

heldus quid cum Saxone egerrit 389. a

heldi

I N D E X.

heldi ad Protestantes responsū, & in dicendo dexteritas 390. b 391. b

heldo quid & quomodo à protestantibus responsū 391. b 392. b

helena laceratur à Centuriōibus Magdeburgicis 725. a

helfesteinij comitis mira hoc anno ad ecclesiam catholicam ex secula reditio 934. b

helmonda & Endouia p Rossemiū capte ac direpte 504. a

heluetij cędunt Gallos 90. a

heluetij auro corrupti nō expugnant Diuionem 94. a

heluetij catholici cędūt Zuiniglianos 274. a b 275. a eorū pietas 276. b

helueticę synodi decretū 385. a

heluetios Buceri technis decipi nequiuisse 371. a

henricus Gallię rex celebrat nuptias 301. a punit hereticos 575. b scripto edito Catholicū se declarat. ibi. itēq; hostē hereticorū 576. a

henricus imponit p̄sidium 585. a facit bellū Carolo V. 585. b capit naues Belgicas 586. b proponit edictū cōtra hereticos 587. b oppugnat cū Mauritio Carolū V. 588. b eius symbolū 591. b adimit imperio tres Episcopos, & Metēsis durum iugū imponit 592. a

henricus redit in Galliam 599. a vastat ditionē Lucemburgē 601. b cōburit hereticos 610. a occupat aliquot Belgij oppida 614. a mittit exercitum in Italiam, & expugnat Valentiam 638. b reuocat illos ex Italia 640. b facit pacē cum Philippo rege 687. b lętaliter vulneratur & decedit 691. a b

henricus octauus Anglię rex ducit Catharinā Hispanam vxorem 79. a optimē instituitur. ibidē. scribit in Luterū 149. a repudiat Catharinam 293. b à Pontifice damnatur id factum 294. a vocat se supremum Ecclesię Anglicanę caput 316. b qui quam vxorem suam tractārit, & quam sextō duxerit 488. a b morit 547. a

henricus Henriquez quid quātumve pro fide apud Barbaros aut tulerit aut præstitit 783. b

henricus Zutphanus apostata, profugit Bremā, & Meldorpi exurit 173. a conuocitat discordiam multis locis ibidē. b

henrici Brunswicensis captiuitatem qui captor ipse luerit 428. a

henrici octaui Anglorum re-

I N D E X.

gis vxores quæ qui ab ipso
tractatæ 376. a b in S. Tho-
mæ Cantuarienſi offa tyran-
nis 422. a ſcriptum contra
concilium 433. b edita cõ-
tra Luterum qualia 434. a
vxoꝝ quinta 454. a
herba ad imaginẽ Chriſti mi-
raculis claret 724. a vt ea
miracula lacerent Centu-
riones ibidẽm
herlenſe apud Vatuccam cœ-
meterium, vndẽ qui fruſtrã
oppugnatum 500. a
hermannus epifcopus Colo-
nienſis loco mouetur 545. b
hermannus Heſſius archiepi-
ſcopus Coloniienſis mori-
tur 73. b laudatur, ibidẽm
hermannus quidã ſeditioſus
Geuſa qui Brugis auditus
& exactus 889. b qui Haſ-
ſelleſẽ ſeduxerit, quãq; illis
fuerit acceptus, & ſe indẽ
ſubduxerit 913. a cur tadẽm
etiã ſuis exoſus 919. a
heſdinum à Gallis captum
383. b
Hilarij offa comburuntur ab
hæreticis 751. a
hilarion ſuperſtitioſus eſt cœ-
turionibus 712. b
hinsbergum Iuliacenſi oppidũ
qui à Brabantis contra Iu-
liacenſi tutatum 488. a com-
meatu ſuffultum 499. b

defenſum 500. a
hinsbergi obſeſſio qui p Bra-
bantos ſoluta 500. b
hippolytus Medices adſpirat
ad Hetruriz principatum
365. b ſtruit inſidias Alexã-
dro ibidẽm, redit cum eo
in pacẽ 366. a miſerẽ perit
ibidẽm
hiſpanus quidã Caluiniãnus
cur vndẽ Antuerpiam vo-
catus 595. a
hiſpani q̄ charum habuerint
Carolũ quintũ 224. b
hiſpani obtinent arcem Tur-
cicam 767. a
hiſpani duo Geuſici qd Ant-
uerpiæ adorti 895. a
hiſtoria eccleſiaſtica Illyrici
& ſociorum, quot ſcitate
fraudibus & mēdacijs 695.
& c. cõfutata ab Alano Co-
po ibidẽm b eius authores
ſcipſos conſutant & pude-
faciunt 699. b lacerãt Pon-
tifices 701. a 703.
hiſtorici Magdeburgenſes ſe-
pẽ pugnantia ſcribunt 725.
a b quõ reuocent crucis
vbũ ibidẽm b proſcindũt
patrum ſcripta 727. a plura
de iſtis hiſtoricis vide in pa-
ginis quæ his antecedunt.
Hollãdiẽ vrbes quẽ aut quõ
adverſũm Geuſas laudem
meritæ 886. a
hor-

I N D E X.

horrenda dei in ſchiſmaticos
iudicia 414.
horucius pirata occupat Al-
gerium 323. a ceditur ab Hi-
ſpanis ibidẽm
Hugoniſtæ ſeuiunt in Gallijs
733. & c. vt Lutetiam ingreſ-
ſi ſint 736. b
hungariæ deſcriptio, opes,
amœnitas fertilitas 477.
nobiliffima oppida quot
& quæ 449. a
hungariam qui Turca depo-
pultus vaſtãrit 498. b
hungarus quidã Mahome-
tanus Budẽ præficitur 475. a
hungari duce Georgio Siche-
lo ſeuiunt in nobilitatem
& Pontifices 97. a at cẽdũ-
tur ibidẽm b
hũgari quomodo ſenſim de-
generãrunt 475. b
hũgari puero in cunis vagiẽ-
tiuramẽtũ præſtant 545. b
hungarorum inſolentia aut
temeritas 476. b
hungaris quibus cur meritõ
inſultandum 473. b
Iacobus Complutẽſis claret
miraculis 723. b
iacobus Smidelinus quã im-
pudens 248. a Thraſonico
habitu concionatur ibid. b
iacupp⁹ rex Perſarũ perit 16. a
iana Semeria quota Henrici
õſtãui vxor 376. a filium

enixa, ex partu interit 385. b
ianizari qui ſint, & eorum ar-
ma 104. a
ianizarorum, & eorum qui
Spaches dicuntur, pertinã-
cia 403. b
Iconoclaſmi apud Antuerpi-
enſi ſcintilla ſeu incenter quõ
881. a
iconoclaſtẽ quo aut cui⁹ edi-
õ compreſſi 887. a
iconoclaſtarum & Turcarũ
õntilla differẽtia 396. b 473. a
ieſuitarum approbatio, obe-
dientia illorum pia quõ &
q̄ feliciter cedat 458. 459.
ieſuitarum quã ſint multi-
plicata collegia 462. a ante-
ſignauit ſeu duces qui qua-
les 462. a b
ieſuiti cur ad cõ inſenſi hẽre-
tici 460. b
Ignati⁹ Loyola cuius religio-
nis aut ordinis author 455. b
ignatij Loyolẽ militatio, vul-
neratio, in ſeſe deſcẽſio, ſa-
natio, conuerſio, pœnitẽ-
tia, ſecceſſio ſolitaria, pere-
grinatio, ſtudioſum, prædica-
tio, incarcerationio, liberatio,
mẽdicatio, promotio, 455.
456. profeſſio, diſpẽſatio,
facultes, inſtitutio, 457. 458
ignis quã mira apud Heclã
natura 379. a
igni uomos montes eſſe velut

I N D E X.

infumibula inferni 378.b
 379.a
 illustratio quæ, quale sit Dei
 scilicet beneficium 842.b
 Illyricus Melächthonis discipulus
 scribit in illum 570.b
 vult Synodum Saxoniam
 571.a. quiritatur Augustinam
 Confessionem depravatam
 ibidem. scribit historiam
 ecclesiasticam 694.b
 perstringit Zuinglianum. ibid.
 illyricus cum suis prescribitur
 à Luteranis 756.a
 illyricus & Cyriacus quis quomodo
 Antuerpiam vocati, & quid ibi fecerint 893.b
 illyrici & Spangenbergij non
 prosperi successus in Belgio
 893.b
 illyricani & Melanchthonici
 qui se mutuo traducant 850.a
 Imago Christi crucifixi sudat
 diu 584.a
 imago Christi apud Paneadé
 724. a, de ea mendaciam
 Centurionum. ibidem.
 imagines sacre impiissime tra-
 ctantur in Anglia 689.a
 impietas hodierna quanta 788.a
 impudentia & arrogatia qui
 quanta laborem 818.a
 Indorum pueri quo zelo perse-
 sequantur idola 780.
 indorum pueri qui & quot quan-
 ta pro Christo passi 784.a
 inducitur Turcarum quales 398.a
 indulgentiarum prebent Luterano
 infantiendi ansam 120.b
 indulgentiarum Luteranarum qui
 854.a
 infans regius est Buda ad Tur-
 cam deportatus 472.a
 inferni seu purgatorij indicia
 in terris qualia 379.a.b
 innocentes hereticis qui 442.a
 innocetius qui. mittit Legatos
 ad Tartarorum regem 33.a
 inquisitionis Hispanice in-
 troducendæ rumor falsus & de
 tumultus excitari 868.b
 insula Fortunata 108.a
 infensus zelus 906.a
 intermissæ qui per Vuigadum
 hereticum tectum appella-
 ti 847.b
 inuocatio sanctorum à quibus
 olim impugnata 719.a, qui
 per quos traducatur 842.b
 843.a
 Ioachimus Vadianus quot con-
 tra Eucharistiam libros scri-
 pserit 371.b
 ioachimus Vuestphalus Zuin-
 glianos proscindit 604.a
 scribit in illos 615.b, item
 in Caluinum 616.a. 642. 648.
 & in Iohannem Laskum 643.
 iohanna insula 8.b
 ioannes à Lasko cum suis non
 potest habere hospitium
 apud Luteranas ciuitates
 612.a. Embdæ recipitur. ibi-
 dem

I N D E X.

dum b. migrat Fracophor-
 diam 616. b. scribit contra
 Luteranos 619. a. obit 693. b
 etiam mortuum oppugnat
 Vuestphalum 728. a
 iohannes apostolus quam vis
 tarrit Cerinthum 637. b
 iohannes Campanus impietate
 de S. Trinitate scribit 288. b
 iohannes Dalburgius moritur
 56. a. idem laudatur. ibid.
 iohannes Eckius taxat Luterum
 129. b. disputat cum Carlsta-
 dio & Luterio 130. b
 iohannes Fischerus, quere, epi-
 scopus Roffensis.
 iohannes Gropperus assciscit
 in numerum Cardinalium
 546. a. eius continentie ze-
 lus. ibidem b. obit 688. a
 iohannes Marbachius Vbique-
 tarius 775. a. quantum tribuat
 Luterio. ibidem.
 iohannes episcopus Treueri-
 cus moritur 54. b est in episco-
 patu lviij. annis ibidem.
 iohannes Bugéghagius confutatur
 à Michaelé Veho 290. a
 iohannes Roffensis Episco-
 pus laudatur 335. b. plecti-
 tur capite ob pietatem. ibi-
 dem. 336. a. caput stipiti
 inditum nihil contabescit
 multis diebus 338. b
 iohannes Trauersius damna-
 tur capite, sed tres digiti,
 quibus scripserat pro pri-
 matu Romani pontificis, con-
 buri non possunt 343. b
 344. a
 iohannes Saxonie dux obit
 292. a. eum Luterus Chri-
 sto comparat. ibidem a. ei-
 us filius dux Saxonie capit
 552. a. vt ipse & Lätgravius
 Carolum quintum vocarint.
 ibidem. donatur vita à Ce-
 sare 553. b. non vult se sub-
 mittere decretis Concilij
 Tridentini 565. b. moritur
 cum vxore sua 613. b
 iohannes Stoltius scribit Lu-
 teri defensionem 612. b.
 Iohannes Stoneus Augustinia-
 nus post triduanum ieiunium
 diuinitus admonetur ad
 constantiam, & fortiter mo-
 ritur pro iustitia 343.
 iohannis Vaiudæ Hungaro-
 rum regis mors 454. b
 iohannitarum apud Neoma-
 gos templum quali cociotio-
 ne infamatum 900. b
 iouinianus hereticus quid
 docuerit 188. a. paucos se-
 ducit, & cito opprimitur.
 ibidem. b
 iouiniani imperatoris edictum
 quod quam laudandum 389. a
 Iperem qui templa & cenobia
 quomodo vastarint 878. a
 Irenæus Martyr quid scripse-
 rit

I N D E X.

rit de ecclesia 766.a
 irengi ossa concremant 751.a
 Isabela Caroli V. soror obit
 148.b
 isabellæ imperatricis mors
 428.a
 isenaceni Protestantium con-
 uentus quid statuerit 416.
 b 427.a
 islebius cuius & natiuitate
 & morte longè lateque ia-
 ctatum 529.
 ismael Soph⁹ fit rex Persarū
 12. b 17. a mittit legatos Vene-
 tias 19. b describit 100. b & c.
 Iudæus ab ancilla emit sacram
 hostiam 62. b eam cum so-
 ciji cofodit, & exit sanguis
 ibid. & 62. a capitur & exu-
 ritur cum ancilla ibi. quidā
 quī à Pio 5. cōuersus 823. a
 iudæi malè tractatur Vlysb^o
 ne 66. a Christianorum in-
 fantes perimunt 83. b quī
 cuius Pontificis exemplari
 uita conuertantur 825. a
 iuliaceñ ducatus quomodo à
 Brabantis inuafus 481. b
 iuliaceñ dux Gandauū quo-
 modo ad Cæsarem cur &
 quī profectus 451. b
 iulianus apostata qd dixerit
 cuidam Christiano 363. b
 crucis signo fugat dæmo-
 nes 533. a
 iulius II. occupat Bononiam

69. a moritur 93. a
 iulius III. moritur 618. a
 iulius Pflug eligitur Numbur-
 gen⁹ episcopus, eijci⁹, & rur-
 sūm instituitur 483. b 484. a
 iunonis Sacrum, quale cuius
 insulæ nomen 801. b
 iunus beius Turcæ legatus, vn-
 de quā miserè tractatus
 402. b 403. a
Labyrinth⁹ Aegypti 114. b
 Landresium à Cæsare ob-
 fessum, à Gallis commeatu
 munitum 507. b
 Landresiu à Gallis occupatum
 & munitum 493. a
 lantgrauius Hassiæ aliq⁹ Ep-
 scopis imminet 212. b Mar-
 purgi frustra nititur con-
 ciliare euangelicos 230. b
 ferit fœdus cum Zuinglia-
 nis 263. a restituit Vuirten-
 bergicum 318. a quātillum
 legato papæ detulerit 391. b
 se dedit Cæsari 554. b sup-
 plex petit veniam 555. b ei⁹
 deditiōis cōditiones 556. a
 intercedit pro eius libe-
 ratione 561. b meditat⁹ fu-
 gam 582. a dimittitur è cu-
 stodia.
 laurētius Campegi⁹ legatus
 venit Norinbergā & c. 171. a
 reformat clerum 172.
 laurentij medicis horrendum
 in Alexandrum Medicum
 scelus

I N D E X.

scelus 380. fuga 382. b mors
 383. a
 lazari Schuendij laus 803. b
 Legatio ad Valencenē 919. b
 legatus pontificius qui à pro-
 testantibus exceptus 391. b
 legatus Ferdinandi ad Tur-
 cam, qui Byzantij exceptus
 469. a
 legatus aliquis Amsterodami
 quomodo exceptus 921. a
 legati à Buscoduceñ detenti,
 liberantur 924. a
 legati principū Germaniæ ad
 Gubernatricē, quid petiē-
 rint & impetrarint 927. a
 legati Protestantium ad Hen-
 ricum Angliæ regem, quid
 responsi retulerint 449. a
 legati ad turcam, quibus epu-
 lis excepti 473. b
 legati quib⁹ à ceusis læsi 913. b
 leco X. moritur veneno 148. b
 leodiē episcopi in Polū hu-
 manitas 385. a
 leuuarda qui in gratiā rece-
 pta 905. b
 lex Salica à quo lata 5. a
 Libell⁹ Gallic⁹ seditiosè spar-
 sus quid continuerit 872. b
 libellus fœderatorū supplex
 ad Gubernatricem 908. b
 Gubernatricis ad eum re-
 sponsio 910. a
 libellus Gallicus seditiosus
 Bruxellis sparsus, quid con-

præhenderit 872. b
 libertas pessima quæ 374. a
 liber de Actis synodi Constā-
 tiensis ab Islebio edit 221. a
 libido Venerea quos quantis
 periculis inuoluat 381.
 libri qui cur equissimè aut ve-
 tētur, aut igni adiudicētur
 452. b
 libri qui cur quibus non pas-
 sim legendi 453. a
 libri hereticorum Meti com-
 burantur 605. b
 liguria qualem non itā dudū
 hiatum terræ perpesa 787. a
 lingua Sclauonica latiss. 31. a
 liphia quid oppidi sit 431. a &
 Luterismo quali infecta
 ibidēm.
 litaniæ cur olim institutæ 73. a
 lituania describitur 44. b & c.
 in ea qui hodiè sint hæreti-
 ci 44. b quot Ecclesiæ Ro-
 manæ obediunt Episcopatu-
 tus 45. b crudele genus sup-
 plicij 45. b
 liuania quando primū cre-
 diderit 50. a
 liuania varia habet idiomata
 50. b
 liuonienses pugnant cū Mu-
 fcouitis 45. a
 Lochig⁹ quorū principū con-
 uentu illustratæ 437. b
 locustarū prodigiosa copia &
 magnitudo 466. b copix
 quæ

I N D E X.

quæ quid portendere visæ
496. b ingentiū ingens pla-
ga 488. b
foctis porcos sanguinatos
467. a
londronius clarus dux q tan-
dem à Turcis occisus 400.
longolius quis vndè cur lau-
datus, & quos ille laudârît
819. b
louaniensium laus 871. b 885. b
Lubecensibus cur quid priui-
legij ab ordine Teutonico
concessum 50. b
lucas Sternbergerus horren-
das vomit blasphemias 731.
b quos habuerit præcepto-
res 732. a
lucemburgum aut Luxebur-
gū à Gallis occupatū 507. a
idipsum Cæsar Gallo ex-
torquet 515. b
ludimagistri vndè quomodo
examinandi 929. a
ludouicus Gallie rex Mariæ
Henrici Angli regis fororē
sibi iungit 104. morit̃ 105. a
ludouic⁹ Sforcia miserē mo-
ratur 105. a
ludouicus Hungariæ rex pe-
rit 193. b
ludouici comitis Palatini ob-
itus & successor 511. a
lugdunenses se dedunt regi
761. a
lusitani quæ nauigando adie-

rint loca 10. b
lusitani tres comeduntur à bar-
baris 23. a
lusitanorū apud Indos & con-
tra Turcas victoria 377. a
397. a
lusitanorū rex, Caroli V. ge-
ner, interit 508.
luterus vbi natus & quando
117. b fit monachus 118. a ha-
bet commercium cum de-
mone 118. b fit doctor the-
ologiæ ibid. oppugnat In-
dulgentiarum prædicatores
120. b ppositiões xcv. edit
contra indulgentias 121.
luter⁹ summissus erga Pōtifi-
cē 121. b hæreticorū omniū
impotentissimus ibid. vul-
gō se venditat 122. a Clerū
traducit ad vulgus ibid.
luterus venit ad Caietanū le-
gatum 126. a non vulcite
Romam ibid. protestatur
se in om̃ibus sequi Roma-
nam Ecclesiam ibid. tergi-
uerfatur coram Caietano
127. b agit fraudulēter ibi.
b submittit se vniuersitati.
bus ibidē.
luterus fraudulenter laudat
Theologos Parisiēses, rur-
susq; vituperat 128. a scri-
bit contra decretales &c.
cū paulō antè se in om̃i-
bus Ecclesiam Rom. sequi
dixisset

I N D E X.

dixisset ibidē. à Legato si-
mulatè prouocat ad Pōti-
ficem 12. b Caietano blan-
ditur, itemq; detrahit ibi.
luterus barbara vsus voce 130
b, dicit oppugnari nō pos-
se Rom. Ecclesiam ibidē.
disputat cum Eckio ibidē.
damnat Boēmos, & credit
purgatorium 131. a
luter⁹ quantū tribuerit Rom.
Ecclesie, camque agnoscat
& dolet se irruerētē tra-
stasse 133. a rursus cōtraria
scribit & dicit 133. b 136. b
docet om̃ibus modis resi-
stendū Pontifici 136. b scri-
bit pugnātia 137. a ius Pō-
tificium exurit ibi, horta-
tur principes, vt in sangui-
ne pontificis & cardinaliū
manus suas lauent 137. b
luter⁹ scribit in Colonienē &
Louanienē theologos 137. b
excomunicatur à Pontifice
ibid. scribit in Pontificem
acerbissimè ibid. scribit li-
bros pietatem quandā præ-
se ferentes 138. b accusa-
tur grauissimè in Comitij
Vuormatiæ 139. a defendit
à Friderico Saxone ibid. b
diū cōsultatur, quibus cau-
tionibus Vuormatiam ad-
ducendus sit ibidē, venit
cū socijs Vuormatiā 140. a

luterus concionatur contra
Cæsaris edictum 140. a pro-
testatur corā Cæsare & prin-
cipibus longè aliter quàm
fecerat coram Legato Pon-
tificis 141. b 142. a arguitur
immodestiz à principibus
142. a mirabili versutia fin-
gitur captus 144. b eius Pa-
tmos ibid. dehortatur à stu-
dio Philosophiæ &c. 144. b
Thomam Aquinatem dicit
multa scripsisse heretica ibi.
luterus hortatur suos, vt in
abrogāda Missā cōtra cons-
scientiā perseuerent 145. b
damnatur à Parisiensibus
146. a scribit contra Parisi-
enses atrocissimè ibid. re-
dit è Patmo Vuittenbergā
149. b commēdat Philoso-
phiam, corripitq; Melan-
chthonē 150. a damnat Au-
gustinianos suos ob Missæ
abrogationem, quos antè
laudauerat 150. b scribit
maledicētissimè in Angliæ
regem 150. b eius verba ar-
rogātissima ibid. &c. iactat
se de Missā triūphasse 151. a
contumeliosus est in Cæ-
sarem & principes 151. b
luterus se vocat euāgelistam,
152. b nullum vult pati iu-
dicem ibid. vertit nouū tes-
tamentum mala fide Ger-
manicè

I N D E X.

manicè 153. a reijcit aliquot
 sacre scripture libros 155. b
 multis locis mutat suâ no-
 ui restamèti versionè 156. a
 ait omnibus Venerè neces-
 sariam 156. b scripsit acer-
 bissimè in Principes, & cõ-
 tumeliosissimè 157. a 171. b
 hortat vulgus nè obediunt
 Principibus 158. a
 luterus bona Cleri adiudicat
 fisco 160. a ostendit se ob-
 sessum à legione demonũ
 162. b scribit in Zuinglium
 167. a ridet miracula circa
 obsessos 169. b scribit in ca-
 rollstadiũ 175. a ait se Sacra-
 mentarios planè execrari
 180. a
 luterus vidès rusticos succũ-
 bere, scribit in illos 182. b
 192. a celebrat nuptias 186.
 b scribit sceleratissimè in
 Canonè missæ 191. a blãdit
 Georgio Saxonie principi
 194. b qd scripserit de dese-
 rido infocèdũo matrimo-
 nio 195. b hortat archiepisc.
 Moguntinens, vt vxorè du-
 cat ibid. blanditur Angliæ
 regi 196. a scribit in Zuing-
 gliũ & Oecolãpadiũ 197. a
 luterus scribit in Zuinglium
 & c. 205. b germanos vocat
 porcos 206. a vult Zuingli-
 anos puniendos, cosq; vo-

cat porcos & asinos, & bla-
 sphemos ibi. scribit in ana-
 baptistas 209. a obiurgat
 magistratũ ob punitos ana-
 baptistas ibi. Papatu quã-
 tum tribuat ibid. b scribit
 proluxè in Sacramentarios,
 sed pugnancia 215. b exagi-
 tat georgiũ principè 217. b
 scribit cõtumeliosè in rõ-
 tifices & príces 221. b 268.
 de bello turcico scribit pu-
 gnancia ibid.
 luterus suo ense iugulat 259.
 b loquitur arrogantissimè
 260. b & c. 270. a impuden-
 tissimè mëtitur de Catho-
 licis 272. a vult se exercita-
 re maledicendo ibid. men-
 tit de S. Hieronymo 288.
 b probat in Arrianis, quod
 noluerũt Homousiõ reci-
 pere ibid. cõtra pactũ scri-
 bit in Zuinglianos 291. a
 scripsit contraria de inuo-
 catione sanctorum 292. b
 293. a iactat se impudenter
 295. b 296. a à diabolo di-
 fcit blasphemare Missã 311.
 eius imm anes blasphemia
 312. a
 luterus imprecatur Missè 312.
 b, de ea scribit pugnãtia 312.
 b & c. dicit subditos Mag-
 deburgenses iurè posse oc-
 cidere Archiepisc. suũ 347. b
 quam

I N D E X.

quam aliquadò synodum
 indixerit 370. b vbi q; bellè
 suo se iugulet gladio 376. a
 luterus egrotat, ad conuentũ
 vêturus & Heluetijs respõ-
 surus 384. b quò vnum &
 idem modò asserat, modò
 oppugnet 420. b quales cõ-
 cilio articulos offerri vo-
 luerit 423. a qualè de pre-
 cibus contra Turcas libel-
 lum ediderit 486. b quibus
 technis à Sleidano frustra-
 tim citat 487. a, b & quo-
 usquè Zuinglianis placeat
 490. a qui suis coloribus à
 Zuinglianis depict 519. b
 qui capto Brunsvicẽ in-
 sultat 524. a iam moritu-
 rus, quò adhuc sanus Vuit-
 tenberga vocatus 528. b
 luterus vult orari pro Dño
 DEO 529. a eius suprema
 precatio, & mors ibid. Ca-
 dauer pòposè ducit. Vuit-
 tenbergã 530. a mirè angif-
 dum vult expellere demo-
 nem 531. a frustra conatur
 excitare Nefenũ 534. a eius
 impia vox in crucè Christi
 725. b est sibi in multis cõ-
 trarius 773. a à Munstero
 carptus, quid illi responde-
 rit 864. a
 luteri apud Smalcaldiam cõ-
 cio qd fundi habuerit 386.

b, de suorũ nequitia testi-
 monium 390. b arrogancia
 & audacia quãta 484. a de
 Zuinglianis iudiciũ & p-
 phetia 509. a theses contra
 Louanienses quales 519. a
 hereticũ contra Põtificem
 scriptũ, quale 521. b scripta
 vndè q corrupta 861. b in-
 constantia qualem hodiè
 principè ad Ecclesiã p oc-
 casionem reduxit 936. a
 luterò quid non solum Ger-
 mania, sed tota Christiani-
 tas acceptũ referre habeat.
 491. b 492. a falsam Sleida-
 ni laudem nihil profuturã
 522. b quis prophetie spiri-
 tum tribuerit 524. a q quò
 adulentur 837. b
 luterum (si dijs placet) apost.
 Paulo à Luteranis collatũ
 439. b
 luteranus sacerdos iugulat
 vxorem suam & c. 757. a
 luterana hæresis hõcanno ex
 Helfensteinio comitatu ma-
 turè, piè & vltro exturbata
 934. b
 luterani Zuinglian os puniũt
 205. b pudeñt 260. a no-
 lũt Zuinglianos in scedus
 Smalcaldicum admittere
 273. a insultat Zuinglianis
 278. b vanè prophetizant
 303. b oppugnant conciliũ

I N D E X.

413. b quomodo à Zuingli
anis depicti 439. b instau-
rant bellum in Zuinglia-
nos 604. a
luteranos acerbè perstringūt
645. a valdè oppugnant
Zuinglianos 619. 643. a
648. a dānāt multas sectas,
etiā Melanchthonem cum
suis 692. b capūtur à Stur-
mio 731. a scribunt in Zuin-
glianos ibid. b 771. vocant
Palatinos falsarios 773. a
cōtendunt de veris Tomis
Luteri ibid. b irridentur à
Palatinis Calvinistis 773. b
luteranos q quomodo perfe-
quantur 846. a qui quas in
angustias redacti 846. a &
Zuingliani qualib⁹ & qui-
bus de rebus inuicem con-
tendant 849. a qui à quib⁹
Luteranis mutuò proscin-
dātur 851. a qui quomodo
bonorum Ecclesiasticorū
rapinam deplorēt 854. a q
quos velut parturientium
sustineant labores 858. a
luteranorum nomē, cur Tur-
carū tyranno inuisum 375.
b calumnia 410. b de Tigu-
rinis sententia 520. a libro
rū copia scilicet q̄ta 845. a
luterāos editis Zuinglij ope-
rib⁹ iratos & irritatos 491. a
luteranos pontifices etiā su-
minibus (si dijs placet) vi
852. a
lutericę & Osiandrinę iustifi-
cationis fundamēta quām
diuersa 386. b
luterici ministri q vndē Ant-
uerpiam vocati 893. b
luterismus quis, qualis aut
quotuplex 431. a
luterismus quādō palām Pa-
latinatui illatus, quomōq; nō
itā diū pōst Calvinismum ei
ibidē suffectus 524. b 525. a
lutetiæ quale periculū Caro-
lo V. institerit 437. a
lutetiani quādō cur & quām
trepidārint 515. b
luxuriæ cui quis heresiarcha
fenestram aperuerit 860. b
luxuriam sub Euāgelio nouo
quantam quis euangelicus
deploret 860. b
Magdeburgici pertina-
ces sunt 570. b cędun-
tur & obsidentur 581. b se
dedunt 587. b laudantur à
Sleidano ibidē.
magdēdalēse cœnobiiū quo-
modo à Geusis vastatū 885. a
magister sententiarum quo-
modo à qbus tractet 818. b
magistratus quis cur carpēdis
453. b
magistratib⁹ quibus quę vn-
dē cur danda ratio 829. a
mahometes cędit regem Tra-
pezuntium 14. a prohibet
suis, nē disputent cū Chri-
stianis 145. a
mahometis pseudoprophetæ
sepulcro quæ vrbs gaudeat
396. a
mahometā in 2. sectas distra-
cti 14. a cur se mutuò per-
sequantur 14. b
mala Germaniē iuxta Vuigā-
dum, quę qualia 847. & deñ
malacca quo aut quali colle-
gio illustrata 785. b
malacca expugnat à Lusitanis
105. b
malacham hodiē dici, q̄ Cher-
sonesus aurea aliās dicitur
395. a
maluccę credūt Christo, sed
pōst deficiūt & puniuntur
779. resipiscunt 780. a cre-
scit ibi garyophyllū ibidē.
maluendæ acerrima quæstio-
ne & disputatione quò Bu-
cerus actus 526. b 527. a
mamaluchi qui sint 110. b qd
habeant priuilegij 111. a
manamotapiæ regnum vndē
conuersum, & mox auer-
sum 462. b
nāsfelden comites quo ho-
nore Luterū moriturum
exceperint 528. b
marbachius quis qualis hęre-
ticus 865. a
marcellus 2. moritur 617. a

I N D E X.

marchenæ quorū Geufarum
clade nobilitatæ 887. b
marchionis bergeñ in Hispa-
nia obitus 927. b
margarita Maximiliani filia
obit 262. b
margaritę heroidis, vndē Re-
ginaldus Polus natus, vio-
lenta mors 483. b
marggrauius Antuerpienē qd
à Geusis perpeffus 914. a
Maria virgo sinē peccato cō-
cepta 25. a
maria soror Caroli 5. venit in
Belgium 272. b
maria virgo liberat insignem
dēmoniacā puellā cum alijs
quibusdam 532. a
maria fit regina Anglię, & q̄f-
dam includit in custodiā,
alios educit 609. a multos
euāgelicos ministros mit-
tit in carcerē ibid. b quos-
dā primarios perimit 613. b
restituit religionē ibi. mo-
ritur 670. b eius educatio
671. a
maria Caroli V. soror obit
670. b
maria Scotię regia obit 729. a
martinus Bucerus. vide, Bu-
cerus.
martinus Luter⁹. q̄re, Luter⁹.
S. martin⁹ tuet Guintiuū 284. a
martinus Sinetius, q̄ inter cō-
cionandū ē suggestu appre-
henfus
Q q q

I N D E X.

hensus 908.a & qui paulo-
post suspensus 909.a
martinus Valentinus annūciat
Mexicanis Christum 661.a
claret miraculis 662.a
martini Sinetij chirographū
& palinodia 909.b
martini Turonensis ossa cre-
mantur 751.a
martyres Christi, & diaboli
159.a
martyres inter Iesuitas qui
quales aut quāti 462.a 463.a
martyrologiō q̄d quale 423.b
mascanorum rebellio 905.a
matthias Illyric⁹. q̄re Illyric⁹.
matthiæ Heldi ad Protestan-
tes legati oratio 387.b
matthiæ Huniadis laus 475.b
mauricius Saxo bellum clam
facit Carolo V. 588.a inte-
rim omne studium pollice-
tur 589.a scripto edito bel-
li suscepti reddit causā 589
b occupat Germaniæ vrbes
591.b Vlmam frustrā oppu-
gnat 192.a obtinet Ereber-
gum & Oenipōtem 599.b
mauricius tria vrget Passauij
601.b cōciliatur Cæsari, &
in Hungariam ducit exerci-
tum 602.a percutit fœdus
cōtra Albertum Marchio-
nem 606.a configit cū Al-
berto, & moritur 607.b
mauricij Saxonis periculum

552.b deprecatur Cæsarem
pro Lātgrauio 554. b resti-
tuit Vuittenbergæ Melan-
chthonem &c. 564.b qua-
tenus velit Synodum Tri-
dentinam admittere 580.a
facit fœdus cū Gallo 585.b
maximilianus I. domat Gel-
dros 64.a fit hostis regi Gal-
lorum 87.a moritur 129.b
maximilianus Austriacus fit in
Hispaniam 565.a fit Roma-
norum rex 755.a item Hun-
garię 761.b
maximilianus Sforcia recu-
perat arcem Mediolanē
& Cremonē 93.a
maximiliani II. Imperatoris
felices in Hūgaria res 803.b
Mecha Arabum vrbs, cur itā
habeatur insignis 396.a
mechlinia horrendo vexatur
incendio 544.b
mechlinię quę potissimū ce-
nobia à ceulis inuasa 884.b
mechlinię tumultus quantus
vndē qui sedatus 391.b
mechliniē cōcionatores II.
quidam, quid ad quam que-
stionem respōderint 906.b
medera insulā colitur à Lusi-
tanis 24.a
mediolanum Gallis eripitur,
148.b
mediolanū cur à Cæsare Gal-
lis negatum, Francisco autē
Sforcia

I N D E X.

Sforciæ liberaliter restitu-
tum 425.b
mediolanum cuius boni inter
quos quanta fuerit remo-
ra 437.b
mediolani gratia quanto perē
Franciscus Rex laborarit
425.b
meganus Comes qui qua de
re Antuerpiæ auditus 874.
b quot nobiles captos quō
miserit 926.b
megoano Comiti quid debeat
Ultraicetum 914.b
melanchthon impudētē men-
tatur 39.b quid scripserit
de Luteranis 46.b dehor-
tatur à Philosophia 149. b
fit pistior 150.a confutat
Anabaptistas traditiōe Ec-
clesiastica 207.a asserit libe-
rum arbitrium, quod ne-
gārat 210.a contra pactum
oppugnat Zuingianos.
263.b respondet ei ab Oe-
colampadio ibidē. quos
secum ē Saxonia adduxe-
rit Bonnā 493.b cum suis
accommodat se non nihil
ad Interim 509.b carpitur
ab Illyrico & socijs ibidē.
ab Illyrico falsi arguitur.
571. mutat crebrō Confes-
sionem Augustanam 640.b
&c. nouam Sacramentariā
opinionem effingit 693. a

moritur ibidē. b Luteri
furiosa scripta elimat, est q̄;
familiaris Sacramentarij 9
694 a multos hortatur ire
Tigurum & Geneuā ibid.
laceratur à suis ibid. impu-
denter mentitur de inuo-
catione sanctorum 719. b
cuius aut quorū librorum
falsarius 806.a qualis quo-
rum patrum maltyx 807.b
qui tandē factus Zuinglian-
nus 833.a quid de quibus
suis queratur 853.a
melanchthonis impudens &
inepta in patres calumnia.
447.a
melanchthonici quo alio no-
mine recēns vocati 343.b
melchior zobel episcop⁹ Her-
bipolensis cæditur 648.b
melitæ (scu per synopā Mal-
tæ) oppugnatio, descriptio,
latitudo 788.b & deindē.
melitenſibus quid à Pio III.
subsidio missum 792.a quā-
tæ ex Sicilia copiæ subsidio
missæ 802.a
melitenſes omnes in S. Elmi
arce occisos 795.a
memoria quis quantū value-
rit 492.b
memphis vrbs amplissima 114
qui hodiē appelletur 393.a
mendacia innumera. Luteri
157.b

I N D E X.

mercatores Luterani quę mo-
nasteria falua velint 346.a
mercurius gratiis nostrę com-
mentitius 26.b
meretrices quę vbi quomo-
dò aut conuerse, aut restri-
ctę, aut pulsę 827.a
meritoria vñ sint bona ope-
ra 410.b
metis ab Epō Roberto nouū
accipit Senatū 606.a
metropoles Hungarię quę
qualem triangulū aut tri-
podem repręsentēt 499.a
Michael Herlinus iam iam su-
spendendus, cur & quise-
clām vulnerarit, quemque
tumultum ante suspendiū
suū excitarit 931.a
michael Sellarius apostata &
Anabaptista grauissimē pu-
nitur 207.a
michael Seruetus impiē scri-
bit 288.a
milites Teutonici dicti, olim
se fratres scribebant 50.a
ministri Euangelici quales
236.a
miraculum hæresiarchę hor-
rendum 416.a qualem ñ ita
dudum Hassellę cõtigerit,
913.a quod hoc anno Gan-
dau ad S. Liuini reliquias
factū 932.b hoc anno apud
Harlingam Phriisę notaru
dignum 933.a

miracula facta ad reliquias S.
Kunegundis &c. 56.b ad
Eucharistiam à Iudæo cõ-
fossam 83.a per quos vbi &
hodiē fiant 459.b ad ima-
ginem B. Marię in Anglia
532.b Diuina lacerantur à
Centurionibus Magdeb.
712.720.a apud Indos qua-
lia & hodiē fiant 781.a
missa præscinditur à Lutero,
Sapido &c. 191.a
missa celebratur Argentinę
intermissa 578.
missę mastiges summi qui
444.b
missę sacrificiū viuus ac mor-
tuis prodesse 410.b
misnia quādò quī Luterismo
infecta 430.b
misnię oppidū quid aliquan-
dò miri præ oppidis vbiq;
omnibus habuerit 430.a
Moderatio edictorum regis
quę vndè probata 873.a
moguntia tumultuatur 184.a
moguntinenses Theologi qd
sentiant de Conceptione
Marię virginis 25.a
molligradi doctores qui 877.
b.858.a
monachi Turcici quales aut
qui 479.b
monachorum & monialium
cõiugia (si dijs placeat) qua-
lia 445.a
mon-

I N D E X.

monachorū exhibitio, quale
cui sit Dei scilicet benefi-
cium 844.b
monasteriū insigne S. Trini-
tatis apud Moscouitas 42.a
Monasteriū occupat ab Ana-
baptistis, & tota eius tragœ-
dię historia 304.a &c. capi-
tur ab Episcopo suo 309.b
monasteria quę præcipua ha-
beant exercitia 593.b falsò
ab hereticis ñ nisi scholę
olim fuisse dicuntur. ibidē.
falsò quoq; ab ijsdem tra-
ducuntur. 597.a
monasteria & templa Antuer-
piensia vndè & quādò ex-
pilata 881.b
monasteriorū in anglia euer-
sio 423.b
monastice quī ab Erasmo cõ-
mendata 373.a 374.b
monialis fugit Lutero appro-
bante 168.b
moniales apud Tornacū quī
à Geuis tribulata 877.b
montensium in Hannonia
commendatio 877.a
monstrum hoīs Rauēnæ 87.b
moscouia vrbs & prouincia
qualis 43.a
moscouitę. quære, Rutheni,
Muleasses sit Tuneti rex 326.
b. cedit fratres suos ibidē.
est inuisus suis 327. a fugit
ad auūculum suū ibid. b

est strabus & peritus 355.a
venit ad Cæsarem ibid. b
restituatur ab illo in regnū
359.b quī in fuga agnitus,
captus, & à filio excecatus
514.a venit augusta ad Cę-
sarem 564.
muleassis prodigiosus edēdi
luxus q̄ sit inauditus 511.b
512.a infortuniū & calami-
tas 513.a 514.a studiū, gene-
alogia, nobilitas 512.a 515.a
mulhusium deficit ad Helue-
tios 64.b
mustaphę & Pialis præfecto-
rum Turcicorum dissensio
790.a
mustaphę in cadauera militū
Melitensium facinus 795.
Myriades aureorū nummūm
quot, in quod bellum Ca-
rolo V. collata 496.a
N
Natalitia Dñi festa quī
Pius V. coluerit 830.
nauigationis ex Hispania in
Indiam descriptio 395.a
Neapolis crebro mutat do-
minos 54.a
neruiz duę 684.b
nestoriani hodiē vbi resur-
gant 424.a
Nicena synodus I. quib; vn-
dè conuicij affecta 815.b
nicenā I. synodum cur Lute-
rani exhibent 445.a

I N D E X.

nicolaus Amsdorfius acerbe
 scribit in Brétium, Melan-
 chthonem &c. 578. a 645. a
 nicolaus Gallus de Euange-
 licorū diffentionibus quid
 scribat 645. b scribit cōtra
 Melanchthonem. 693. a
 nicolai Serini comitis cædes,
 & caput qui Turcæ osten-
 tatum 866. b
 Nobilis quidam Antuerpien-
 q & cur in crucē actus 892. a
 nobilis cuiusdā Belgæ in op-
 pidi sui templo & alibi sce-
 lus 896. b
 nobiles Geusij quot qua in
 fuga sint capti 926. a
 nobilitum in Belgio fædera-
 torū symbolū quale 870. b
 nobilitum inter Belgas fædera-
 torū libellus supplex, cui-
 us rei occasio fuerit 870.
 nocturna Geusarum conuen-
 ticula sunt diurna 874 a
 norcarmij in Geusas armatos
 felix irruptio 898. a
 norinbergenses immanissimē
 vexantur ab Alberto Mar-
 chione 600. coguntur pa-
 cem cum illo facere ibidē.
 eius diridēs inuadūt 607. a
 noribergica comitia que, cui-
 morte nō nihil turbata 491. a
 northumbrius dux cum suis
 capit, & postcā capite ple-
 ſentur 609. b quæ dixerit

moriturus ibidē
 nouaria mirè defenditur ab
 Heluetijs 89. b
 nouimagiū qui à Geusis ve-
 xatum 899.
 nouimagij quid in sancti An-
 tonij area Geusæ adornā-
 rint 903. a
 nouimagio lupus quis qui in-
 trolatus 900. a
 nouimagenfes Catholici quo-
 animo se Geusis opposue-
 rint 901. b quot senatores
 Geusicos quāu mox ē se-
 natu eiecerint 902. a
 nouimagenfū scemini sexus
 æmulatio aduersum Geu-
 sas 992. b
 nouimagenfium de profligā-
 do lupo Geusico zel⁹ 900.
 a millib⁹ quot armatis Me-
 gan⁹ comes ab eis honorifi-
 cē exceptus 903. b Geusarū
 Thraſonica in foro ambu-
 latio q̄ p̄ eis citō dispar-
 rit 903. b alter cōtra Geu-
 sas cōcursus 903. a facinus
 405. a laus 904. a
 nouogardia magna à Russis
 capitur 33. b
 nox ea prima iconomachia
 Antuerpien, pijs omnibus
 qualis 881. b 882. a
 Numorum seditionum in
 vulgus dispersio 871. b
 nuptiæ apostatarū q̄les 445. a
 Obſi

I N D E X.

Obſidionem Hinsbergi
 quomodō Brabant
 soluerint 500. b
 obſetricibus quid qua pœna
 apud Belgas iniunctū 929. a
 Oecolampadius oppugnatur
 à Luteranis, & respondet
 179. a extinguitur 275. a ei⁹
 epitaphium 277. a de eius
 morte quid ſenſerit Lute-
 rus 511. b dicit sanctos in-
 tercedere pro nobis 314. b
 oecumenici apud Mantuam
 concilij indictio 377. b
 Oneraria nauis quantis cum
 armamentis vndē Meliten-
 sibus Turcis erepta 801. a
 Operum bonorū fructus qs,
 quarē habenda ratio 411. b
 oppida Imperij oppignorata
 28. a
 Orbis nouus quā amplas ha-
 beat prouincias &c. 654 &c.
 item eius orbis historia ibi,
 &c. innumeri illic ad Chri-
 ſtum conuertuntur 661.
 ormutiū qualis in Perſico ſinu
 ciuitas 872. b
 Oſander nouum dogma de
 Iuſtificatione cudit 582. b à
 Luteranis ſuis oppugnatur
 583. a illos oppugnat ibid.
 in ſuam ſententiam trahit
 Albertum Pruffiæ princi-
 pem ibidē
 oſandringē in cōuentu Smal-

caldienſi concionis funda-
 mentum quod 386. b
 Ottomāni Turcæ vt bella ge-
 rant 281. b vndē eorum vi-
 res auctæ 288. a
 Ouidij de Amore carmina
 quot quis euangelicus cō-
 cionator in concione ſua
 protulerit 849. b
 Pacem quibus medijs aut
 concionibus Turcæ de-
 ſiniant 398. a
 pagi Melitæ quot 788. b
 papam diabolo à Lutero col-
 latum & collocatum 487. a
 pariſienſes damnāt Lutecum
 145. b contumeliōſē illis re-
 ſponderetur 146. a
 pariſienſes in religione con-
 ſtantes 739. a primi ſe oppo-
 nunt Caluiniftis ibid. b cō-
 firmant aduētū Guifijs 741. a
 pariſijs quod periculū & in-
 fortunium Carolo V. inſi-
 terit 437. a
 patriarcha Alexādrinus pro-
 mittit obedientiam Rom.
 Pontifici 777. a
 paulus Form furatur & vedit
 Iudæo Euchariftiam 82. b
 fugit ad Vandalos ibidē.
 diro ſupplicio interficitur
 83. b
 paulus 3. mittit Andree Aurie
 inſigne munus 352. a bene
 precat claſſi Cæſaris ibid. b
 Q 99 4 qui

I N D E X.

qui à Cæsare & rege Fran-
cisco veneratus 407.a mit-
tit auxilia Cæsari contra
Protestantes 536. b mori-
tur 577. b à Sleidano per-
stringit contumeliosè, sed
defenditur ibid. & 559. b
paulus 4. obit 692. a
paulus Valleus Iesuita, quid
vbì pro fide exantlarit 783. b
pauli III. in Rempub. affectus
quis 480. b
pax publica Germaniæ fanci-
tur 280. a
Peregrinationū religionū &
pietatis ergo susceptarum
laus 394. a
perpénianum qui cōtra Gal-
los tutatum 484. b 485. a
perse equites vt armen 101. a
persæ tria habet militum ge-
nera 101.
persas à Lusitanis bombardas
fundere didicisse 393. b
personæ tres sanctæ Trinita-
tis blasphemantur 289. a
peruicacia seu pertinacia dis-
putatorū quorundā quan-
ta 528.
pestum à Germanis occupatū,
contraq; Turcas defensum
468. b 469. b
pestum à Turcis occupatum.
471. a
petra adamantina altissima
semper ardens 8. a
petrus

petrus Aloysius perimitur.
559. b
petrus Brullius quo successu
Tornacum inficere ador-
tus 517. b 518. a
petrus martyr apostata dispu-
tat Oxonię 576. b vt de cor-
na Dñi solitus fuerit loqui
ibid. abit ex Anglia 609. b
vocatur Tigurum 620. a
moritur 756. b
petrus Lógus pirata insignis
123. a
petrus Paulus Vergerius Le-
gatus Pontificis 360. b in-
dicat Cōcilij locum Saxo-
ni ibid. mors eius quid cui
quò profuerit 936. a
peucerus quis qualem contra
quem aut quos librum edi-
derit 804. a
peuceri calūnia in quos qua-
les 805. a rabies 809. a im-
pudens mendacium 809. b
in Surium conuicia 810. b
811. a
peucerum liuore & odio Pō-
tificum ardere 804. b
Philippus Austriae it in Gal-
lias 52. b tempestate impel-
litur ad Angliam 67. b ho-
nificè illic excipitur 68. a
in Hispania moritur 68. b
reliquit sex proles ibid.
philippus Caroli V. filius ve-
nit in Italiam 509. a item in
Belgium

I N D E X.

Belgium 570. Belgio inau-
gurat 574. a redit in Hispa-
niā 585. a celebrat nuptias
cū maria anglie regia 614. b
philippus Caroli V. filius alit
multos pauperes 638. a eius
victoria apud S. Quintinū
639. a & c. eius exercitus cæ-
dit Gallos apud Grauelingā
649. a facit pacē cum Hen-
rico rege Francie 687. b eius
nuptie cū filia henrici 691. a
philippus Melanchthon. quæ-
re, Melanchthon.
philippus Petri apostoli disci-
pulus ab eo missus in Sici-
liam 723. b multos quotan-
nis liberat à dæmone ibid.
philippus rex Catholicus, à
quibus subditis suis falso
perstrictus 869. a à quibus
suis etiā apud Cæsarem
rectum perstrictus 870. a
phrisia vndā pacata 905. b
phrisij cōplures Geufici, quo
recenti miraculo conuer-
tantur 933. b
Pialis quanto peditatu sead
explorandum S. Michaëlis
oppidum contulerit 790. a
picardus quidā sceleratē tra-
gat Eucharistiam 54. b
picardi quid sentiant de Eu-
charistia 55. a
picauium obsidetur à regis
exercitu 752. b capitur 753. a

pectura libro Luteri cōtra pa-
pam edito p̄fixa, qualis 522. a
pilarum millia quot à Turcis
in Melitam cōiecta 803. a
pinarolum vndē obfessum &
liberatum 386. a
pius III. moritur 53. b
pius IIII. Pontifex quid Me-
litenfisbus subsidio miserit,
792. a
pius V. quos libros edi & ver-
ti curarit 824. a quas cur
supplicationes indixerit
824. a quot dæmoniacas q
liberarit 824. b captiuos
quos qui donarit 825. a
pij papæ 4. obitus 820. a
pij papæ V. electio 820. eius
laus, equitas, seueritas 821. a
ab eo Melitenfisbus quid ad-
dictum 821. b eius preces &
parsimonia 822. a aula quali-
bus lectiōibus infudet 826.
b clementia 527. b in tutadis
itineribus diligens 828. a
ad iudices hortatio 828. b
erga meretrices commonen-
das studiū 828. b papæ libe-
ralitas 825. a in nepotem su-
um pietas & seueritas 825.
b 826. a
Plagarum cælestiū coacerua-
tio que nō itā dudum quā-
ta 781. a
plebes ad confœderatos no-
biles supplicatio 875. b
Q 99 5 plicō

I N D E X.

plicatilibus nauibus cur vbi
 contra quos Turca sit vsus
 394.a
 Poloni cædunt Russos 99.a
 pōtifex summus vndè cur &
 quomodo perstrictus 390.
 pontifex Romanus est pastor
 Ecclesiæ 119.a
 pontificiæ in Pannonia copiæ
 quæ se aduersum Turcas
 gesserint 486.b
 porticus admirabilis quandò
 Gandavi extructa 3.b 4.a
 portæta multa visuntur 730.a
 Præda quæta cui Turcæ à quo
 præter spem excepta 498.a
 præla quæ vbi quibus Lutera-
 nis occlusa 852.a
 præstigiæ hæreticæ quæles 833.b
 principes Catholici cum Lu-
 teranis agunt multis mo-
 dis, sed frustrà 254.b
 principes seduci & eueri per
 hæreticos an ita mirus 387.a
 principes qui quid coram Cæ-
 sare & rege Francisco papæ
 negarint 407.a
 principes oēs imperij se sub-
 mittunt Concilio Triden-
 tino 561.b
 principum arrogantia in res
 Ecclesiasticas, etiã à Lu-
 tero damnari 414.b
 principum aliquot schismati-
 corum petulantia quanta
 464.b
 prodigiorum apparitio 425.a
 prosopolatræ inter Lutera-
 nos quæ habiti aut dicti 850.
 protestantes vndè dicti 218.b
 protestantes scribunt Gallo
 & Anglo 266.a
 protestantes quale Cõcilium
 voluerint 298.a 300.a
 protestantes captant Gallorũ
 regis amicitiam 392.b
 protestantes recusant Mantu-
 am & Pontificem, pro lo-
 co & præside Cõcilij 360.b
 &c. quos velint habere in
 Concilio iudices 361.a. vo-
 lunt silere Cameram 363.a
 protestantes quale voluerint,
 si dijs placet, conciliũ 389.b
 protestantes Gallorum regis
 gratiam quæ per legatos ca-
 ptarint 440.b
 protestantes bellũ gerunt cum
 Carolo quinto, & tota eis
 belli Historia 535.b. &c. ite
 Saxonici 548.a
 protestantium ad Cæsarem in
 Italiam legatio 386.a 387.b
 protestantiũ petitio inquisi-
 tima & ineptissima quæ 427.a
 protestantium ad Cæsarem in
 Flãdriam legatio quid sibi
 voluerit 440.b
 protestantium sparsa in vul-
 gus mendacia quæ 527.b
 protestantibus quid Spiræ &
 Mogũtiæ ad postulata Cæ-
 sar

I N D E X.

sar responderit 501.a
 protestantes neque conciliũ,
 neque cameram imperialẽ
 ferre 491.b
 provincie Belgarum quæ qui
 regis edicta, inscijs Geusis,
 probant 871.b
 provincias captas qualibus
 præsidij Turcæ tuentur
 498.b
 Puella dæmoniacã nõ potest
 liberari à Luteranis 757.b
 mirè exagitur à dæmone
 759.a b liberatur à Catho-
 lico theologo 759.b
 Pyramides Aegypti 115.a
 QVINO eodemq; tempo-
 re Cæsare inuasum 484.b
 Quintini oppidum quæ ali-
 quandò illustratum 425.b
 R Adegundis reginæ ossa
 comburuntur ab hæ-
 reticis 751.a
 rassegemij in Geusis armatos
 felix expeditio 897.b. 898.a
 ratifonensia comitia seu col-
 loquia quæ quid exitus ha-
 buerint 464.a. 524.b. 525.
 526. 527.
 rauenna à Gallis vastat 87.b
 à Pontifice recuperat 88.a
 Rechabite cur laudati à Deo
 716.a
 reformatio Pij quinti qualis
 adornata 826.a b
 reformatorius archiepiscopi
 Coloniens liber, vndè con-
 fectus & confutatus 493.b
 494.a
 reges aliquot Viennæ conue-
 niunt 109.b
 regina Hungariæ vidua, quæ
 ex Buda exire iussa 473.a
 reginaldus theologus doctus
 simus Brigittanus damna-
 tur capite 339.a
 reginaldus Polus quæ à Slei-
 dano nequiter traductus
 376.b. eius in Angliam le-
 gatio quem successum ha-
 buerit 385.a. absoluit An-
 glos & conciliat Ecclesiæ
 615.a moritur 672.a. eius
 breuis historia 672.a b &c.
 regnum Australiæ 5.b
 religiõis in diocesi Coloni-
 en violenta ad tempus mu-
 tatio 517.b
 reliquiæ sanctorum profin-
 duntur à Centurionibus
 720.a b. ad eas fiunt mira-
 cula 721.a. 722. 723. b. de ca-
 rã translatoe 722.b. 723.a
 reliquiæ diuorum quàm
 Turcicæ à Geusis tractatæ
 879.b
 reliquiarum veneratio quæ à
 quibus & habita, & habẽ-
 da 504.b
 renatus Auricæ princeps vbi
 bello interiit 515.b

INDEX.

respōsum falsum nomine equitum aurei velleris euulgatum, quale 871.a
 reualia à quo constructa 50, b
 reualia episcopus est à suffragijs Lundens archiepo 50, b
 rex Lusitanie q̄ obseruans romanæ Ecclesiæ 776. b
 Rhegiū quando & qui à rusticis occupatum 497. b
 rhinoceros describitur 107. a
 rhodus à Turca capitur 155. b
 rhodienfes hodiē milites qui 789. a
 Robertus Vuaucop Scotus cæcus, fit doctor Theologus, & Archiepiscopus, atque moritur 584. b
 rochādulfus quā infelix regij exercitus dux 470. a b 471. a
Rod Nūt seu virga rubra, quā vbi sit præfectus 921. a
 rodolphus Agricola quo habitu sepultus 432. b
 roma diripitur à Cæsareanis, & fit magna hominum cedes 202. a. atq; hæc inuito Carolo V. 263. b
 romanæ sedis aut catholicæ sedis excellentia 460. b
 rossemij qualis sub Gallorum auspicio expeditio 485. b
 Rumoris falsi gratia, q̄d fœdus in Belgio ictum 868. b
 rupertus Palatinus interdicatur aqua & igni 57. b. cum

patre proscribit 58. a. moritur 59. a
 ruremūda Cæsari dedit 505. b
 quibus vocibus exceperit Cæsarem 505. b. per Geulas vexata 90. a. b
 ruremundæ tumultus nouus intra duos adhuc menses, qui sopitus 934. a
 rustici Spirenses conspirant 47. a. dant poenas 48. b
 rustici tumultuantur, & cadunt ad centū millia 182. a
 rusticorum rebellium tumultus quid p̄ se tulerit 847. a
 rutheni, & eorū breuis historia 30. & c.
 rutheni quando facti Christiani 31. b
 rutheni pendēt tributa Tartaris 33. b
 rutheni dura premuntur seruitute 35. & c.
 rutheni ritus Græcorum sequuntur 36. b
 rutheni execrātur nostrę ætatis hæreticos 38. b
 rutheni quid de cōiugio censent 39. t
 rutheni quid de cōcilijs sentiant 40. a
 rutheni vt cōfiteantur, & cōmunicent 40. b
 rutheni vt sanctos colant, & ieiunent 41. a
 rutheni vt festa celebrent, & quid

INDEX.

quid de Purgatorio sentiant 41. a
 rutheni quā valeant equitatu 98. a
 rutheni populant Torpatēses 682. b. eorū crudelitas 683. a
 populantur Liouoniam crudeliter 683. b. 685. a. & c.
Sacellum diui Laurētij Casletanū vndē & quando & quo duce vastatum 879. a
 Sacerdotes Ruthenorum & Græcorum non accedunt ad secundas nuptias 39. b
 Salētinus ab Isenburg fit archiepiscopus Colōn. 937.
 salentini quid quādō à Turciss passī 402. a b
 sancti quomodo per quē blasphemē traducantur 842. b
 843. a
 sanctimonialis miraculo reuiuiscit 721. a
 sandesitū obsessum, quorum principum morte illustratum 515. b
 sangallen consul quid cōtra Eucharistiā scripserit 371. b
 sanguis Domini vt p̄phanetur apud sectarios 347. a
 sanguine in Vuestphalia pluisse 506. b
 sartor aliquis apud Antuerpiens quanti tumultus origo 881. a
 satisfactio à Lutero p̄scindit

259. a. eam aliās dixerat necessariam. ibidē b.
 saxones à semel recepto Christianismo nunquam deserunt, & vt à Lutero decepti sint 147. a
 Schaffhusiani fœdus faciunt cum Heluetijs 29. a
 schedulæ seditiosæ Bruxellis sparsæ, quales 872. a
 schismatum duo tantummodo genera quis quomodo scilicet statuat 847. a
 scholæ clauduntur apud Luteranos 150. a
 scholæ aut studia quę quibus calūnijs falsō infestatę 919. b
 scholastici doctores qui quæ à quibus conuicia ferant 819. a. 492. b. 807. a
 scioli qui quos sophos exhibent 819. b
 scotia Caluinizat 729. a
 scoti tumultuantur 692. a
 scoti cadūtur ab Anglis cum Iacobo rege suo 91. b
 scotorum rex in prælio occubuit 488. b
 scriba ducis Brūsiuicē quā præter ius fasque ab Hesso comprehensus 427. b
 scripturas quā quis hæreticē iactent aut crepent 448. a b
 scyras vrbs insignis 18. a. 101. b
 Sebastianus à Cano triennio nauigat & c. 659. b
 sc-

I N D E X.

Sebastianus Fræcus scribit impia chronica 303. ea causa Argentinenses eum cogunt e sua vrbe excedere. ibid. b
 Sebastianus Francus & Sleidanus cyles sint hæretici 808. b
 Sebastianus Lusitanorum hodie rex quâdò nat⁹, & quî sic dictus 508. a
 Sebastianus montecuculi cur ab equis disceptus 369. a
 Sectæ valdè in crescunt 218. a
 Sectarum hodie diuersitas quantâ 432. b
 Sectarij qui qua in re Catholicos ipsos superent 453. b
 Securitas quæ quibus fœderatis in Belgio quî data 886. b
 Seilam insula quâta, & quibus rebus abundet 705. b
 Selymus sit Turcarum Imperator 84. a. Patrè imperio & vita priuat. ibidèm. fratres & nepotes suos iugulat. ibidèm.
 Selymus vincit prælio Persas 99. b. Armenia excedit. ibidèm. cæditur à Persis 100. a
 Selymus describitur & cõferatur cum Sopho Persa 100. b. &c. eius opes 101. b
 Selymus Aladolù regem expugnat 108. b
 Selymus occupat Aegyptum, Syriam &c. 110. b

Selymus venit Hierosolymam 112. a. capit Gazam, ibidèm.
 Selymus Turca moritur 135. b
 senatusconsultum Anglorum iam Luterizantium, contra Luterum quale 435. a
 senenses se dedunt Carolo 5. 617. a
 sententiæ libri quomodo à quibusdã irridicant 818. b 819
 seruen Comitis laus, excellentia & mors 866. a b
 Sicilia interna descriptio 378. a b
 sigetum quî à Turca expugnatum 865. b. 866. a
 sigismundus Poloniae rex verat, nè qui e suis studeant Vuittenbergæ 313. b
 sigismundus Poloniae rex moritur 562. a. eius ætas, ibid. ipse & filius eius sigismundus nolunt de religione cognoscere 562. b
 simpolij quot millia Gallorum vnus horum spatio cesa 383. b
 sinæ montis descriptio 393. b
 sinæi montis prospectus, quibus quàm sit iucundus 393. b. 394. a
 sinarum vel Chinesium dittonem esse Christiano orbe ampliorem 785. a
 sinenses sunt Christiani 768. b. non admittunt peregrinos 778. b
 Sleit

I N D E X.

Sleidanus scripsit commentarios perniciosissimos 116. a in ipso initio metitur 118. b
 Sleidanus mentitur de Caetano 127. a item de Lutero 130. b
 Sleidanus dum vult laudare Luterum, conspuendum eum omnibus propinat 134. a ab undat absurditatibus, ibidèm. Catholicorum res malignè refert, & Luteri vitia tacet ibidèm Concilia & Catholicos quosdam pro Lutero citat, aliàs contènit ibidèm b oppugnat pontificem 135. a
 Sleidanus Carolum quintum vult arguere mendacij 146. b & Luterum & se pudescit 184. &c.
 Sleidanus dicit Luterum à Luterconsultis doctum, suam mutasse sententiam 267. a calumniat Parisienses 314. b
 Sleidanus quid suis mendacijs consecutus 413. a
 Sleidanus quî auctoritate Luteri (si dijs placet) concilia reprobet 431. a b
 Sleidanus quid callidè ex Lutero vel citet, vel omittat 440. b
 Sleidanus quibus tantum legendus 490. b
 Sleidanus quo dilèmate de fal

sitate conuictus 510. a
 Sleidanus quid callidè ex Lutero citet, quid callidissimè supprimat 519. b
 Sleidanus obit 629. b de eius commentarijs quid senserit Carolus V. & Iulius Pflugius 630. a
 Sleidani in Polum & Paulum 3. calumnia 385. b
 Sleidani in Paulum III. calumnia alia 406. a
 Sleidani commentaria pestilentissima ac mendacissima 412. a
 Sleidani ridicula de Cypriani & Augustini disensione sententia 431. b
 Sleidani mendacia 465. b
 Sleidani technæ 486. b
 Sleidani in Gropperum mendacia 494. b
 Sleidani de Coloniae sententia seu iudicium 494. b
 Sleidani de reformatione Coloniae vana narratio 494. b
 Sleidani impudens mendacium 495. b
 Sleidano vbi aut placeat aut displiceat Erasmus 375. b
 Sleidano quid in historia habendum fidei 447. b 490. b
 Smalcaldicus conuentus quis quid egerit aut profecerit 384. a b
 Smalcaldicus conuentus quis quibus

I N D E X.

quibus concionatoribus illu-
stratus 386.b
 smidelinus & Schegkius qua-
les ad quid edat libros 865.a
 smolenchum capitur à Russis
98.b
 Societas Iesu vndè appbata,
obrectata, instituta 455.a b
 socii se dedentes, qui à Turca
tractati 498.b
 solimannus Turca Caroli V.
fortunam extimuit 6.a
 solimannus cedit Hungaros
& occupat Budam 192.b
 solimannus detestatur Lute-
ranos 219.b
 solimannus Turca vt Carolū
V. vocat̄ 281.b frustra op-
pugnat Guintium 283.b
 solimannus occupat Budam
223.b obsidet Viennam, sed
turpiter abscedere cōpelli-
tur 224.a multos captiuos
abducit ibidē b
 solimannus mouet bellū Per-
sis 322. b magnam patitur
à tepestate molestiā 330. b
 ponitur Babylonia 331.a &
Mesopotamia ibidē b
 Taurisum dat prædæ mi-
litibz, & multa inde aufert
332.a maximā accipit à Per-
sis cladem ibidē b concipit
odiu in Abramum ibi,
 solimannus oppugnat Persas
377.a eius filius ad Persas
 profugit ibidē ingulat
filium suum 611.a quid de
Carolo V. dixerit 665.a
 solimannus mittit legatum &
munera ad Ferdinandum
755.b
 solimanni Turca victoria vl-
tima quæ 866.b
 sophus Persa, quere, Ismael
Sophus.
 Spangenbergius qui Antuer-
piæ exceptus 894.a
 spiratum multuatur ob exacti-
ones 86.b
 spirens comitia quæ quam ce-
lebrata 508.b
 Stephanus Vuintonien Episcopus
mittitur in carcerem
566.b
 Strabonis & Trogi de Aetna
& Sicilia opinio 378.b
 strigonium qui à Turca occu-
patum & munitum 498.b
 Sudor Anglicus multos necat
217.a quare sic dictus ibid.
 suctia rubri maris portus qua
nauigatiōe insignis 394.b
 furius quibus cōuicijs à Peu-
cero adpersus 811.812.
 suspendendus aliquis sectari-
us, vbi quod foedus qui de-
tulerit 869.b
 symbolis quilibet qui foede-
rati cur cōtra quos vsi 870.
b 871.b
 syncretismus inter hæreticos
diuer-

I N D E X.

diuersos qualis 369.b
 synodus Euāgelicorum Con-
statiæ 510.a frustrā in ea la-
boratur depace inter ipsos
conficienda ibidē
 synodus Zuinglianorum Ti-
gurinorum 562.a
 synodus Fræcosordien citata
ab hæreticis, illos pudefacit
573.b
 synodus Constantinopoli cō-
tra Imagines ab hæreticis
habita 574.a
 synodus Mexicana 661.a
 synodus Zuinglianorū quales,
quot & quam diuersę 370.a
 synodi solę quę cui hęresi pla-
ceant soli 854.b
 synodos à Luteranis reiectas,
iam ab iisdem repeti 855.b
856. a
 synodos etiā summas à Lu-
teranis explodi 445.
TAnais vbi oriat̄, & quam
celebris apud Russos
44.a
 Taroanna vel Terrouana ca-
pitur 91.a
 tartari imperant Russis 35.a
 tartari crudeles in senes 61.b
 tartari sūt Mahometani 33.b
 tatta qui post deditionē fun-
ditus à Turcis euerfa 498.b
 taurisum Persarum regia 16.
 b à Sopho Ismaele occupa-
tur 17.a
 taurinum vndè obfessum &
liberatum 585.a
 tauri & Antitauri gētes 108.b
 rechellis Persa admirabilis 15.
 a eius successus 18.b
 templum S. Marię ardet Ant-
uerpiæ 297.b
 tenebræ per Luterum intro-
ductę in orbem, quate 432.a
 teneramundani in Flādria vn-
dè laudandi 885.b
 terra omnis habitata 660.a
 terremotus ingens Vlysbone
265.b
 teruana quibus ducibus quā-
ti & habita sit, & constite-
rit 383. b 384.a
 testamentum nouum Luteri
interdicitur 155.b
 Thebę vrbs populosissima
115.a
 theodorus Beza vendit sacer-
dotia sua, & fit Calvinista
622.a simulat se & suos idē
cum Luteranis sentire ibi-
dē. Tigurinos ea re offen-
dit, quibus responder ali-
quando bonum esse simu-
lare 623.a scribit in Lute-
ranos ibidē b
 theodorus Beza immaniter
sequit in sacerdotes &c. 749.
 a magnam colligit ē sacrile-
gijz pecuniæ vim 748.a
 theologię studiū scholasticū
quā à qbuz traduceret 818.b

I N D E X.

theonuilla à Gallis obtinetur
648. b
thiermarfi domantur à Dano
693. a
thomas Apostolus vbi fit cõ-
ditus 780. a
thomas Morus scribit contra
Luterum 162. a eum egregiè
depingit ibidèm b &c.
thomas morus quid scripserit
de morte Zuinglij & Oeco
lampadij 278. a abdicat se
Cancellariatu 336. a addici-
tur perpetuo carceri ibid.
ad damnatum accurrit filia
Margareta penè exanimis
337. a plectitur capite 338. a
dum esset Cancellarius, se-
uerè puniebat hæreticos
ibidèm. caput eius diù co-
ctû, hastili imponitur 338. b
thomas Munzerus tumultum
rusticorum ciet 182. a 186.
b capitur, & respiscès ple-
ctitur capite ibidèm b ex
multis oppidis expellitur
186. a
thomas Cromuel capite ple-
ctitur 344. b
thomas Cromuel Cancellari-
us Angliæ, quam non ità
dudùm post Episcopum
Rossensem & Morum à se
damnatos, eadem pœna af-
fectus 452. a
thomas Crâmerus homo in-

constantissimus, & quædam
de gestis & morte eius 642. a
thomæ apostoli sepulcrû vbi
adhuc hodiè veneret 780. b
thomæ Cantuarien relictiq; g
nõ ità pridèm exultè 422. a b
thomæ mori quale de Erasmo
vaticinium 374. b
thraconicus Gallus Luteranis
qs, & quò eos adegerit 439. b
Tigurina Zuinglianorû syn-
odus qui Bucerum audiè-
rit 421. a
tigurina bibliorû versio qui
Lutero placuerit 489. b
tigurini nõ sinunt libros Ca-
rolstadij apud se vendi 167
a hortante Zuinglio abo-
lent Missam 176. a vt seruet
Cœnam suam 177. a
tigurini qd Lutero pro Zuina-
glio scripserint 439. a
tigurini quid cõtra Luterum
ediderint 518. b 519. a
tigurinos à Lutero proscribi
489. b
tilam à Geusis frustra tenta-
tam 903. a
tilmannus Heshusius scribit
in Sacramentarios 728. b
756. a
Tomumbeius Sulthanus mi-
rè illusus suspenditur 113. b
tornacû deditur Anglis 92. a
tornacum qui tandèm occu-
patum 905. b
tornaci

I N D E X.

tornaci quot vno die p̄scri-
pti sint Geusæ 932. a
tornacensium Geusarum in-
faniam quid fortunæ secu-
tum 883. b
torpatum à Russis obtinetur
686. a
torpaten Põtifici & Imperio
renunciant 686. a
Tractatus in Fládria cû Geu-
sis inuit aut facti quales 888. b
traiecti ad Mosam rebellio.
905. a
traiectenses inferiores fiunt
Burgûdici 210. b sunt pro-
ni in seditiones ibidèm. at
nunc pacifici 211. a
traiectenses Mosani se deduc
922. a
transyluania cui à Turca de-
mum concessa 475. a
tredecim centurias Christia-
norû vna defendenda arce
occisas 795. a
tridentina synodus quali aut
cuius scripto impetita 813. b
tridentinæ synodi de Iesuitis
decretum 463. b
tridentinû Cõcilium quibus
sub legatis inchoatum 528. b
tridentini Concilij indictio.
488. b
tridentini Concilij indicti fu-
spensio 492. a
trinitarij hæretici in Polonia
732. a

tripolis capitur à turcis 586. a
trudonensis Geusarum con-
uentus qui euauerit 875. b
Tuneti arcem occupat capti-
ui Christiani 357. b excludit
indè Barbarussiam 358. a
tunetum diripitur 358. b in ei-
us arce librorum Arabico-
rum &c. ingens fit iactura
359. a inueniuntur illic Gal-
lorum arma & ocreæ, &c.
359. a
tunetani reges p̄stant in Afri-
ca 325. b eorum ditio ibidèm
tunetanorum quanta in mu-
tandis dominis breuissimo
tempore leuitas 514. a b
tungrenses quanti seductorè
aliquè sibi cõpararint 913. a
turca cur Lusitanis potissi-
mum insensus 393. a
turca quantas copias quàm-
citò colligat 402. a
turcæ sequitur in nouos Maho-
metanos 212. a
turcæ cur inuisum Luterano-
rum nomen 375. b
turcam nimia Caroli V. feli-
citate in Christianos inci-
tasum 394. b
turcæ quinã inuisi Ottoman-
nicæ familiæ 102. a
turcæ q̄ valeâr equitatu 102. b
turcæ Austria & Morauiam
vastant 475. a
turcæ qui tandèm conuulsatis
Rrr 2 rebus

I N D E X.

rebus omnibus, è Melita seu
Malta cesserint 802.b
turcarum naualis in Indiam
expeditio 396.b
turcarum & Zuinglianorum
comparatio 396.b
turcarum vires vendè auctè &
quantæ 397.a 398.b
turcarum, cum vini se vidèt,
pertinacia 403.a
turcarum vires & constantia
403.b
turcarum frugalitas qui no-
strum luxum confundat
473.b
turcarum in vallum terracèu
impetus quid tandèm ob-
tinuerit 791.a
turcarum millia quot arce S.
Elmi oppugnada periènt
793.b
turceru in vulneratos adhuc
semiuuos rabies 795.a
turcarum millia quot in Me-
lita interièrunt 802.b
turcarum quantus contra Si-
getum exercitus 866.a
turbas nostra ob peccata nos
superare 401.a
turbas inter se & sanctos ali-
quos, si dijs placet, habere
478.b
turbas octingentos in fossa
quadam replenda occisos
791.a
turbica in Italiam classis, quid

designarit 402.a
turcicæ expeditionis contra
Meliten principes duo qui
789.b
turones cripiuntur hereticis
751.b
Typographiè què cut quibus
scilicet preclusæ 851.b
typographi fauent Luteranis
154.b
typographorum què quibus
habenda ratio aut inspe-
ctio 929.b

V Accia occupatur à Fer-
dinando, recuperatur
à Turcis 468.b 469.b
valencenæ quorum principu
conuentu aliquando illu-
strata 437.9
valencenè tandèm expugnau-
tur 921.a
valencenarum in templa &
sanctorum reliquias rabies
& insolentia 883.b 895.a
valencenenses quomodo in-
ter pabulandum excepti
906.a
valencenèses qualibus & qua-
tis legatis honorati 919.b
valencenensu rebellio & fla-
gitia 896.
valencenensum obsessorum
eruptio qui repulsa 896.b
valettani Melitæ Magistri in-
dustria & studium 789. b
791.b

valet-

I N D E X.

valettani summo in periculo
strenuitas quanta 800.a
valponium & Socli quomo-
dò à turcis occupati 498.b
Vbiquetarij heretici 769.b
vbiquitas vendè reperta 832.b
vbiquitas qui exhibilada 834.b
vbiquitas qui à quibus con-
tra quos defendatur 864.b
S. Vdalrici vita breuiter 705.
b Epistola illi falsò afficta
destruit dogmata Euange-
licorum 707.b
Velsius dicit respuisse 620.b
venationi in Parascene operã
dare, qd pre se ferat 464.b
venerem qui pre diua virgine
Maria colant 505.b
veneti ardent 95.a describun-
tur ibid. b qualem habeant
principem ibid.
venetus quidam Trierarchus
quid de Salentinis meritùs
402.b
veneti malè tractantur à Sul-
thano 19.b
veneti valdè affliguntur 70.b
& c. nolunt tamen à Turca
adiuari 71.a
veneti cur quid Alexandriæ
à Turca passi 394.b
veneti qua à Carolo V. &
Francisco Rege legatione
honorati 450.b
veneti pacem à Turca petunt
451.a

veneti libros hereticos iubèt
adduci ad certos hoies 566.b
venetoru legatus quali apud
turbæ pditiõe cofusus 451.
venio Cæsari se dedit 506.a
vergerij morientis exemplo
quantus vir ad Ecclesiam
è secta reuersus 936.a
veritatis ipsi quata vel apud
hostes eiusdè sit vis 859.b
Viana vendè post domini sui
fugam occupata 926.a
vianeu qui tandèm fugerint
926.a
vigilantius ferè præfertur D.
Hieronymo à Centurio-
nibus 720.a ponitur inter
pios doctores ibid.
vigilantium qua in re Calui-
nus secutus 503.b
vilna describitur 44.b
viluordia quot nobilibus ca-
ptis vna vice onerata 926.b
vini vbertas quando & vbi q
infolita 438.a
vir pdigiosè vastitatis & in-
gluuei 84.b
virgines sacre nouem rapiun-
tur ex monasterio, Lutero
approbante 159.b
visitatio Saxonica sumptuo-
sissima 209.b scribitur à
Melanchthone Latine nõ
planè Luterice ibid.
vita monastica profcinditur
ab hereticis nostris 719.a

Rrr 3 &c

INDEX.

&c. habet Christū autho-
 rem 714. b 715.
 vitulus cucullatus nascitur
 Vuittenbergæ 534. a
 viue les Geux, quid sonet aut
 sibi velit 870. b
 Vladisla fit hūgaric rex. 65. a
 vlima attributa Monasterio
 Augiensi 592. b manet in si
 de Caroli V. 602. b
 vlrichus dux Vuirtebergicus
 fit Luteranus 318. a
 vlrucus Comes Elfensteinus,
 seu Helfensteinus, quo nō
 ita dudūm Catholicam ec-
 clesiam affecerit gaudio 935. b
 vltraiectū qui à Geusis ten-
 tatum 898. a
 vltraiectum qui ferè à Geusis
 inuasum 914. b
 vltraiecti qd. Geusæ designā-
 rint 886. a
 vltraiecti concio Geusica que
 qui ex arce turbata 892. b
 Volum impium Turcarum
 Alcoranus, cuius aut quo-
 rum impietate superetur.
 390. a
 vota reddenda 190. b
 Vri & bifontes vt differant.
 46. a
 Vxores Ruthenorum miser-
 rimæ. 42. a
 Vualtheri cuiusdam Luterani
 scriptum cōtra quos quale
 862. b

Vuigandus aliquis quale de
 bonis & malis Germaniæ
 librum ediderit 841. a
 vuigādus hereticus quos he-
 reticos solos censet 485. b
 vuigādus hereticus qui suos
 symmytas traducat 849. b
 vuigandus hereticus quis, qd
 qñi Papista conquerat 853. b
 vuigandi cuiusdam insana de
 Theologis nouis iactatio
 843. b
 vuigandi cuiusdam Luterani
 ineptissima antilogia 846. b
 vuigandi cuiusdam fatanica
 malignitas qualis 848. a
 vuittenbergæ in ædibus Lu-
 teri synodus 369. b
 Vuolodimerus princeps Rus-
 sorum 32.
 vuormatia tumultuatur cou-
 tra Senatū 89. a
 vuormatiē colloquiū 447. b
 vuormatiensia comitia quæ
 quid habuerint exitus 520.
 b 521. a
X Antanæ imperiū quan-
 tum, & quæ nationes
 ei pareant 785. b
Z Acharias quidam Flan-
 drus qui Caluinum
 publicè pudefecerit 417. b
 zaratia vndè quæ distæ lo-
 custa 467. a
 Zibitinus rex quàm perfidè à
 Turcis interfectus 396. a
 zit.

INDEX.

zittargia quid à Brabatis per-
 pessa 488. a
 Zuinglius contra indulgen-
 tias 135. a
 zuinglius Luterū oppugnat
 166. a perfringit 175. b
 zuinglius somnio admonet-
 tur abolere Missam 170. b
 zuinglius falsò iactat à se sta-
 re Luterum & Vuittenber-
 gicos 198. b
 zuinglius scribit Norinber-
 gen cōtra Luteranos 199.
 b item Ellingensibus, vo-
 cans Luteranos furiosos,
 &c. 200. a eius antilogiæ,
 &c. 200. a
 ibidē. respondet Lutero.
 206. a 216. a cadit in bello
 & comburitur. 274. b eius
 cineres colligunt Zuingli-
 ani ibid. eius nomen etiā
 Sectarij execrantur & scri-
 pra damnant 279. a
 zuinglius à Lutero Nestoria-
 nismi insimulatus 439. a
 zuinglij opera vndè aduer-
 sum quos edita 490. b
 zuinglij opera teutonica, vn-
 de Latina facta 491. a

zuinglio quid Luterus impe-
 gerit seu ascripserit 486. b
 zuingliana dogmata, Brentio
 teste, qualia 840. a
 zuingliani fiunt Luterani
 279. a
 zuingliani qua in re quantil-
 lum à Turcis differant
 396. b
 zuingliani quomodo per Lu-
 terū damnati 490. a 509. b
 zuingliani & Luterani quo-
 modo se mutuò tractent
 520. a
 zuingliani vetantur hospitio
 recipi à Luteranis 615. b
 zuingliani varij scribūt in Lu-
 teranos 618. a b 642. mul-
 tis modis oppugnant Lu-
 teranos, & ab illis oppu-
 gnantur 619. a b ridet Lu-
 teranos 642. a
 zuinglianorū qualis cum Lu-
 teranis conspiratio 370. a
 zuinglianorū de Bucero sen-
 tentia seu apophthegma
 422. a
 zuinglianorū de Lutero sen-
 tentia summa quæ 519. b

F I N I S.

